mentis, & votis compluribus, multi, quorum sensus
excitatus est. Et rex Cyrus protulit sacra vasa Do- 10
mini, quæ transtulit Nabuchodonosor ex Hierusalem,
& fixit ea in Idolio suo. Et proferens ea Cyrus rex 11
Persarum tradidit ea Mithridati, qui erat super the-
sauros ipsius. Per hunc autem tradita sunt Sama- 12
nassaro præsidi Judææ. Horum autem numerus fuit, 13
Libatoria aurea mille, libatoria argentea mille, morta-
riola argentea viginti novem. phialæ aureæ triginta,
argenteæ duo millia quadringentæ decem, & alia va-
sa mille. Omnia autem vasa reportata sunt aurea, & 14
argentea, quinque millia quadringenta sexaginta no-
vem. Reportata autem sunt à Samanassaro simul 15
cum his, qui ex captivitate, è Babylonia in Hieru-
salem. In Artaxersis autem regis Persarum tempo- 16
ribus scripserunt ei de his, qui habitabant in Judæa &
Hierusalem, Belemus, & Mithridates, & Tabellius,
& Rathimus, & Beeltethmus, & Samellius scriba,
& cæteri his coordinati, & habitantes in Samaria,
& cæteris locis, subjectam epistolam. Regi Artaxersi
Domino pueri tui Rathimus ab accidentibus, & Sa- 17
mellius scriba, & reliqui curiæ suæ, & judices in Cœlesyria, & Phœnice.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]

CAP. II.

Regnante Cyro rege Persarum, anno 1
primo, ut compleretur verbum Domini
per os Jeremiæ, Quousque excitâsset Do- 2
minus spiritum Cyri regis Persarum, &
præconio edixit per totum regnum suum,
simulque scripto: dicens; Hæc ait Cyrus rex 3
Persarum; Me declaravit regem orbis terrarū
Dñs Israel, Dñs excelsus. Et indicavit mihi
ut ædificem sibi Templum Hierosolymis quæ 4
est in Judæa. Quis igitur est de gente ve- 5
stra, sit Dominus ejus cum eo, & ascen-
dens Hierosolymam quæ in Judæa, ædificet
templum Domini Israel Domini ejus qui ha-
bitat Hierosolymis. Omnes igitur qui quo- 6
cunque in loco habitāt adjuvent eos qui ibi-
dem sunt auro & argento, Et donis, cum e- 7
quis & jumentis, cumque aliis quæ vota ap-
ponuntur templo Domini quod est Hiero-
solymis. Et surrexerunt principes tribûs fa- 8
miliæ Judæ, & tribûs Benjamin, & sacerdo-
tes Levitæque, & omnes quorum excitaverat
spiritum Dominus, ut ascendentes ædifica-
rent templum Domino quod est Hierosoly-
mis: Qui autem circumcirca ipsos, juva- 9
bant eos omnibus; Argento, auro, equis &
jumentis, donísque multis multorum quo-
rum excitatus fuerat spiritus. Rex autem 10
Cyrus protulit vasa sacra Domini quæ trans-
tulerat Nebuchadnosar Hierosolymis & po-
suerat in templo Idoli sui, quod persarum
fuit, Et tradidit ea Mithridati custodi ga- 11
zæ suæ. Per cujus manum tradita sunt Sal- 12
manasari præfecto Judææ. Fuit autem 13
numerus ipsorum; Libatoria aurea mille:
Lances argenteæ viginti novem, & phialæ
aureæ triginta; argenteæ, duo millia qua-
dringentæ & decem; alia vasa mille. Omnia 14
vasa aurea & argentea quæ recepta sunt,
quinque millia quadringenta sexaginta novē.
Adducta autē sunt cum captivitate à Salma- 15
nasaro Babylone Hierosolymā. Tempore au- 16
tem Artaxerxis regis Persarum, scripsit de eis
qui habitabant in Judæa & Hierosolymis,
Belemus, & Mitrinates, Tavelius & Ra-
thimus & Beltethmum, Samalus scriba,
reliquíque de ordine ipsorum, qui Sama-
riam aliáque loca habitabant, epistolā hanc,
quæ infra scripta est. Regi Artaxerxi Do- 17
mino nostro. Servi tui Rathimus qui ab
accidentibus, et Samalus scriba, reliquíque
de curia ipsorum, et judices qui in Cœlosy-
riâ & Phœnice.

Versio VULG. LAT.

18 Et nunc notum sit domino regi, quoniam Judæi qui
ascenderunt à vobis ad nos, venientes in Jerusalem
civitatem refugam & pessimam, ædificant furnos e-
19 jus, & statuunt muros, & templum suscitant. Quòd
si civitas ista & muri consummati fuerint, non tan-
tùm tributa non sustinebunt pendere, sed etiam regi-
20 bus resistent. Et quia id agitur circa templum, rectè
21 habere arbitrati sumus non despicere hoc ipsum: Sed
notum facere domino regi, ut si videbitur, rex, quæ-
22 ratur in libris patrum tuorum, Et invenies in admo-
nitionibus scripta de his, & scies quoniam civitas
23 ista fuit refuga, & reges & civitates concutiens, Et
Judæi refugæ, & prælia committentes in ea ab æterno,
24 ob quam causam civitas ista deserta est. Nunc ergò
notum facimus, domine rex, quoniam si civitas hæc æ-
dificata fuerit, & hujus muri erecti fuerint, descensus
25 tibi non erit in Cœlesyriam & Phœnicen. Tunc
scripsit rex Rathimo, qui scribebat accidentia, & Bal-
themo, & Sabellio scribæ, & cæteris constitutis, &
habitantibus in Syria & Phœnice, ea quæ subjecta
26 sunt. LEGI epistolam quam misistis mihi. Præ-
cepi ergò inquiri, & inventum est, quoniam civitas
27 illa est ab ævo regibus resistens, Et homines refu-
gæ, & prælia in ea efficientes, & reges fortissimi e-
rant in Jerusalem dominantes, & tributa exigentes à
28 Cœlesyria & Phœnice. Nunc ergò præcepi prohi-
bere homines illos ædificare civitatem, & prohibere
29 ne quid ultra hæc fiat: Sed nec procedant in plu-
rimum ea quæ sunt malitiæ, ita ut regibus molestia
30 importetur. Tunc recitatis his quæ à rege Artaxerxe
scripta fuerant, Rathimus, & Sabellius scriba, & qui
cum his constituti erant, jungentes festinanter vene-
runt in Jerusalem cum equitatu, & turba, & agmine:
31 Cœperúntque ædificantes prohibere: & vacabant ab
ædificatione templi in Jerusalem, usque secundo anno
regni Darii regis Persarum.

CAP. III.

1 REx Darius fecit cœnam magnã omnibus vernacu-
lis suis, & omnibus magistratibus Mediæ & Persidis.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

18 Καὶ νῦν γνωστὸν ἔστω (ξ) τῷ κυρίῳ βασιλεῖ, ὅτι οἱ Ἰουδαῖοι ἀναβάντες παρ' ὑμῶν πρὸς ἡμᾶς ἐλθόντες εἰς Ἱερουσαλὴμ, τὴν πόλιν τὴν ἀποστάτιν (ο) καὶ πονηρὰν, οἰκοδομοῦσι τάς τε ἀγορὰς αὐτῆς, καὶ τὰ τείχη θεραπεύουσι, καὶ ναὸν ὑποβάλλονται.
19 Ἐὰν οὖν ἡ πόλις αὕτη οἰκοδομηθῇ, καὶ τὰ τείχη συντελεσθῇ, φορολογίαν οὐ μὴ ὑπομείνωσι δοῦναι, ἀλλὰ καὶ βασιλεῦσιν ἀντιστήσονται.
20 Καὶ ἐπεὶ ἐνεργεῖται τὰ κατὰ τὸν ναὸν, καλῶς ἔχειν
21 ὑπολαμβάνομεν μὴ (π) ὑπεριδεῖν τὸ τοιοῦτο. Ἀλλὰ προσφωνῆσαι τῷ κυρίῳ βασιλεῖ, ὅπως (ϛ) ἂν φαίνηταί σοι, ἐπισκεφθῇ ἐν τοῖς ἀπὸ τῶν πατέρων σου βιβλίοις.
22 Καὶ εὑρήσεις ἐν τοῖς (σ) ὑπομνηματισμοῖς γεγραμμένα περὶ τούτων, καὶ γνώσῃ ὅτι ἡ πόλις (*) ἐκείνη ἦν ἀποστάτις, καὶ βασιλεῖς καὶ πόλεις ἐνοχλοῦσα,
23 Καὶ οἱ Ἰουδαῖοι ἀποστάται καὶ πολιορκίας συνιστάμενοι ἐν αὐτῇ ἔτι ἐξ αἰῶνος, δι' ἣν αἰτίαν καὶ ἡ πόλις αὕτη ἠρημώθη.
24 Νῦν οὖν (*) ὑποδεικνύομέν σοι κύριε βασιλεῦ, (τ) ὅτι ἐὰν ἡ πόλις αὕτη οἰκοδομηθῇ, καὶ τὰ ταύτης τείχη ἀνασταθῇ, κάθοδός σοι οὐκ ἔτι σοι ἔσται εἰς κοίλην Συρίαν καὶ Φοινίκην.
25 Τότε ἀντέγραψεν ὁ βασιλεὺς Ῥαθύμῳ τῷ γράφοντι τὰ προσπίπτοντα, καὶ (*) Βεελτέθμῳ, καὶ Σαμελλίῳ γραμματεῖ, καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς συντασσομένοις καὶ οἰκοῦσιν (υ) ἐν τῇ Σαμαρείᾳ, καὶ Συρίᾳ, καὶ Φοινίκῃ, τὰ ὑπογεγραμμένα.
26 Ἀνέγνων τὴν ἐπιστολὴν ἣν πεπόμφατε πρός με. ἐπέταξα οὖν ἐπισκέψασθαι, καὶ (*) εὑρέθη ὅτι ἡ πόλις ἐκείνη ἐστὶν ἐξ
27 αἰῶνος βασιλεῦσιν ἀντιπαρατάσσουσα, Καὶ οἱ ἄνθρωποι ἀποστάσεις καὶ πολέμους ἐν αὐτῇ συντελοῦντες, καὶ βασιλεῖς ἰσχυροὶ καὶ σκληροὶ ἦσαν ἐν Ἱερουσαλὴμ
28 κυριεύοντες καὶ φορολογοῦντες κοίλην Συρίαν καὶ Φοινίκην. (*) Νῦν οὖν ἐπέταξα ἀποκωλῦσαι τοὺς ἀνθρώπους ἐκείνους τοῦ οἰκοδομῆσαι τὴν πό-
29 λιν, καὶ προνοηθῆναι ὅπως μηδὲν παρὰ ταῦτα γένηται, Καὶ μὴ προβῇ
30 ἐπὶ πλεῖον τὰ τῆς κακίας (φ) εἰς τὸ βασιλεῖς ἐνοχλῆσαι. Τότε ἀναγνωσθέντων τῶν παρὰ τοῦ βασιλέως Ἀρταξέρξου γραφέντων, (χ) Ῥάθυμος, καὶ Σαμέλλιος ὁ γραμματεὺς, καὶ οἱ τούτοις συντασσόμενοι, ἀναζεύξαντες εἰς Ἱερουσαλὴμ κατὰ σπουδὴν (*) μεθ' ἵππου καὶ ὄχλου παρατάξεως,
31 Ἤρξαντο κωλύειν τοὺς οἰκοδομοῦντας. καὶ ἤργει ἡ οἰκοδομὴ τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἐν Ἱερουσαλὴμ μέχρι τοῦ δευτέρου ἔτους τῆς βασιλείας Δαρείου τοῦ Περσῶν βασιλέως.

MS.A. (ξ) τῷ κυρίῳ μου βασιλεῖ, διότι (ο) καὶ τὴν πονηρὰν, (π) ὑπεριδεῖν τοιοῦτο. (ϛ) ἐὰν φαίνηταί σοι, (σ) ὑπομνήμασιν τὰ γεγραμμένα (*) ἦν ἐκείνη (*) ὑποδείκνυμεν (τ) διότι (*) Βεελτεμὼθ, (υ) ἐν τῇ Σαμαρείᾳ, καὶ Φοινίκῃ, (*) ηὑρέθη ὅτι ἐστὶν ἡ πόλις ἐκείνη ἐξ (*) Νῦν ἐπέταξα (φ) ἐπὶ τῷ βασιλεῖς ἐνοχλῆσαι. (χ) ὁ Ῥάθυμος, καὶ Σεμέλλιος (*) μετ'

ΚΕΦ. γ'.

1 ΚΑὶ βασιλεὺς Δαρεῖος ἐποίησε δοχὴν μεγάλην πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτὸν, καὶ πᾶσι τοῖς οἰκογενέσιν αὐτοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς μεγιστᾶσι τῆς Μηδίας καὶ τῆς Περσίδος,

Et nunc notum sit domino regi, quoniam Judæi, qui 18
ascenderunt à vobis ad nos, venientes in Hierusalem
civitatem refugam, & pessimam, ædificant fora ejus,
& statuerunt muros, & templum suscitant. Quòd si 19
civitas ista ædificata fuerit, & muri consum-
mati fuerint; tributa non sustinebunt pendere,
sed etiam regibus resistent. Et quia aguntur, quæ circa 20
templum, rectè habere arbitrati sumus non despicere
hoc ipsum, Sed notum facere domino regi: ut, si vide- 21
bitur tibi, quæratur in libris patrum tuorum, Et inve- 22
nies in admonitionibus scripta de his; & scies, quoniã
civitas ista fuit refuga, & reges & civitates concu-
tiens; Et Judæi refugæ, & oppressiones committentes 23
in ea ab æterno: ob quam causam civitas ista deser-
ta est. Nunc ergò notum facimus tibi, domine rex, 24
quoniam si civitas hæc ædificata fuerit, & hu-
jus muri erecti fuerint; descensus tibi ultrà
non erit in Cœlesyriam, & Phœnicen. Tunc scripsit 25
rex Rathimo, qui scribebat accidentia, & Beelteth-
mo, & Samellio scribæ, & cæteris coordinatis, & ha-
bitantibus in Samaria, & Syria, & Phœnice, ea quæ
subjecta sunt. Legi epistolam quam misistis mihi. Præ- 26
cepi ergò inquiri: & inventum est quoniam civitas
illa est ab ævo regibus resistens; Et homines, rebellio- 27
nes & prælia in ea efficientes: & reges fortes, & du-
ri erant in Hierusalẽ, dominantes, & tributa exigen-
tes à Cœlesyria, & Phœnice. Nunc ergò præcepi prohi- 28
bere homines illos ædificare civitatẽ, & providere,
ne quid ultra hæc fiat: Et non procedant in plus ma- 29
litiæ, ita ut regibus molestia importetur. Tunc re- 30
citatis his, quæ à rege Artaxerxe scripta fuerunt, Ra-
thimus, & Samellius scriba, & qui cum his constituti
erant, jungentes festinanter in Hierusalem cum equi-
tatu, & turba agminis, Cœperunt prohibere ædifican- 31
tes. Et vacabat ædificatio templi in Hierusalem us-
que ad secundũ annũ regni Darii regis Persarũ.

CAP. III.

ET rex Darius fecit cœnam magnam omnibus, qui 1
sub ipso, & omnibus vernaculis suis, & omnibus ma-
gistratibus Mediæ, & Persidis,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
1 [illegible]

Et nunc notum sit Domino nostro regi 18
de Judæis, qui ascenderunt à vobis, ve-
nientes ad nos Hierosolymam civitatem
defectricem & malignam ædificare eos:
Plateásque ejus & muros curare, tem-
plúmque excelsum nimis fundare. Si igi- 19
tur civitas hæc ædificata fuerit, & perfe-
cti muri, tributum pendere non sustine-
bunt, sed regi resistent. Et quia fiunt 20
hæc de templo, bonum factu putamus, ne
hujusmodi rem negligamus, Sed ad do- 21
minum nostrum regem referamus; ut si
tibi visum fuerit inspiciantur libri tui
patrii, Et invenias in commentariis de 22
hac re scriptis, & scias, fuisse hanc civi-
tatem defectricem regibúsque & civita-
tibus noxiam: Judæos autem defectu- 23
ros: Prætereà hanc ob causam olim ob-
sidione fuisse in eam conclusos. Quam ob
causam destructam eam fuisse. Nunc igi- 24
tur indicamus tibi domine rex, quòd si
civitas hæc ædificata fuerit, & muri hi
erecti, non ampliùs erit tibi descensus in
Syriam Cavam & Phœnicen. Tunc re- 25
scripsit rex Rathimo scribæ eorum quæ
accidebant, & Beltathymo, & Samalo
scribæ & reliquis qui connumerabantur
eis, & morabantur in Samaria, & Syria, &
Phœnice; quæ subjecta sunt. Legi Epi- 26
stolam quam mihi misistis, jussíque in-
spici libros, & inveni factitâsse à seculo
civitatem hanc quæ regi adversa: Et 27
in ea fuisse qui defectiones & bella per-
petrârent: Fuisse reges validos & duces
Hierosolymis, qui dominati sunt & tribu-
tum exegerunt de Syria Cava & Phœnice,
Nunc igitur præcepi viros illos ab æ- 28
dificanda civitate prohiberi. Et curæ esse, 29
nihil ultrà hæc fieri. Neque ulterius exten-
di hæc mala, ita ut regibus damnum fi-
at. Cùm igitur lecta hæc essent quæ à 30
rege Artaxerxe scripta erant, Rathimus,
& Samalus scriba, & qui cum ipsis cen-
sebantur, redeuntes soliciti Hierosolymam,
cum equis & turbâ, festinatò; Cœpe- 31
runt prohibere eos qui ædificabant: Et
cessavit ædificatio templi quod Hieroso-
lymis, usque ad annum secundum regni
Darii regis Persarum.

CAP. III.

ET rex Darius fecit convivium magnum 1
omnibus subditis & vernaculis suis, o-
mnibúsque Principibus Mediæ & Per-
sidis,

Verſio VULG. LAT.

2 Et omnibus purpuratis, & prætoribus, & conſuli-
3 bus, & præfectis ſub illo, ab India uſque Æthiopiam,
centum viginti ſeptem provinciis. Et cùm mandu-
cáſſent, & bibiſſent, & ſatiati reverterentur, tunc Da-
rius rex aſcendit in cubiculum ſuum, & dormivit, &
4 expergefactus eſt. Tunc illi tres juvenes corporis cu-
ſtodes, qui cuſtodiebant corpus regis, dixerunt alter
5 alteri: Dicamus unuſquiſque noſtrûm ſermonem
qui præcellat: & cujuſcunque apparuerit ſermo ſa-
pientior alterius, dabit illi rex Darius dona magna,
6 Purpurâ cooperiri, & in auro bibere, & ſuper aurum
dormire, & currum aureo fræno, & cydarim byſſi-
7 nam, & torquem circa collum: Et ſecundo loco ſe-
debit à Dario propter ſapientiam ſuam, & cognatus
8 Darii vocabitur. Tunc ſcribentes ſinguli ſuum ver-
bum ſignaverunt, & poſuerunt ſubtus cervical Darii
9 regis, Et dixerunt; Cùm ſurrexerit rex, dabimus il-
li ſcripta noſtra: & quodcunque judicaverit rex è
tribus, & magiſtratus Perſidis, quoniam verbum ejus
ſapientius eſt, ipſi dabitur victoria ſicut ſcriptum eſt.
10 Unus ſcripſit, Forte eſt vinum. Alius ſcripſit, For-
11 tior eſt rex. Tertius ſcripſit, Fortiores ſunt mulie-
12 res: ſuper omnia autem vincit veritas. Et cùm ſur-
13 rexiſſet rex, acceperunt ſcripta ſua, & dederunt illi,
14 & legit. Et mittens vocavit omnes magiſtratus Per-
ſarum, & Medos, & purpuratos, & prætores, & præ-
15 fectos: Et ſederunt in concilio: & lecta ſunt ſcri-
16 pta coram ipſis. Et dixit; Vocate adoleſcentes, &
ipſi indicabunt verba ſua. Et vocati ſunt, & introie-
17 runt. Et dixit illis; Indicate nobis de his quæ ſcri-
pta ſunt. Et cœpit prior, qui dixerat de fortitudine
18 vini, Et dixit; Viri, quàm prævalet vinum omni-
bus hominibus qui bibunt illud! ſeducit mentem.
19 Itémque regis & orphani facit mentem vanam. Item
20 ſervi ac liberi, pauperis ac divitis, Et omnem men-
tem convertit in ſecuritatem & jucunditatem, & non
meminit omnem triſtitiam & debitum.

Verſio GRÆCA LXX. Interp. Cum Tranſlatione LATINA.

2 Καὶ πᾶσι τοῖς σατράπαις καὶ στρατηγοῖς καὶ τοπάρχαις τοῖς (α) ὑπ' αὐτὸν,
ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς μέχρις Αἰθιοπίας, ἐν ταῖς ἑκατὸν εἰκοσιεπτὰ σατραπείαις.
3 (β) Καὶ ἐφάγοσαν καὶ ἔπιον, καὶ ἐμπλησθέντες (γ) ἀνέλυσαν. ὁ δὲ Δαρεῖος
ὁ βασιλεὺς ἀνέλυσεν εἰς τὸν (*) κοιτῶνα ἑαυτοῦ, καὶ ἐκοιμήθη, καὶ ἔξυπνος
4 ἐγένετο. Τότε οἱ τρεῖς νεανίσκοι οἱ σωματοφύλακες οἱ φυλάσσοντες τὸ
5 σῶμα τοῦ βασιλέως, εἶπαν (*) ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον, Εἴπωμεν ἕκαστος
ἡμῶν ἕνα λόγον, ὃς ὑπερισχύσει· καὶ οὗ ἐὰν φανῇ τὸ ῥῆμα αὐτοῦ σοφώτερον τοῦ
ἑτέρου, δώσει αὐτῷ Δαρεῖος ὁ βασιλεὺς δωρεὰς μεγάλας, καὶ ἐπινίκια
6 μεγάλα, Καὶ πορφύραν περιβαλέσθαι καὶ ἐν, χρυσώμασι πίνειν, καὶ ἐπὶ
χρυσῷ καθεύδειν, καὶ ἅρμα χρυσοχάλινον, καὶ κίδαριν βυσσίνην, καὶ μανιά-
7 κην περὶ τὸν (δ) τράχηλον, Καὶ δεύτερος καθιεῖται Δαρείου διὰ τὴν σοφίαν
8 (ε) αὐτοῦ, καὶ συγγενὴς Δαρείου κληθήσεται. Καὶ τότε γράψαντες ἕκαστος
τὸν ἑαυτοῦ λόγον, ἐσφραγίσαντο καὶ ἔθηκαν ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον Δαρείου
9 τοῦ βασιλέως, Καὶ εἶπαν, Ὅταν ἐγερθῇ ὁ βασιλεὺς, δώσουσιν αὐτῷ τὸ
γράμμα, (ζ) καὶ ὃν ἂν κρίνῃ ὁ βασιλεὺς καὶ οἱ τρεῖς μεγιστᾶνες τῆς Περσίδος,
10 (*) ὅτι οὗ ὁ λόγος αὐτοῦ σοφώτερος, αὐτῷ δοθήσεται (η) τὸ νῖκος καθ-
11 ὼς γέγραπται. Ὁ εἷς ἔγραψεν, Ὑπερισχύει ὁ οἶνος. Ὁ ἕτερος ἔγρα-
12 ψεν, Ὑπερισχύει ὁ βασιλεύς. (θ) Ὁ τρίτος ἔγραψεν, Ὑπερισχύουσιν
13 αἱ γυναῖκες, ὑπὲρ δὲ πάντα νικᾷ ἡ ἀλήθεια. Καὶ ὅτε ἐξηγέρθη ὁ βα-
14 σιλεὺς, λαβόντες τὸ γράμμα (ι) ἔδωκαν αὐτῷ, καὶ ἀνέγνω· Καὶ ἐξαπο-
στείλας ἐκάλεσε πάντας τοὺς μεγιστᾶνας τῆς Περσίδος καὶ τῆς Μηδείας, (*) καὶ
15 τοὺς σατράπας καὶ στρατηγοὺς, καὶ τοπάρχας καὶ ὑπάτους, Καὶ ἐκάθισεν ἐν
16 τῷ χρηματιστηρίῳ, καὶ ἀνεγνώσθη τὸ γράμμα ἐνώπιον αὐτῶν. Καὶ εἶπε,
Καλέσατε τοὺς νεανίσκους, καὶ αὐτοὶ δηλώσουσι τοὺς λόγους ἑαυτῶν. καὶ
17 ἐκλήθησαν, καὶ εἰσήλθοσαν. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ἀπαγγείλατε ἡμῖν περὶ τῶν
18 γεγραμμένων. καὶ ἤρξατο ὁ πρῶτος ὁ εἴπας περὶ τῆς ἰσχύος τοῦ οἴνου, Καὶ
ἔφη οὕτως, Ἄνδρες, πῶς ὑπερισχύει ὁ οἶνος; πάντας τοὺς ἀνθρώπους τοὺς
19 (*) πίνοντας αὐτὸν πλανᾷ, Τὴν διάνοιαν τοῦ τε βασιλέως καὶ τοῦ ὀρφανοῦ ποιεῖ
τὴν διάνοιαν μίαν, τήν τε τοῦ οἰκέτου καὶ τὴν τοῦ ἐλευθέρου, τήν τε τοῦ
20 πένητος καὶ τὴν τοῦ πλουσίου· Καὶ πᾶσαν διάνοιαν μεταστρέφει εἰς εὐωχίαν
καὶ εὐφροσύνην, καὶ οὐ μέμνηται πᾶσαν λύπην καὶ πᾶν ὀφείλημα.

Et omnibus purpuratis, & ducibus, & locorum præ- 2
fectis, qui ſub ipſo ab India uſque Æthiopiam in
centum viginti ſeptem provinciis. Et manducaverunt, 3
& biberunt, & ſaturati reverterunt. Darius autem
rex aſcendit in cubiculum ſuum, & dormivit, &
expergefactus eſt. Tunc illi tres juvenes corporis cu- 4
ſtodes qui cuſtodiebant corpus regis, dixerunt alter
alteri; Dicamus unuſquiſque noſtrûm unum ſermo- 5
nem, qui præcellat: & cujuſcunque apparuerit
ſermo ſapientior alterius; dabit illi rex Darius dona
magna, & epinicia magna, Et purpurâ cooperiri, & 6
in auro bibere, & ſuper aurum dormire, & currum
aureo fræno, & cydarim byſſinam, & torquem circa
collum: Et ſecundo loco ſedebit à Dario, propter 7
ſapientiam ſuam: & cognatus Darii vocabitur. Tunc 8
ſcribentes ſinguli ſuum verbum ſignaverunt, & po-
ſuerunt ſubtus cervical Darii regis, Et dixerunt; 9
Cùm ſurrexerit rex, dabunt ei ſcriptum: et quod-
cunque judicaverit rex, & tres magiſtratus Perſi-
dis, quoniam verbum ejus ſapientius eſt; ipſi dabitur 10
victoria, ſicut ſcriptum eſt. Unus ſcripſit; (a) Forte 11
eſt vinum. Alius ſcripſit; Fortior eſt rex. Tertius 12
ſcripſit; Fortiores ſunt mulieres: ſuper omnia au-
tem vincit veritas. Et cùm ſurrexiſſet rex; accipi- 13
entes ſcriptum, dederunt ei: & legit. Et mittens 14
vocavit omnes magiſtratus Perſidis, & Mediæ, &
purpuratos, et duces, & prætores, et conſules: Et ſe- 15
dit in concilio: & lectum eſt ſcriptum coram ipſis.
Et dixit; Vocate adoleſcentes: et ipſi indicabunt 16
verba ſua. Et vocati ſunt, et introierunt. Et dixi- 17
runt eis; Indicate nobis de his quæ ſcripta ſunt. Et
cœpit prior qui dixerat de fortitudine vini, Et dixit 18
ita; Viri, quàm prævalet vinum? omnes homines qui
bibunt illud, ſeducit: Mentem regis et orphani facit 19
mentem unam, item ſervi ac liberi, pauperis ac divi-
tis: Et omnem mentem convertit in ſecuritatem et 20
jucunditatem: et non meminit omnem triſtitiam, et
omne debitum:

MS.A. (α) μετ' αὐτῶν, ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς μέχρι τῆς Αἰθιοπίας, (β) Καὶ ὅτε ἔφαγον καὶ ἔπιον, (γ) ἀνέλυσαν, τότε Δαρεῖος (*) κοιτῶνα, καὶ (*) ἕτερος τῷ ἑτέρῳ, (δ) τράχηλον αὐτοῦ, (ε) ἑαυτοῦ, (ζ) καὶ ὃν κρίνῃ ὁ βασιλεὺς (*) ὅτι ὁ λόγος. (η) τὸ νίκημα (θ) Ὁ ἄλλος ἔγραψεν, (ι) ἐπέδωκαν αὐτῷ, (*) καὶ σατράπας (*) πίνοντας αὐτὸν πλανᾷ τῇ διανοίᾳ τοῦ

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
[illegible]
5 [illegible]
[illegible]
6 [illegible]
[illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
[illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
[illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
[illegible]
18 [illegible]
[illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]

Satrapíſque omnibus, & Ducibus, & To- 2
parchis ſibi ſubditis, ab India uſque ad
Cuſh, per centum viginti ſeptem Satra-
pias. Ederúntque ac biberunt, & cùm 3
ſatiati eſſent, diſceſſerunt. Rex autem
Darius ad cubiculum ſuum diſcedens dor-
mivit, & de ſomno expergefactus eſt.
Tunc tres juvenes cuſtodes corporis, qui 4
ſcilicet corpus regis cuſtodiebant, dixe-
runt alter alteri; Dicamus ſinguli no- 5
ſtrûm ſermonem quendam, quid nempe
fortius ſit: Et cujus videbitur ſermo ſa-
pientior quàm ſocii ſui, det ei Darius
rex dona magna, & præmia magna:
Purpurâ indui, auro bibere, ſuper auro 6
dormire, currum cujus ſedes aurea, ci-
darim byſſinam, torquem in collo. Et 7
ſecundum à Dario ſedere, propter ſapien-
tiam ſuam: cognatúmque Darii vocari.
Tunc ſcribentes ſinguli verbum ſuum ſi- 8
gnârunt, & ſuppoſuerunt cervicali Darii
regis. Dicto; traditum iri ſcripturam re- 9
gi cùm expergefactus eſſet. Et cujuſcun-
que ſermonem ſapientiorem judicaret rex,
& tres principes Perſiæ, ei dari victori-
am ſecundùm quod ſcriptum eſt. Scripſe- 10
runt igitur ſinguli. Forte vinum præ
cæteris. Alter ſcripſit; Fortis rex præ 11
cæteris. Tertius ſcripſit; Fortes mulieres 12
præ cæteris, ſed præ omnibus vincit ve-
ritas. Et experrecto rege ſcriptum ei de- 13
derunt, & legit. Et mittens vocavit omnes 14
Principes Perſiæ, & Mediæ, Satrapáſ-
que & Duces, & Toparchas, & Conſules.
Et conſederunt in auditorio, & lectum 15
eſt ſcriptum coram eis. Et juſſerunt vo- 16
cari juvenes, ut ipſi demonſtrarent verba
ſua. Et vocati ingreſſi ſunt, Et dixerunt eis; 17
Narrate nobis de his quæ ſcripta ſunt. Cœ-
pítq; primus qui de fortitudine vini dixe-
rat, Et in hunc modum locutus eſt. Quomo- 18
do non ſit vinum fortius O viri? omnibus
hominibus qui ipſum bibunt? Seducit
mentem. Regis & pupilli ſenſum eundem 19
facit, vernæque & liberi, pauperis & di-
vitis: Omnémque cogitationem in hila- 20
ritatem & lætitiam mutat: Neque ullam
afflictionem aut debitum recordatur.

Versio VULG. LAT.

21 Et omnia præcordia facit honesta, & non meminit
regem nec magistratum, & omnia per talenta loqui
22 facit. Et non meminerunt, cùm biberint, amicitiam,
nec fraternitatem: sed non multum pòst sumunt gla-
23 dios. Et cùm à vino merserint & surrexerint, non me-
24 minerunt quæ gesserunt. O viri, num præcellit vinum?
quis sic cogitat facere? Et tacuit hoc dicto.

CAP. IV.

1 ET inchoavit sequens dicere, qui dixit de fortitudi-
2 ne regis. O viri, num præcellunt homines, qui ter-
3 ram & mare obtinent, & omnia quæ in eis sunt? Rex
autem super omnia præcellit, & dominatur eorum: &
4 omne quodcunque dixerit illis, faciunt. Et si miserit
illos ad bellatores, vadunt, & demoliuntur montes,
5 & muros, & turres. Jugulantur & jugulant, & re-
gis verba non prætereunt; nam si vicerint, afferunt re-
6 gi omnia quæcunque prædati fuerint. Similiter &
alii omnes, & quotquot non militant, nec pugnant,
sed colunt terram: rursum cùm fuerint metentes, af-
7 ferunt tributa regi: Et ipse unus solus si dixerit, Oc-
8 cidite, occidunt: dixerit, Remittite, remittunt: Dixe-
rit, Percutite, percutiunt: dixerit, Exterminate, exter-
9 minant: dixerit, Ædificate, ædificant: Dixerit, Exci-
10 dite, excidunt: dixerit, Plantate, plantant: Et omnis
plebs, & virtutes eum obaudiunt, & super hoc ipse
11 recumbit, & bibit, & dormit. Hi autem custodiunt
in circuitu eum, & non possunt ire singuli, & facere
12 opera sua, sed in dicto obaudientes sunt ei. Viri,
quomodò non præcellit rex qui sic diffamatur? Et ta-
13 cuit. Tertius qui dixerat de mulieribus & veritate,
14 hic est Zorobabel, cœpit loqui. Viri, non magnus
rex, & multi homines, nec vinum præcellit. Quis est
15 ergo qui dominatur eorum? Nónne mulieres ge-
nuerunt regem, & omnem populum, qui dominatur
mari & terræ:

Versio GRÆCA LXX. Interp.

21 Καὶ πάσας (κ) καρδίας ποιεῖ πλουσίας, καὶ οὐ μέμνη) βασιλέα οὐδὲ σατράπην·
22 καὶ πάντα διὰ ταλάντων ποιεῖ λαλεῖν. Καὶ οὐ (ʼ) μέμνηνται ὅταν πίνωσιν,
φιλιάζειν φίλοις καὶ ἀδελφοῖς, καὶ μετ᾽ οὐ πολὺ σπῶνται τὰς μαχαίρας.
23 Καὶ ὅταν ἀπὸ τοῦ (λ) οἴνου ἐγερθῶσιν, οὐ μέμνηνται ἃ ἔπραξαν. Ὦ ἄν-
24 δρες, οὐχ ὑπερισχύει (μ) ὁ οἶνος, ὅτι οὕτως ἀναγκάζει ποιεῖν; καὶ ἐσίγη-
σεν οὕτως εἴπας.

MS. A. (κ) τὰς καρδίας (ʼ) μέμνηται (λ) οἴνου γεννηθῶσιν, οὐδὲ (μ) ὁ οἶνος; οὕτως ἀναγκάζει ποιεῖν. καὶ ἐσίγησεν οὕτως εἰπών.

ΚΕΦ. Δʹ.

1 Καὶ ἤρξατο ὁ δεύτερος λαλεῖν, (ʼ) ὁ εἴπας περὶ τῆς ἰσχύος τοῦ βασιλέως.
2 Ὦ ἄνδρες, οὐχ ὑπερισχύουσιν οἱ ἄνθρωποι, τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν κατα-
3 κρατοῦντες καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς; Ὁ δὲ βασιλεὺς ὑπερισχύει, (α) καὶ
κυριεύει αὐτῶν καὶ δεσπόζει αὐτῶν, καὶ πᾶν ὃ ἐὰν εἴπῃ αὐτοῖς, (β) ἐνακού-
4 ουσιν. Ἐὰν εἴπῃ αὐτοῖς ποιῆσαι πόλεμον ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον, (γ)
ποιοῦσιν· ἐὰν δὲ ἐξαποστείλῃ αὐτοὺς πρὸς τοὺς πολεμίους, βαδίζουσι καὶ
5 κατεργάζονται τὰ ὄρη καὶ τὰ τείχη καὶ τοὺς πύργους, φονεύουσι καὶ φονεύονται,
καὶ τὸν λόγον τοῦ βασιλέως οὐ παραβαίνουσιν. ἐὰν δὲ νικήσωσι, τῷ βασιλεῖ
κομίζουσι πάντα, (δ) καὶ ἐὰν προνομεύσωσι, καὶ τὰ ἄλλα πάντα.
6 Καὶ ὅσοι οὐ στρατεύονται οὐδὲ πολεμοῦσιν, ἀλλὰ γεωργοῦσι τὴν γῆν, πάλιν
ὅταν σπείρωσι θερίσαντες ἀναφέρουσι τῷ βασιλεῖ· καὶ ἕτερος τὸν ἕτερον
7 ἀναγκάζοντες, ἀναφέρουσι τοὺς φόρους τῷ βασιλεῖ. Καὶ αὐτὸς εἷς μόνος
ἐστίν. ἐὰν εἴπῃ ἀποκτεῖναι, (ʼ) ἀποκτέννουσιν· ἐὰν εἴπῃ (ʼ) ἀφεῖναι, ἀφίουσιν·
8 Εἶπεν πατάξαι, (ʼ) τύπτουσιν· εἶπεν ἐρημῶσαι, ἐρημοῦσιν· εἶπεν οἰκοδο-
9 μῆσαι, οἰκοδομοῦσιν· Εἶπεν ἐκκόψαι, ἐκκόπτουσιν· εἶπε φυτεῦσαι, φυτεύ-
10 ουσι. Καὶ πᾶς ὁ λαὸς αὐτοῦ καὶ αἱ δυνάμεις αὐτοῦ ἐνακούουσι. πρὸς δὲ τού-
11 τοις αὐτὸς ἀνάκειται, ἐσθίει καὶ πίνει καὶ καθεύδει, (ε) Αὐτοὶ δὲ τηροῦσι κύ-
κλῳ περὶ αὐτόν· καὶ οὐ δύνανται ἕκαστος ἀπελθεῖν, καὶ ποιεῖν τὰ ἔργα αὐ-
12 τοῦ, οὐδὲ παρακούουσιν αὐτοῦ. Ὦ ἄνδρες, πῶς οὐχ ὑπερισχύει ὁ βασιλεύς,
13 ὅτι οὕτως ἐπάκουστός ἐστι; καὶ ἐσίγησεν. Ὁ δὲ τρίτος ὁ (ʼ) εἴπας περὶ τῶν
14 γυναικῶν καὶ τῆς ἀληθείας, οὗτός ἐστι Ζοροβάβελ, ἤρξατο λαλεῖν· (ʼ) Ἄν-
δρες, οὐ μέγας ὁ βασιλεύς, καὶ πολλοὶ οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὁ οἶνος ἰσχύει;
15 τίς οὖν ὁ δεσπόζων αὐτῶν, ἢ τίς ὁ κυριεύων αὐτῶν; Οὐχ αἱ γυναῖκες;
αἱ γυναῖκες ἐγέννησαν τὸν βασιλέα καὶ πάντα τὸν λαὸν ὃς κυριεύει τῆς θαλάσσης
καὶ τῆς γῆς,

MS. A. (ʼ) ὁ εἰπὼν (α) καὶ κυριεύει πάντων (β) ποιήσουσιν. (γ) ποιήσουσιν· (δ) καὶ ὅσα ἐὰν προνομεύσωσιν, (ʼ) ἀποκλείουσιν· (ʼ) ἀφιέναι, (ʼ) τύπτουσιν· εἶπεν οἰκοδομῆσαι, (ε) Οὗτοι δὲ τηροῦσιν περὶ αὐτὸν κύκλῳ· καὶ οὐ δύνανται ἕκαστος ἀπελθεῖν, (ʼ) εἰπὼν (ʼ) Ὦ ἄνδρες,

Cum Translatione LATINA.

Et omnia corda facit opulenta: & non meminit re- 21
gem, nec magistratum, et omnia per talenta loqui
facit. Et non meminerunt cùm biberint, amicitiam, 22
nec fraternitatem: sed non multum pòst sumunt
gladios. Et cùm à vino surrexerint; non memine- 23
runt, quæ gesserunt. O viri, nónne præcellit vinum, 24
quia sic cogit facere? Et tacuit hoc dicto.

CAP. IV.

ET inchoavit sequens dicere, qui dixit de fortitu- 1
dine regis. O viri, nónne præcellunt homines, qui 2
terram & mare obtinent, & omnia quæ in eis sunt?
Rex autem præcellit, & dominatur eorum, & im- 3
perat eis: & omne quodcunque dixerit illis, obe-
diunt. Si dixerit eis, ut faciat bellum alter adversùs 4
alterum; faciunt. Et si miserit illos ad hostes bella-
tores; vadunt, & demoliuntur montes, & muros,
et turres: Jugulant, et jugulantur, et regis verbum non 5
prætereunt. Quòd si vicerint; afferunt regi omnia,
et quæcunque prædati fuerint, et alia omnia. Et 6
quotquot non militant, nec pugnant, sed colunt ter-
ram; rursum, cum severint, metentes afferunt regi:
et alter alterum cogentes, afferunt tributa regi. Et 7
ipse unus solus est. Si dixerit, Occidite; occidunt:
si dixerit, Remittite; remittunt. Dixerit, Percutite; 8
percutiunt: dixerit, Exterminate; exterminant:
dixerit, Ædificate; ædificant: Dixerit, Ex- 9
cidite; excidunt: dixerit, Plantate, plantant.
Et omnis plebs ejus, et virtutes eum obaudiunt. 10
Et super hæc ipse recumbit, comedit, et bibit, et dor-
mit: Hi autem custodiunt in circuitu eum: et non 11
possunt unusquisque abire, et facere opera sua: neque
negligenter audiunt eum. Viri, quomodò non præcellit 12
rex, cui sic obeditur? et tacuit. Tertius, qui dixerat 13
de mulieribus, et veritate, (hic est Zorobabel,) cœpit
loqui: Viri, non magnus rex, et multi homines, et vi- 14
num præcellit? Quis est ergò, qui imperat eis? aut quis
qui dominatur eorum? Nónne mulieres? Mulieres 15
genuerunt regem, et omnem populum qui dominatur
mari et terræ:

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

CAP. IV.

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]

Omniáque corda opulenta facit: Neque re- 21
gem aut satrapam recordatur; omniáque
quasi ponderibus talentorum eloqui facit.
Nec recordantur, cùm bibunt, amoris ami- 22
corum ac fratrum: Et post paulum educunt
gladios. Sed cùm de vino surrexerint, non 23
meminerunt quæ fecerint. O viri, nónne 24
vinum fortius est cæteris, quod hæc facere
cogit? Et his dictis, reticuit.

CAP. IV.

ET cœpit secundus loqui, qui de for- 1
titudine regis dixerat; O viri, nónne for- 2
tiores cæteris sunt homines qui terram &
mare obtinent, quæque in eis omnia? Eis 3
autem præcellit, qui ipsis imperat, rex: Et
dominus est eorum; cui, quodcunque ipsis
dixerit, obediunt. Si jusserit ipsos bellum 4
facere alterum alteri, faciunt: Si ad hostes
ipsos mittat, eunt; montes investigant,
murósque ac turres. Cædunt cæduntúrque, 5
verbum autem regis non prævaricantur:
si vincant, regi omnia afferunt, etiamsi
pereant: Et reliqua hæc omnia. Qui au- 6
tem non militant, nec bellum gerunt, sed
terram colunt; rursus postquàm seminave-
rint, quod messuerint regi afferunt: co-
gúntque alter alterum offerre tributa regi.
Ipse autem unus solus est: si interficere 7
jubeat, interficiunt: Si missum facere, 8
missum faciunt; si ferire jusserit, feriunt;
si destruere, destruunt: si jusserit ædi-
ficare, ædificant; si occidere, occidunt; si 9
plantare, plantant: Omnísque populus ejus 10
& exercitus, ipsi parent: Et præterea ipse
recumbit, edens ac bibens & dormiens:
Illi autem custodiam agunt juxta illum, 11
nec cuiquam discedere licet, & res suas
agere: neque inobedientes ipsi sunt. O 12
viri, annon fortior cæteris rex, cui ita
obediendum est? Et conticuit. Tertius 13
autem qui de mulieribus & veritate locutus
erat, qui erat Zorobabel filius Salathiel,
de genere Judaico, loqui cœpit. O viri, 14
nónne magnus est rex, & homines multi,
& vinum forte? Quis igitur est qui superat
eos? Aut quis est qui eis dominatur?
Mulieres nónne reges pariunt, & popu- 15
lum totum qui mari & terræ domina-
tur?

Versio VULG. LAT.

16 Et ex illis nati sunt, & ipsæ educaverunt eos qui
17 plantaverunt vineas ex quibus vinum fit? Et ipsæ
faciunt stolas omnium hominum, & ipsæ faciunt gloriam hominibus, & non possunt homines separari à
18 mulieribus. Si congregaverint aurum & argentum,
& omnem rem speciosam, & viderint mulierem u-
19 nam bono habitu & bonâ specie, Omnia hæc relin-
quentes in eam intendunt, & aperto ore conspiciunt,
& eam alliciunt magis quàm aurum & argentum, &
20 omnem rem pretiosam. Homo patrem suum relin-
quit qui enutriit illum, & suam regionem, & ad mu-
21 lierem se conjungit. Et cum muliere remittit animam:
& neque patrem meminit, neque matrem, neque re-
22 gionem. Et hinc oportet vos scire: quoniam mulie-
23 res dominantur vestrî. Nónne doletis? Et accipit
homo gladium suum, & vadit in viam facere furta, &
24 homicidia, & mare navigare & flumina, Et leoné vi-
det, & in tenebris ingreditur: et cùm furtum fecerit,
25 et fraudes, et rapinas, amabili suæ affert. Et iterum,
diligit homo uxoré suam magis quàm patrem aut ma-
26 tré. Et multi dementes facti sunt propter uxores suas:
27 et servi facti sunt propter illas: Et multi perierunt et
28 jugulati sunt, et peccaverũt propter mulieres. Et nunc
credite mihi, quia magnus est rex in potestate sua:
29 quoniam omnes regiones verentur tangere eum. Vi-
debam tamen Apemen filiam Bezacis, mirifici concu-
30 binam regis, sedentem juxta regem ad dextram, Et
auferentem diadema de capite ejus, et imponentem
31 sibi, et palmis cædebat regem de sinistra manu. Et
super hæc aperto ore intuebatur eam: et si arriserit
ei, ridet: nam si indignata ei fuerit, blanditur, donec
32 reconcilietur in gratiam. O viri, cur non sunt fortio-
res mulieres? Magna est terra, et excelsum est cœlum:
33 quis ista agit? Et tunc rex, et purpurati intueban-
34 tur in alterutrum. Et inchoavit loqui de veritate. O
viri, nónne fortes sunt mulieres? Magna est terra, et
excelsum est cœlum: et velox cursus Solis convertit
in gyro cœlum in locum suum in una die.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

16 Καὶ ἐξ αὐτῶν ἐγένοντο. καὶ αὗται ἐξέθρεψαν αὐτοὺς (ζ) τοὺς φυτεύσαντας τοὺς
17 ἀμπελῶνας ἐξ ὧν ὁ οἶνος γίνεται. Καὶ αὗται ποιοῦσι τὰς στολὰς τῶν ἀνθρώπων, καὶ αὗται ποιοῦσι (η) δόξαν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ οὐ δύνανται οἱ ἄνθρωποι
18 χωρὶς τῶν γυναικῶν εἶναι. Ἐὰν δὲ συναγάγωσι χρυσίον καὶ (θ) ἀργύριον καὶ πᾶν πρᾶγμα ὡραῖον, καὶ ἴδωσι γυναῖκα μίαν καλὴν τῷ εἴδει καὶ τῷ
19 κάλλει, (ͼ) Ταῦτα πάντα ἀφέντες, εἰς αὐτὴν (*) ἐκκέχηναν, καὶ χάσκοντες τὸ στόμα θεωροῦσιν αὐτήν, καὶ πάντες αὐτὴν αἱρετίζουσι μᾶλλον ἢ τὸ
20 χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον καὶ πᾶν πρᾶγμα ὡραῖον. Ἄνθρωπος τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ἐγκαταλείπει ὃς ἐξέθρεψεν αὐτόν, καὶ τὴν ἰδίαν χώραν, καὶ πρὸς
21 τὴν ἰδίαν γυναῖκα κολλᾶται, Καὶ μετὰ τῆς γυναικὸς ἀφίησι τὴν ψυχήν, καὶ οὔτε
22 τὸν πατέρα μέμνηται, οὔτε τὴν μητέρα, οὔτε τὴν χώραν. Καὶ ἐντεῦθεν δεῖ ὑμᾶς γνῶναι ὅτι αἱ γυναῖκες κυριεύουσιν ὑμῶν· οὐχὶ πονεῖτε, καὶ μοχθεῖτε,
23 καὶ πάντα ταῖς γυναιξὶ δίδοτε καὶ φέρετε; Καὶ λαμβάνει (ͳ) ὁ ἄνθρωπος τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ, (ι) καὶ ἐκπορεύεται ἐξοδεύειν καὶ λῃστεύειν καὶ κλέπτειν, καὶ
24 εἰς τὴν θάλασσαν (κ) πλεῖν, καὶ ποταμούς, Καὶ τὸν λέοντα θεωρεῖ, καὶ ἐν σκότει βαδίζει· καὶ ὅταν κλέψῃ καὶ ἁρπάσῃ καὶ ἀποσυλήσῃ, (λ) τῇ ἐρωμένῃ ἀπο-
25 φέρει. Καὶ πλεῖον ἀγαπᾷ ἄνθρωπος τὴν ἰδίαν γυναῖκα μᾶλλον ἢ τὸν
26 πατέρα καὶ τὴν μητέρα. Καὶ πολλοὶ ἀπενοήθησαν ταῖς ἰδίαις διανοίαις διὰ
27 τὰς γυναῖκας, καὶ δοῦλοι ἐγένοντο δι' αὐτάς. Καὶ πολλοὶ ἀπώλοντο καὶ
28 ἐσφάλησαν καὶ ἡμάρτοσαν διὰ τὰς γυναῖκας. Καὶ νῦν οὐ πιστεύετέ μοι; οὐχὶ μέγας ὁ βασιλεὺς τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ; οὐχὶ πᾶσαι αἱ χῶραι (μ)
29 εὐλαβοῦνται ἅψασθαι αὐτοῦ; Ἐθεώρουν αὐτόν, καὶ Ἀπάμην τὴν θυγατέρα Βαρτάκου τοῦ θαυμαστοῦ τὴν παλλακὴν τοῦ βασιλέως, καθημένην ἐν
30 δεξιᾷ τοῦ βασιλέως, Καὶ ἀφαιροῦσαν τὸ διάδημα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ βασιλέως, καὶ ἐπιτιθοῦσαν ἑαυτῇ· καὶ (†) ἐρράπιζε τὸν βασιλέα τῇ ἀριστερᾷ.
31 Καὶ πρὸς τούτοις ὁ βασιλεὺς χάσκων τὸ στόμα ἐθεώρει αὐτήν· καὶ ἐὰν προσγελάσῃ αὐτῷ, γελᾷ· ἐὰν δὲ πικρανθῇ ἐπ' αὐτόν, κολακεύει αὐτήν,
31 ὅπως διαλλαγῇ αὐτῷ. Ὦ ἄνδρες, πῶς οὐχὶ ἰσχυραὶ αἱ γυναῖκες, ὅτι
33 οὕτως πράσσουσι; Καὶ τότε ὁ βασιλεὺς καὶ οἱ μεγιστᾶνες (ν) ἔβλεπον εἰς
34 τὸν ἕτερον. καὶ ἤρξατο λαλεῖν περὶ τῆς ἀληθείας· Ἄνδρες, (ͽ) οὐχὶ ἰσχυραὶ αἱ γυναῖκες; μεγάλη ἡ γῆ, καὶ ὑψηλὸς ὁ οὐρανός, καὶ ταχὺς τῷ δρόμῳ ὁ ἥλιος, ὅτι στρέφεται ἐν τῷ κύκλῳ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πάλιν ἀποτρέχει εἰς τὸν ἑαυτοῦ τόπον ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ.

Et ex illis nati sunt: & ipsæ educaverunt eos qui 16
plantaverunt vineas, ex quibus vinum fit. Et ipsæ 17
faciunt stolas hominum: & ipsæ faciunt gloriam
hominibus: & non possunt homines sine mulieribus
esse. Si autem congregaverint aurum, & argentum, 18
& omnem rem speciosam, & viderint mulierem
unam bono habitu, & bonâ specie; Omnia hæc relin- 19
quentes, in eam intendunt, & aperto ore conspiciunt
eam, & omnes eam eligunt magis, quam aurum,
& argentum, & omnem rem speciosam. Homo pa- 20
trem suum relinquit, qui enutriit illum; & suam
regionem: & ad propriam mulierem se conjungit:
Et cum muliere remittit animam: & neque patrem 21
meminit, neque matrem, neque regionem. Et hinc o- 22
portet vos scire, quoniam mulieres dominantur vestri.
Nónne laboratis, & doletis: & omnia mulieribus
datis, & affertis? Et accipit homo gladium suum, 23
& egreditur insidiari viis, & latrocinari, & furta
facere, & mare navigare, & flumina: Et leonem vi- 24
det, & in tenebris ingreditur: et, cùm furtum fece-
rit, et rapinas, et prædas; amicæ affert: Et iterum 25
diligit homo uxorem suam magis, quàm patrem, et
matrem. Et multi dementes facti sunt propter mulieres, 26
et servi facti sunt propter illas, Et multi perierunt, et 27
malè rem gesserunt, et peccaverunt propter mulieres.
Et nunc non creditis mihi? Nónne magnus est rex 28
in potestate sua? nónne omnes regiones verentur
tangere eum? Considerabam eum, et Apamen filiam 29
Bartacis mirifici, concubinam regis sedentem ad dex-
teram regis, Et auferentem diadema de capite regis, 30
et imponentem sibi: et palmis cædebat regem de si-
nistra manu: Et super hæc rex aperto ore intuebatur 31
eam: et, si arriserit ei, ridet: et, si indignata ei fue-
rit, blanditur ei; donec reconcilietur ei. O viri, cur 32
non sunt fortes mulieres, quia sic faciunt? Et 33
tunc rex, et purpurati intuebantur in alterutrum.
Et inchoavit loqui de veritate. Viri, nónne fortes sunt 34
mulieres? Magna est terra, et excelsum est cœlum: et
velox cursu Sol, quoniam vertitur in gyro cæli, et
rursus recurrit in locum suum in una die.

MS. A. (ζ) τοὺς φυτεύοντας τοὺς (η) τὰς δόξας τῶν ἀνθρώπων, (θ) ἀργύριον, οὐχὶ ἀγαπῶσιν γυναῖκα μίαν (ͼ) Καὶ ταῦτα (*) ἐγκέχηναν, (ͳ) ἄνθρωπος (ι) καὶ ἐκπορεύεται εἰς ἐξοδίαν λῃστεύειν (κ) πλεῖν, (λ) τῇ * ἡρμοσμένῃ ἀποφέρει. (μ) εὐλαβοῦνται αὐτὸν ἅψασθαι αὐτοῦ; (†) ἐράπιζεν (ν) ἐνέβλεπον ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον. (ͽ) οὐχ

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

16 [illegible] *
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]

Ex eis est, ipsæque eos educant, qui 16
plantant vineas, ex quibus existit vi-
num. Ipsæ stolas hominum faciunt: Ipsæ 17
gloriam faciunt hominibus, nec possunt
homines sine mulieribus esse. Quòd si 18
argentum & aurum congregaverint, &
ullum opus pulchrum, & viderint
mulierem visu pulchram & formâ;
Relictis his omnibus ipsam obstu- 19
pescunt, & ore hiante ipsam intuentur,
ipsamque omnes amant magis quàm au-
rum aut argentum, aut ullum opus pul-
chrum? Patrem suum relinquit homo qui 20
ipsum eduxit, & patriam suam, ut uxo-
ri suæ adhæreat, Et cum uxore vitam 21
dimittit. Nec patris recordatur nec ma-
tris, nec patriæ: Unde æquum est vos 22
discere, mulieres vobis dominari. Nón-
ne laboratis & lassamini, & mulieribus
omnia datis ac affertis? Et gladium ho- 23
mo manu accipit, qui peregrè profi-
ciscitur latrocinatum, & furatum, &
mare navigatum, & flumina; Et leo- 24
nem videt, & in tenebris ambulat, &
quicquid furatus est, rapuit, spoliavit,
dilectæ suæ affert: Et uxorem suam 25
multò plùs diligit homo, quàm patrem
vel matrem. Et multi dementes facti 26
sunt propter mulieres, & servitutem ser-
vierunt propter ipsas. Multi perierunt, 27
lapsi sunt, & peccàrunt propter mulieres.
Et nunc non creditis mihi? Nónne 28
magnus est rex in dominio suo? Nonne
omnes regiones metuunt tangere ipsum?
Vidi ego & Apamen filiam admirandi 29
ejus Artac principis, pellicem regis, Cùm 30
detractum capiti ejus diadema sibi im-
poneret, & regem sinistrâ cæderet. Et 31
ad hæc, rex aperto ore ipsam intueba-
tur, & si arrideret ipsi, ridebat; quòd si
indignaretur ipsi, adulabatur ei, donec
sibi conciliaret. O viri, quomodo non 32
sint fortes mulieres quæ sic faciunt?
Tum rex & principes intuebantur alter 33
alterum. Et cœpit de veritate verba
facere. O viri, nónne fortes sunt 34
mulieres? Magna est terra, & excelsi
cœli, & velox cursu Sol: Circuit enim
cœlum, & ad locum suum recurrit die
uno.

Versio VULG. LAT.

35 Nónne magnificus eſt qui hæc facit, & veritas magna,
36 & fortior præ omnibus? Omnis terra veritatem invocat, cœlum etiam ipſam benedicit, & omnia opera
moventur, & tremunt eam, & non eſt cum ea quid-
37 quam iniquum. Vinum iniquum, iniquus rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filii hominum, & iniqua
illorum omnia opera, & non eſt in ipſis veritas, & in
38 ſua iniquitate peribunt: Et veritas manet & invaleſcit in æternum, & vivit & obtinet in ſecula ſecu-
39 lorum. Nec eſt apud eam accipere perſonas, neque differentias: ſed quæ juſta ſunt facit omnibus, injuſtis ac malignis, & omnes benignantur in operibus e-
40 jus. Et non eſt in judicio ejus iniquum, ſed fortitudo, & regnum, & poteſtas, & majeſtas omnium ævo-
41 rum. Benedictus Deus veritatis. Et deſiit loquendo.
Et omnes populi clamaverunt, & dixerunt; Magna
42 eſt veritas, & prævalet. Tunc rex ait illi; Pete, ſi quid vis amplius, quàm quæ ſcripta ſunt, & dabo tibi, ſecundùm quod inventus es ſapientior proximis, & proximus mihi ſedebis, & cognatus meus vocabe-
43 ris. Tunc ait regi, Memor eſto voti tui, quod voviſti, ædificare Jeruſalem, in die quâ regnum ac-
44 cepiſti: Et omnia vaſa quæ accepta ſunt ex Jeruſalem, remittere, quæ ſeparavit Cyrus, quando ma-
45 ctavit Babyloniam, & voluit remittere ea ibi. Et tu voviſti ædificare templum quod incenderunt Idu-
46 mæi, quando exterminata eſt Judæa à Chaldæis. Et nunc hoc eſt quod poſtulo, domine, & quod peto, hoc eſt majeſtas quod à te poſtulo, ut facias votum
47 quod voviſti regi cœli ex ore tuo. Tunc ſurgens Darius rex, oſculatus eſt illum: & ſcripſit epiſtolas ad omnes diſpenſatores, & præfectos, et purpuratos, ut deducerent eum, et eos qui cum illo erant, omnes a-
48 ſcendentes ædificare Jeruſalem. Et omnibus præfectis, qui erant in Syria, et Phœnice, et Libano, ſcripſit epiſtolas, ut traherent ligna cedrina à Libano in Jeruſalem, ut ædificarent cum eis civitatem.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Tranſlatione LATINA.

35 Οὐχὶ μέγας ὃς ταῦτα ποιεῖ; ϗ ἡ ἀλήθεια μεγάλη ϗ ἰσχυροτέρα παρὰ
36 πάντα. Πᾶσα ἡ γῆ τὴν ἀλήθειαν καλεῖ, ϗ ὁ οὐρανὸς αὐτὴν εὐλογεῖ, ϗ πάντα τὰ ἔργα σείεται ϗ τρέμει, ϗ οὐκ ἔστι μετ' (ξ)αὐτῆς ἄδικον οὐδέν.
37 Ἄδικος ὁ οἶνος, ἄδικος ὁ βασιλεύς, ἄδικοι αἱ γυναῖκες, ἄδικοι πάντες οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ϗ ἄδικα πάντα τὰ ἔργα αὐτῶν (ξ) τὰ τοιαῦτα, ϗ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ἀλήθεια, ϗ ἐν τῇ ἀδικίᾳ (ο) αὐτῶν ἀπο-
38 λοῦνται. Καὶ ἡ ἀλήθεια μένει ϗ ἰσχύει εἰς τὸν αἰῶνα, ϗ ζῇ ϗ κρατεῖ εἰς
39 τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Καὶ οὐκ ἔστι (π) παρ' αὐτὴν λαμβάνειν πρόσωπα, (ρ) οὐδὲ διάφορα, ἀλλὰ τὰ δίκαια ποιεῖ ἀπὸ πάντων τῶν ἀδίκων ϗ
40 πονηρῶν· ϗ πάντες εὐδοκοῦσι τοῖς ἔργοις αὐτῆς. Καὶ οὐκ ἔστιν ἐν τῇ κρίσει αὐτῆς οὐδὲν ἄδικον· ϗ αὐτὴ ἡ ἰσχὺς, ϗ τὸ βασίλειον, ϗ ἡ ἐξουσία, ϗ ἡ μεγαλειότης τῶν πάντων αἰώνων. εὐλογητὸς ὁ Θεὸς τῆς ἀληθείας.
41 Καὶ ἐσιώπησε τοῦ λαλεῖν. ϗ πᾶς ὁ λαὸς τότε ἐφώνησε· ϗ τότε (σ) εἶπον,
42 Μεγάλη ἡ ἀλήθεια, ϗ ὑπερισχύει. Τότε ὁ βασιλεὺς εἶπεν αὐτῷ, Αἴτησαι ὃ θέλεις πλείω τῶν γεγραμμένων, ϗ δώσομέν σοι (τ) ὃν τρόπον εὑρέθης σοφώτερος, ϗ ἐχόμενός μου καθήσῃ, ϗ συγγενής μου κληθήσῃ.
43 Τότε εἶπε τῷ βασιλεῖ, Μνήσθητι τὴν εὐχὴν, ἣν ηὔξω, οἰκοδομῆσαι
44 τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ᾗ τὸ βασίλειόν σου παρέλαβες, Καὶ πάντα τὰ σκεύη τὰ ληφθέντα ἐξ Ἱερουσαλὴμ, (υ) ϗ ἐκπέμψαι ἃ ἐχώρισε Κῦρος, ὅτε ηὔξατο ἐκκόψαι Βαβυλῶνα, ϗ ηὔξατο ἐξαποστεῖλαι ἐκεῖ.
45 Καὶ σὺ ηὔξω οἰκοδομῆσαι τὸν ναὸν ὃν ἐνεπύρισαν οἱ Ἰδουμαῖοι,
46 ὅτε ἠρημώθη ἡ Ἰουδαία ὑπὸ τῶν Χαλδαίων. Καὶ νῦν τοῦτό ἐστιν ὃ σε ἀξιῶ κύριε βασιλεῦ, ϗ ὃ αἰτοῦμαί σε, ϗ αὕτη ἐστὶν (φ) ἡ μεγαλωσύνη ἡ παρὰ σοῦ· δέομαι οὖν ἵνα ποιήσῃς τὴν εὐχὴν, ἣν ηὔξω τῷ βασιλεῖ τοῦ
47 οὐρανοῦ, ποιῆσαι ἐκ στόματός σου. Τότε ἀναστὰς Δαρεῖος ὁ βασιλεὺς κατεφίλησεν αὐτὸν, ϗ ἔγραψεν αὐτῷ τὰς ἐπιστολὰς πρὸς πάντας τοὺς οἰκονόμους, ϗ τοπάρχας, ϗ στρατηγοὺς, ϗ σατράπας, ἵνα προπέμψωσιν αὐτὸν ϗ τοὺς μετ' αὐτοῦ πάντας ἀναβαίνοντας οἰκοδομῆσαι τὴν
48 Ἱερουσαλήμ. Καὶ πᾶσι τοῖς τοπάρχαις ἐν κοίλῃ Συρίᾳ, ϗ Φοινίκῃ, ϗ τοῖς ἐν τῷ Λιβάνῳ ἔγραψεν ἐπιστολὰς, μεταφέρειν ξύλα κέδρινα ἀπὸ τοῦ Λιβάνου εἰς Ἱερουσαλὴμ, ϗ ὅπως οἰκοδομήσωσι μετ' αὐτοῦ τὴν πόλιν.

MS. A. (ξ) αὐτοῦ (ξ) πάντα τὰ τοιαῦτα, (ο) ἑαυτῶν ἀπολοῦνται. Ἡ δὲ ἀλήθεια μένει ϗ ἰσχύσει (π) παρ' αὐτῇ (ρ) οὐδὲ* διαφθορὰ, ἀλλὰ τὰ δίκαια ποιεῖ ἀπὸ πάντων τῶν ἀδίκων πονηρῶν· (σ) εἶπεν, (τ) ἀνθ' ὧν εὑρέθης (υ) ἐκπέμψαι ἃ ἐξεχώρησεν Κῦρος, (φ) μεγαλωσύνη

35 Nónne magnus eſt, qui hæc facit? Et Veritas magna,
36 & fortior præ omnibus. Omnis terra veritatem invocat: cælum etiam ipſam benedicit; & omnia opera moventur, & tremunt: & non eſt cum ea quicquam
37 iniquum. Vinum iniquum, iniquus rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filii hominum, & iniqua omnia opera eorum hæc, & non eſt in ipſis veritas, & in ſua
38 iniquitate peribunt. Et veritas manet, & invaleſcit in æternum, & vivit & obtinet in (a) ſeculum ſecu-
39 li. Nec eſt apud eam accipere perſonas, neque differentia: ſed quæ juſta ſunt, facit, ab omnibus injuſtis, ac (b) malignis: & omnes benignantur operibus ejus:
40 Et non eſt in judicio ejus quicquam iniquum: & hæc, fortitudo, & regnum, et poteſtas, et majeſtas
41 omnium ævorum. Benedictus Deus veritatis. Et deſiit loquendo. Et omnis populus tunc clamavit: et
42 tunc dixerunt; Magna eſt Veritas, et prævalet. Tunc rex ait illi; Pete, ſi quid vis amplius quàm quæ ſcripta ſunt: et dabimus tibi ſecundùm quod inventus es ſapientior: et proximus mihi ſedebis, et cognatus me-
43 us vocaberis. Tunc ait regi; Memor eſto voti, quod voviſti, ædificare Hieruſalem, in die quâ regnum tu-
44 um accepiſti, Et omnia vaſa, quæ accepta ſunt ex Hieruſalem, (c) et remittere, quæ ſeparavit Cyrus, quando vovit excidere Babyloniam, et vovit remittere
45 illuc. Et tu voviſti ædificare templum, quod incenderunt (d) Idumæi; quando exterminata eſt Judæa à
46 Chaldæis. Et nunc hoc eſt quod à te poſtulo, domine rex, et quod peto à te: et hæc eſt majeſtas, quæ à te. Poſtulo igitur, ut facias votum, quod voviſti regi cœ-
47 li facere ex ore tuo. Tunc ſurgens Darius rex, oſculatus eſt illum: et ſcripſit ei epiſtolas ad omnes diſpenſatores, et locorum præfectos, et duces, et purpuratos, ut deducerent eum, et eos qui cum illo erant,
48 omnes aſcendentes ædificare Hieruſalem. Et omnibus provinciarum præfectis in Cœle Syria, et Phœnice, et qui in Libano, ſcripſit epiſtolas, ut transferrent ligna cedrina à Libano in Hieruſalem: et ut ædificarent cum eo civitatem.

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]

35 Nonne magnus eſt qui hæc fecit? Magna veritas & fortis, & melior omnibus.
36 Omnis terra veritatem invocat: Cœli ipſi benedicunt: Omnia opera commoventur & tremunt, nec eſt apud ipſam ini-
37 qui quicquam. Iniquus rex: Iniquæ mulieres: Iniqui omnes filii hominum. Iniqua omnia opera eorum omnium qui inſtar horum: Nec eſt in eis veritas: Et in
38 iniquitate ſua pereunt. Veritas autem durat & fortis eſt in æternum, obtinétque
39 in ſeculum ſeculorum. Nec eſt apud eam acceptio perſonarum aut mutatio: Sed quæ juſta ſunt facit de omnibus injuſtis ac malis. Placent admodum omnibus illius
40 opera: nec eſt *in illis* quicquam injuſti. Ejus eſt potentia & regnum, & dominium & principatus omnium gentium.
41 Benedictus Deus veritatis. Et à loquendo conticuit. Tunc omnis populus exclamavit dicens; Magna eſt veritas & prævalet.
42 Tunc dixit ei rex; Pete quicquid volueris præter hæc quæ ſcripta ſunt, & dabimus tibi, quomodo ſapientior inventus es; Et ad latus *meum* ſedebis, & cognatus
43 meus vocaberis. Tunc dixit regi; recordare voti quod voviſti de ædificandis Hieroſolymis, quo die accepiſti diadema tu-
44 um; Et vaſis omnibus quæ Hieroſolymis ablata ſunt remittendis, quæ ſepoſuit Cyrus cùm ſe illuc remiſſurum vo-
45 veret. Et tu voviſti te ædificaturum templum quod incenderunt Idumæi, cùm
46 vaſtaretur Judæa à Chaldæis. Nunc autem hoc eſt quod ſupplex à te peto domine rex, hoc quod à te poſtulo, hæc quæ à te magnitudo; Peto à te ut facias votum quod voviſti ex ore tuo regi cœlo-
47 rum te facturum. Tunc ſurgens rex Darius oſculatus eſt eum, & ſcripſit ei literas ad omnes Procuratores, & Toparchas, & Duces, & Satrapas, ut deducerent eum, & eos omnes qui aſcende-
48 runt, ad ædificandam Hieroſolymam. Et Toparchis omnibus qui in Syria Cava & Phœnice, eiſque qui in Libano, ut ligna cedrina à Libano Hieroſolymam transferrent, & ut civitatem cum ipſo ædificarent.

Versio VULG. LAT.

49 Et scripsit omnibus Judæis qui ascendebant à regno in Judæam pro libertate, omnem potentem, & magistratum, & præfectum non supervenire ad januas ipsorum,
50 Et omnem regionem quam obtinuerant immunem esse eis, & Idumæi relinquant castella quæ
51 obtinent Judæorum, Et in structuram templi dare per singulos annos talenta viginti, usque dum perædi-
52 ficaretur: Et super sacrarium holocautomata ustulare quotidiè, sicut habent præceptum: alia talenta de-
53 cem offerre per singulos annos, Et omnibus qui procedunt à Babylonia condere civitatem: ut esset libertas tam ipsis quàm filiis eorum, & omnibus sacerdoti-
54 bus qui præcedunt. Scripsit autem & quantitatem,
55 & sacram stolam jussit dari, in qua deservirent: Et Levitis scripsit dare præcept; usque in diem quâ con-
56 summabitur domus, & Jerusalem extruetur: Et omnibus custodientibus civitatem scripsit dari ei sortes
57 & stipendia. Et dimisit omnia vasa quæcunque separaverat Cyrus à Babylonia, & omnia quæcunque dixit
58 Cyrus, & ipse præcepit fieri, & mitti Jerusalem. Et cùm processisset ille adolescens, elevans faciem in Je-
59 rusalem, benedixit regem cœli, Et dixit; Abs te est victoria, & abs te est sapientia & claritas. Et ego ser-
60 vus tuus sum. Benedictus es qui dedisti mihi sapientiam, & tibi confitebor, Domine Deus patrum nostro-
61 rum. Et accepit epistolas, & profectus est in Babyloniam. Et venit, & nuntiavit fratrib' suis omnibus qui
62 fuerunt in Babylonia: Et benedixerunt Deum patrum suorum, quoniam dedit illis remissioné & refri-
63 gerium, Ut ascenderent & ædificarent Jerusalé, & templum ubi nominatum est nomen ejus in ipso, & exultaverunt cum musicis & lætitia diebus septem.

CAP. V.

1 Post hæc autem electi sunt, ut ascenderent principes pagorum per domos & tribus suas, & uxores illorum, & filii & filiæ eorum, & servi & ancillæ ipso-
2 rum, & pecora eorum. Et Darius rex misit unà cum eis equites mille, donec deducerent eos in Jerusalem cum pace, & cum musicis & cum tympanis & tibiis.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

queque diruta tua, & congregabit ad te cum gaudio omnem captivitatem
tuam, plantabitque in medio tui, omnes filios tuos, in seculum & in perpe-
tuũ. Multæ gentes rogabunt pro pace tua, & inquirent nomen Domini al- 14
tissimi. Reges Tharsis & insularum munera reddent. Reges Scheba & Seba
dona adducent. In generatione & generationem lætabuntur, & gaudebunt 15
in medio tui, omnes qui diligunt te. Confundantur & retro agantur omnes 16
qui oderunt te. Lætare & gaude Jerusalem, super collectione filiorum tuo- 17
rum, qui habitant in medio tui, ibi confitebuntur & benedicent nomen Do-
mini. Beati omnes qui lugent propter te, nunc enim lætabuntur, & propter 18
te admirabũtur, nempe propter magnã gloriã tuã, atq; gaudebunt in seculũ 19
& in perpetuũ. Benedic anima mea Dominũ regem magnũ, Quoniam ipse 21
ædificabit Jerusalem lapidibus pretiosis, nempe Sapphiro, Adamante, &
Smaragdo, Omnesque muri ejus (erunt) ex lapidibus lucentibus, Turres
quoq; & palatia ejus, erunt ex auro mundo, Omnes plateæ ejus carbunculo 22
& lapidibus pretiosis ex Ophir allatis, stratæ erunt. Tunc jubilabunt
omnes plateæ ejus, ac dicent; Laudate Dominum, Benedictus Dominus qui exaltavit cornu regni tui, in seculum & in perpetuum. Hactenus oratio Tobiæ. 23

Editio SEBAST. MUNSTERI.

17 ויאמר רפאל שלום לכם אל תיראו ברכו את יי על הגדלות והנוראות האלה
19 אשר עשה עמכם: ואני בכל אשר הייתי עמכם ראיתם אותי אוכל ושותה כי
20 כן נרמה בעיניכם ואני לא אכלתי ולא שתיתי: ועתה כתבו לכם את כל הדברים
האלה בספר והיה לעד ביניכם ובין אלהיכם כל ימי חייכם:

Ad quos dixit Raphael; Pax vobis: Nolite timere, sed benedicite Dominum 17
pro magnalibus & mirabilibus istis quæ fecit vobiscũ. Et me quidẽ omni 19
tempore quo fui apud vos vidistis comedere & bibere, sic enim visum est
in oculis vestris, at ego non comedi neque bibi. Nunc ergo scribite vobis 20
omnia verba ista in libro, qui sit in testimonium inter vos & inter Deum
vestrum cunctis diebus vitæ vestræ,

Versio VULG. LAT.

5 Ipse castigavit nos propter iniquitates nostras :
& ipse salvabit nos propter misericordiam suam.
6 Aspicite ergò quæ fecit nobiscum, & cum ti-
more & tremore confitemini illi : regémque se-
7 culorum exaltate in operibus vestris. Ego au-
tem in terra captivitatis meæ confitebor illi :
quoniam ostendit majestatem suam in gentem
8 peccatricem. Convertimini itaque peccatores,
& facite justitiam coram Deo, credentes quòd
9 faciet vobiscum misericordiam suam. Ego au-
10 tem, & anima mea in eo lætabimur. Benedi-
cite Dominum omnes electi ejus : agite dies læ-
11 titiæ, & confitemini illi. Jerusalem civitas Dei,
castigavit te Dominus in operibus manuum tua-
12 rum. Confitere Domino in bonis tuis, & bene-
dic Deum seculorum, ut reædificet in te taber-
naculum suum, & revocet ad te omnes captivos,
13 & gaudeas in omnia secula seculorum. Luce
splendidâ fulgebis : & omnes fines terræ adora-
14 bunt te. Nationes ex longinquo ad te venient :
& munera deferentes, adorabunt in te Domi-
num, & terram tuam in sanctificationem habe-
15 bunt. Nomen enim magnum invocabunt in te.
16 Maledicti erunt qui contempserint te : & con-
demnati erunt omnes qui blasphemaverint te :
17 benedictique erunt qui ædificaverint te. Tu
autem lætaberis in filiis tuis, quoniam omnes
benedicentur, & congregabuntur ad Dominum.
18 Beati omnes qui diligunt te, & qui gaudent
19 super pace tua. Anima mea benedic Dominum,
quoniam liberavit Jerusalem civitatem suam à
cunctis tribulationibus ejus, Dominus Deus no-
20 ster. Beatus ero, si fuerint reliquiæ seminis
21 mei ad videndam claritatem Jerusalem. Portæ
Jerusalem ex sapphiro & smaragdo ædificabun-
tur : & ex lapide pretioso omnis circuitus mu-
22 rorum ejus. Ex lapide candido & mundo
omnes plateæ ejus sternentur : & per vicos ejus
23 alleluja cantabitur. Benedictus Dominus, qui
exaltavit eam, & sit regnum ejus in secula secu-
lorum super eam. Amen.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

5 Καὶ μαστιγώσει ἡμᾶς ἐν ταῖς ἀδικίαις ἡμῶν, καὶ πάλιν ἐλεήσει, καὶ
συνάξει ἡμᾶς ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν, οὗ ἐὰν (α) σκορπισθῆτε ἐν αὐτοῖς.
ἐὰν ἐπιστρέψητε πρὸς αὐτὸν ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ ὑμῶν, καὶ ἐν ὅλῃ
τῇ ψυχῇ ὑμῶν, ποιῆσαι ἐνώπιον αὐτοῦ ἀλήθειαν, τότε ἐπιστρέψει
6 πρὸς ὑμᾶς, καὶ οὐ μὴ (β) κρύψει τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀφ' ὑμῶν. Καὶ
θεάσασθε ἃ ποιήσει μεθ' ὑμῶν, καὶ ἐξομολογήσασθε αὐτῷ ἐν ὅλῳ
τῷ στόματι ὑμῶν, καὶ (γ) εὐλογήσατε τὸν κύριον τῆς δικαιοσύνης, καὶ ὑ-
7 ψώσατε τὸν βασιλέα τῶν αἰώνων. Ἐγὼ ἐν τῇ γῇ τῆς αἰχμαλωσίας
μου ἐξομολογοῦμαι αὐτῷ, καὶ δεικνύω τὴν ἰσχὺν καὶ τὴν μεγαλωσύνην
8 αὐτοῦ ἔθνει ἁμαρτωλῶν. Ἐπιστρέψατε ἁμαρτωλοί, καὶ ποιήσατε δι-
καιοσύνην ἐνώπιον αὐτοῦ· τίς γινώσκει εἰ θελήσει ὑμᾶς, καὶ
9 ποιήσει ἐλεημοσύνην (δ) ὑμῖν; Τὸν θεόν μου ὑψῶ, καὶ ἡ ψυχή μου
10 (ε) τῷ βασιλεῖ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἀγαλλιάσεται τὴν μεγαλωσύνην αὐτοῦ. Λε-
11 γέτωσαν πάντες, καὶ ἐξομολογείσθωσαν αὐτῷ ἐν Ἱεροσολύμοις. Ἱε-
ροσόλυμα πόλις (ζ) ἁγίου, μαστιγώσει ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν υἱῶν σου, καὶ
12 πάλιν ἐλεήσει τοὺς υἱοὺς τῶν δικαίων. Ἐξομολογοῦ (η) τῷ κυρίῳ
ἀγαθῶς, καὶ εὐλόγει τὸν βασιλέα τῶν αἰώνων, ἵνα πάλιν (θ) ἡ σκη-
νὴ αὐτοῦ οἰκοδομηθῇ ἐν σοὶ μετὰ χαρᾶς, καὶ (ι) εὐφράναι ἐν σοὶ
τοὺς αἰχμαλώτους, καὶ ἀγαπῆσαι ἐν σοὶ τοὺς ταλαιπώρους, εἰς πά-
14 σας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος. Ἔθνη πολλὰ μακρόθεν ἥξει πρὸς
τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ θεοῦ, δῶρα ἐν χερσὶν ἔχοντες, (κ) καὶ δῶρα τῷ
15 βασιλεῖ τοῦ οὐρανοῦ. (λ) Γενεαὶ γενεῶν δώσουσί σοι ἀγαλλίαμα.
16 Ἐπικατάρατοι πάντες οἱ μισοῦντές σε, εὐλογημένοι ἔσονται πάν-
17 τες οἱ ἀγαπῶντές σε εἰς τὸν αἰῶνα. (μ) Χάρηθι καὶ ἀγαλλίασαι
ἐπὶ τοῖς υἱοῖς τῶν δικαίων, ὅτι συναχθήσονται καὶ εὐλογήσουσι τὸν
18 κύριον τῶν δικαίων. Ὦ μακάριοι οἱ ἀγαπῶντές σε, χαρήσονται
ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ σου· μακάριοι ὅσοι ἐλυπήθησαν ἐπὶ πάσαις ταῖς
μάστιξί σου, ὅτι ἐπὶ σοὶ χαρήσονται θεασάμενοι πᾶσαν τὴν δόξαν
19 σου, καὶ εὐφρανθήσονται εἰς τὸν αἰῶνα. Ἡ ψυχή μου εὐλογείτω
21 τὸν θεὸν τὸν βασιλέα τὸν μέγαν, Ὅτι οἰκοδομηθήσεται Ἱερουσαλὴμ
σαπφείρῳ καὶ σμαράγδῳ, καὶ λίθῳ (ν) ἐντίμῳ τὰ τείχη σου,
22 καὶ οἱ πύργοι, καὶ οἱ προμαχῶνες ἐν χρυσίῳ καθαρῷ. Καὶ αἱ
πλατεῖαι Ἱερουσαλὴμ (ξ) ἐν βηρύλλῳ, καὶ ἄνθρακι, καὶ λίθῳ ἐκ
Σουφὶρ ψηφολογηθήσονται. καὶ ἐροῦσι πᾶσαι αἱ ῥῦμαι αὐτῆς
23 ἀλληλούϊα καὶ (ο) αἴνεσιν, λέγοντες, Εὐλογητὸς ὁ θεός, ὃς ὕ-
ψωσε (π) πάντας τοὺς αἰῶνας.

MS. A. (α) ἐσκορπισθῆτε (β) κρύψῃ (γ) εὐλογεῖτε (δ) εἰς ὑμᾶς; (ε) τὸν βασιλέα (ζ) ἁγία, (η) τῷ ἀγαθῷ, καὶ (θ) σκηνὴ (ι) εὐφρανῇ ἐν σοὶ τοὺς ἐκεῖ αἰχμαλώτους (κ) δῶρα (λ) Γενεὰ γενεῶν αἰνέσουσίν σοι, καὶ δώσουσιν ἀγαλλίασιν. (μ) Χάρητι (ν) ἐπιτίμῳ (ξ) βηρύλλῳ, (ο) αἰνέσουσιν, (π) εἰς πάντας

Et flagellabit nos in injustitiis nostris; & rursus 5
miserebitur, & congregabit nos ex omnibus genti-
bus, ubicunque dispersi fueritis in eis. Si rever-
teritis ad eum in toto corde vestro, & in tota anima
vestra, ad faciendum coram eo veritatem; tunc
redibit ad vos, & non occultabit faciem suam à
vobis: Et (a) videte, quæ faciet vobiscum, & 6
confitemini ei in toto ore vestro, & benedicite Do-
minum justitiæ, & exaltare regem seculorum.
Ego in terra captivitatis meæ confiteor ei, & 7
ostendo fortitudinem, & magnificentiam ejus genti
(b) peccatorum. Revertite, peccatores, & facite justi- 8
tiam coram eo. Quis scit, si volet vos, & faciet mi-
sericordiam vobis? Deum meum exalto, & anima 9
mea (c) regi cœli, & exultabit magnificentiã ejus.
Dicant omnes, & cõfiteantur ei in (d) Hierosolymis. 10
Hierosolyma civitas Sancti, (e) flagellabit super 11
opera filiorum tuorum: & rursus miserebitur fi-
liorum justorum. Confitere Domino (f) benè, & 12
benedic regem seculorum; ut rursus tabernaculum
ejus ædificetur in te cum gaudio, & lætificet in
te captivos, & diligat in te miseros, in omnes ge-
nerationes seculi. Gentes multæ de longè venient 14
ad nomen Domini Dei, munera in manibus habentes,
(g) & munera regi cœli. Generationes genera- 15
tionum (h) dabunt tibi exultationem. Maledicti 16
omnes, qui odio habent te: benedicti erunt omnes
diligentes te in seculum. Gaude, & exulta super 17
filiis justorum; quoniam congregabuntur, & bene-
dicent Dominum justorum. O beati, qui diligunt te, 18
gaudebunt in pace tua. Beati, quicunque tristati
sunt super omnibus flagellis tuis: quoniam in te
gaudebunt, videntes omnem gloriam tuam, & læta-
buntur in seculum. Anima mea benedicat Deum re- 19
gem magnum: Quoniam ædificabitur Hieru- 21
salem sapphiro, & smaragdo, & lapide pre-
tioso muri tui, & turres, & propugnacula in
auro mundo, Et plateæ Hierusalem in beryllo, 22
& carbunculo, & lapide de Suphir sternentur.
Et dicent omnes vici ejus, Alleluja, & (i) lau-
dem, dicentes; Benedictus Deus, qui exalta- 23
vit omnia secula.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

5 [illegible]
6 [illegible]
[illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

Hæc enim propter peccata nostra: sed 5
miserebitur nostri denuò, & congrega-
bit nos de omnibus populis inter quos
dispersi sumus, cùm ad ipsum conversi
fuerimus, & fecerimus veritatem co-
ram ipso corde mundo. Et nunc videte 6
omnia quæ fecit nobis, & confitemini
corã ipso de toto corde vestro, & lau-
date Deum justitiæ, & exaltate eum qui
regnat in seculum. Convertimini etiam 8
peccatores, & facite justitiã corã ipso,
ut acceptos vos habeat, & misereatur
vestri. Quia ecce ego Deum meum 9
exalto, & anima mea in Deo meo ex-
ultat: Vos autem confitemini coram 10
ipso in Jerusalem civitate sanctã.

ספר טוביה : יד

יד

3 והיה בן חמשים ושמונה כשנתבלבלו עיניו ואחר כך נתרפא והיה עושה
4 צדקה לרוב מאד: והוסיף ליראה שמו של הקדוש ברוך הוא ולשבחו בכל
5 עת: ויהי כי זקן טוביה ויקרא לבנו טוביה ואת ששה בני טוביה שנולדו
לו ואמר לו בני אם ידעתי ובאתי בימים והזהר בך אחרי מותי אל תעמוד בנינוה:
6 כי בודאי ובבירור לך שתתקיים נבואתו של יונה הנביא וקח בניך וכל אשר
7 לך ולך אל ארץ מדין כי שלום יהיה שם עד זמן ועדן: ושאר אחינו ישראל
אשר בירושלם כולם יצאו בגלות וירושלם לעיים תהיה והר הבית לבמות
יער ותהיה שוממה זמן מועט ואז יעלו בני ישראל ויבנו אותה ואת הבית
אבל לא כבנין ראשון ויעמדו שם ימים רבים לפי מלאת עולם אחד ועוד
יצאו בגלות רב וגדול והקדוש ברוך הוא יזכור אותם ויקבצם מארבע כנפות
הארץ ותבנה ירושלם עיר הקדש בנין נאה ומפואר וגם הבית יבנה בנין
משובח בנין אשר לא ינתש ולא יהרס לעולם ולעולמי עולמים כאשר דברו
הנביאים:

Liber TOBIÆ, Edit. P. Fagii.

CAP. XIV.

Fuit autem Tobias quinquaginta octo annorum, quando amisit lumen 3
oculorum suorum, qui postquam curatus fuit, multas præstitit eleemosynas.
Et adhuc magis etiam timuit nomen Dei, glorificans illud omni tempore. 4
Et factum est, cum senuisset Tobias, ut vocaret filium suum Tobiam, unà 5
cum sex filiis qui nati fuerunt ei; ac diceret ei; Novi quod senio confectus
sim, cave itaque post obitum meum, ut non diutius maneas Nineve. Cer- 6
tum enim ac manifestum est tibi, fore ut confirmetur prophetia Jonæ pro-
phetæ. Quare accipe filios tuos, & quæcunque habes, & vade in terram
Midian, ibi enim erit pax ad tempus constitutum. Cæterùm reliqui fratres 7
nostri Israel, qui sunt Jerosolymis, omnes migrabunt in exilium, Et Jeru-
salem in acervos redigetur, atque mons domus (Domini) in excelsa (erit,)
stabitque desolata ad modicum tempus. Tunc ascendent filii Israel, & re-
ædificabunt eam, necnon & templum, attamen non juxta priorem structu-
ram. Manebuntque ibi diebus multis, donec impleatur seculum unum.
Ex quo iterum abibunt in captivitatem maximam. Exinde Deus sanctus
benedictus memor erit illorum, & congregabit eos à quatuor plagis
mundi. Tum restaurabitur Jerusalem civitas sancta structurâ pulchrâ
& præclarâ. Necnon & templum ipsum extruetur structura celebri,
ejusmodi scilicet, quæ non destruetur, nec diruetur in seculum & in se-
cula seculorum, quemadmodum prædixerunt prophetæ.

Editio SEBAST. MUNSTERI.

והדבר הזה לאות ועד בכל דור ודור וברכו את יי והודו לזכר קדשו ועתה
22 שלחוני ואלך אל האלהים אשר שלחני אליכם: וישלחוהו ויברכו את יי על כל
23 זאת: ויעל מלאך ה השמימה ולא יסף עוד להראה אל טובי ואל טוביה בנו:

יג

1 בעת ההיא כתב טוביה את כל הדברים האלה בשמחה ויאמר טובי ברוך יי
2 האלהים הגדול המפליא פלאיו לעמו ועבדיו: והוא מוחץ ורופא וממית ומחיה
4 ומוריד שאול ויעל: אשר פזר אותנו בין הגוים חייבין אנו להודיע את כל
הנפלאות האלה בין העמים:

Atque res ista fit in signū & testimoniū in omnem generationem & gene-
rationem, & vos benedicite Dominum atque confitemini memoriæ sancti-
tatis ejus. Et jam dimittetis me, ut vadam ad Deum qui misit me ad vos.
Dimittentes autem eum benedixerunt Dominum pro omnibus istis. Et an- 22
gelus Domini ascendit in cœlum, nec addidit amplius apparere Tobæo 21
& Tobiæ filio ejus.

CAP. XIII.

In tempore illo scripsit Tobias omnes sermones istos cum gaudio, dixitq; 1
Tobæus: Benedictus Dominus Deus magnus, qui mirabilia sua ostendit erga
populum suum atque servos suos. Ipse vulnerat & medetur, mortificat & 2
vivificat, deponit in foveam & resuscitat. Ipse dispersit nos inter gentes, 4
atque nos tenemur annuntiare omnia mirabilia ista inter populos.

Versio VULG. LAT.

CAP. XIV.

1 Et consummati sunt sermones Tobiæ. Et
postquàm illuminatus est Tobias, vixit annis
quadraginta duobus, & vidit filios nepotum
2 suorum. Completis itaque annis centum duo-
3 bus, sepultus est honorificè in Ninive. Quin-
quaginta namque & sex annorum lumen ocu-
4 lorum amisit, sexagenarius verò recepit. Re-
liquum verò vitæ suæ in gaudio fuit, & cum
bono profectu timoris Dei perrexit in pace.
5 In hora autem mortis suæ vocavit ad se Tobi-
am filium suum, & septem juvenes filios ejus
6 nepotes suos, dixitque eis; Propè erit inte-
ritus Ninive: non enim excidit verbum Domi-
ni: & fratres nostri, qui dispersi sunt à terra
7 Israel, revertentur ad eam. Omnis autem de-
serta terra ejus replebitur, & domus Dei, quæ
in ea incensa est, iterùm reædificabitur: ibique
revertentur omnes timentes Deum,

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

ΚΕΦ. ιδ´.

1 Καὶ ἐπαύσατο ἐξομολογούμενος Τωβίτ. Καὶ ἦν ἐτῶν (α)
3 πεντηκονταοκτώ, ὅτε ἀπώλεσε τὰς ὄψεις, καὶ μετὰ ἔτη ὀκτὼ
4 ἀνέβλεψεν. καὶ ἐποίει ἐλεημοσύνας· Καὶ προσέθετο φοβεῖσθαι
κύριον τὸν Θεὸν, καὶ (β) ἐξωμολογεῖτο αὐτῷ. μεγάλως δὲ
5 ἐγήρασεν· Καὶ ἐκάλεσε τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ τοὺς (γ) υἱοὺς αὐ-
τοῦ, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Τέκνον λάβε τοὺς υἱούς σου, ἰδοὺ γεγήρα-
6 κα, καὶ πρὸς τὸ ἀποτρέχειν (δ) ἐκ τοῦ ζῆν εἰμι. Ἄπελ-
θε εἰς τὴν Μηδίαν τέκνον, ὅτι πέπεισμαι ὅσα ἐλάλησεν Ἰω-
νᾶς ὁ προφήτης περὶ Νινευή, ὅτι (ε) καταστραφήσεται· ἐν δὲ
τῇ Μηδίᾳ ἔσται εἰρήνη μᾶλλον ἕως καιροῦ· καὶ ὅτι οἱ ἀδελφοὶ
7 ἡμῶν ἐν τῇ γῇ σκορπισθήσονται ἀπὸ τῆς ἀγαθῆς γῆς· Καὶ
Ἱεροσόλυμα ἔσται ἔρημος, καὶ ὁ οἶκος τοῦ Θεοῦ ἐν αὐτῇ κα-
τακαήσεται, καὶ ἔρημος ἔσται μέχρι χρόνου. καὶ πάλιν ἐλεή-
σει αὐτοὺς ὁ Θεὸς, καὶ ἐπιστρέψει αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν, καὶ οἰ-
κοδομήσουσι τὸν οἶκον, οὐχ οἷος ὁ πρότερος, (ζ) ἕως πληρωθῶσι
καιροὶ τοῦ αἰῶνος. καὶ μετὰ ταῦτα ἐπιστρέψουσιν ἐκ τῶν αἰχμα-
λωσιῶν, καὶ οἰκοδομήσουσιν Ἱερουσαλὴμ ἐντίμως· καὶ ὁ οἶκος
τοῦ Θεοῦ ἐν αὐτῇ (η) οἰκοδομηθήσεται ἐνδόξως, καθὼς ἐλάλησαν
περὶ αὐτῆς οἱ προφῆται.

CAP XIV.

Et cessavit confitens Tobit. Et erat anno- 1
rum quinquaginta octo, quando amisit visum: 3
& post annos octo recuperavit visum. Et faci-
ebat eleemosynas: Et adjecit timere Dominum 4
Deum, & confitebatur ei. Magnoperè autem
senuit: Et vocavit filium suum, & filios e- 5
jus, & dixit ei; Fili, accipe filios tuos: ecce
senui, & ad exeundum è vita sum. Abi in 6
Mediam, fili, Quoniam credidi, quæcunque
locutus est Jonas propheta de Nineve, quia sub-
vertetur: in Media autem erit pax magis usque
ad tempus: & quia fratres nostri in terra di-
spergentur à bona terra: Et Hierosolyma erit 7
deserta, & domus Dei in ea comburetur, & de-
serta erit usque ad tempus. Et rursus misere-
bitur eorum Deus, & reducet eos in terram, &
ædificabunt domum, non qualis prior, donec im-
pleta fuerint tempora seculi. Et post hæc re-
vertent de captivitatibus, & ædificabunt Hie-
rusalem honorificè: & domus Dei in ea ædi-
ficabitur gloriosè, sicut locuti sunt de ea pro-
phetæ.

MS. A. (α) ὀγδοηκονταοκτώ, (β) ἐξομολογεῖσθαι (γ) ἓξ υἱοὺς (δ) ἀπὸ τοῦ (ε) κατασκαφήσεται· (ζ) ὡς (η) οἰκοδομηθήσεται εἰς πάσας τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος οἰκοδομῇ ἐνδόξῳ, καθὼς

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

[illegible]

CAP. XIV.

Cúmque absolvisset Tobit verba sua 1
confitendo, consenuit in pace; Et mor- 2
tuus est annos natus centum & duo, &
sepultus est cum gloriâ magnâ in Ni-
nive. Cæcus factus est annos quinqua- 3
ginta octo natus; Et in cæcitate septem
annos egit. Cúmque conversus Deus
lucem ipsi indulsisset, & aperti fuissent
oculi ejus, vixit adhuc annos triginta
septem; Toto vitæ suæ spatio faci- 4
ens misericordiam & justitiam. Et
confitebatur coram Domino. Cúmque 5
moreretur, vocavit filium suum To-
biam, & dixit ei; Cùm mortuus fuero, 6
fili, & sepeliveris me, cape liberos
tuos, & ito in Mediam: Veracia enim
sunt verba prophetæ, quæ dixit de As-
syriis, & de Ninive; nec quicquam ex
eis falsum erit. In Media autem fir-
mior erit *pax* quam in Ninive, & in-
ter Assyrios, & Babylone. Etiam 7
fratres nostri qui ipsa Hierosolyma
habitant, dispergentur omnes per to-
tam terram de terra Israel, & deso-
labitur terra bona: Etiam domus Do-
mini, & civitas. Et posteà miseri-
cordiâ motus reducet residuum Israe-
lis. Hi ædificabunt Templum: Et
omnes revertentur ad populum no-
strum, qui scilicet in captivitate fue-
runt. Et ædificabitur Jerusalem, tem-
plum etiam, cum gloria, in omnes ge-
nerationes seculi, sicut prædixerunt
prophetæ, qui locuti sunt nomine Do-
mini in Israele.

ספר טוביה : יד

8 ואז ישובו הגוים ההם לעבוד את יהוה וישליכו פסילי אלהיהם : ויתנו שבח
9 והודאה לשמו הגדול וירים קרן עמו נגד כל הגוים ויפארו וישבחו לשמו הגדול
כל זרע ישראל ואז ישמחו כל עבדיו העובדים לפניו באמת וישישו ויגילו כל
12 עושה צדקה וחסד : ועתה בני ברח לך מן המקום הזה כי יתקיימו עליו דברי
הנביאים ואתה בני נצור תורת אלהינו ואת מצותיו שמור היה בני איש צדיק
תם וישר למען תצליח בכל דרכיך בני קוברני בטוב ואת אמך עמי ואל תאחר
בנינוה והשם יתברך יהיה בעזרתך :

Liber TOBIÆ, Edit. P. Fagii.

Tunc convertentur gentes istæ, ut colant Dominum, projicientque imagi- 8
nes deorum suorum. Dabúntque laudem & confessionem nomini ejus 9
magno. Exaltabit quoque cornu populi sui, coram omnibus gentibus. Et
celebrabunt ac glorificabunt nomen magnum ejus, omne semen Israel. Tunc
gaudebunt omnes servi ejus, qui serviunt ei in veritate. Lætabuntur &
exultabunt omnes qui faciunt justitiam & pietatem. Nunc ergo mi fili, 12
fuge de loco isto, quoniam implebuntur quæ de eo locuti sunt prophetæ. Tu
verò mi fili, serva legem Dei nostri, ac præcepta ejus custodi. Esto mi fili vir
justus, integer, & rectus, tum prosperè succedent viæ tuæ, Mi fili, sepelito
me diligenter, necnon & matrem tuam mecũ, Nec moram facias in Nineve,
Deus quoque benedictus auxilio tibi sit (in omnibus.)

Editio SEBAST. MUNSTERI.

ואתם בני ישראל חזקו ויאמץ לבבכם ולא ירפו ידיכם כי יש שכר לפעולתכם והוא ירום לרחמכם כי אלהי משפט יי אשרי כל חוסים לו ואתם בני הרבו צדקה תפלה ותחנה לפני רבון העולם כי צדקה ותפלה דוחין את הגזרה שנאמר וצדקה תציל ממות ברוך יי אשר עשה עמי ועם אבי ועם אבותי ועם כל אשר בטח בו נסים ונפלאות ונוראות גדולות ברוך יי לעולם אמן אמן :

תם ונשלם ספר טובי בן טוביאל :

Et vos filii Israel viriliter agite, confortetur cor vestrũ & non dissolvantur manus vestræ. Habebitis enim mercedem operationis vestræ. Et ipse quidem Deus exaltatur quando miseretur vestri, quoniã Deus judicii est. Beati omnes qui sperant in eo. Vos itaq; filii multiplicate eleemosynã, orationem & precationem coram Domino mundi, quoniam eleemosyna & oratio deprecantur Dei comminationem, sicut scriptum est: Eleemosyna liberat à morte. Benedictus Dominus qui fecit mecum & cum patre meo atque cum progenitoribus meis & cum omni eo qui speravit in se signa & mirabilia atque terribilia magna. Benedictus Dominus in æternum, Amen, Amen.

FINIT Liber TOBÆI filii Tobiel, Laus Deo.

Versio VULG. LAT.

8 Et relinquent gentes idola sua, & venient in
9 Jerusalem, & inhabitabunt in ea, Et gaudebunt in ea omnes reges terræ, adorantes regem
10 Israël. Audite ergò, filii mei, patrem vestrum: Servite Domino in veritate, & inquirite ut fa-
11 ciatis quæ placita sunt illi: Et filiis vestris mandate ut faciant justitias & eleemosynas, ut sint memores Dei, & benedicant eum in omni tempore in veritate, & in tota virtute sua.
12 Nunc ergò, filii, audite me, & nolite manere hic: sed quacunque die sepelieritis matrem vestram circa me in uno sepulchro, ex eo dirigite
13 gressus vestros ut exeatis hinc. Video enim quia
14 iniquitas ejus finem dabit ei. Factum est autem post obitum matris suæ, Tobias abscessit ex Ninive cum uxore sua, & filiis, & filiorum
15 filiis, & reversus est ad soceros suos. Invenitque eos incolumes in senectute bona: & curam eorum gessit, & ipse clausit oculos eorum: & omnem hæreditatem domûs Raguelis ipse percepit: viditque quintam generationem, filios
16 filiorum suorum. Et completis annis nonagintanovem in timore Domini, cum gaudio sepe-
17 lierunt eum. Omnis autem cognatio ejus, & omnis generatio ejus, in bona vita, & in sancta conversatione permansit, ita ut accepti essent tam Deo, quàm hominibus, & cunctis habitantibus in terra.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

8 Καὶ πάντα τὰ ἔθνη ἐπιστρέψουσιν ἀληθινῶς φοβεῖσθαι κύριον
9 τὸν θεὸν, καὶ (α) κατορύξουσι τὰ εἴδωλα αὐτῶν, Καὶ εὐλογήσουσι πάντα τὰ ἔθνη (β) κύριον· καὶ ὁ λαὸς αὐτοῦ ἐξομολογήσεται τῷ θεῷ· καὶ ὑψώσει κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ χαρήσονται πάντες οἱ ἀγαπῶντες κύριον τὸν θεὸν ἐν ἀληθείᾳ καὶ δι-
12 καιοσύνῃ, ποιοῦντες ἔλεος τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν. Καὶ νῦν τέκνον ἄπελθε ἀπὸ Νινευῆ, ὅτι πάντως ἔσται ἃ ἐλάλησεν ὁ προφήτης Ἰωνᾶς. Σὺ δὲ τήρησον τὸν νόμον καὶ τὰ προστάγματα, καὶ (γ) γίνου φιλελεήμων καὶ δίκαιος, ἵνα σοι καλῶς ᾖ. Καὶ θάψον με καλῶς, καὶ τὴν μητέρα σου μετ᾽ ἐμοῦ, καὶ μηκέτι αὐλισθῆτε (δ) εἰς Νινευῆ. τέκνον ἴδε τί ἐποίησεν Ἀμὰν Ἀχιαχάρῳ τῷ θρέψαντι αὐτὸν, ὡς ἐκ τοῦ φωτὸς ἤγαγεν αὐτὸν (ε) εἰς τὸ σκότος. καὶ ὅσα ἀνταπέδωκεν αὐτῷ· καὶ (ζ) Ἀχιάχαρον μὲν ἔσωσεν, ἐκείνῳ δὲ τὸ ἀνταπόδομα ἀπεδόθη, καὶ αὐτὸς κατέβη εἰς τὸ σκότος. Μανασσῆς ἐποίησεν ἐλεημοσύνην, καὶ ἐσώθη ἐκ παγίδος θανάτου, ἧς ἔπηξεν αὐτῷ· Ἀμὰν δὲ ἐνέπεσεν εἰς τὴν παγίδα, καὶ ἀπώλετο. καὶ νῦν παιδία ἴδετε τί ἐλεημοσύνη ποιεῖ, καὶ (η) δικαιοσύνη ῥύεται. καὶ ταῦτα αὐτοῦ λέγοντος, ἐξέλιπεν (θ) ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐπὶ τῆς κλίνης· ἦν δὲ ἐτῶν ἑκατὸν πεντηκονταοκτώ· καὶ (ι) ἔθαψαν αὐτὸν ἐνδόξως.
14 Καὶ ὅτε ἀπέθανεν Ἄννα, ἔθαψεν αὐτὴν μετὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. ἀπῆλθε δὲ Τωβίας μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ καὶ τῶν (κ) υἱῶν αὐτοῦ εἰς Ἐκβάτανα πρὸς Ῥαγουὴλ τὸν πενθερὸν αὐ-
15 τοῦ, Καὶ ἐγήρασεν ἐντίμως. καὶ ἔθαψε τοὺς πενθεροὺς αὐτοῦ ἐνδόξως, καὶ ἐκληρονόμησε τὴν οὐσίαν αὐτῶν, καὶ Τωβὶτ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. καὶ ἀπέθανεν ἐτῶν ἑκατὸν εἰκοσιεπτὰ ἐν Ἐκβατάνοις τῆς Μηδίας. καὶ ἤκουσε πρὶν ἢ ἀποθανεῖν αὐτὸν, τὴν ἀπώλειαν Νινευῆ, ἣν (λ) ᾐχμαλώτισε Ναβουχοδονόσορ, καὶ (μ) Ἀσύηρος, καὶ ἐχάρη πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν ἀπὸ Νινευῆ.

Et omnes gentes convertentur veraciter ad ti- 8
mendum Dominum Deum, & defodient idola
sua: Et benedicent omnes gentes Dominum. 9
Et populus ejus confitebitur Deo: & exaltabit Dominus populum suum: & gaudebunt omnes, qui diligunt Dominum Deum in veritate, & justitia, facientes misericordiam fratribus nostris.
Et nunc, fili, discede à Nineve; quoniam omni- 12
no erunt quæ locutus est propheta Jonas. Tu autem serva legem, & præcepta, & esto amator misericordiæ, & justus; ut tibi benè sit. Et sepeli me honestè, & matrem tuam mecum, & non ultrà maneatis in Nineve. Fili, vide, quid fecit Aman Achiacharo, qui nutriverat eum, quomodò è luce adduxit eum in tenebras, & quæcunque retribuit ei. Et (a) Achiacharum quidem salvavit: illi autem retributio retributa est, & ipse descendit in tenebras. Manasses fecit misericordiam, & salvatus est de laqueo mortis, quem (b) fixerat ei. Aman autem incidit in laqueum, & periit. Et nunc, filii, videte, quid eleemosyna facit, (c) & justitia liberat. Et hæc ipso dicente, defecit anima ejus super lectum. Erat autem annorum centum quinquaginta octo: & sepelierunt eum gloriosè. Et 14
quando mortua est Anna; sepelivit eam cum patre suo. Discessit autem Tobias cum uxore sua, & filiis suis in Ecbatana ad Raguel socerum suum, Et senuit honorificè. Et sepelivit soceros 15
suos gloriosè, & hæreditavit substantiam eorum, & Tobit patris sui. Et mortuus est annorum centum viginti septem in Ecbatanis Mediæ. Et audivit, priusquàm ipse moreretur, perditionem Nineve, quam captivavit Nabuchodonosor, & Asyeros: & gavisus est, antequàm moreretur, super Nineve.

MS.A. (α) κατορύξωσιν (β) τὸν κύριον (γ) γίνου (δ) ἐν (ε) εἰς σκότος. (ζ) Ἀχιάχαρος μὲν ἐσώθη, (η) τί δικαιοσύνη (θ) αὐτοῦ ἡ ψυχὴ ἐπὶ (ι) ἔθαψαν (κ) υἱῶν εἰς
(λ) ᾐχμαλώτισεν (μ) Ἀσύηρος Τωβίτ.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

8 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]

* Et omnes gentes convertentur ad 8
Deum Israelis, & colent ipsum in
justitia. Verùm enimverò facite quod 10
bonum est in conspectu ejus: Et man- 11
date filiis vestris ut faciant eleemosy-
nam & justitiam, & memores sint Do-
mini, & laudent nomen ejus omni tem-
pore totis viribus. Jam, fili, cùm me & 12
matrẽ tuã sepeliveris, exi de Ninive,
quia multi sunt in ea iniqui: In ea enim
retribuit Acab Akikaro qui Tobiam
educavit, Nec enim eum ad terram
deduxit: Sed ingressus est Acab tene-
bras, Akikarus autem in lucem egres-
sus est de laqueo quem ipsi Acab te-
tenderat, ipse autem in terram in-
gressus est. Et cùm absolvisset Tobit
verba sua hæc, cecidit in lectum, &
avolavit spiritus ejus, & sepultus est
gloriosé. Et mortuâ Hannâ, sepelivit 14
ipsam Tobias juxta Tobit patrẽ suum.
Et accipiens uxorem suam & liberos
suos, profectus est in Mediam, &
habitavit Ecbatanis apud socerum
suum Raguelem, & sustentavit senectam
socerorum honore magno. Et sepe-
livit eos in ipsis Ecbatanis. Et Tobias 15
ipse adivit hæreditatẽ soceri & patris.
Mortuus autem est Tobias ipse centum ac septem annos natus: Priusquàm autem moreretur, vidit interitum Ninives, & captivitatem in quam ipsam duxerunt in Mediam: Et laudavit Dominum de omnibus quæ fecerat: Viditque Tobias *vindictam* Ninives priusquàm moreretur.

Finis libri hujus Tobit.

Versio VULG. LAT.

LIBER JUDITH.

CAP. I.

1 ARPHAXAD itaque, rex Medorum, subjugaverat multas gentes imperio suo, & ipse ædificavit civitatem potentissimam, quam ap-
2 pellavit Ecbatanis, Ex lapidibus quadratis & sectis: fecit muros ejus in latitudinem cubitorum septuaginta, & in altitudinem cubitorum triginta, turres verò ejus posuit in al-
3 titudinem cubitorum centum. Per quadrum verò earum, latus utrumque vicenorum pedum spatio tendebatur, posuítque portas ejus
4 in altitudinem turrium: Et gloriabatur quasi potens in potentia exercitûs sui, & in gloria
5 quadrigarum suarum. Anno igitur duodecimo regni sui, Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui regnabat in Ninive civitate magna, pu-
6 gnavit contra Arphaxad, & obtinuit eum In campo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphraten, & Tigrin, & Jadason, in campo
7 Erioch regis Elicorum. Tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosor, & cor ejus elevatum est: & misit ad omnes, qui habitabant
8 in Cilicia, & Damasco, & Libano, Et ad gentes quæ sunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitantes Galilæam in campo magno Es-
9 drelon, Et ad omnes qui erant in Samaria, & trans flumen Jordanem usque ad Jerusalem, & omnem terram Jesse, quousque perveniatur ad
10 terminos Æthiopiæ. Ad hos omnes misit nuntios Nabuchodonosor rex Assyriorum:
11 Qui omnes uno animo contradixerunt, & remiserunt eos vacuos, & sine honore abjece-
12 runt. Tunc indignatus Nabuchodonosor rex adversùs omnem terram illam, juravit per thronum & regnum suum, quòd defenderet se de omnibus regionibus his.

Versio GRÆCA LXX, Interp. Cum Translatione LATINA.

ἸΟΥΔΙΘ.

ΚΕΦ. α΄.

1 ΕΤΟΥΣ δωδεκάτου τῆς βασιλείας Ναβουχοδονόσορ, ὃς ἐβασίλευσεν Ἀσσυρίων ἐν Νινευῆ τῇ πόλει τῇ μεγάλῃ, ἐν ταῖς ἡμέραις Ἀρφαξὰδ, ὃς ἐβασίλευσε Μήδων ἐν Ἐκβατάνοις, καὶ ᾠκοδόμησεν
2 ἐπ' Ἐκβατάνων, (α) Καὶ κύκλῳ τείχη ἐκ λίθων λελαξευμένων, εἰς πλάτος πηχῶν τριῶν, καὶ εἰς μῆκος πηχῶν ἕξ· καὶ ἐποίησε τὸ (β) ὕψος τοῦ τείχους πηχῶν ἑβδομήκοντα, καὶ τὸ πλάτος αὐτοῦ πηχῶν (γ) πεντήκοντα, καὶ τοὺς πύργους αὐτοῦ ἔστησεν ἐπὶ ταῖς πύλαις αὐτῆς πηχῶν ἑκατὸν, καὶ τὸ πλάτος αὐτῆς ἐθεμελίωσεν εἰς πήχεις ἑξήκοντα· καὶ ἐποίησε τὰς πύλας αὐτῆς πύλας διεγειρομένας εἰς ὕψος πηχῶν ἑβδομήκοντα, καὶ τὸ πλάτος (δ) αὐτῶν πήχεις τεσσαράκοντα εἰς ἐξόδους δυνάμεως δυνατῶν αὐτοῦ, καὶ διατά-
5 ξεις τῶν πεζῶν αὐτοῦ· Καὶ ἐποίησε πόλεμον ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ὁ
6 βασιλεὺς Ναβουχοδονόσορ πρὸς βασιλέα Ἀρφαξὰδ Ἐν τῷ πεδίῳ τῷ μεγάλῳ, (ε) τοῦτό ἐστιν ἐν τοῖς ὁρίοις Ῥαγαῦ. καὶ συνήντησαν πρὸς αὐτὸν πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν ὀρεινὴν, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες τὸν Εὐφράτην, καὶ τὸν (ζ) Τίγριν, καὶ τὸν Ὑδάσπην, καὶ (η) πεδία Εἰριὼχ ὁ βασιλεὺς Ἐλυμαίων· καὶ (θ) συνῆλθον ἔθνη πολλὰ σφόδρα εἰς παράταξιν
7 υἱῶν Χελεούλ. Καὶ ἀπέστειλε Ναβουχοδονόσορ, (ι) ὁ βασιλεὺς Ἀσσυρίων ἐπὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας (κ) τὴν Περσίδα, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας πρὸς δυσμαῖς, τοὺς κατοικοῦντας Κιλικίαν καὶ Δαμασκὸν, (λ) τὸν Λίβανον καὶ Ἀντιλίβανον, καὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας
8 κατὰ πρόσωπον (μ) τῆς παραλίας, Καὶ τοὺς ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῦ Καρμήλου, καὶ Γαλαὰδ, καὶ τὴν ἄνω Γαλιλαίαν, καὶ τὸ μέγα πεδίον
9 (ν) Ἐσδρηλὼμ, Καὶ πάντας τοὺς ἐν Σαμαρείᾳ, καὶ ταῖς πόλεσιν αὐτῆς, καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου ἕως Ἱερουσαλὴμ, καὶ Βετάνη, καὶ (ξ) Χελλοὺς καὶ Κάδης, καὶ τοῦ ποταμοῦ Αἰγύπτου, καὶ Ταφνὰς, καὶ Ῥαμεσσὴ, καὶ πάσης γῆς Γεσὲμ ἕως τοῦ ἐλθεῖν ἐπάνω Τάνεως καὶ Μέμφεως, καὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν Αἴγυπτον ἕως τοῦ ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ ὅρια τῆς Αἰ-
11 θιοπίας· Καὶ ἐφαύλισαν πάντες οἱ κατοικοῦντες πᾶσαν τὴν γῆν τὸ ῥῆμα Ναβουχοδονόσορ (ο) τοῦ βασιλέως Ἀσσυρίων, καὶ οὐ συνῆλθον αὐτῷ εἰς τὸν πόλεμον, ὅτι οὐκ ἐφοβήθησαν αὐτὸν, ἀλλ' ἦν ἐναντίον αὐτῶν ὡς ἀνὴρ (π) ἴσος· καὶ ἀπέστρεψαν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ κε-
12 νοὺς ἐν ἀτιμίᾳ (ρ) πρὸ προσώπου αὐτῶν. Καὶ ἐθυμώθη Ναβουχοδονόσορ ἐπὶ πᾶσαν τὴν (σ) γῆν ταύτην σφόδρα, καὶ ὤμοσε κατὰ τοῦ θρόνου καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, εἰ μὴν ἐκδικήσειν πάντα τὰ (τ) ὅρια τῆς Κιλικίας καὶ Δαμασκηνῆς καὶ Συρίας, ἀνελεῖν τῇ ῥομφαίᾳ αὐτοῦ, καὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας ἐν γῇ Μωὰβ, καὶ τοὺς (υ) υἱοὺς Ἀμμὼν, καὶ πᾶσαν τὴν Ἰουδαίαν, καὶ πάντας τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ ἕως τοῦ ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ ὅρια τῶν δύο θαλασσῶν.

JUDITH.

CAP. I.

1 ANno duodecimo regni Nabuchodonosor, qui regnavit (a) super Assyrios in Nineve, civitate magna, in diebus Arphaxad, qui regnavit super Medos in
2 Ecbatanis, & ædificavit super Ecbatana, (b) Et in circuitu muros ex lapidibus sectis, in latitudine cubitorum trium, & in longitudine cubitorum sex: & fecit altitudinem muri cubitorum septuaginta: & latitudinem ejus cubitorum quinquaginta: & turres ejus statuit super portas illius cubitorum centum: & latitudinem ejus fundavit in cubitis sexaginta: & fecit portas ejus portas suscitatas in altitudinem cubitorum septuaginta, & latitudinem earum cubitos quadraginta ad exitus exercituum potentium ipsius, & ordines peditum ipsius. Et fecit bel-
5 lum in diebus illis rex Nabuchodonosor adversùs regem Arphaxad In campo magno: hic est in finibus
6 Ragau. Et concurrerunt ad eum omnes habitantes montanam, & omnes habitantes Euphratem, & Tigrim, & Hydaspem, & (c) campo Irioch rex Elymæorum. Et convenerunt gentes multæ valdè in aciem filiorum Cheleul. Et misit Nabuchodonosor rex As-
7 syriorum ad omnes habitantes Persidem, & ad omnes habitantes ad Occidentem, habitantes Ciliciā, & Damascum, Libanum & Antilibanum, & omnes qui habitabant ad faciem maritimæ, Et qui in gentibus
8 Carmeli, & Galaad, & superiorem Galilæam, & magnum campum Esdrelom, Et omnes, qui in Sama-
9 ria, & civitatibus ejus, & trans Jordanem usque Hierusalem, & Betane, & Chellus, & Cades, & fluminis Ægypti, & Taphnas, & Ramesse, & omnem terram Gesem, usque ad veniendum (d) supra Tanim, & Memphim, & omnes habitantes Ægyptum usque ad veniendum super fines Æthiopiæ. Et vilipenderunt omnes habitantes (e) universam terram verbum Nabuchodonosor regis Assyriorum: & non convene-
11 runt ei ad bellum; quoniam non timuerunt eum: sed erat coram eis tanquam vir (f) æqualis. Et remiserunt nuntios ejus vacuos in ignominia (g) ante faciem suam. Et indignatus est Nabuchodonosor super
12 omnem terram hanc valdè, & juravit per thronum, & regnum suum; nimirum (h) ulturum se omnes fines Ciliciæ, & Damascenæ, & Syriæ, (i) interempturum gladio suo & omnes habitantes in terra Moab, & filios Ammon, & omnem Judæam, & omnes qui in Ægypto usque ad veniendum super fines duorum marium.

MS. A. (α) Κύκλῳ (β) μῆκος (γ) ἑβδομήκοντα, (δ) αὐτῆς πήχεις τεσσαράκοντα (ε) τουτέστι παιδίον ἐν (ζ) Τίγριν, (η) παιδία Ἀριὼχ (θ) συνῆλθεν ἔθνη πολλὰ εἰς (ι) βασιλεὺς (κ) Περσίδα, (λ) καὶ Λίβανον (μ) τῆς παραλίας, (ν) Ἐσδρὴμ, (ξ) Χελοὺς (ο) βασιλέως (π) εἷς· καὶ ἀπέστρεψαν (ρ) ἀπὸ (σ) γῆν σφόδρα, (τ) ὅρη (υ) υἱῶν.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* [illegible] *

* [illegible] *

1 [illegible]
2 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
[illegible]
7 [illegible]
[illegible]
[illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
[illegible]
[illegible]
11 [illegible]
[illegible]
12 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Sequitur liber Judith.

CAP. I.

ANno decimo tertio regni Nebuchadnosaris regis Assyriæ, qui regnavit in Ninive civitate magnā, tempore Arphaxad Regis Mediæ, qui regna- 1
vit Ecbatanis; Et ædificavit turres Ecbatanis, & circumdedit ipsis murum lapidibus dolatis: Quorum erat latitudo singulorum tres cubiti, longitudo sex, altitudo autem muri septuagin- 2
ta: Et ædificavit turres portarum muri, centum cubitorum; crassitudine portæ sexaginta cubitorum fecitque portas & postes, sexaginta cubitos altas, latas quadraginta, egressui curruum exercitûs sui. Tempore ipso fecit Nebucadnosar rex bellum Arphaxad regi in planitie: planitie inquam 3
5
Duræ. Et egressi sunt ipsi obviàm omnes incolæ montium, & omnes habitantes juxta fluvium Euphratem & Tigrim, & Vlæum, in planitie Ariuc regis Elam. Et coacti sunt populi multi ad pugnam contra Chaldæos. Et misit Nebucadnosar rex Assyriæ ad omnes incolas Occidentis, Ciliciæque & Damasci, Libaníque, & locorum circumpositorum: Et ad omnes qui habitant juxta mare, Incolásque Carmeli, & Galaad, & Galilææ superioris, & planitiei magnæ Jezraelis; 6
7
8
Et ad omnes qui in Samaria & civitatibus ejus, quíq; ultra Jordanem, Jerosolyma usque, & qui habitant Batnan, & Calon, & Cadesh, & qui ad fluvium Ægypti, quíque in Tachpis, & ad Ramases, & totam Goshen, Tanem usque, ad Memphim item & omnes incolas Ægypti, usque ad terminos 9
Cush. Et rejecerunt verba Nebucadnosaris regis omnes habitatores terræ, neq; venerūt ad bellū, neq; ipsum timuerunt: fuerunt enim omnes tanquā vir unus. Et remiserunt legatos ejus cum opprobrio vultûs ipsorum. Et 11
valdè iratus est rex Nebucadnosar universæ terræ propter hoc. Et juravit per regnum & solium suum, ultum se iri de universis finibus Ciliciæ, & Damasci, & Baishan: Et occisurum gladio omnes sapientes Moab, filiósque Ammon, & Judæam totā, omnésq; qui in Ægypto: Venturúmq; ad fines usq; utriusq; maris. 12

Versio VULG. LAT.

CAP. II.

1 ANno tertiodecimo Nabucho-
donosor regis, vigesimâ & secun-
dâ die mensis primi, factum est
verbum in domo Nabuchodono-
sor regis Assyriorum, ut defende-
2 ret se. Vocavítque omnes majo-
res natu, omnésque duces, & bel-
latores suos, & habuit cum eis
3 mysterium consilii sui: Dixítque
cogitationem suam in eo esse, ut
omnem terram suo subjugaret im-
4 perio. Quod dictum cùm pla-
cuisset omnibus, vocavit Nabucho-
donosor rex Holofernem princi-
5 pem militiæ suæ, Et dixit ei;
Egredere adversùs omne regnum
Occidentis, & contra eos præci-
puè, qui contempserunt imperium
6 meum. Non parcet oculus tuus
ulli regno, omnémque urbem mu-
nitam subjugabis mihi.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

Καὶ παρετάξατο ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ πρὸς Ἀρφαξὰδ βασιλέα ἐν τῷ ἔτει τῷ ἑπτακαιδεκάτῳ, καὶ ἐκραταιώθη ἐν τῷ πολέμῳ αὐτοῦ, καὶ ἀνέστρεψε πᾶσαν τὴν δύναμιν Ἀρφαξὰδ, καὶ πᾶσαν τὴν ἵππον αὐτοῦ, καὶ πάντα τὰ ἅρματα αὐτοῦ. Καὶ ἐκυρίευσε τῶν πόλεων αὐτοῦ· καὶ ἀφίκετο ἕως Ἐκβατάνων, καὶ ἐκράτησε τῶν πύργων, καὶ ἐπρονόμευσε τὰς πλατείας αὐτῆς, καὶ τὸν κόσμον αὐτῆς ἔθηκεν εἰς ὄνειδος αὐτῆς. Καὶ ἔλαβε τὸν Ἀρφαξὰδ ἐν τοῖς ὄρεσι Ῥαγαῦ, καὶ κατηκόντισεν αὐτὸν ἐν ταῖς ζιβύναις αὐτοῦ, καὶ (φ) ἐξωλόθρευσεν αὐτὸν ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης. Καὶ ἀνέστρεψε μετ᾽ αὐτῶν (χ) αὐτὸς καὶ πᾶς ὁ σύμμικτος αὐτοῦ, πλῆθος ἀνδρῶν πολεμιστῶν πολὺ σφόδρα· καὶ ἦν ἐκεῖ (ψ) ῥαθυμῶν καὶ εὐωχούμενος αὐτὸς καὶ ἡ δύναμις αὐτοῦ ἐφ᾽ ἡμέρας ἑκατὸν εἴκοσι.

MS.A. (φ) ἐξωλόθρευσεν (χ) εἰς Νινευὴ αὐτὸς (ψ) *ῥαθυμῶν

Κεφ. β΄.

1 ΚΑὶ ἐν τῷ ἔτει τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ, δευτέρᾳ καὶ εἰκάδι τοῦ πρώτου μηνὸς, ἐγένετο λόγος ἐν οἴκῳ Ναβουχοδονόσορ (α) βασιλέως Ἀσσυρίων, ἐκ-
2 δικῆσαι πᾶσαν τὴν γῆν καθὼς ἐλάλησε. Καὶ συνεκάλεσε πάντας τοὺς θεράποντας αὐτοῦ, καὶ πάντας τοὺς μεγιστᾶνας αὐτοῦ, καὶ ἔθετο μετ᾽ αὐτῶν
3 τὸ μυστήριον τῆς βουλῆς αὐτοῦ. Καὶ συνετέλεσε πᾶσαν τὴν κακίαν τῆς γῆς ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ· καὶ αὐτοὶ ἔκριναν (β) ὀλοθρεῦσαι πᾶσαν
4 σάρκα, οἳ οὐκ ἠκολούθησαν τῷ λόγῳ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Καὶ ἐγένετο ὡς συνετέλεσε τὴν βουλὴν αὐτοῦ, ἐκάλεσε Ναβουχοδονόσορ βασιλεὺς Ἀσσυρίων τὸν Ὀλοφέρνην ἀρχιστράτηγον τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, δεύτερον ὄντα
5 μετ᾽ αὐτὸν, Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν, Τάδε λέγει ὁ βασιλεὺς ὁ μέγας, ὁ κύριος πάσης τῆς γῆς, Ἰδοὺ σὺ ἐξελεύσῃ ἐκ τοῦ προσώπου μου, καὶ λήψῃ μετὰ σεαυτοῦ ἄνδρας πεποιθότας ἐν ἰσχύϊ αὐτῶν, πεζῶν εἰς χιλιάδας ἑκατὸν εἴκοσι, καὶ πλῆθος ἵππων σὺν ἀναβάταις (γ) μυριάδων δεκαδύο· καὶ ἐξελεύσῃ εἰς συνάντησιν πάσῃ τῇ γῇ ἐπὶ δυσμὰς, ὅτι ἠπείθησαν τῷ ῥήματι τοῦ στόματός μου. καὶ ἀπαγγελεῖς αὐτοῖς ἑτοιμάζειν γῆν καὶ ὕδωρ, ὅτι ἐξελεύσομαι ἐν θυμῷ μου ἐπ᾽ αὐτοὺς, καὶ καλύψω πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς ἐν τοῖς ποσὶ τῆς δυνάμεώς μου· καὶ δώσω αὐτοὺς εἰς διαρπαγὴν αὐτοῖς, καὶ οἱ τραυματίαι αὐτῶν πληρώσουσι τὰς φάραγγας (δ) καὶ τοὺς χειμάῤῥους αὐτῶν, καὶ ποταμὸς ἐπικλύζων τοῖς νεκροῖς αὐτῶν πληρωθήσεται· καὶ ἄξω τὴν αἰχμαλωσίαν αὐτῶν ἐπὶ τὰ ἄκρα πάσης τῆς γῆς. σὺ δὲ ἐξελθὼν (ε) προκαταλήψῃ μοι πᾶν ὅριον αὐτῶν, καὶ ἐκδώσουσί σοι ἑαυτοὺς, καὶ διατηρήσεις (ζ) ἐμοὶ
6 αὐτοὺς εἰς ἡμέραν ἐλεγμοῦ αὐτῶν. Ἐπὶ δὲ τοὺς ἀπειθοῦντας οὐ φείσεται ὁ ὀφθαλμός σου, (η) δοῦναι αὐτοὺς εἰς φόνον καὶ ἁρπαγὴν ἐν πάσῃ τῇ γῇ σου. ὅτι ζῶν ἐγὼ, καὶ τὸ κράτος τῆς βασιλείας μου, λελάληκα, καὶ ποιήσω ταῦτα ἐν χειρί μου. καὶ σὺ δὲ οὐ παραβήσῃ ἕν τι τῶν ῥημάτων τοῦ κυρίου σου, ἀλλ᾽ ἐπιτελῶν ἐπιτελέσεις, καθότι προστέταχά σοι, καὶ οὐ μακρυνεῖς τοῦ ποιῆσαι αὐτά.

MS.A. (α) * βασιλεὺς (β) ὀλοθρεῦσαι (γ) χιλιάδας (δ) αὐτῶν καὶ τοὺς χειμάῤῥους καὶ (ε) προσκαταλήψῃ (ζ) μοι (η) τοῦ δοῦναι

Et aciem struxit in virtute sua adversùs Arphaxad regem in anno septimo & decimo: & prævaluit in prælio suo, & (ψ) evertit omnem virtutem Arphaxad, et omnem equitatum ejus, et omnes currus ejus, et dominatus est civitatibus ejus. Et pervenit usque Ecbatana, et obtinuit turres, et prædatus est plateas ejus, et ornatum ejus posuit in opprobrium ejus. Et cepit Arphaxad in montibus Ragay, et confixit eum in jaculis suis, et exterminavit eum usque in diem illam. Et revertit cum (!) eis ipse, & omnis commistus ejus, multitudo virorum bellatorum plurima valdè. Et erat ibi torpens, & epulans, ipse, et virtus ejus per dies centum viginti.

CAP. II.

ET in anno octavo et decimo, secundâ et vigesimâ 1
primi mensis, factum est verbum in domo Nabuchodonosor
regis Assyriorum, ulcisci omnem terram, sicut locutus erat.
Et convocavit omnes ministros suos, et omnes magnates 2
suos, et posuit cum eis mysterium consilii sui. Et (a) con- 3
summavit omne malum terræ de ore suo: et ipsi judicave-
runt exterminare omnem carnem, qui non obsequuti fuerant
sermoni oris ejus. Et factum est, ut consummavit consi- 4
lium suum; vocavit Nabuchodonosor rex Assyriorum Olo-
phernem principem virtutis suæ, qui secundus erat ab ipso,
Et dixit ad eum; Hæc dicit rex magnus, dominus uni- 5
versæ terræ; Ecce tu egredieris à facie mea, et sumes
tecum viros confidentes in fortitudine sua, peditum ad
millia centum viginti, et multitudinem equorum cum
ascensoribus (b) myriadum duodecim: et egredieris in
occursum omni terræ ad Occidentem, quoniam non obe-
dierunt verbo oris mei: et annuntiabis eis parare terram,
et aquam: quoniam egrediar in furore meo super eos;
et operiam omnem faciem terræ in pedibus virtutis meæ:
et dabo illos in direptionem eis: et cæsi istorum implebunt
valles, et torrentes ipsorum: et fluvius inundans mortuis
eorum implebitur: et ducam captivitatem eorum, ad
summitates universæ terræ. Tu verò egressus præoccupa-
bis mihi omnem terminum eorum: et dedent se tibi, et
conservabis mihi eos in diem arguitionis eorum: Super inobedientes autem 6
non parcet oculus tuus, dare eos in cædem et direptionem in omni terra tua:
quoniam vivens ego, et imperium regni mei: locutus sum, et faciam hæc in
manu mea. Et tu autem non transgredieris unum quid ex verbis domini
tui, sed perficiens perficies, sicut præcepi tibi: et non cunctaberis facere
hæc.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]

Paravítque copias suas adversùs Arpha-
xad anno decimo septimo. Et fortior fa-
ctus prælio convertit in fugam omnes
copias Arphaxad, & equites ejus omnes,
currúsque factúsque est dominus civita-
tum ejus, pervenítque Ecbatana usque,
& subegit turres, & diripuit plateas ejus,
& decorem ipsarum omnem in oppro-
brium mutavit. Cepítque Arphaxad in
montib⁹ Ragau, & occidit ipsum lanceis
suis, perdidítque ad diem usque hanc. Re-
versúsque est Ninivem ipse, & exercitus
ejus, & multitudo virorũ bellatorum, ex-
ultabátque ibi, & convivia agebat ipse,
& totus exercitus ejus diebus centum vi-
ginti.

CAP. II.

ANno autem vicesimo octavo, duode- 1
cimo mensis primi factus est sermo in do-
mo Nebucadnosaris regis, de sumenda ul-
tione de universa terra, ut dixerat. Et vo- 2
cavit omnes servos, & magnates suos, &
declaravit eis secretum cordis sui. Et 3
factum est, cùm absolvisset loqui malum
de tota terra, receperunt etiam illi in se
perdere omnes homines qui non fuerant
dicto obedientes regi. Et factum est, cùm 4
absolvissent consiliũ suum, vocavit Nebu-
cadnosar rex Assyriæ Alfenam magistrũ
militiæ suæ, erat enim secundus ab ipso:
Et dixit ei, Sic dicit rex magnus do- 5
minus totius terræ; Ecce tu egredere de
conspectu meo, & sume tecum viros for-
tes, peditum centum viginti millia, &
numerum equorum, equitúmque ipso-
rum, duodecim millia. Et obviàm ito to-
ti terræ Occidentis; illis qui spreverunt
dictum oris mei. Et jube illos parare mihi
terram & aquam, quia egrediar ad ipsos
in furore meo, & operiam faciem to-
tius terræ peditibus exercitûs mei: et da-
bo ipsos in prædam exercitui meo. Et
replebuntur valles & torrentes ipsorum
sanguine cæsorum suorum. Et torrens
inundans implebitur cadaveribus ipso-
rum. Et dispergam captivos ipsorum in
extrema terræ. Tu autem egressus, cape
mihi omnes fines ipsorum. Quòd si pa-
cifici fuerint, serva eos mihi in diem quo
arguentur. Eis autem qui non obedierint, 6
ne parcat oculus tuus, quin eos tradat
cædi, & prædæ, universam *nempe* ter-
ram. Quia sicut vivo ego, & regnum meũ,
quæ dixi, hæc cuncta faciant manu meâ.
Tu autem noli quicquam mandatorum
domini tui transgredi, sed effice omninò
hæcquæ tibi mando.

Versio VULG. LAT.

7 Tunc Holofernes vocavit duces, & magi-
stratus virtutis Assyriorum: & dinume-
ravit viros in expeditionem, sicut præce-
pit ei rex, centum viginti millia peditum
pugnatorũ, & equitum sagittariorũ duo-
8 decim millia. Omnémque expeditionem
suam fecit præire in multitudine innu-
merabiliũ camelorum, cum his quæ exer-
citibus sufficerent copiosè, boum quoque
armenta, gregésque oviũ, quorũ non erat
9 numer⁹. Frumentũ ex omni Syria in tran-
10 situ suo parari constituit. Aurum verò &
argentũ, de domo regis assumpsit multum
11 nimis. Et profectus est ipse, & omnis ex-
ercitus, cum quadrigis, & equitibus, & sa-
gittariis, qui cooperuerunt faciẽ terræ, sic-
12 ut locustæ. Cúmque pertransisset fines As-
syriorum, venit ad magnos montes Ange,
qui sunt à sinistro Ciliciæ, ascendítque
omnia castella eorũ, & obtinuit omnẽ mu-
13 nitionẽ. Effregit autem civitatem opina-
tissimam Melothi, prædavítque omnes fi-
lios Tharsis, & filios Ismael, qui erãt con-
tra faciem deserti, & ad austrũ terræ Cel-
14 lon. Et transivit Euphraten, & venit in
Mesopotamiam: & fregit omnes civitates
excelsas, quæ erãt ibi, à torrente Mambre
15 usquequò perveniatur ad mare: Et oc-
cupavit terminos ejus, à Cilicia usque ad
16 fines Japheth, qui sunt ad austrũ. Abdu-
xítque omnes filios Madian, & prædavit
omnem locupletationem eorum, omnésq;
17 resistentes sibi occidit in ore gladii. Et
post hæc descendit in campos Damasci in
diebus messis, & succendit omnia sata,
omnésque arbores & vineas fecit incidi:
Et cecidit timor illius super omnes inha-
bitantes terram.

CAP. III.

1 Tunc miserunt legatos suos, universarũ
urbium ac provinciarum reges ac princi-
pes, Syriæ scilicèt Mesopotamiæ, & Syriæ
Sobal, & Libyæ, atque Ciliciæ, qui ve-
2 nientes ad Holofernem, dixerunt: Desinat
indignatio tua circa nos: Melius est enim
ut viventes serviamus Nabuchodonosor regi magno, & subditi simus tibi, quàm morientes cum interitu nostro ipsi servitutis nostræ damna patiamur.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

7 Καὶ ἐξῆλθεν Ὀλοφέρνης ἀπὸ προσώπου τοῦ κυρίου αὐτοῦ, ϗ ἐκάλεσε πάντας
τοὺς δυνάστας, ϗ τοὺς στρατηγοὺς, ϗ ἐπιστάτας τῆς δυνάμεως Ἀσσὺρ, ϗ
ἠρίθμησεν ἐκλεκτοὺς ἄνδρας εἰς παράταξιν, καθότι (α) ἐκέλευσεν αὐτῷ
ὁ κύριος αὐτοῦ, εἰς μυριάδας δεκαδύο, ϗ ἱππεῖς τοξότας μυρίους δισχιλίους,
8 καὶ διέταξεν αὐτοὺς ὃν τρόπον πολέμου πλῆθος συντάσσεται. Καὶ ἔλαβε
καμήλους ϗ ὄνους ϗ ἡμιόνους εἰς τὴν ἀπαρτίαν αὐτῶν, πλῆθος πολὺ
σφόδρα, ϗ πρόβατα ϗ βόας ϗ αἶγας εἰς τὴν παρασκευὴν αὐτῶν, ὧν
9 οὐκ ἦν ἀριθμός, Καὶ ἐπισιτισμὸν παντὶ ἀνδρὶ εἰς πλῆθος, Καὶ χρυσίον
10 ϗ ἀργύριον ἐξ οἴκου βασιλέως πολὺ σφόδρα. Καὶ ἐξῆλθεν αὐτὸς ϗ
11 πᾶσα ἡ δύναμις αὐτοῦ εἰς πορείαν τοῦ προελθεῖν βασιλέως Ναβουχοδονόσορ,
(β) ϗ καλύψαι πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς πρὸς δυσμαῖς ἐν ἅρμασι ϗ ἱππεῦ-
σι ϗ πεζοῖς ἐπιλέκτοις αὐτῶν. Καὶ πολὺς ὁ ἐπίμικτος ὡς ἀκρὶς συνεξῆλθον
αὐτοῖς, ϗ ὡς ἡ ἄμμος τῆς γῆς· οὐ γὰρ ἦν ἀριθμὸς ἀπὸ πλήθους αὐτῶν. Καὶ
(γ) ἀπῆλθον ἐκ Νινευὴ ὁδὸν τριῶν ἡμερῶν ἐπὶ πρόσωπον τοῦ πεδίου (δ) Βαι-
12 κτιλαὶθ, Καὶ ἀπεστρατοπέδευσεν ἀπὸ Βαικτιλαὶθ πλησίον τοῦ ὄρους τοῦ ἐπ'
ἀριστερᾷ τῆς ἄνω Κιλικίας. καὶ ἔλαβε πᾶσαν τὴν δύναμιν αὐτοῦ, τοὺς
πεζοὺς, ϗ τοὺς ἱππεῖς, ϗ τὰ ἅρματα αὐτοῦ, ϗ ἀπῆλθεν ἐκεῖθεν εἰς τὴν
ὀρεινήν. καὶ διέκοψε (ε) τὸ Φοὺδ ϗ Λοὺδ, ϗ (ζ) ἐπρονόμευσεν πάντας
υἱοὺς Ῥασσὶς ϗ υἱοὺς Ἰσμαὴλ τοὺς κατὰ πρόσωπον τῆς ἐρήμου πρὸς Νότον τῆς
14 (η) Χελλαίων. Καὶ παρῆλθε τὸν Εὐφράτην, ϗ διῆλθε τὴν Μεσοποταμίαν,
ϗ (θ) διέσκαψε πάσας τὰς πόλεις τὰς ὑψηλὰς τὰς ἐπὶ τοῦ χειμάῤῥου
15 Ἀβρωνᾶ ἕως τοῦ ἐλθεῖν ἐπὶ θάλασσαν. Καὶ κατελάβετο τὰ ὅρια τῆς
Κιλικίας, ϗ κατέκοψε πάντας τοὺς ἀντιστάντας αὐτῷ· ϗ ἦλθεν ἕως
16 ὁρίων Ἰάφεθ, τὰ πρὸς Νότον κατὰ πρόσωπον τῆς Ἀραβίας. Καὶ ἐκύκλωσε
πάντας τοὺς υἱοὺς (ι) Μαδιὰν, ϗ ἐνέπρησε τὰ σκηνώματα αὐτῶν, ϗ ἐπρονό-
17 μευσε τὰς μάνδρας αὐτῶν. Καὶ κατέβη εἰς πεδίον Δαμασκοῦ ἐν ἡμέραις
θερισμοῦ πυρῶν, ϗ ἐνέπρησε πάντας τοὺς ἀγροὺς αὐτῶν· ϗ τὰ ποίμνια ϗ
τὰ βουκόλια ἔδωκεν εἰς ἀφανισμὸν, ϗ τὰς πόλεις αὐτῶν ἐσκύλευσε, ϗ τὰ
πεδία αὐτῶν ἐξελίκμησε, ϗ ἐπάταξε πάντας τοὺς νεανίσκους αὐτῶν ἐν
18 στόματι ῥομφαίας. Καὶ (κ) ἐπέπεσεν ὁ φόβος ϗ ὁ τρόμος αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς κατ-
οικοῦντας τὴν παραλίαν, τοὺς ὄντας ἐν Σιδῶνι ϗ (λ) Τύρῳ, ϗ τοὺς κατοι-
κοῦντας Σοὺρ, ϗ Ὀκινὰ, ϗ πάντας τοὺς κατοικοῦντας Ἰεμναάν. ϗ οἱ
κατοικοῦντες ἐν Ἀζώτῳ ϗ Ἀσκάλωνι ἐφοβήθησαν αὐτὸν σφόδρα.

MS. A. (α) προσέταξεν (β) καλύψαι (γ) ἐξῆλθεν (δ) Βεκτιλαὶθ, Καὶ ἀπεστρατοπέδευσαν ἀπὸ Πακτιλαὶθ (ε) τὸ Φοὺδ (ζ) ἐπρονόμευσεν υἱοὺς πάντας (η) Χελέων. (θ) κατέσκαψεν (ι) Μαδιὰμ, (κ) ἔπεσεν (λ) ἐν Τύρῳ,

ΚΕΦ. γ'.

1 Καὶ ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν ἀγγέλους λόγοις εἰρηνικοῖς, λέγοντες, Ἰδοὺ
2 ἡμεῖς οἱ παῖδες Ναβουχοδονόσορ βασιλέως μεγάλου παρακείμεθα ἐνώπιόν
σου, χρῆσαι ἡμῖν καθὼς ἀρεστόν ἐστι τῷ προσώπῳ σου.

Et exivit Olophernes à facie domini sui & vocavit omnes 7
dynastas, & duces, & præsides virtutis Assur, & nu-
meravit electos viros in aciem, sicut jusserat ei domi-
nus ejus, ad myriadas duodecim, & equites sagitta-
rios duodecim millia: & ordinavit eos, quemadmo-
dum belli multitudo coordinatur. Et sumpsit camelos, 8
& asinos & mulos ad impedimenta ipsorum, multitudinem
plurimam valdè, & oves, & boves, & capras ad appa-
ratum ipsorum, quorum non erat numerus, Et rem 9
frumentariam omni viro in multitudine. Et aurum, 10
& argentum è domo regis multum valdè. Et exiit ipse, 11
& universa virtus ejus ad iter ad præcedendum regem
Nabuchodonosor, & operiendum omnem faciem terræ
ad Occidentem in curribus, & equitibus, & pedi-
tibus electis ipsorum. Et multus admistus, tanquam
locusta exierunt cum eis, & tanquam arena terræ: Non
enim erat numerus præ multitudine eorum. Et abierunt
de Nineve viam trium dierum super faciem campi Bæ-
ctilæth: Et castra fecit à Bæctilæth prope montem, qui ad 12
sinistram superioris Ciliciæ. Et sumpsit omnem virtutem
suam, pedites, & equites, & currus suos: & abiit indè
in montanam: Et excidit Phud, & Lud: & prædati 13
sunt omnes filios Rassis, & filios Ismael, qui super faciem
deserti ad Austrum Chelleon. Et transivit Euphratem, 14
& pertransiit Mesopotamiam, & diruit omnes civitates
excelsas, quæ super torrentem Abrona usque ad veniendum
super mare. Et cepit fines Ciliciæ, & concidit omnes 15
resistentes sibi. Et venit usque ad fines Japheth, qui ad
Austrum super faciem Arabiæ. Et circuivit omnes filios 16
Madian, & incendit tabernacula eorum, & diripuit
mandras eorum. Et descendit in campum Damasci in 17
diebus messis triticorum, & incendit omnes agros eorum:
& greges, & armenta boum dedit in perditionem: & ci-
vitates eorum spoliavit, & campos eorum ventilavit, &
percussit omnes juvenes eorum in ore gladii. Et incidit 18
timor & tremor ejus super habitantes maritimam,
eos qui erant in Sidone, & Tyro, & habitantes Sur, &
Ocina, & omnes habitantes Hiemnaan. Et habitantes
in Azoto & Ascalone timuerunt eum valdè.

CAP. III.

Et miserunt ad eum nuntios verbis pacificis, dicentes; 1
Ecce nos pueri Nabuchodonosor regis magni adsumus 2
coram te: utere nobis, sicut placitum est faciei tuæ.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]

montis, & pugnarent cum Israelitis. Et
profecti die illo omnes viri, Omnísque 2
exercitus ipsorum, centum septuaginta
duo millia, equitésque viginti duo millia,
præter parvulos ipsorum, & qui eis se
adjunxerant, multi admodùm. Et castra- 3
metati sunt in valle quæ adversùs civita-
tem, juxta fontem aquarum : Et fuit lati-
tudo exercitûs à Dothim usque Abelme-
holam, longitudo autem Kadmonem us-
que adversùs Jezrael.

Versio VULG. LAT.

4 Filii autem Israel ut viderunt multitudinem illorum,
prostraverunt se super terram, mittentes cinerem su-
per capita sua, unanimes orantes ut Deus Israel mise-
5 ricordiam suam ostenderet super populum suum. Et
assumentes arma sua bellica, sederunt per loca, quæ ad
angusti itineris tramitem dirigunt inter montosa, &
6 erant custodientes ea totâ die & nocte. Porrò Holo-
fernes, dum circuit per gyrum, reperit quòd fons,
qui influebat, aquæductum illorum à parte australi
extra civitatem dirigeret : & incidi præcepit aquædu-
7 ctum illorum. Erant tamen non longè à muris fon-
tes, ex quibus furtim videbantur haurire aquam, ad
8 refocillandum potiùs quàm ad potandum. Sed filii
Ammon & Moab accesserunt ad Holofernem, dicen-
tes ; Filii Israel, non in lancea nec in sagitta confi-
dunt, sed montes defendunt illos, & muniunt illos
9 colles in præcipitio constituti. Ut ergò sine con-
gressione pugnæ possis superare eos, pone custodes
fontium, ut non hauriant aquam ex eis, & sine gla-
dio interficies eos, vel certè fatigati tradent civitatem
suam, quam putant in montibus positam superari non
10 posse. Et placuerunt verba hæc coram Holoferne, &
coram satellitibus ejus, & constituit per gyrum cen-
tenarios per singulos fontes.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

4 Οἱ δὲ υἱοὶ Ἰσραὴλ, ὡς (α) εἶδον αὐτῶν τὸ πλῆθος, ἐταράχθησαν σφόδρα·
καὶ εἶπεν ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, Νῦν ἐκλείξουσιν οὗτοι τὸ πρόσ-
ωπον (β) τῆς γῆς πάσης, καὶ οὔτε τὰ ὄρη τὰ ὑψηλὰ, οὔτε αἱ φάραγγες, οὔτε
5 οἱ βουνοὶ ὑποστήσονται τὸ βάρος αὐτῶν. Καὶ ἀναλαβόντες ἕκαστος
τὰ σκεύη τὰ πολεμικὰ αὐτῶν, καὶ ἀνακαύσαντες πυρὰς ἐπὶ τοὺς
πύργους αὐτῶν, ἔμενον φυλάσσοντες ὅλην τὴν νύκτα ἐκείνην. τῇ δὲ
ἡμέρᾳ τῇ δευτέρᾳ ἐξήγαγεν Ὀλοφέρνης πᾶσαν τὴν ἵππον αὐτοῦ κατὰ
6 πρόσωπον τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, οἳ ἦσαν (γ) ἐν Βετυλούᾳ. Καὶ ἐπεσκέ-
ψατο τὰς ἀναβάσεις τῆς πόλεως αὐτῶν, καὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων
αὐτῶν ἐφώδευσεν, καὶ προκατελάβετο αὐτὰς, καὶ ἐπέστησεν αὐταῖς πα-
ρεμβολὰς ἀνδρῶν πολεμιστῶν, καὶ αὐτὸς ἀνέζευξεν εἰς τὸν λαὸν αὐτοῦ.
8 Καὶ προσελθόντες αὐτῷ πάντες (δ) οἱ ἄρχοντες τῶν υἱῶν Ἡσαῦ, καὶ πάν-
τες οἱ ἡγούμενοι τοῦ λαοῦ Μωάβ, καὶ οἱ στρατηγοὶ τῆς παραλίας, εἶπαν, Ἀ-
κουσάτω δὴ λόγον ὁ δεσπότης ἡμῶν, ἵνα μὴ γένηται θραῦσμα ἐν τῇ δυ-
νάμει σου. ὁ γὰρ λαὸς οὗτος τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ οὐ πέποιθεν ἐπὶ τοῖς δόρασιν
αὐτῶν, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς (ε) ὕψεσι τῶν ὀρέων αὐτῶν, ἐν οἷς αὐτοὶ ἐνοικοῦσιν
9 ἐν αὐτοῖς· οὐ γάρ ἐστιν εὐχερὲς προσβῆναι ταῖς κορυφαῖς τῶν ὀρέων αὐτῶν.
καὶ νῦν δέσποτα μὴ πολέμει πρὸς αὐτοὺς, καθὼς γίνεται πόλεμος
παρατάξεως, καὶ οὐ πεσεῖται ἐκ τοῦ λαοῦ σου ἀνὴρ εἷς. ἀνάμεινον ἐπὶ τῆς
παρεμβολῆς σου, διαφυλάσσων πάντα ἄνδρα ἐκ τῆς δυνάμεώς σου, καὶ
ἐπικρατησάτωσαν οἱ παῖδές σου τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος, ἣ ἐκπορεύεται ἐκ
τῆς ῥίζης τοῦ ὄρους, διότι ἐκεῖθεν ὑδρεύονται πάντες οἱ κατοικοῦντες
Βετυλούᾳ, καὶ ἀνελεῖ αὐτοὺς ἡ δίψα, καὶ ἐκδώσουσι τὴν πόλιν (ζ) ἑαυτῶν.
καὶ ἡμεῖς καὶ ὁ λαὸς ἡμῶν ἀναβησόμεθα ἐπὶ τὰς πλησίον κορυφὰς τῶν ὀρέων, καὶ παρεμβαλοῦμεν ἐπ'
αὐταῖς εἰς προφυλακὴν, τοῦ μὴ ἐξελθεῖν ἐκ τῆς πόλεως ἄνδρα ἕνα. Καὶ τακήσονται ἐν τῷ λιμῷ
αὐτοὶ, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν, καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν· καὶ πρὶν ἐλθεῖν τὴν ῥομφαίαν ἐπ' αὐτοὺς, καταστρωθή-
σονται ἐν ταῖς πλατείαις τῆς οἰκήσεως αὐτῶν, καὶ ἀνταποδώσεις αὐτοῖς ἀνταπόδομα πονηρὸν, ἀνθ' ὧν
10 ἐστασίασαν, καὶ (η) οὐκ ἀπήντησαν τῷ προσώπῳ σου ἐν εἰρήνῃ. Καὶ ἤρεσαν οἱ λόγοι (θ) αὐτῶν ἐνώπιον
Ὀλοφέρνου, καὶ ἐνώπιον πάντων τῶν θεραπόντων αὐτοῦ, καὶ (ι) συνέταξαν ποιεῖν καθὼς ἐλάλησαν. καὶ (κ) ἀπῆρε
παρεμβολὴ υἱῶν Ἀμμὼν, καὶ μετ' αὐτῶν χιλιάδες πέντε υἱῶν Ἀσσοὺρ· καὶ παρενέβαλον ἐν τῷ αὐλῶνι, καὶ
προκατελάβοντο τὰ ὕδατα, καὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. καὶ ἀνέβησαν (λ) υἱοὶ
Ἡσαῦ, καὶ οἱ υἱοὶ Ἀμμὼν, καὶ παρενέβαλον ἐν τῇ ὀρεινῇ ἀπέναντι Δωθαΐμ, καὶ ἀπέστειλαν ἐξ αὐτῶν πρὸς
Νότον καὶ Ἀπηλιώτην ἀπέναντι Ἐκρεβὴλ, ἥ ἐστι πλησίον (μ) Χοὺς, ἥ ἐστιν ἐπὶ τοῦ (ν) χειμάρρου Μοχμούρ· καὶ
ἡ λοιπὴ στρατιὰ τῶν Ἀσσυρίων παρενέβαλον ἐν τῷ πεδίῳ, καὶ (ξ) ἐκάλυψαν πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς·
καὶ αἱ σκηναὶ καὶ αἱ ἀπαρτίαι αὐτῶν κατεστρατοπέδευσαν ἐν ὄχλῳ πολλῷ, καὶ ἦσαν εἰς πλῆθος πολὺ
σφόδρα. καὶ οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἀνεβόησαν πρὸς κύριον θεὸν αὐτῶν, ὅτι ὠλιγοψύχησε τὸ πνεῦμα αὐτῶν,
ὅτι ἐκύκλωσαν (ο) πάντες οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν, καὶ οὐκ ἦν διαφυγεῖν ἐκ μέσου αὐτῶν.

MS.A. (α) εἶδον τὸ πλῆθος, (β) πάσης τῆς γῆς, (γ) ἐκ Βαιτυλούας, (δ) ἄρχοντες υἱῶν (ε)* ὄψεσιν τῶν ὀρέων, ἐν οἷς αὐτοὶ κατοικοῦσιν (ζ) αὐτῶν. (η) οὐχ ὑπήντησαν (θ) αὐτοῦ (ι) συνέταξεν ποιεῖν καθὰ (κ) ἀπῆραν παρεμβολὴν (λ) οἱ υἱοὶ (μ) Χουσὶ, (ν) χειμάρρου· καὶ (ξ) ἐκάλυψεν (ο) αὐτοὺς πάντες

Cum Translatione LATINA.

Filii autem Israel, ut viderunt eorum multitudi- 4
nem, turbati sunt valdè : & dixit unusquisque ad
proximum suum ; (a) Nunc exsorbebunt hi faciem
terræ universæ : & neque montes excelsi, neque
valles, neque colles sustinebunt gravitatem eorum.
Et assumentes unusquisque vasa bellica sua, & ac- 5
cendentes pyras super turres suas, manebant custo-
dientes totam noctem illam. Die autem secundâ
eduxit Olophernes universum equitatum suum ad
faciem filiorum Israel, qui erant in Betylua, Et 6
consideravit ascensiones civitatis eorum : & fon-
tes aquarum eorum aggressus est, & occupavit eos :
& imposuit eis castra virorum bellatorum : & ipse
rediit ad populum suum. Et accedentes ei omnes 8
principes filiorum Esau, & omnes duces populi
Moab, & duces maritimæ, dicebant ; Audiat nunc
verbum dominus noster : ut non fiat quassatio in
virtute tua ; Populus enim hic filiorum Israel non
confidunt in lanceis suis, sed in sublimitatibus mon-
tium suorum, in quibus ipsi inhabitant in eis. Non
enim est facile accedere cacuminibus montium eo-
rum. Et nunc, domine, ne belles adversùs eos, sicut 9
fit bellum prælii : & non cadet de populo tuo vir
unus. Mane in castris tuis, custodiens omnem
virum de virtute tua : & obtineant pueri tui fon-
tem aquæ, qui egreditur è radice montis, quoniam
indè aquantur omnes habitantes Betylua : & perdet
eos sitis, & dedent civitatem suam. Et nos, &
populus noster ascendemus super vicina cacumina
montium, & castrametabimur in eis ad custodiam, ut non exeat è civitate
vir unus. Et tabescent in fame ipsi, & uxores eorum, et filii eorum : et prius-
quàm veniat gladius super eos ; (b) sternentur in plateis habitationis suæ : et
retribues eis retributionem malam pro eo quòd rebellârunt, et (c) non occur-
rerunt faciei tuæ in pace. Et placuerunt verba eorum in conspectu Olopher- 10
nis, et in conspectu omnium ministrorum ejus, et constituerunt facere sicut locuti
fuerant. Et promoverunt castra filiorum Ammon, et cum eis millia quinque
filiorum Assur : et castrametati sunt in valle, et præoccupaverunt aquas, et
fontes aquarum filiorum Israel. Et ascenderunt filii Esau, et filii Ammon,
et castrametati sunt in montana contra Dothaim : et miserunt ex ipsis ad Au-
strum et Subsolanum è regione Ecrebel, quæ est propè Chus, quæ est super tor-
rentem Mochmur. Et reliquus exercitus Assyriorum castrametati sunt in cam-
po, et operuerunt omnem faciem terræ. Et tabernacula, & impedimenta eo-
rum castrametata sunt in turba multa, et fuerunt in multitudine plurima valdè.
Et filii Israel exclamaverunt ad Dominum Deum suum ; quoniam pusillanimis
factus est spiritus eorum, quoniam in circuitu erant omnes inimici ipsorum, et
non erat effugere è medio eorum.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

Filii autem Israel videntes multitudinem 4
ipsorū, extimuerunt valdè, dicentes quisq;
ad proximum suum ; Jam, neque tota ter-
ræ facies, neq; montes excelsi, neque val-
les, neque colles sustinebunt gravitatem
eorum. Et sumptis quisque armis quibus 5
pugnabat, incenderunt ignes in turribus
mœnium suorum, & vigilias egerunt to-
tâ nocte. Die autem secundo eduxit
Alphernas totum exercitum suum adver-
sùs filios Israel qui habitabant Bethpallu :
Et explorârunt ascensus ad civitatem ; 6
Et profecti ad fontes aquarum occupâ-
runt eos, & distribuerunt eos singulis sta-
tionibus virorum bellatorum : Ipse autem
reversus est ad suos. Et accedentes ad 8
eum omnes principes gentis Idumææ, &
dynastæ omnes Moab, principésque ci-
vitatum maritimarum, dixerunt ei ; Au-
scultet Domin⁹ noster verbo huic, ne eve-
niat contritio in populo tuo. Nec enim
popul⁹ iste fiduciam habet in lanceis, sed
in celsitudinibus montiū in quibus habi-
tant, & quia non est facile accedere ad fa-
stigia montium. Nunc igitur domine, 9
noli cum ipsis pugnare quemadmodum
pugnari solet, nec cadat quisquā de popu-
lo tuo. Sed sustine in castris tuis, & serva
omnem exercitum tuum, & occupent ser-
vi tui fontem aquarum qui ad radices
montis : Inde enim hauriunt omnes ha-
bitatores Bethpallu, & consumet eos sitis,
& tradent civitatem suam. Nos autem
qui tecum sumus, ascendemus in fasti-
gium montium qui prope nos sunt, &
tendemus in ipsis, & custodiam agemus
ne exeat è civitate vel vir unus. Et con-
sumentur fame ac siti, ipsi, mulierésque,
& filii ipsorum, priusquàm veniat in eos
gladius, & cadant in plateis. Et reddes
ipsis retributionem malam propterea
quòd te spreverunt, nec obviàm tibi e-
gressi sunt cum pace. Et bona visa sunt 10
verba ipsorum in conspectu Alfernæ, o-
mniúmque servorum ejus, jussitque fieri
ut dixerant. Et profectus exercitus Moab,
unáque quinque millia peditum de filiis
Assyriæ, tetenderunt in valle, & occu-
pârunt aquas, & fontes filiorum Israel.
Et ascendentes filii Esau, & filii Ammon,
unáque filii Assyriæ duodecim millia, ca-
strametati sunt in montibus qui adversùs
Dothim : Quosdam autem eorum mi-
sit Meridiem & Orientem versùs, con-
tra Ekarbath, quæ ex adverso Cush, juxta
torrentem Peor. Residium exercitûs filio-
rum Assyriæ castrametabatur in planitie,
& operiebat faciē terræ. Tentoria autem
ipsorum & vasa, quæ multa admodùm
erant, inter ipsos sedem habebant. Filii autem Israel clamabant ad Deum suum, mœsti corde ꝙ circumdederant ipsos hostes ipsorū, neq; evadere licebat de medio ipsorum,

Versio VULG. LAT.

11 Cúmque ista custodia per dies viginti fuisset expleta,
defecerunt cisternæ, & collectiones aquarum, omni-
bus habitantibus Bethuliam, ita ut non esset intra ci-
vitatem unde satiarentur vel unâ die, quoniam ad
12 mensuram dabatur populis aqua quotidiè. Tunc ad
Oziam congregati omnes viri, fœminæque, juve-
13 nes, & parvuli, omnes simul unâ voce Dixerunt; Ju-
dicet Deus inter nos & te, quoniam fecisti in nos ma-
la, nolens loqui pacificè cum Assyriis, & propter hoc
14 vendidit nos Deus in manibus eorum. Et ideò non
est qui adjuvet, cùm prosternamur ante oculos eorum
15 in siti, & perditione magnâ. Et nunc congregate u-
niversos qui in civitate sunt, ut spontè tradamus nos
16 omnes populo Holofernis. Melius est enim ut captivi
benedicamus Dominum, viventes, quàm moriamur,
& simus opprobrium omni carni, cùm viderimus uxo-
res nostras, & infantes nostros, mori ante oculos no-
17 stros. Contestamur hodiè cœlum & terram, & De-
um patrum nostrorum, qui ulciscitur nos secundùm
peccata nostra, ut jam tradatis civitatem in manu mi-
litiæ Holofernis, et sit finis noster brevis in ore gla-
18 dii, qui longior efficitur in ariditate sitis. Et cùm hæc
dixissent, factus est fletus & ululatus magnus in eccle-
sia ab omnibus, & per multas horas unâ voce clama-
19 verunt ad Deum, dicentes; Peccavimus cum patri-
bus nostris, injustè egimus, iniquitatem fecimus.
20 Tu quia pius es, miserere nostri, aut in tuo flagello
vindica iniquitates nostras, & noli tradere confiten-
21 tes te, populo qui ignorat te, Ut non dicant inter
22 Gentes; Ubi est Deus eorum? Et cùm fatigati his
23 clamoribus, & his fletibus lassati siluissent, Exur-
gens Ozias infusus lachrymis, dixit; Æquo animo
estote, fratres, & hos quinque dies exspectemus à
24 Domino misericordiam. Forsitan enim indignati-
onem suam abscindet, & dabit gloriam nomini
25 suo. Si autem transactis quinque diebus non ve-
nerit adjutorium, faciemus hæc verba quæ locu-
ti estis.

CAP. VIII.

1 ET factum est, cùm audisset hæc verba Judith vi-
dua, quæ erat filia Merari, filii Idox, filii Joseph,
filii Oziæ, filii Elai, filii Jamnor, filii Gedeon,
filii Raphaim, filii Achitob, filii Melchiæ, filii Enan,
filii Nathaniæ, filii Salathiel, filii Simeon, filii
Reuben;

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

11 Καὶ (α) ἔμεινε κύκλῳ αὐτῶν πᾶσα παρεμβολὴ Ἀσσούρ, οἱ πεζοὶ καὶ
τὰ ἅρματα καὶ οἱ ἱππεῖς αὐτῶν, ἡμέρας τριακοντατέσσαρας. καὶ
(β) ἐξέλιπεν πάντας τοὺς κατοικοῦντας Βετυλούα πάντα τὰ ἀγγεῖα
αὐτῶν τῶν ὑδάτων. καὶ οἱ λάκκοι ἐξεκενοῦντο, καὶ οὐκ εἶχον πι-
εῖν εἰς πλησμονὴν ὕδωρ ἡμέραν μίαν, ὅτι ἐν μέτρῳ ἐδίδοσαν αὐτοῖς
πιεῖν. καὶ (γ) ἠθύμησαν τὰ νήπια αὐτῶν, καὶ αἱ (δ) γυναῖκες αὐτῶν
καὶ οἱ νεανίσκοι ἐξέλιπον ἀπὸ τῆς δίψης, καὶ ἔπιπτον ἐν ταῖς πλα-
τείαις τῆς πόλεως, καὶ ἐν ταῖς διόδοις τῶν πυλῶν, καὶ οὐκ ἦν κρα-
12 ταίωσις ἔτι ἐν αὐτοῖς. Καὶ ἐπισυνήχθησαν πᾶς ὁ λαὸς ἐπὶ Ὀζί-
αν καὶ τοὺς ἄρχοντας τῆς πόλεως, οἱ νεανίσκοι καὶ αἱ γυναῖκες καὶ τὰ
13 παιδία, καὶ (ε) ἀνεβόησαν φωνῇ μεγάλῃ, Καὶ εἶπαν ἐναντίον πάν-
των τῶν πρεσβυτέρων, Κρίναι ὁ Θεὸς ἀναμέσον ἡμῶν καὶ ὑμῶν, ὅτι
ἐποιήσατε ἐν ἡμῖν ἀδικίαν μεγάλην, οὐ λαλήσαντες εἰρηνικὰ (ζ) μετὰ
14 τῶν υἱῶν Ἀσσούρ. Καὶ νῦν οὐκ ἔστι βοηθὸς ἡμῶν, ἀλλὰ πέπρακεν ἡ-
μᾶς ὁ Θεὸς εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶν, τοῦ καταστρωθῆναι ἐναντίον αὐ-
15 τῶν ἐν δίψῃ καὶ ἀπωλείᾳ μεγάλῃ. Καὶ νῦν ἐπικαλέσασθε αὐτούς, καὶ
ἔκδοσθε τὴν πόλιν πᾶσαν εἰς προνομὴν τῷ λαῷ Ὀλοφέρνου, καὶ πά-
16 σῃ τῇ δυνάμει αὐτοῦ. Κρεῖσσον γὰρ (η) ἡμῖν γενηθῆναι αὐτοῖς εἰς δι-
αρπαγήν. ἐσόμεθα γὰρ εἰς δούλους, καὶ ζήσεται ἡ ψυχὴ ἡμῶν, καὶ
(θ) οὐκ ὀψόμεθα τὸν θάνατον τῶν νηπίων (ι) ἡμῶν ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν,
καὶ τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα ἡμῶν, ἐκλειπούσας τὰς ψυχὰς αὐτῶν.
17 Μαρτυρόμεθα ὑμῖν τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ κύ-
ριον τῶν πατέρων ἡμῶν, ὃς ἐκδικεῖ ἡμᾶς κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν,
καὶ κατὰ τὰ ἁμαρτήματα τῶν πατέρων ἡμῶν, ἵνα μὴ ποιήσῃ κατὰ
18 τὰ ῥήματα ταῦτα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ σήμερον. Καὶ ἐγένετο κλαυ-
θμὸς μέγας ἐν μέσῳ τῆς ἐκκλησίας πάντων ὁμοθυμαδόν, καὶ ἐβόη-
σαν πρὸς κύριον (κ) τὸν Θεὸν φωνῇ μεγάλῃ. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτοὺς
23 Ὀζίας, Θαρσεῖτε ἀδελφοί, διακαρτερήσωμεν (λ) ἔτι πέντε ἡμέ-
ρας, ἐν αἷς (μ) ἐπιστρέψει κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐφ'
24 ἡμᾶς· Οὐ γὰρ ἐγκαταλείψει ἡμᾶς εἰς τέλος. Ἐὰν (ν) δὲ δι-
25 έλθωσιν αὗται, καὶ μὴ ἔλθῃ ἐφ' ἡμᾶς βοήθεια, ποιήσω κατὰ τὰ ῥήμα-
τα ὑμῶν. καὶ ἐσκόρπισε τὸν λαὸν εἰς τὴν ἑαυτοῦ (ξ) παρεμβολήν· καὶ
ἐπὶ τὰ τείχη καὶ (ο) τοὺς πύργους τῆς πόλεως αὐτῶν ἀπῆλθον, καὶ τὰς γυ-
ναῖκας καὶ τὰ τέκνα εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν (π) ἐξαπέστειλε. καὶ ἦσαν ἐν
ταπεινώσει πολλῇ ἐν τῇ πόλει.

MS. A. (α) ἔμενον (β) ἐξέλειπεν (γ) ἠθύμησεν (δ) γυναῖκες, καὶ (ε) ἐβόησαν (ζ) μεθ' υἱῶν (η) ἡμᾶς (θ) οὐχ (ι) ἡμῶν, καὶ τὰς (κ) Θεὸν (λ) ἐπὶ πέντε (μ) ἐπιστρέψει (ν) διέλθωσιν (ξ) πόλιν, παρεμβολήν (ο) ἐπὶ τοὺς (π) ἀπέστειλεν.

ΚΕΦ. η'.

1 ΚΑὶ ἤκουσεν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις Ἰουδὶθ θυγάτηρ Μεραρί,
υἱοῦ Ὤξ, υἱοῦ Ἰωσήφ, υἱοῦ Ὀζιήλ, υἱοῦ Ἐλκία, (α) υἱοῦ Ἠλιοῦ, υἱοῦ Χελκί-
ου, υἱοῦ Ἐλιάβ, υἱοῦ Ναθαναήλ, υἱοῦ Σαλαμιήλ, υἱοῦ Σαρασαδαΐ,
υἱοῦ Ἰσραήλ·

MS.A. (α) υἱοῦ Ἀνανίου, υἱοῦ Γεδεών, υἱοῦ Ῥαφαΐν, υἱοῦ Ἀχιτώβ, υἱοῦ Ἠλιοῦ, υἱοῦ Ἐλιάβ, υἱοῦ Ναθαναήλ, υἱοῦ Σαλαμιήλ, υἱοῦ Σαρασαδαΐ, υἱοῦ Ἰσραήλ. Καὶ

Et manserunt in circuitu eorũ omnia castra Assur, 11
pedites, & currus, & equites eorum, diebus triginta
quatuor. Et defecerunt omnibus habitantibus Be-
tylua omnia receptacula sua aquarum: & cister-
næ evacuabantur, & non habebant bibere ad sa-
tietatem aquam diem unum: quoniam in mensura
dabant eis bibere. Et consternati sunt infantes eo-
rum, & mulieres eorum, & juvenes defecerunt præ
siti, & cadebant in plateis civitatis, & in transi-
tibus portarum: & non erat robur ultrà in eis. Et 12
congregati sunt omnis populus ad Oziam, & prin-
cipes civitatis, juvenes, & mulieres, & pueri, &
exclamaverunt voce magnâ, Et dixerunt coram 13
omnibus senioribus; Judicet Deus inter nos & vos:
quoniam fecistis in nobis injustitiam magnam, non
loquentes pacifica cum filiis Assur. Et nunc non 14
est adjutor noster, sed vendidit nos Deus in manus
eorum, ut prosternamur coram eis in siti, & perditi-
one magnâ. Et nunc invocate eos, & date civita- 15
tem omnem in direptionem populo Olophernis, &
omni virtuti ejus. Melius enim nobis fieri eis in 16
direptionem. Erimus enim in servos, & vivet ani-
ma nostra: & non videbimus mortem infantium no-
strorum in oculis nostris, & uxores, & filios no-
stros, deficientes animas eorum. Contestamur vo- 17
bis cœlum, & terram, & Deum nostrum, & Do-
minum patrum nostrorum, qui ulciscitur nos secun-
dùm peccata nostra, & secundùm peccata patrum
nostrorum; ut non faciat juxta verba hæc in die ho-
dierna. Et facta est ploratio magna in medio eccle- 18
siæ omnium unanimiter: Et clamaverunt ad Domi-
num Deum voce magnâ. Et dixit ad eos Ozi- 23
as; Confidite, fratres: obduremus adhuc quinque
dies, in quibus convertet Dominus Deus noster mi-
sericordiam suam super nos. Non enim derelinquet nos 24
in finem. Si autem transierint hi, & non venerit 25
super nos auxilium; faciam secundùm verba ve-
stra. Et dispersit populum in castra ipsius: & ad
muros, & turres civitatis suæ abierunt: & mu-
lieres, & filios in domos suas dimisit. Et fuerunt in
humilitate multa in civitate.

CAP. VIII.

ET audivit in illis diebus Judith filia Merari, 1
filii Ox, filii Joseph, filii Oziel, filii Elcia, filii Eliu,
filii Chelciæ, filii Eliab, filii Nathanael, filii Sala-
miel, filii Sarasadai, filii Israel.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
1 [illegible]

Mansit autem in circuitu ipsorum ex- 11
ercitus Assyriorum, pedites equitesque
& currus, duos menses & quatuor dies.
Et consumpserant habitatores Bethpallu
lacus suos, & utres ipsorum consumpti
erant, neque reliquas habebant aquas
quas biberent, & delinquebant animo
pueri & mulieres ipsorum, quia non
erat reliqua ipsis aqua quam biberent ad
satietatem, vel diem unum: dabant e-
nim ipsis aquam ad mensuram. Delin-
quebant autem valdè juvenes ipsorum
mulieresque ac pueri, & deficiebant siti,
& cadebant in plateis civitatis, & in-
gressibus portarum, nec erant in ipsis
vires. Et congregati sunt ad Uziam & 12
principes civitatis, adolescentes mulie-
resque & pueri, & clamârunt voce
magnâ, & dixerunt in faciem senatori-
bus; Judicet Dominus inter nos & 13
vos: Fecistis enim nobis injuriam ma-
gnam, quòd non locuti estis pacificè
filiis Assyriæ. Et nunc non est qui au- 14
xilio sit nobis, sed tradidit nos Dominus
in manus ipsorum, & consumemur corã
eis siti, et interitu magno. Nunc autẽ, vo- 15
catis ipsis, tradite civitatẽ in captivitatẽ
& prædã populo Alphernæ, & toti exer-
citui ejus. Melius enim est nobis servis 16
esse & ancillis ipsorũ, ut vivat anima no-
stra, quàm videre oculis nostris mortem
puerorum nostrorũ, uxorúmque & filio-
rum, præ deliquio animi ipsorum. Conte- 17
stamúrque adversùs vos cœlum & ter-
ram, Dominúmque Deum patrum no-
strorum, qui vindictam exigit de no-
bis secundùm peccata nostra, ut faciatis
secundùm ea quæ dicta sunt hodierno die.
Factúsque est fletus magnus in medio 18
synagogæ. Et clamârunt ad Dominum
voce altâ omnes unà. Et dixit eis Uzi- 23
as; Confidite fratres mei, & sustinea-
mus adhuc quinque dies alios: fortasse
convertet ad nos Dominus Deus no-
ster misericordias suas; Quia non de- 24
relinquet nos usque ad extremum. Quòd 25
si transierint quinque dies, nec extiterit
nobis auxiliũ, faciemus secundùm verba
hæc. Et dispersit populum ad suum quem-
que tentorium, & ad mœnia turrésque
civitatis: mulieres autem pueròsque
dimisit ad domos suas. Fueruntque in
afflictione magna admodùm.

CAP. VIII.

ET in diebus illis habitabat in Beth- 1
pallu Judith, filia Merari, filii Uz, fili Jo-
seph, filii Uzziel, filii Elkana, filii Chanan, filii Gabun, filii Daphnin, fili Achitub, filii Nain, filii Malchiæ, filii Gir, filii Nathaniæ, filii Samuel, filii Simeon, filii Israel.

Verſio VULG. LAT.

2 Et vir ejus fuit Manaſſes, qui mortuus eſt in diebus
3 meſſis hordeaceæ : Inſtabat enim ſuper alligan-
tes manipulos in campo, & venit æſtus ſuper ca-
put ejus, & mortuus eſt in Bethulia civitate ſua,
4 & ſepultus eſt illic cum patribus ſuis. Erat au-
tem Judith relicta ejus vidua jam annis tribus,
5 & menſibus ſex. Et in ſuperioribus domûs ſuæ
fecit ſibi ſecretum cubiculum, in quo cum puellis
6 ſuis clauſa morabatur, Et habens ſuper lumbos
ſuos cilicium, jejunabat omnibus diebus vitæ
ſuæ, præter ſabbata, & neomenias, & feſta do-
7 mûs Iſrael. Erat autem eleganti aſpectu nimis,
cui vir ſuus reliquerat divitias multas, & famili-
am copioſam, ac poſſeſſiones armentis boum &
8 gregibus ovium plenas. Et erat hæc in omnibus
famoſiſſima, quoniam timebat Dominum valdè,
nec erat qui loqueretur de illa verbum malum.
9 Hæc itaque cùm audiſſet, quoniam Ozias pro-
miſiſſet quòd tranſacto quinto die traderet civi-
tatem, miſit ad presbyteros Chabri & Charmi.
10 Et venerunt ad illam, & dixit illis ; Quod eſt
hoc verbum, in quo conſenſit Ozias, ut tradat
civitatem Aſſyriis, ſi intra quinque dies non
11 venerit vobis adjutorium ? Et qui eſtis vos, qui
12 tentatis Dominum ? Non eſt iſte ſermo, qui mi-
ſericordiam provocet, ſed potiùs qui iram exci-
13 tet, & furorem accendat. Poſuiſtis vos tempus
miſerationis Domini, & in arbitrium veſtrum,
14 diem conſtituiſtis ei. Sed quia patiens Dominus
eſt, in hoc ipſo pœniteamus, & indulgentiam
15 ejus fuſis lachrymis poſtulemus : Non enim qua-
ſi homo, ſic Deus comminabitur, neque ſicut
filius hominis ad iracundiam inflammabitur.

Verſio GRÆCA LXX. Interp. Cum Tranſlatione LATINA.

2 Καὶ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς Μανασσῆς, τῆς φυλῆς αὐτῆς, καὶ τῆς πατριᾶς αὐ-
3 τῆς, καὶ ἀπέθανεν ἐν ἡμέραις (α) θερισμοῦ κριθῶν· Ἐπέστη γὰρ ἐπὶ
(β) τοῦ δεσμεύοντος τὸ δράγμα ἐν τῷ πεδίῳ, καὶ ὁ καύσων ἦλθεν ἐπὶ
τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἔπεσεν ἐπὶ τὴν (γ) κλίνην, καὶ ἐτελεύτησεν ἐν Βετυ-
λούᾳ τῇ πόλει αὐτοῦ, καὶ ἔθαψαν αὐτὸν μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ ἐν τῷ
4 ἀγρῷ τῷ ἀναμέσον Δωθαΐμ καὶ (δ) Βελαμών. Καὶ ἦν Ἰουδὶθ ἐν
5 τῷ οἴκῳ αὐτῆς χηρεύουσα ἔτη τρία καὶ μῆνας τέσσαρας. Καὶ ἐποί-
6 ησεν ἑαυτῇ σκηνὴν ἐπὶ τοῦ δώματος τοῦ οἴκου αὐτῆς, Καὶ ἐπέθηκεν
ἐπὶ τὴν ὀσφὺν αὐτῆς σάκκον· καὶ ἦν ἐπ᾽ αὐτῆς τὰ ἱμάτια τῆς
χηρεύσεως αὐτῆς. καὶ (ε) ἐνήστευε πάσας τὰς ἡμέρας (ζ) χηρεύσεως
αὐτῆς χωρὶς προσαββάτων, καὶ σαββάτων, καὶ προνουμηνιῶν, καὶ
7 νουμηνιῶν, καὶ ἑορτῶν, καὶ χαρμοσυνῶν οἴκου Ἰσραήλ. Καὶ ἦν κα-
λὴ τῷ εἴδει, καὶ ὡραία τῇ ὄψει σφόδρα. καὶ ὑπελείπετο αὐτῇ Μα-
νασσῆς ὁ ἀνὴρ αὐτῆς χρυσίον καὶ ἀργύριον, καὶ παῖδας καὶ παιδίσκας,
8 καὶ κτήνη καὶ ἀγρούς, καὶ (η) ἔμενεν ἐπ᾽ αὐτῶν. Καὶ οὐκ ἦν ὃς ἐπήνεγκεν
9 αὐτῇ ῥῆμα πονηρόν, ὅτι ἐφοβεῖτο τὸν Θεὸν σφόδρα. Καὶ ἤκουσε
τὰ ῥήματα τοῦ λαοῦ τὰ πονηρὰ ἐπὶ τὸν ἄρχοντα, ὅτι (θ) ὠλιγοψύ-
χησαν ἐπὶ τῇ σπάνει τῶν ὑδάτων· καὶ ἤκουσε (ι) πάντας τοὺς λό-
γους Ἰουδὶθ οὓς ἐλάλησε πρὸς αὐτοὺς Ὀζίας, ὡς ὤμοσεν αὐτοῖς πα-
ραδώσειν τὴν πόλιν μετὰ ἡμέρας πέντε τοῖς Ἀσσυρίοις. καὶ ἀποστεί-
λασα τὴν ἄβραν αὐτῆς τὴν ἐφεστῶσαν πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῆς,
(κ) ἐκάλεσεν Ὀζίαν καὶ Χαβρὶν καὶ Χαρμὶν τοὺς πρεσβυτέρους τῆς πό-
10 λεως αὐτῆς. Καὶ ἦλθον πρὸς αὐτήν, καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς, Ἀκούσα-
τε δή μου ἄρχοντες τῶν κατοικούντων (λ) ἐν Βετυλούᾳ· ὅτι οὐκ εὐθὴς
ὁ λόγος ὑμῶν ὃν ἐλαλήσατε ἐναντίον τοῦ λαοῦ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ, καὶ
ἐστήσατε τὸν ὅρκον (μ) ὃν ἐλαλήσατε ἀναμέσον τοῦ Θεοῦ καὶ ὑμῶν,
εἴπατε ἐκδώσειν τὴν πόλιν τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν, ἐὰν μὴ ἐν αὐταῖς (ν) ἐπι-
11 στρέψῃ ὁ κύριος βοηθῆσαι (ξ) ἡμῖν. Καὶ νῦν τίνες ἐστὲ ὑμεῖς οἳ
ἐπειράσατε τὸν Θεὸν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ σήμερον, καὶ (ο) ἵστασθε ὑπὲρ τοῦ
Θεοῦ ἐν μέσῳ υἱῶν ἀνθρώπων· καὶ νῦν κύριον παντοκράτορα ἐξετάζε-
τε, καὶ οὐθὲν ἐπιγνώσεσθε ἕως τοῦ αἰῶνος· ὅτι βάθος καρδίας ἀνθρώ-
που οὐχ εὑρήσετε, καὶ λόγους τῆς διανοίας αὐτοῦ οὐ (π) λήψεσθε, καὶ πῶς
τὸν Θεὸν ὃς ἐποίησε (ρ) τὰ πάντα ταῦτα, ἐρευνήσετε, καὶ τὸν νοῦν αὐτοῦ ἐπιγνώσεσθε, καὶ τὸν λογισμὸν αὐτοῦ (σ) κατανο-
ήσετε; μηδαμῶς, ἀδελφοί, μὴ παροργίζετε κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, ὅτι ἐὰν μὴ βούληται ἐν ταῖς πέντε ἡμέραις βοηθῆ-
σαι ἡμῖν, αὐτὸς ἔχει τὴν ἐξουσίαν ἐν αἷς θέλει (τ) σκεπάσαι ἡμέραις, ἢ καὶ (υ) ὀλοθρεῦσαι ἡμᾶς πρὸ προσώπου τῶν ἐ-
15 χθρῶν ἡμῶν. ὑμεῖς δὲ μὴ ἐνεχυράζετε τὰς βουλὰς κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, Ὅτι οὐχ ὡς ἄνθρωπος ὁ Θεὸς ἀπειληθῆναι,
οὐδὲ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου διαιτηθῆναι.

Et vir ejus Manaſſes de tribu ejus, & de patria 2
ejus, & mortuus eſt in diebus meſſis hordeorum. In- 3
ſtabat enim ſuper ligantem manipulum in campo, &
æſtus venit ſuper caput ejus, & procidit (a) in le-
ctum, & obiit in Betylua civitate ſua : & ſepelie-
runt eum cum patribus ejus in agro, qui inter Do-
thaim, & Belamon. Et fuit Judith in domo ſua 4
viduitatem ſervans, annos tres, & menſes quatu-
or. Et fecit ſibi tabernaculum ſuper ſolarium do- 5
mûs ſuæ, Et impoſuit ſuper lumbum ſuum cilici- 6
um : Et erant ſuper eam veſtimenta viduitatis ejus :
& jejunabat omnibus diebus viduitatis ſuæ præter
anteſabbata, & ſabbata, & anteneomenias, & ne-
omenias, & feſtivitates, & lætas ſolennitates do-
mûs Iſrael. Et erat pulchra ſpecie, & decora aſpe- 7
ctu valdè. Et reliquerat ei Manaſſes vir ejus au-
rum, & argentum, & pueros, & ancillas, & pe-
cora, & agros : & manebat ſuper ea. Et non erat 8
qui inferret ei verbum malum ; quoniam timebat
Deum valdè. Et audivit verba populi mala in prin- 9
cipem, quia animo defecerunt ſuper raritate aqua-
rum. Et audivit omnia verba Judith, quæ locu-
tus erat ad eos Ozias, quomodò juraverat eis tra-
diturum civitatem poſt dies quinq; Aſſyriis. Et mit-
tens ancillam ſuam, quæ præerat omnibus ſubſtanti-
is ſuis, vocavit Oziam, & Chabrin, & Charmin
ſeniores civitatis ſuæ. Et venerunt ad eam. Et di-
xit ad eos ; Audite nunc me, principes habitanti- 10
um in Betylua : quoniam non rectum eſt verbum
veſtrum, quod locuti eſtis coram populo in die hac,
& ſtatuiſtis juramentum, quod locuti eſtis, inter
Deum, & vos, & dixiſtis dedituros civitatem ini-
micis noſtris, niſi in iſtis [diebus] converſus fuerit
Dominus ad adjuvandum nos. Et nunc qui eſtis 11
vos, qui tentâſtis Deum in die hodierna, & ſtatu-
iſtis pro Deo in medio filiorum hominum ? Et nunc
Dominum omnipotentem examinatis, & nihil cogno-
ſcetis uſque in ſeculum : quoniam profundum cor-
dis hominis non invenietis, & verba cogitationis
ejus non percipietis : & quomodò Deum qui fecit
omnia hæc, inveſtigabitis, & mentem ejus cognoſce-
tis, & cogitationẽ ejus contemplabimini ? Nequaquã,
fratres : nolite ad iracundiam provocare Dominum
Deum noſtrum : quoniam ſi noluerit in iſtis quinque
diebus auxiliari nobis, ipſe habet poteſtatem, in qui-
bus velit, tegere diebus, vel etiam exterminare nos ante faciem inimicorum noſtrorum. Vos autem ne (b) extorqueatis conſi-
lia Domini Dei noſtri, Quoniam non tanquam homo Deus, ut minis terreatur, neque tanquam filius hominis, (c) ut judicetur. 15

MS. A. (α) κριθῶν θερισμοῦ· (β) τοὺς δεσμεύοντας τὰ δράγματα (γ) κλίνην αὐτοῦ, καὶ (δ) Βαλαμών. (ε) ἐνήστευσεν (ζ) τῆς χηρεύσεως χωρὶς * καὶ σαββάτων, καὶ προνεομηνιῶν
προσαββάτων, καὶ ἑορτῶν, (η) ἔμενεν (θ) ὠλιγοψύχησεν ἐν τῇ (ι) Ἰουδὶθ πάντας τοὺς λόγους οὓς (κ) ἐκάλεσεν Χαβρὶμ (λ) Βαιτυλούᾳ· (μ) τοῦτον ὃν (ν) ἐπιστρέψῃ κύριος (ξ) ὑμῖν.
(ο) ἵστατε (π) διαλήψεσθε, (ρ) πάντα ταῦτα, ἐρευνήσατε, (σ) κατανοήσατε; (τ) καὶ πάσαις ἡμέραις, (υ) ὀλεθρεῦσαι

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
15 [illegible]

Dei. Non enim eſt inſtar hominis, ut minitetur *quis ei*; nec inſtar filii hominis, ut in ordinẽ redigatur.

Vir ejus Manaſſes, de tribu ipſius, mortu- 2
us fuerat in meſſe hordei : Superſtabat 3
enim meſſoribus in agro, & incaluit
cauſon in capite ejus, & cecidit in le-
ctum, & mortuus eſt in Bethpallu civitate
ſuâ, & ſepelierunt ipſum cum patribus
ſuis, in agro, inter Dothim & Belmun.
Judith autem vidua egit in domo ſua 4
tres annos & quatuor menſes : Fecít- 5
que ſibi tabernaculum ſuper tecto do-
mûs ſuæ ; Præcinxítque lumbos ſuos 6
ſacco, induebátque ſe veſtes viduitatis
ſuæ, jejunabátque omnibus diebus vi-
duitatis ſuæ, præterquam ſabbatis, &
neomeniis, & feſtis, & lætitiis, & com-
memorationibus domûs Iſrael. Erat au- 7
tem formoſa aſpectu, geſtúque decora,
& mente cordata, honeſta ac prudens.
Erat etiam valdè dives : Reliquerat
enim ipſi Manaſſes vir ejus aurum & ar-
gentum, ſervos & ancillas, pecoráque, &
agros in quibus morabatur : Nec erat qui 8
ei quicquam mali diceret, valdè enim
Deum colebat. Et audivit mala verba 9
populi quæ dixerant magiſtratui, quo-
niam tæduerat ipſos ob ſitim aquarum :
Audivítque Judith omnia quæ dixerat
ipſis Uzias, quòd auſcultaverat ipſis, &
juraverat tradituros civitatem Aſſyriis
poſt quinque dies. Miſitque miniſtram
ſuam, quam præfecerat omnibus bonis
ſuis, & vocavit Chabrin, & Charmin
ſenatores civitatis. Et venerunt ad 10
Judith, & dixit eis ; Audite me principes
incolæque *civitatis* Bethpallu : non eſt
enim bonum quod locuti eſtis hodiè co-
ram populo, & conſtituiſtis juramen-
tum quod jurârunt inter vos & Deum,
& dixiſtis, traditum iri civitatem ho-
ſtibus noſtris, niſi iſtis diebus convertat
ſe Dominus Deus noſter in auxilium
noſtrum. Jam autem qui eſtis vos, ut 11
tentetis Deum, quare dei ſitis inter ho-
mines ? Et examinatis cogitationes
Dei omnipotentis, quas nemo cogno-
ſcet in æternum. Profunda cordis filio-
rum hominis non inveſtigantur, nec aſ-
ſequimini cogitata mentium ipſorum ;
Et quomodo Deum, qui hæc omnia fe-
cit, aſſequemini, vel ſententiam ejus
cognoſcetis, & cogitationes ejus intel-
ligetis ? Nolite fratres, irritare Dominum
Deũ noſtrum. Nam ſi noluerit adjuvare
nos intra quinque dies, poteſt, quando
voluerit, protegere nos, & frangere ho-
ſtes noſtros coram nobis. Vos autem
nolite oppignerare conſilia Domini
inſtar filii hominis, ut in ordinẽ redigatur. 15

Versio VULG. LAT.

16 Et ideò humiliemus illi animas nostras,& in spiritu
17 constituti humiliato,servientes illi, Dicamus flentes Dño,ut secundùm voluntatem suam sic faciat nobiscum misericordiā suam:ut sicut conturbatum est cor nostrum in superbia eorum, ita etiam de nostra
18 humilitate gloriemur: Quoniā non sum⁹ secuti peccata patrū nostrorum, qui dereliquerunt Deū suū,
19 & adoraverunt deos alienos, Pro quo scelere dati sunt in gladiū,& in rapinam, & in confusionem inimicis suis:nos autē alterū Deū nescim⁹ præter ipsū.
20 Expectem⁹ humiles consolationē ejus, & exquiret sanguinē nostrū de afflictionibus inimicorū nostrorum,& humiliabit omnes Gentes, quæcunque insurgunt contra nos, & faciet illas sine honore Dñs
21 Deus noster. Et nunc, fratres, quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite, ut memores sint, quia tentati sunt patres nostri ut probarentur, si verè cole-
22 rent Deū suum. Memores esse debent, quomodò pater noster Abrahā tentatus est, & per multas tri-
23 bulationes probat⁹,Dei amic⁹ effect⁹ est. Sic Isaac, sic Jacob,sic Moyses,& omnes qui placuerunt Deo,
24 per multas tribulationes transierunt fideles. Illi autem, qui tentationes non susceperunt cum timore Dñi,& impatientiā suam & improperiū murmura-
25 tionis suæ contra Dñm protulerunt, Exterminati
26 sunt ab exterminatore,& à serpentib⁹ perierunt.Et nos ergò non ulciscamur nos pro his quæ patimur,
27 Sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse,flagella Dñi,quibus quasi servi corripimur,ad emendationē,& non ad perditionem nostrā
28 evenisse credam⁹. Et dixerunt illi Ozias & presbyteri;Omnia, quæ locuta es, vera sunt, & non est in
29 sermonibus tuis ulla reprehensio. Nunc ergò ora pro nobis, quoniā mulier sancta es,& timens Deū.
30 Et dixit illis Judith; Sicut quod potui loqui, Dei esse
31 cognoscitis : Ita quod facere disposui,probate si ex Deo est,& orate ut firmū faciat Deus consilium me-
32 um. Stabitis vos ad portam nocte istā,& ego exeā cum abra mea: & orate, ut sicut dixistis, in diebus
33 quinque respiciat Dñs populum suum Israel. Vos autem nolo ut scrutemini actum meum, & usque dum renuntiem vobis, nihil aliud fiat, nisi oratio pro me ad Dominum Deum nostrum.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

16 Διόπερ ἀναμένοντες τὴν παρ' αὐτοῦ σωτηρίαν, (α) ἐπικαλεσώμεθα αὐτὸν εἰς βοήθειαν ἡμῶν, καὶ εἰσακούσεται τῆς φωνῆς ἡμῶν, ἐὰν ᾖ αὐτῷ ἀρεστόν. ὅτι οὐκ ἀνέστη ἐν ταῖς γενεαῖς ἡμῶν, οὐδέ ἐστιν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ σήμερον οὔτε φυλὴ, οὔτε πατριὰ, (β) οὔτε δῆμος, οὔτε πόλις ἐξ ἡμῶν, οἳ προσκυνοῦσι θεοῖς χειροποιήτοις, καθάπερ ἐγένετο ἐν ταῖς πρότερον ἡμέραις,
19 Ὧν χάριν ἐδόθησαν εἰς ῥομφαίαν καὶ εἰς διαρπαγὴν οἱ πατέρες ἡμῶν, καὶ ἔπεσον πτῶμα μέγα ἐνώπιον τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν. ἡμεῖς δὲ ἕτερον θεὸν οὐκ (γ) ἐπέγνωμεν πλὴν αὐτοῦ· ὅθεν ἐλπίζομεν ὅτι οὐχ ὑπερόψεται ἡμᾶς, (δ) οὐδ' ἀπὸ τοῦ γένους ἡμῶν. ὅτι ἐν τῷ ληφθῆναι ἡμᾶς, οὕτως καθήσεται πᾶσα ἡ Ἰουδαία, καὶ προνομευθήσεται τὰ ἅγια ἡμῶν, καὶ (ε) ζητήσει τὴν βεβήλωσιν αὐτῶν ἐκ τοῦ (ζ) στόματος ἡμῶν, καὶ τὸν φόνον τῶν ἀδελφῶν (η) ἡμῶν, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν τῆς γῆς, καὶ τὴν ἐρήμωσιν τῆς κληρονομίας ἡμῶν ἐπιστρέψει εἰς κεφαλὴν ἡμῶν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, οὗ ἐὰν δουλεύσωμεν ἐκεῖ, καὶ ἐσόμεθα εἰς πρόσκομμα καὶ εἰς ὄνειδος ἐναντίον τῶν κτωμένων ἡμᾶς· ὅτι οὐ κατευθυνθήσεται ἡ δουλεία ἡμῶν εἰς χάριν, ἀλλ' εἰς ἀτιμίαν
21 θήσει αὐτὴν κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν. Καὶ νῦν ἀδελφοὶ ἐπιδειξώμεθα τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν, ὅτι ἐξ ἡμῶν κρέμαται ἡ ψυχὴ αὐτῶν, καὶ τὰ ἅγια καὶ ὁ οἶκος καὶ τὸ θυσιαστήριον (θ) ἐπεστήρικται ἐφ' ἡμῖν. Παρὰ (ι) ταῦτα πάντα εὐχαριστήσωμεν κυρίῳ τῷ θεῷ ἡμῶν, ὃς πειράζει ἡμᾶς καθὰ καὶ τοὺς πατέρας ἡμῶν. μνήσθητε ὅσα ἐποίησε μετὰ Ἀβραὰμ, καὶ ὅσα ἐπείρασε τὸν Ἰσαὰκ, καὶ ὅσα ἐγένετο τῷ Ἰακὼβ ἐν Μεσοποταμίᾳ τῆς Συρίας (κ) ποιμαίνοντι τὰ πρόβατα Λάβαν τοῦ ἀ-
26 δελφοῦ τῆς μητρὸς αὐτοῦ· Ὅτι οὐ καθὼς ἐκείνους ἐπύρωσεν εἰς ἐτα-
27 σμὸν τῆς καρδίας αὐτῶν, καὶ ἡμᾶς οὐκ ἐξεδίκησεν, Ἀλλ' εἰς νου-
28 θέτησιν μαστιγοῖ κύριος τοὺς ἐγγίζοντας αὐτῷ. Καὶ εἶπεν πρὸς αὐτὴν Ὀζίας, Πάντα ὅσα εἶπας, (λ) ἀγαθῇ καρδίᾳ ἐλάλησας, καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἀντιστήσεται τοῖς λόγοις σου. Ὅτι οὐκ ἐν τῇ σήμερον ἡ σοφία σου πρόδηλός ἐστιν, ἀλλὰ ἀπ' ἀρχῆς ἡμερῶν σου ἔγνω πᾶς ὁ λαὸς τὴν σύνεσίν σου, καθότι ἀγαθόν ἐστι τὸ πλάσμα τῆς καρδίας σου. (μ) ἀλλ' ὁ λαὸς ἐδίψησε σφόδρα καὶ (ν) ἠνάγκασαν ποιῆσαι ἡμᾶς καθὰ ἐλαλήσαμεν αὐτοῖς, καὶ (ξ) ἐπαγαγεῖν ὅρκον ἐφ'
29 ἡμᾶς, ὃν οὐ παραβησόμεθα. Καὶ νῦν δεήθητι περὶ ἡμῶν, ὅτι γυνὴ εὐσεβὴς εἶ, καὶ ἀποστελεῖ κύριος τὸν ὑετὸν εἰς πλήρωσιν τῶν λάκ-
30 κων ἡμῶν, καὶ οὐκ ἐκλείψομεν ἔτι. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτοὺς Ἰουδὶθ, Ἀκούσατέ μου, καὶ ποιήσω πρᾶγμα ὃ ἀφίξεται εἰς γενεὰς γενεῶν υἱοῖς
32 τοῦ γένους ἡμῶν. Ὑμεῖς στήσεσθε ἐπὶ τῆς πύλης τὴν νύκτα ταύτην, καὶ ἐξελεύσομαι ἐγὼ μετὰ τῆς ἅβρας μου, καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις μεθ' ἃς εἴπατε παραδώσειν τὴν πόλιν τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν, ἐπισκέψεται
33 κύριος τὸν Ἰσραὴλ ἐν χειρί μου. Ὑμεῖς δὲ οὐκ (ο) ἐξερευνήσετε τὴν πρᾶξίν μου, οὐ γὰρ (π) ἐρῶ ὑμῖν, ἕως τοῦ τελεσθῆναι ἃ ἐγὼ ποιῶ.

Quamobrem expectantes eam quæ ab ipso, salutem, 16
invocemus eum in adjutorium nostrum: & exaudiet vocem nostram, si fuerit ipsi placitum: quoniam non surrexit in generationibus nostris, neque est in hodierna die neque tribus, neque patria, neque oppidum, neque civitas ex nobis, qui adorent deos manufactos, sicut factum est in prioribus diebus, Quo- 19
rum gratiâ dati sunt in gladium, & in direptionem patres nostri, & ceciderunt ruinâ magnâ coram inimicis nostris. Nos autem alium Deum non agnovimus præter eum: unde speramus, quia non despiciet nos, neque à (d) genere nostro: quoniam cùm capti fuerimus nos; sic sedebit omnis Judæa, & diripientur Sancta nostra, & quæret pollutionem eorum de (e) ore nostro, & cædem fratrum nostrorum, & captivitatem terræ, & desolationem hæreditatis nostræ convertet in caput nostrum in gentibus, ubicunque servierimus ibi, & erimus in offendiculum, & in opprobrium coram possidentibus nos: quoniam non dirigetur servitus nostra in gratiam, sed in ignominiam dabit eam Dominus Deus noster. Et nunc, fra- 21
tres, ostendamus fratribus nostris, quia ex nobis pendet anima eorum, & sancta, & domus & altare innituntur super nos. Præter hæc omnia gratias agamus Domino Deo nostro, qui tentat nos, sicut & patres nostros. Recordamini, quæcunque fecit cum Abraham, & quæcunque tentavit Isaac, & quæcunque evenerunt Jacob in Mesopotamia Syriæ, pascenti pecora Laban fratris matris suæ: Quoniam non sicut il- 26
los examinavit in examen cordis eorum, etiam nos 27
non est ultus, Sed ad monitionem flagellat Dominus
appropinquantes sibi. Et dixit ad eam Ozias; Omnia 28
quæcunque dixisti, bono corde locuta es, & non est qui resistat verbis tuis: Quoniam non hodiè sapientia tua manifesta est, sed à principio dierum tuorum novit omnis populus intellectum tuum, quomodò bona est formatio cordis tui. Sed populus sitivit vehementer, & coegerunt facere nos secundùm ea quæ locuti sumus eis, & inducere juramentum super nos, quod non transgrediemur. Et nunc ora pro nobis, quoni- 29
am mulier pia es: & mittet Dominus pluviam ad impletionem cisternarum nostrarum, & non deficiemus ultrà. Et dixit ad eos Judith; Audite me, & 30
faciam rem, quæ perveniet in generationes generationum filiis generis nostri. Vos stabitis super portam 32
nocte hâc, & exibo ego cum ancilla mea, & in diebus post quos dixistis tradituros civitatem inimicis nostris, visitabit Dominus Israel in manu mea. Vos 33
autem non perscrutabimini actionem meam: non enim dicā vobis, donec perfecta fuerint quæ ego facio.

MS. A. (α) ἐπικαλεσώμεθα (β) οὐδὲ (γ) ἔγνωμεν (δ) οὐδὲ (ε) ἐκζητήσει (ζ) αἵματος (η) ὑμῶν, (θ) ἐπεστηρίσαι (ι) ταῦτα εὐχαριστήσωμεν (κ) ποιμαίνοντι αὐτῷ τὰ (λ) ἐν ἀγαθῇ (μ) ἀλλὰ (ν) ὠνάγκασεν ἡμᾶς ποιῆσαι (ξ) ἐπήγαγεν ἐφ' ἡμᾶς ὅρκον, (ο) ἐξερευνήσητε (π) ἀναγγελῶ

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

16 [illegible]
19 [illegible]
21 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]

Sed expectemus redemptionē ejus, & vo- 16
cemus eum in adjutorium nostrum, & si voluerit, audiet vocem nostram. Quia non extitit in familiis nostris, neque tempore nostro fuit vel tribus, vel familia, vel gens, vel civitas vestrûm quæ adoraverit deos factos manu humanâ, quod temporibus nos antegressis factum est.
Propter quod traditi sunt patres nostri 19
prædæ & gladio, cecideruntque coram hostibus suis casu magno. Nos autem Deum ab eo aliū non novimus, ut avertat à nobis vultum suum. Nam si nos tradamur, tradetur & tota Judæa, & diripientur sanctuaria nostra, & requiret Domin⁹ pollutionem eorum de sanguine nostro. Et cædem fratrum nostrorum, & captivitatem terræ, & pollutionem hæreditatis nostræ convertet in caput nostrum, inter Gentes ubi servitutem serviemus. Erimusque scandalo, & opprobrio, coram omnibus vicinis nostris. Neque enim vel servitus nostra gratiosa erit: sed convertet eam Dominus in ignominiam. Nunc autem nos suscipiamus 21
fratres nostros; de nobis enim pendet anima ipsorum: Et sanctuarium, & templum, & altare in nobis posita sunt. Et ultra hæc omnia placebimus Deo, qui nos tentat sicut patres nostros. Mementote omnia quæ fecit Abrahamo & Isaaco, quæque Jacobo contigerunt in Mesopotamia, cùm pasceret oves Laban avunculi sui. Quando ipsos exploravit 26
tentatione cordis ipsorum. Nos etiam, non in vindictam, Sed in castigationem 27
percussit Dominus; quia propinqui ipsi sumus. Dixitque ei Uzias; Quicquid di- 28
xisti, corde bono dixisti, nec est qui adversetur consilio tuo. Neque inde ab hodierno die nota est sapientia tua: sed à diebus antiquis novit totus populus prudentiam tuam. Bona enim est cogitatio cordis tui. Sed populus supra modùm siti pressus, adegit nos facere ipsis sicut diximus, & induxerunt in nos juramentum quod transgredi non possumus. Et nunc ora pro nobis; fortasse au- 29
diet te Dominus Deus noster, quoniam fœmina es Deum timens; & mittet Dominus pluviam, quâ repleantur lacus nostri, nec consumemur. Et dixit ipsis Ju- 30
dith; Audite me, & faciam factū sapiens, quod relinquatur generationib⁹ & generationibus filiorū populi nostri. State vos 32
in portâ nocte hâc, & egrediar ego & ministra mea. Et intra dies post quas dixistis 33
traditurus civitatē hostib⁹ nostris, liberabit Domin⁹ Israel, ut spero. Vos autē nolite in ea quæ facio inquirere. Neq; enim ostendā vobis priusquā perfectū fuerit quod facio.

Versio VULG. LAT.

34 Et dixit ad eam Ozias princeps Juda; Vade in pace, & Dominus sit tecum in ultionem inimicorum nostrorum. Et revertentes abierunt.

CAP. IX.

1 Quibus abscedentibus, Judith ingressa est oratoriū suum: & induens se cilicio, posuit cinerem super caput suum: & prosternens se Domino, clamabat ad
2 Dominum, dicens; Domine Deus patris mei Simeon, qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione sua, &
3 denudaverunt femur virginis in confusionem: Et dedisti mulieres illorum in prædam, & filias illorum in captivitatem; & omnem prædam in divisionem servis tuis, qui zelaverunt zelum tuum: subveni, quæso te,
4 Domine Deus meus, mihi viduæ. Tu enim fecisti priora, & illa post illa cogitâsti: & hoc factum est
5 quod ipse voluisti. Omnes enim viæ tuæ paratæ sunt,
6 & tua judicia in tua providentia posuisti. Respice castra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Ægyptiorum videre dignatus es, quando post servos tuos armati currebant, confidentes in quadrigis, & in equita-
7 tu suo, & in multitudine bellatorum. Sed aspexisti super castra eorum, & tenebræ fatigaverunt eos.
8 Tenuit pedes eorum abyssus, & aquæ operuerunt
9 eos. Sic fiant & isti, Domine, qui confidunt in multitudine sua, & in curribus suis, & in contis, & in scu-
10 tis, & in sagittis suis, & in lanceis gloriantur, Et nesciunt quia tu ipse es Deus noster, qui conteris
11 bella ab initio, & Dominus nomen est tibi. Erige brachium tuum sicut ab initio, & allide virtutem illorum in virtute tua: cadat virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt se violare Sancta tua, & polluere tabernaculum nominis tui, & dejicere gla-
12 dio suo cornu altaris tui. Fac, Domine, ut gladio
13 proprio ejus superbia amputetur: Capiatur laqueo oculorum suorum in me, & percuties eum ex labiis
14 charitatis meæ. Da mihi in animo constantiam, ut contemnam illum; & virtutem, ut evertam illum.
15 Erit enim hoc memoriale nominis tui, cùm manus fœminæ dejecerit eum.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

34 Καὶ εἶπεν Ὀζίας καὶ οἱ ἄρχοντες πρὸς αὐτήν, Πορεύου εἰς εἰρήνην,
καὶ κύριος ὁ Θεὸς ἔμπροσθέν σου εἰς ἐκδίκησιν τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν.
καὶ ἀποστρέψαντες ἐκ τῆς σκηνῆς, ἐπορεύθησαν ἐπὶ τὰς διατάξεις
αὐτῶν.

ΚΕΦ. Θ'.

1 Ἰουδὶθ δὲ ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον, καὶ ἐπέθετο σποδὸν ἐπὶ τὴν κε-
φαλὴν αὐτῆς, καὶ ἐγύμνωσεν ὃν ἐνεδεδύκει σάκκον· καὶ ἦν ἄρτι
προσφερόμενον ἐν Ἱερουσαλὴμ εἰς τὸν οἶκον τοῦ (α) Θεοῦ τὸ θυμία-
μα τῆς ἑσπέρας ἐκείνης· καὶ ἐβόησε (β) φωνῇ μεγάλῃ Ἰουδὶθ πρὸς
2 κύριον, καὶ εἶπε, Κύριε ὁ Θεὸς τοῦ πατρός μου Συμεών, ᾧ ἔδωκας ἐν
χειρὶ ῥομφαίαν εἰς ἐκδίκησιν ἀλλογενῶν, οἳ ἔλυσαν μήτραν παρθένου
εἰς μίασμα, καὶ ἐγύμνωσαν μηρὸν εἰς αἰσχύνην, καὶ ἐβεβήλωσαν μήτραν
εἰς ὄνειδος· εἶπας γάρ, Οὐχ οὕτως ἔσται· καὶ ἐποίησαν· ἀνθ' ὧν
ἔδωκας ἄρχοντας αὐτῶν εἰς φόνον, καὶ τὴν (γ) στρωμνὴν αὐτῶν ἣ ᾐ-
δέσατο τὴν ἀπάτην αὐτῶν, εἰς αἷμα· καὶ ἐπάταξας δού-
3 λους (δ) ἐπὶ δυνάσταις, καὶ δυνάστας ἐπὶ θρόνους αὐτῶν· Καὶ
ἔδωκας γυναῖκας αὐτῶν εἰς προνομήν, καὶ θυγατέρας (ε) εἰς
αἰχμαλωσίαν, καὶ πάντα τὰ σκῦλα (ζ) εἰς διαίρεσιν υἱῶν ἠγαπη-
μένων ὑπὸ σοῦ, (η) οἳ καὶ ἐζήλωσαν τὸν ζῆλόν σου, καὶ ἐβδελύ-
ξαντο μίασμα αἵματος αὐτῶν, καὶ ἐπεκαλέσαντό σε εἰς βοηθόν·
4 ὁ Θεὸς ὁ Θεὸς (θ) ὁ ἐμός, καὶ εἰσάκουσον ἐμοῦ τῆς χήρας. Σὺ γὰρ
ἐποίησας τὰ πρότερα ἐκείνων, καὶ ἐκεῖνα, καὶ (ι) τὰ μετέπειτα, καὶ
τὰ νῦν, καὶ τὰ ἐπερχόμενα διενοήθης, καὶ ἐγενήθησαν ἃ ἐνενοή-
5 θης, Καὶ παρέστησαν ἃ ἐβουλεύσω, καὶ εἶπον, Ἰδοὺ πάρεσμεν·
πᾶσαι γὰρ αἱ ὁδοί σου ἕτοιμοι, καὶ ἡ κρίσις σου ἐν προγνώσει.
6 Ἰδοὺ γὰρ Ἀσσύριοι ἐπληθύνθησαν ἐν δυνάμει αὐτῶν, ὑψώθησαν
ἐφ' ἵππῳ καὶ ἀναβάτῃ, ἐγαυρίασαν ἐν βραχίονι πεζῶν, ἤλπισαν
ἐν ἀσπίδι (κ) καὶ ἐν γαισῷ καὶ τόξῳ καὶ σφενδόνῃ, καὶ οὐκ ἔ-
γνωσαν ὅτι σὺ εἶ κύριος συντρίβων πολέμους· Κύριος ὄνομά
σοι. σὺ ῥάξον αὐτῶν τὴν ἰσχὺν ἐν δυνάμει σου, καὶ κάταξον τὸ
κράτος αὐτῶν ἐν τῷ θυμῷ σου, ἐβουλεύσαντο γὰρ βεβηλῶσαι
τὰ ἅγιά σου, μιᾶναι τὸ σκήνωμα τῆς καταπαύσεως τοῦ ὀνόμα-
τος τῆς δόξης σου, (λ) καὶ καταβαλεῖν σιδήρῳ κέρας θυσιαστηρίου
σου. βλέψον εἰς ὑπερηφανίαν αὐτῶν, ἀπόστειλον τὴν ὀργήν σου
εἰς κεφαλὰς αὐτῶν. δὸς ἐν χειρί μου τῆς χήρας ὃ διενοήθην κρά-
τος· πάταξον δοῦλον ἐκ χειλέων ἀπάτης μου ἐπ' ἄρχοντι, καὶ
ἄρχοντα ἐπὶ θεράποντι αὐτοῦ, θραῦσον αὐτῶν τὸ (μ) ἀνάστεμα ἐν
χειρὶ θηλείας.

Et dixit Ozias, & principes ad eam; Vade in pace: & Dominus Deus ante te in ultionem inimicorum nostrorum. Et revertentes è tabernaculo, iverunt ad ordines suos. 34

CAP. IX.

Judith autem procidit in faciem, & imposuit cinerem super caput suum. Et nudavit quem induerat saccum: (& erat nuper oblatum in Hierusalem in domo Dei thymiama vesperæ illius:) & clamavit 1
voce magnâ Judith ad Dominum, & dixit; Domine 2
Deus patris mei Symeon, cui dedisti in manu gladium in ultionem alienigenarum, qui solverant vulvam virginis in pollutionem, & nudaverunt femur in confusionem, & polluerunt vulvam in opprobrium: dixisti enim; Non sic erit. Et (a) pro iis quæ fecerunt, dedisti principes eorum in cædem, & stratum eorum, quod (b) noverat deceptionem eorum, in sanguinem, & percussisti servos super dynastas, &
dynastas super thronos eorum: Et dedisti uxores 3
eorum in direptionem, & filias in captivitatem, & omnia spolia in direptionem filiorum dilectorum à te, qui etiam zelaverant zelum tuum, & abominati erant contaminationem sanguinis sui, & invocaverant te in adjutorem. Deus Deus meus, etiam exaudi me viduam. Tu enim fecisti, quæ an- 4
te illa, & illa, & quæ deinceps, & quæ nunc, & supervenientia (d) cogitâsti: & facta sunt quæ
in mente habuisti, Et affuerunt quæ deliberâsti, & 5
dixerunt; Ecce adsumus: omnes enim viæ tuæ paratæ, & judicium tuum in præcognitione. Ecce enim 6
Assyrii multiplicati sunt in virtute sua, exaltati sunt super equo, & ascensore, gloriati sunt in brachio peditum, speraverunt in clypeo, & in (c) gæso, & arcu, & fundibula, & non cognoverunt quia tu es Dominus conterens bella: Dominus nomen tibi: tu frange eorum fortitudinem in virtute tua, & prosterne (e) robur eorum in furore tuo. Deliberaverunt enim polluere Sancta tua, contaminare tabernaculum requietis nominis gloriæ tuæ, & diruere ferro cornu altaris tui. Aspice in superbiam eorum, mitte iram tuam in capita eorum. Da in manu mea viduæ, quod cogitavi, robur: percute servum è labiis (f) deceptionis meæ super principem, & principem super ministrum ejus: frange eorū celsitudinē in manu fœminæ.

MS. A. (α) κυρίου τοῦ θυμιάματος τῆς (β) φωνὴν μεγάλην (γ) στρωμνὴν ἣ ᾐδέσατο τὴν ἀπά*** τηθεῖσαν εἰς αἷμα· (δ) ἐπὶ * δυνάστας ἐπὶ θρόνους (ε) αὐτῶν εἰς (ζ) αὐτῇ εἰς (η) καὶ ἐζήλωσαν (θ) ἐμός, εἰσάκουσόν μου τ' (ι) μετέπειτα, (κ) καὶ τόξῳ (λ) καταβαλεῖν (μ) ἀνάστημα

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

34 [illegible]

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

Et dixerunt ipsi & principes, Vade in pace: Dominus autem te præcedat, & det nobis ultionem de hostibus nostris. Et reversi à tabernaculo, domos suas abierunt. 34

CAP. IX.

Et procidit Judith in faciē suam, & cinerem capiti suo injecit, sciditq; tunicam suam, & apparuit saccus quo induta erat. Et quo tempore offerebatur Jerosolymis in templo Domini incensum vesperæ ipsius, clamavit Judith ad Dominum vo- 1
ce altâ, & dixit; Domine Deus patris 2
mei Simeon, qui posuisti in manu ejus gladium, sumendæ de hostibus vindictæ, qui solverant crinem virginis ad pollutionem, & nudaverant verecundiam ejus ad pudorem, & polluerant uterum ejus ad opprobrium: Quod tu dixeras non ita fieri debere. Propterc àque tradidisti magnates eorum cædi, & stratum ipsorum quod accepit sanguinem dilectæ tuæ. Et percussisti servos cum domi-
nis suis, & dynastas in thronis suis: Et 3
tradidisti uxores eorum in captivitatem, & filias in prædam; Omnemque prædam eorum diviserunt inter dilectos tuos, qui observârunt zelum tuum, & abominati sunt pollutionem sanguinis sui, & te sibi auxilio vocârunt. Audi me Deus mi,
etiam me, quæ vidua sum. Tu enim 4
prima & media fecisti, & quæ sequuntur: quia tu cogitâsti, & facta sunt;
consultâsti, & steterunt coram te; Vo- 5
câsti, & dixerunt, Ecce hic stamus.
Omnes enim viæ tuæ paratæ, & creatu-
ra tua nuda in conspectu tuo. Ecce e- 6
nim Assyrii multiplicati sunt copiis suis, & exaltati equis & equitibus, & elevati robore peditum, & muniti gladiis, & fiduciam in arcubus & fundis habent: Nesciunt te esse Dominum, qui vocaris Confractor præliorum: contere copias ipsorum rex seculorum, & comminue multitudinem ipsorum, frange robur ipsorum in furore tuo, quia cogitârunt polluere sanctuarium nominis tui gloriosi, & dejicere ferro cornua altaris tui: Respice superbiam ipsorum, & mitte furorem tuum in caput eorum. Pone vires in manibus meis viduæ quas cogitavi: percute virum super principem suum seductione labiorum meorum, & frange robur dynastæ manibus fœminæ.

Versio VULG. LAT.

16 Non enim in multitudine est virtus tua, Domine, ne-
que in equorum viribus voluntas tua est, nec superbi
ab initio placuerunt tibi : sed humilium & mansueto-
17 rum semper tibi placuit deprecatio. Deus cœlorum,
creator aquarum, & Dominus totius creaturæ, exaudi
me miseram deprecantem, & de tua misericordia præ-
18 sumentem. Memento, Domine, testamenti tui, & da
verbum in ore meo, & in corde meo consilium corro-
bora, ut domus tua in sanctificatione tua permaneat :
19 Et omnes gentes agnoscant, quia tu es Deus, & non
est alius præter te.

CAP. X.

1 FActum est autem, cùm cessâsset clamare ad Domi-
num, surrexit de loco, in quo jacuerat prostrata ad
2 Dominum. Vocavítque abram suam, & descendens
in domum suam, abstulit à se cilicium, & exuit se ve-
3 stimentis viduitatis suæ. Et lavit corpus suum, &
unxit se myro optimo, & discriminavit crinem capi-
tis sui, & imposuit mitram super caput suum, & in-
duit se vestimentis jucunditatis suæ, induítque sanda-
lia pedibus suis, assumpsítque dextraliola, & lilia, &
inaures, & annulos, & omnibus ornamentis suis or-
4 navit se. Cui etiam Dominus contulit splendorem :
quoniam omnis ista compositio, non ex libidine, sed
ex virtute pendebat : & ideò Dominus hanc in illam
pulchritudinem ampliavit, ut incomparabili decore
5 omnium oculis appareret. Imposuit itaque abræ
suæ ascoperam vini, & vas olei, & polentam, & pa-
6 lathas, & panes, & caseum, & profecta est. Cúm-
que venissent ad portam civitatis, invenerunt expe-
7 ctantem Oziam, & presbyteros civitatis. Qui cùm
vidissent eam, stupentes mirati sunt nimis pulchri-
8 tudinem ejus. Nihil tamen interrogantes eam, di-
miserunt transire, dicentes ; Deus patrum nostrorum
det tibi gratiam, & omne consilium tui cordis suâ
virtute corroboret, ut glorietur super te Jerusalem,
& sit nomen tuum in numero Sanctorum & justorum.

Versio GRÆCA LXX, Interp.

16 Οὐ γὰρ ἐν πλήθει τὸ κράτος σου, οὐδὲ ἡ δυναστεία σου ἐν ἰσχύουσιν,
ἀλλὰ ταπεινῶν εἶ (α) Θεὸς, ἐλαττόνων εἶ βοηθὸς, ἀντιλήπτωρ
ἀσθενούντων, ἀπεγνωσμένων σκεπαστὴς, ἀπηλπισμένων σωτήρ.
Ναὶ ναὶ (β) ὁ Θεὸς τοῦ πατρός μου, καὶ Θεὸς κληρονομίας Ἰσραήλ, δέσπο-
τα τῶν οὐρανῶν καὶ τῆς γῆς, κτίστα τῶν ὑδάτων, (γ) βασιλεῦ πάσης
κτίσεώς σου, σὺ εἰσάκουσον τῆς δεήσεώς μου, καὶ δὸς λόγον μου
καὶ ἀπάτην, εἰς τραῦμα καὶ μώλωπα αὐτῶν, οἳ κατὰ τῆς διαθήκης
σου, καὶ οἴκου ἡγιασμένου σου, καὶ (δ) κορυφῆς Σιών, καὶ οἴκου
19 κατασχέσεως υἱῶν σου ἐβουλεύσαντο σκληρά. Καὶ ποίησον ἐπὶ (ε)
παντὸς ἔθνους σου, καὶ πάσης φυλῆς ἐπίγνωσιν, τοῦ εἰδῆσαι ὅτι
σὺ εἶ ὁ Θεὸς (ζ) πάσης δυνάμεως καὶ κράτους, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος
ὑπερασπίζων τοῦ γένους Ἰσραήλ, εἰ μὴ σύ.

MS. A. (α) κύριος, (β) Θεὸς (γ) βασιλεὺς (δ) κορυφὴν (ε) παντὸς
ἔθνους (ζ) Θεὸς πάσης

ΚΕΦ. ι'.

1 ΚΑὶ ἐγένετο ὡς ἐπαύσατο βοῶσα πρὸς τὸν Θεὸν Ἰσραήλ, καὶ
συνετέλεσε πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα, καὶ ἀνέστη ἀπὸ τῆς πτώ-
2 σεως, Καὶ ἐκάλεσε τὴν ἅβραν αὐτῆς, καὶ κατέβη εἰς τὸν οἶκον
ἐν ᾧ διέτριβεν ἐν αὐτῷ ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν σαββάτων, καὶ ἐν
ταῖς ἑορταῖς αὐτῆς, καὶ περιείλατο τὸν σάκκον ὃν (α) ἐνεδεδύκει,
3 καὶ ἐξεδύσατο τὰ ἱμάτια τῆς χηρεύσεως αὐτῆς, Καὶ περιεκλύ-
σατο τὸ σῶμα ὕδατι, καὶ ἐχρίσατο μύρῳ παχεῖ, καὶ διέταξε τὰς
τρίχας τῆς κεφαλῆς αὐτῆς, καὶ ἐπέθετο μίτραν ἐπ' αὐτῆς, καὶ
ἐνεδύσατο τὰ ἱμάτια τῆς εὐφροσύνης αὐτῆς, ἐν (β) οἷς ἐστολί-
ζετο ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ζωῆς τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς Μανασσῆ· καὶ
ἔλαβε σανδάλια εἰς τοὺς πόδας αὐτῆς, καὶ περιέθετο τοὺς χλιδῶ-
νας, καὶ τὰ ψέλια, καὶ τοὺς δακτυλίους, καὶ τὰ ἐνώτια, καὶ πάντα
4 τὸν κόσμον αὐτῆς. Καὶ ἐκαλλωπίσατο σφόδρα εἰς (γ) ἀπάτησιν
5 ὀφθαλμῶν ἀνδρῶν, ὅσοι ἂν ἴδωσιν αὐτήν. Καὶ ἔδωκε τῇ
ἅβρᾳ αὐτῆς ἀσκοπυτίνην οἴνου, καὶ (δ) καμψάκην ἐλαίου, καὶ
πήραν ἐπλήρωσεν ἀλφίτων καὶ παλάθης καὶ ἄρτων καθαρῶν, καὶ
περιεδίπλωσε πάντα τὰ ἀγγεῖα αὐτῆς, καὶ ἐπέθηκεν (ε) ἐπ'
6 αὐτῇ. Καὶ ἐξήλθοσαν ἐπὶ τὴν πύλην τῆς πόλεως Βετυλούα, καὶ
εὕροσαν (ζ) ἐφεστῶτα ἐπ' αὐτῆς Ὀζίαν, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους
7 τῆς πόλεως Χαβεὶν καὶ Χαρμίν. Ὡς δὲ εἶδον αὐτήν, καὶ ἦν ἠλλοιωμένον τὸ πρόσωπον αὐτῆς, καὶ τὴν στολὴν μεταβεβλη-
8 κυῖαν αὐτῆς, (η) καὶ ἐθαύμασαν ἐπὶ τῷ κάλλει αὐτῆς ἐπὶ πολὺ σφόδρα. Καὶ εἶπον αὐτῇ, (θ) Ὁ Θεὸς ὁ Θεὸς τῶν πατέρων
ἡμῶν δώη σε εἰς χάριν, καὶ τελειῶσαι τὰ ἐπιτηδεύματά σου εἰς γαυρίαμα υἱῶν Ἰσραήλ, καὶ ὕψωμα Ἱερουσαλήμ. καὶ
προσεκύνησε τῷ Θεῷ,

MS. A. (α) ἐνεδιδύσκετο, (β) ὡς (γ) ἀπάντησιν (δ) καψάκην (ε) αὐτῇ. (ζ) ἐφεστῶτα αὐτῆς (η) ἐθαύμασαν (θ) Ὁ Θεὸς τῶν πατέρων

Cum Translatione LATINA.

Non enim in multitudine robur tuum, neque potenta- 16
tus tuus in fortibus : sed humilium es Deus, mino-
rum es adiutor, susceptor infirmorum, deploratorum
protector, desperatorum salvator. Næ, næ, Deus patris
mei, & Deus hæreditatis Israel, Domine cælorum, &
terræ, creator aquarum, rex omnis creaturæ tuæ, tu
exaudi orationem meam, & da (g) verbum meum, &
deceptionem, in vulnus, & livorem eorum qui contra
testamentum tuum, & domum sanctificatam tuam, &
verticem Sion, & domum possessionis filiorum tuorum
deliberaverunt dura : Et fac super omnem gentem 19
tuam, (b) & omnem tribum, cognitionem ad sciendū,
quia tu es Deus omnis virtutis, & potentiæ, & non
est alius protegens genus Israel, nisi tu.

CAP X.

ET factum est, ut cessavit clamans ad Deum Israel, 1
& consummavit omnia verba hæc; & surrexit à de-
jectione, Et vocavit ancillam suam, & descendit 2
in domum, in qua versabatur in ea in diebus Sab-
batorum, & in festivitatibus suis, & circumabstulit
saccum, quem induerat, & exuit vestimenta vidui-
tatis suæ, Et circumlavit (a) corpus aquâ, & 3
unxit unguento pingui, & discriminavit capillos ca-
pitis sui, & imposuit mitram super illud, & induit
vestimenta lætitiæ suæ, in quibus amiciebatur in
diebus vitæ viri sui Manasse: & sumpsit sandalia in
pedes suos, & circumposuit monilia, & armillas, &
annulos, & inaures, & omnem ornatum suum. Et 4
ornata est valdè in occursum oculorum hominum,
quicumque viderint eam. Et dedit ancillæ suæ as- 5
coperam vini, & campsacem olei, & peram implevit
farinâ, & palathâ, & panibus mundis, & circum-
duplicavit omnia vasa sua, & imposuit super eam.
Et (b) exiverunt ad portam civitatis Betylua, & in- 6
venerunt insistentes super eam Oziam, & seniores
civitatis, Chabrin, & Charmin. Ut autem vi- 7
derunt eam (& erat mutata facies ejus) & sto-
lam mutatam ejus; & mirati sunt super pulchri-
tudine ejus quamplurimùm valdè. Et dixerunt 8
ei; Deus, Deus patrum nostrorum, det te in gra-
tiam, & (e) perficere adinventiones tuas in glo-
riationem filiorum Israel, & exaltationem Hieru-
salem. Et adoravit Deum,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

16 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
19 [illegible]
[illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
[illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
[illegible]
[illegible]

Quia non est posita vis tua ac ro- 16
bur in multitudine, nec dona tua in
fortibus : Sed tu Deus es afflictorum,
& adjutor exiguorum, auxiliator
ægrotorum, & redemptor perditorum.
Obsecro Domine Deus patris mei,
Deus hæreditatis Israel, Domine cœ-
li ac terræ, creator aquarum, rex
omnium creaturarum ; Audi vocem
petitionis meæ, & fac dolum ac
seductionem meam in cædem ac pla-
gam eorum qui adversantur fœderi
ac sanctuario tuo, montique Sion,
& hæreditati filiorum tuorum. Co-
gitârunt enim in nos malum. Fac 19
toti populo tuo, & omnibus familiis,
ut sciant te esse Deum omnis poten-
tiæ & dominii, nec esse alium qui
protegat Israel præter te.

CAP. X.

ET factum est, cùm cessâsset Ju- 1
dith clamare ad Deum Israelis, &
absolvisset omnes sermones istos, sur-
rexit de loco ubi projecta erat. Vo- 2
cavitq; ancillam suam & descendit in
domum suam ubi morabatur sabba-
tis & festis. Et solvit saccum
quem induta erat, Et exuit vestes 3
viduitatis suæ, & lavit os suum aquâ,
unxítque unguento eximio, unxítque
capillos capitis sui, & posuit calceos
in pedibus suis, induítque vestes læ-
titiæ suæ, quas induebat tempore
quo vivebat Manasses vir suus. Po-
suítque mitram in capite suo, in-
duítque monilia, & armillas an-
nulósque, & inaures, omniáque or-
namenta sua. Ornavítque se valdè, 4
rapiendis oculis eorum qui vide-
rent ipsam. Dedítque ancillæ suæ 5
utrem vini, vasculúmque olei, im-
plevítque peram farinâ, & ficu-
bus, & pane, adjecto illuc caseo.
Et complicavit vasa sua, & impo-
suit ancillæ. Et egressæ ambæ ve- 6
nerunt ad portam civitatis. Et in-
venerunt ibi Uziam, senatorésque
civitatis Chabrim & Carmim. Qui 7
cùm viderent mutationem faciei ipsius,
& indutum vestimentorum, admirati
sunt valdè pulchritudinem ipsius. Et 8
dixerunt ipsi ; Deus patrum nostrorum
det tibi gratiam, & perficias opus tuum
in gloriam filiorum Israel, & in exalta-
tionem Jerosolymorum. Et cadens
prona adoravit Deum.

Versio VULG. LAT.

9 Et dixerunt hi qui illic erant, omnes unâ voce ; Fiat,
10 fiat. Judith verò orans Dominum, transivit per por-
11 tas ipsa & abra ejus. Factum est autem, cùm descen-
deret montem, circa ortum diei, occurrerunt ei ex-
ploratores Assyriorum, & tenuerunt eam, dicentes ,
12 Unde venis ? aut quò vadis ? Quæ respondit ; Filia
sum Hebræorum, ideò ego fugi à facie eorum, quo-
niam futurum agnovi, quòd dentur vobis in depræ-
dationem, pro eo quòd contemnentes vos, noluerunt
ultrò tradere seipsos, ut invenirent misericordiam in
13 conspectu vestro. Hac de causa cogitavi mecum, di-
cens ; Vadam ad faciem principis Holofernis, ut indi-
cem illi secreta illorum, & ostendam illi quo aditu
possit obtinere eos, ita ut non cadat vir unus de exer-
14 citu ejus. Et cùm audissent viri illi verba ejus, con-
siderabant faciem ejus, & erat in oculis eorum stupor,
15 quoniam pulchritudinem ejus mirabantur nimis. Et
dixerunt ad eam ; Conservâsti animam tuam, eò quòd
tale reperisti consilium, ut descenderes ad dominum
16 nostrum. Hoc autem scias, quoniam cùm steteris in
conspectu ejus, benè tibi faciet, & eris gratissima in
corde ejus. Duxerúntque illam ad tabernaculum Ho-
17 lofernis, annuntiantes eam. Cúmque intrâsset ante
faciem ejus, statim captus est in suis oculis Holofer-
18 nes. Dixerúntque ad eum satellites ejus ; Quis con-
temnat populum Hebræorum, qui tam decoras mu-
lieres habent, ut non pro his meritò pugnare contra
19 eos debeamus ? Videns itaque Judith Holofernem
sedentem in conopœo, quod erat ex purpura, & au-
ro, & smaragdo, & lapidibus pretiosis intextum :

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

Καὶ εἶπε πρὸς αὐτοὺς, Ἐπιτάξατε ἀνοῖξαί μοι τὴν πύλην τῆς
πόλεως, καὶ ἐξελεύσομαι εἰς τελείωσιν τῶν λόγων, ὧν ἐλαλή-
σατε μετ' ἐμοῦ. καὶ συνέταξαν τοῖς νεανίσκοις ἀνοῖξαι αὐτῇ
10 καθότι (α) ἐλάλησαν. καὶ ἐποίησαν οὕτως. Καὶ ἐξῆλθεν Ἰουδὶθ, αὐ-
τὴ καὶ ἡ παιδίσκη (β) αὐτῆς μετ' αὐτῆς· ἀπεσκόπευον δὲ αὐτὴν
οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως ἕως οὗ κατέβη τὸ ὄρος, (γ) ἕως διῆλθε
11 τὸν αὐλῶνα, καὶ οὐκ ἔτι (δ) ἐθεώρουν αὐτήν. Καὶ ἐπορεύοντο ἐν
τῷ αὐλῶνι εἰς εὐθεῖαν, καὶ συνήντησεν αὐτῇ προφυλακὴ τῶν
Ἀσσυρίων, καὶ συνέλαβον αὐτὴν, καὶ ἐπηρώτησαν, Τίνων εἶ; καὶ
12 πόθεν ἔρχῃ; καὶ ποῦ πορεύῃ; Καὶ εἶπε, Θυγάτηρ εἰμὶ τῶν Ἑβραί-
ων, καὶ ἀποδιδράσκω ἀπὸ προσώπου αὐτῶν, ὅτι μέλλουσι δί-
13 δοσθαι ὑμῖν εἰς κατάβρωμα. Κἀγὼ ἔρχομαι εἰς τὸ πρόσωπον
Ὀλοφέρνου ἀρχιστρατήγου δυνάμεως ὑμῶν, τοῦ (ε) ἀναγγεῖλαι ῥήμα-
τα ἀληθείας, καὶ δείξω πρὸ προσώπου αὐτοῦ ὁδὸν, καθ' ἣν πο-
ρεύσεται, καὶ κυριεύσει πάσης τῆς ὀρεινῆς, καὶ οὐ διαφωνήσει τῶν
14 ἀνδρῶν αὐτοῦ σὰρξ μία, οὐδὲ πνεῦμα ζωῆς. Ὡς δὲ ἤκουσαν οἱ
ἄνδρες τὰ ῥήματα αὐτῆς, καὶ κατενόησαν τὸ πρόσωπον αὐτῆς,
15 καὶ ἦν ἐναντίον αὐτῶν (ζ) θαυμάσιον τῷ κάλλει σφόδρα, Καὶ εἶπαν
πρὸς αὐτὴν, Σέσωκας τὴν ψυχήν σου, σπεύσασα καταβῆναι εἰς
πρόσωπον τοῦ κυρίου ἡμῶν· καὶ νῦν πρόσελθε ἐπὶ τὴν σκηνὴν αὐ-
τοῦ, καὶ ἀφ' ἡμῶν προπέμψουσί σε ἕως παραδώσουσί σε (η) εἰς τὰς
16 χεῖρας αὐτοῦ. Ἐὰν δὲ στῇς ἐναντίον αὐτοῦ, μὴ φοβηθῇς τῇ καρ-
δίᾳ σου, ἀλλὰ ἀνάγγειλον κατὰ τὰ ῥήματά σου, καὶ (θ) εὖ σε ποιή-
σει. καὶ ἐπέλεξαν ἐξ αὐτῶν ἄνδρας ἑκατὸν, καὶ παρέζευξαν αὐτῇ
καὶ τῇ ἅβρᾳ αὐτῆς, καὶ ἤγαγον αὐτὰς ἐπὶ τὴν σκηνὴν Ὀλοφέρνου.
καὶ ἐγένετο συνδρομὴ ἐν πάσῃ τῇ παρεμβολῇ· διεβοήθη γὰρ
εἰς τὰ σκηνώματα ἡ παρουσία αὐτῆς· καὶ ἐλθόντες ἐκύκλουν αὐ-
τὴν ὡς εἱστήκει ἔξω τῆς σκηνῆς Ὀλοφέρνου, ἕως προσήγγειλαν
18 αὐτῷ περὶ αὐτῆς. καὶ ἐθαύμαζον ἐπὶ τῷ κάλλει αὐτῆς, καὶ ἐθαύμαζον τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ (ι) ἀπ' αὐτῆς· Καὶ (κ) εἶπεν
ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, Τίς καταφρονήσει τοῦ λαοῦ τούτου, ὃς ἔχει ἐν ἑαυτῷ γυναῖκας τοιαύτας; ὅτι οὐ καλόν ἐστιν (λ)
ὑπολείπεσθαι ἐξ αὐτῶν ἄνδρα ἕνα, οἳ ἀφεθέντες δυνήσονται κατασοφίσασθαι πᾶσαν τὴν γῆν. καὶ ἐξῆλθον οἱ παρακαθεύ-
19 δοντες Ὀλοφέρνῃ, καὶ πάντες οἱ θεράποντες αὐτοῦ, καὶ εἰσήγαγον αὐτὴν εἰς τὴν σκηνήν. Καὶ ἦν Ὀλοφέρνης ἀναπαυόμενος
ἐπὶ τῆς κλίνης αὐτοῦ ἐν τῷ κωνωπείῳ, ὃ ἦν ἐκ πορφύρας καὶ χρυσίου καὶ σμαράγδου καὶ λίθων πολυτελῶν καθυφασμένων. Καὶ
ἀνήγγειλαν αὐτῷ περὶ αὐτῆς, καὶ ἐξῆλθεν εἰς τὸ προσκήνιον, καὶ λαμπάδες ἀργυραῖ προάγουσαι αὐτοῦ.

MS. A. (α) ἐλάλησεν. (β) αὐτῆς-ἀπεσκόπευον (γ) ἕως οὗ διῆλθεν (δ) ἐθεώρουν (ε) ἀπαγγεῖλαι (ζ) θαυμασία (η) εἰς χεῖρας
(θ) εὖ σοι (ι) ἀπὸ (κ) εἶπαν (λ) ἐξ αὐτῶν ὑπολείπεσθαι

Et dixit ad eos ; Præcipite aperire mihi
portam civitatis , & exibo ad perfectionem ver-
borum , quæ locuti estis mecum. Et præceperunt
juvenibus aperire ei, sicut locuti fuerant. Et fecerunt
sic. Et exiit Judith, ipsa, & ancilla ejus cum ea. 10
Prospectabant autem eam viri civitatis , quoadus-
que descendit montem, donec transiit vallem, & non
ultrà aspiciebant eam. Et ibant in valle in re- 11
ctum : & occurrerunt ei exploratores Assyrio-
rum : & ceperunt eam, & interrogaverunt ; Quo-
rum es, & unde venis, & quò vadis ? Et dixit ; 12
Filia sum Hebræorum, & aufugio à facie eorum:
quoniam dandi sunt vobis in devorationem. Et 13
ego venio ad faciem Olophernis principis virtutis
vestræ ad annuntiandum verba veritatis : & osten-
dam ante faciem ejus viam, per quam ibit, & domi-
nabitur universæ montanæ, & non dissonabit de vi-
ris ejus caro una, neque spiritus vitæ. Ut autem 14
audiverunt viri verba ejus, & contemplati sunt
faciem ejus, & erat ante eos admirabilis pulchritu-
dine valdè : Et dixerunt ad eam ; Salvâsti ani- 15
mam tuam , festinans descendere ad faciem domini
nostri. Et nunc accede ad tabernaculum ejus ; &
ex nobis præmittent te , donec tradent te in manus
ejus. Si autem steteris coram eo ; ne timeas corde 16
tuo, sed annuntia secundùm verba tua, & benè tibi
faciet. Et elegerunt è seipsis viros centum, & adjun-
xerunt ei, & ancillæ ejus, et duxerũt eas ad taberna-
culum Olophernis. Et factus est concursus in omni-
bus castris. Personuerat enim in tabernaculis præ-
sentia ejus. Et venientes circumdabant eã, sicut sta-
bat extra tabernaculum Olophernis ; donec annuntia-
verunt ei de ea : & mirabantur super pulchritudine
ejus : & mirabantur filios Israel ex ea. Et dixit 18
unusquisq; ad proximũ suum ; Quis contemnet populũ
hunc, qui habet in se mulieres tales ? quoniã non bonũ
est remanere ex eis virum unum : qui dimissi poterunt
decipere omnem terram. Et exierunt, qui dormiebant
juxta Olophernem, & omnes ministri ejus : & intro-
duxerunt eam in tabernaculum. Et erat Olophernes 19
requiescens super lectum suum in conopæo, quod erat
ex purpura, & auro, & smaragdo, & lapidibus preti-
osis (d) intextis. Et annuntiaverũt ei de ea : & exivit
in prosceniũ, et lampades argenteæ præcedentes eum.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

[illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]

Et dixit eis, Jubete aperiri portam
civitatis, ut egrediar & perficiam
quod locuti estis mecum. Et jus-
serunt pueros aperire ipsi portam
sicut dixerat. Feceruntque ita filii
civitatis. Et egressa est Judith ipsa & 10
famula sua cum ea. Et prospexerũt filii
civitatis, donec descendisset de mon-
te. Cùm autem venissent ad vallem,
non viderunt eas ampliùs. Profecta 11
autem rectà in valle, incurrit in sta-
tionem primam Assyriorum : Pre-
hensamque interrogârunt, dicentes
ei ; Quæ nova tua ? & unde venis?
& quò is ? Et dixit eis ; Ebræa sum, 12
fugioque ab eis, quia præstò est ut tra-
dantur vobis in cibum. Ego autem 13
venio ad Alphernam ducem exerci-
tûs vestri, ut notum ipsi faciam ver-
bum verum, & ostendam ei viam
quâ eat, & totius montis compos fiat,
nec evadat eum quisquam ex filiis car-
nis, nec ullus spiritus vitæ. Et cùm 14
audîssent viri verba ejus, intuiti sunt
faciem ejus, & visa est eis forma
ipsius valdè admiranda. Et dixerunt 15
ipsi : Vivificâsti animam tuam in bo-
num, quòd festinâsti descendere ad
dominum nostrum. Nunc cedò ad ta-
bernaculum ejus, quidam autem è
nobis deducent te, donec tradant te
in manus ipsius. Et cùm stabis co- 16
ram eo, noli timere in corde tuo,
sed ostende ipsi verba tua, & benefa-
ciet tibi. Et elegerunt de seipsis cen-
tum viros, quibus ipsam tradiderunt,
& ancillam ipsius. Et duxerunt ipsas
ad tabernaculum Alphernæ. Factus
autem est concursus per tota castra,
quia sparsa erat fama adventûs ejus
eis qui in tabernaculis : Et venientes
circumdederunt ipsam stantem extra
tentorium Alphernæ, donec nuntia-
rent ipsi de ea. Et admirati sunt pul-
chritudinem ejus. Et auscultârunt ver-
bis ejus, erant enim valdè bona. Ad-
mirabanturque filios Israel propter i-
psam : Et dixerunt ad socium quisque 18
suum, Quis spernat populum in quo
hujusmodi sunt mulieres? Non opor-
tet reliquum fieri ex ipsis vel unum, ne
servati decipiant universam terrã. Ex-
ierunt autem omnes famuli Alphernæ,
& omnes servi ejus, introduxerúntque
eam in tentorium. Alphernas autem 19
projectus requiescebat in lecto suo,
intra conopeum textum purpurâ & auro, & smaragdis lapidibusque pretiosis. Et indicârunt ipsi de ea. Et cum audisset, egressus est in atrium taber-
naculi, prælucentibus ipsi lampadibus argenteis : Et adduxerunt eam ad ipsum.

Versio VULG. LAT.

10 Et cùm in faciem ejus intendisset, adoravit eum, pro-
sternens se super terram. Et elevaverunt eam servi
Holofernis, jubente domino suo.

CAP. XI.

1 Tunc Holofernes dixit ei; Æquo animo esto, &
noli pavere in corde tuo: quoniam ego nunquam no-
cui viro, qui voluit servire Nabuchodonosor regi.
2 Populus autem tuus, si non contempsisset me, non
3 levâssem lanceam meam super eum. Nunc autem
dic mihi, qua ex causa recessisti ab illis, & placuit
4 tibi ut venires ad nos? Et dixit illi Judith; Sume
verba ancillæ tuæ, quoniam si secutus fueris verba an-
cillæ tuæ, perfectam rem faciet Dominus tecum.
5 Vivit enim Nabuchodonosor rex terræ, & vivit vir-
tus ejus, quæ est in te ad correptionem omnium ani-
marum errantium: quoniam non solùm homines ser-
viunt illi per te, sed & bestiæ agri obtemperant illi.
6 Nuntiatur enim animi tui industria universis gentibus,
& indicatum est omni seculo, quoniam tu solus bonus
& potens es in omni regno ejus, & disciplina tua
7 omnibus provinciis prædicatur. Nec hoc latet, quod
locutus est Achior, nec illud ignoratur, quod ei jus-
8 seris evenire. Constat enim, Deum nostrum sic pec-
catis offensum, ut mandaverit per prophetas suos ad
9 populum, quòd tradat eum pro peccatis suis. Et
quoniam sciunt se offendisse Deum suum filii Israel,
10 tremor tuus super ipsos est. Insuper etiam fames in-
vasit eos, & ab ariditate aquæ jam inter mortuos
11 computantur. Denique hoc ordinant, ut interficiant
pecora sua, & bibant sanguinem eorum:

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

10 Ὡς δὲ ἦλθε κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ Ἰουδὶθ, καὶ τῶν θεραπόν-
των αὐτοῦ, ἐθαύμασαν πάντες ἐπὶ τῷ κάλλει τοῦ προσώπου αὐτῆς.
καὶ πεσοῦσα ἐπὶ πρόσωπον προσεκύνησεν αὐτῷ· καὶ ἤγειραν αὐ-
τὴν οἱ δοῦλοι αὐτοῦ.

ΚΕΦ. ια΄.

1 Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὴν Ὀλοφέρνης, Θάρσησον γύναι, μὴ φοβη-
θῇς τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ἐγὼ οὐκ ἐκάκωσα ἄνθρωπον ὅστις (α)
2 ᾑρέτικε δουλεύειν βασιλεῖ Ναβουχοδονόσορ πάσης τῆς γῆς. Καὶ
νῦν ὁ λαός σου ὁ κατοικῶν τὴν ὀρεινὴν, εἰ μὴ (β) ἐφαύλισάν με,
οὐκ ἂν ἦρα τὸ δόρυ μου ἐπ' αὐτοὺς, (γ) ἀλλ' αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἐποίησαν
3 ταῦτα. Καὶ νῦν λέγε μοι, τίνος (δ) ἕνεκεν ἀπέδρας ἀπ' αὐ-
τῶν, καὶ ἦλθες πρὸς ἡμᾶς; ἥκεις γὰρ εἰς σωτηρίαν. θάρσει, ἐν
τῇ νυκτὶ ταύτῃ ζήσῃ, καὶ εἰς τὸ λοιπόν. οὐ γάρ ἐστιν ὃς ἀδική-
σει σε, ἀλλ' εὖ σε ποιήσει, καθὰ γίνεται τοῖς δούλοις τοῦ κυρίου
4 μου βασιλέως Ναβουχοδονόσορ. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν Ἰουδὶθ,
Δέξαι τὰ ῥήματα τῆς δούλης σου, καὶ λαλησάτω ἡ παιδίσκη σου
κατὰ πρόσωπόν σου, καὶ οὐκ ἀναγγελῶ ψεῦδος τῷ κυρίῳ μου ἐν τῇ
νυκτὶ ταύτῃ. καὶ ἐὰν κατακολουθήσῃς τοῖς λόγοις τῆς παιδί-
σκης σου, τελείως πρᾶγμα ποιήσει μετὰ σοῦ ὁ Θεὸς, καὶ οὐκ ἀποπεσεῖται
5 ὁ κύριός μου τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτοῦ. Ζῇ γὰρ (ε) βασιλεὺς Να-
βουχοδονόσορ πάσης τῆς γῆς, καὶ ζῇ τὸ κράτος αὐτοῦ, ὃς ἀπέστειλέ
σε εἰς κατόρθωσιν πάσης ψυχῆς, ὅτι οὐ μόνον ἄνθρωποι διὰ
σὲ δουλεύουσιν αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ καὶ τὰ κτήνη
καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ διὰ τῆς ἰσχύος σου ζήσονται ἐπὶ Να-
6 βουχοδονόσορ, καὶ πάντα τὸν οἶκον αὐτοῦ. Ἠκούσαμεν γὰρ τὴν σοφί-
αν σου, καὶ τὰ πανουργεύματα τῆς ψυχῆς σου, (ζ) καὶ ἀνηγγέλη
πάσῃ τῇ γῇ, ὅτι σὺ μόνος ἀγαθὸς ἐν πάσῃ (η) βασιλείᾳ, καὶ
7 δυνατὸς ἐν ἐπιστήμῃ, καὶ θαυμαστὸς ἐν στρατεύμασι πολέμου. Καὶ
νῦν ὁ λόγος ὃν ἐλάλησεν Ἀχιὼρ ἐν τῇ συνεδρείᾳ σου, ἠκούσαμεν τὰ ῥήματα αὐτοῦ, ὅτι περιεποιήσαντο αὐτὸν οἱ ἄνδρες
Βετυλούα καὶ ἀνήγγειλεν αὐτοῖς πάντα ὅσα ἐξελάλησε παρὰ σοί. (θ) Διὸ δέσποτα κύριε μὴ παρέλθῃς τὸν λόγον αὐτοῦ, ἀλλὰ
κατάθου αὐτὸν ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι (ι) ἀληθής ἐστιν. οὐ γὰρ ἐκδικᾶται τὸ γένος ἡμῶν, (κ) οὐ κατισχύει ῥομφαία ἐπ' αὐτοὺς,
ἐὰν μὴ ἁμάρτωσιν εἰς τὸν Θεὸν αὐτῶν. καὶ νῦν ἵνα μὴ γένηται ὁ κύριός μου ἔκβολος καὶ ἄπρακτος, καὶ ἐπιπεσεῖται θάνατος
ἐπὶ (λ) πρόσωπον αὐτῶν, καὶ κατελάβετο αὐτοὺς ἁμάρτημα ἐν ᾧ παροργιοῦσι τὸν Θεὸν αὐτῶν, ὁπηνίκα (μ) ἂν ποιή-
10 σωσιν ἀτοπίαν. (ν) Ἐπεὶ γὰρ ἐξέλιπεν αὐτοὺς τὰ (ξ) βρώματα, καὶ ἐσπανίσθη πᾶν ὕδωρ, ἐβουλεύσαντο ἐπιβαλεῖν τοῖς
11 κτήνεσιν αὐτῶν, Καὶ πάντα ὅσα διεστείλατο αὐτοῖς ὁ Θεὸς (ο) ἐν τοῖς νόμοις αὐτοῦ μὴ φαγεῖν, διέγνωσαν δαπανῆσαι.

Ut autem venit ad faciem ejus Judith, & ministrorū 10
ejus; mirati sunt omnes super pulchritudine faciei
ejus. Et procidens in faciem adoravit eum: & erexe-
runt eam servi ejus.

CAP. XI.

ET dixit ad eam Olophernes; Confide, mulier: 1
ne timeas corde tuo: quoniam ego non malefaciā
homini, quisquis elegerit servire (a) regi Nabucho-
donosor omnis terræ. Et nunc populus tuus habi- 2
tans montanam, nisi vilipendissent me, non ele-
vâssem hastam meam super eos: sed ipsi sibi fecerunt
hæc. Et nunc dic mihi, cujus gratiâ aufugisti 3
ab eis, & venisti ad nos? Venis enim ad salutem:
Confide: in nocte hac vives & in reliquum. Non enim
est qui tibi injuriam illaturus sit, sed benè tibi fa-
ciet, sicut fit servis domini mei regis Nabucho-
donosor. Et dixit ad eum Judith; Suscipe verba 4
servæ tuæ, & loquatur ancilla tua ad faciem tu-
am, & non annuntiabo mendacium domino meo in
nocte hac. Et, si secutus fueris verba ancillæ
tuæ; perfectè negotium faciet tecum Deus: & non
decidet dominus meus à studiis suis. Vivit enim 5
rex Nabuchodonosor universæ terræ, & vivit im-
perium ejus, qui misit te ad correctionem omnis
animæ; quia non solum homines propter te servient
ei, sed etiam bestiæ agri, & pecora, & vola-
tilia cœli propter fortitudinem tuam vivent super
Nabuchodonosor, & omnem domum ejus. Au- 6
divimus enim sapientiam tuam, & calliditates ani-
mæ tuæ: & annuntiatum est omni terræ: quia tu
solus bonus in omni regno, & potens in scientia,
& mirabilis in (b) expeditionibus belli. Et 7
nunc sermo, quem locutus est Achior in consessu
tuo, audivimus verba ejus, quoniam servave-
runt eum viri Betylua, & annuntiavit eis omnia
quæcunque elocutus erat apud te. Quarè, dominator
domine, ne transgrediaris verbum ejus, sed depone
illud in corde tuo, quoniam verax est. Non enim
sumitur vindicta de genere nostro, non prævalet gla-
dius adversùs eos, nisi peccaverint in Deum suum.
Et nunc, ut non fiat dominus meus ejectus, & re in-
fectâ desistens; & (c) cadet mors super faciem eorum,
& occupavit eos peccatum, in quo irritabunt Deum
suum, quandocunq; fecerint absurditatem. Quoni- 10
am enim defecerunt eos escæ, & rarefacta est omnis
aqua; deliberaverunt injicere manum jumentis suis,
Et omnia quæcumque distinxit eis Deus in legibus 11
suis non comedere, decreverunt insumere.

MS.A. (α) ᾑρέτισεν (β) ἐφαύλισέν (γ) ἀλλὰ (δ) ἕνεκα (ε) ὁ βασιλεὺς πάσης τῆς γῆς Ναβουχοδονόσορ. καὶ (ζ) ἃ καὶ (η) τῇ βασιλείᾳ, (θ) δὴ (ι) ἐστὶν ἀληθής. (κ) ὃς (λ) προσώπου αὐτῶν, καὶ καταλάβοι (μ) ἐὰν (ν) Ἐπεὶ παρεξέλιπεν (ξ) βρώματα αὐτῶν, καὶ (ο) τοῖς

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

Et cùm staret Judith coram eo & ser- 20
vis ejus, obstupuerunt omnes pul-
chritudinem faciei ipsius. Et cadens
prona adoravit ipsum. Et prehenden-
tes eam servi ejus erexerunt ipsam.

CAP. XI.

ET dixit ei Alphernas; Bono esto ani- 1
mo fœmina, noli timere in corde suo:
Nemini enim noceo qui voluerit servi-
re Nebucadnosari regi totius terræ. Et 2
nunc populus tuus qui habitat in mon-
te, nisi sprevissent me, non elevâssem
lanceam adversùs eos: sed ipsi fecerunt
sibi hæc. Nunc, dic mihi, quare fu- 3
geris ab eis, & veneris ad nos. Venisti
enim ad vitam. Bono esto animo: inde
ab hac nocte vives. Non enim est qui
noceat tibi: faciam enim tibi sicut fit
servis domini mei. Et dixit ipsi Ju- 4
dith; Audi verba ancillæ tuæ, & lo-
quetur ancillá tua coram te, nec lo-
quar falsum coram te hâc nocte. Et si
audies verba mea, perficietur quod in
manibus habes, quicquid Dominus fa-
ciet tecum, nec excidet Dñs meus eo
quod instituit facere, quamdiu vivit.
Vivit enim Nebucadnosar rex totius 5
terræ, non solùm filii hominum servi-
ent ei propter te, sed etiam animalia
fera, & pecora, & volucres cœli ser-
vient Nebucadnosari per potentiam
tuam. Audivimus sapientiam tuam, & 6
instituta cordis tui: et diffamatum est
per totam terram, te solum bonum es-
se in toto regno, admirandumque sci-
entiâ, & in bellis potentem. Nunc 7
autem domine mi, quæ dixit Achior in
conventu coram te, verba ejus audivi-
mus. Receperunt enim eum cives, &
narravit eis omnia quæ dixit coram
te. Propterea domine mi, noli transgre-
di verbum ejus, sed in corde tuo repo-
ne, est enim verum. Non enim sumitur
vindicta de populo nostro, nec va-
let in eum lancea, nisi peccaverint co-
ram Deo suo. Et nunc, ne re infectâ
desistat dominus meus, cecidit mors
ante eos, & occupavit eos peccatum
magnum, quo faciendo provocabunt
ad iram Deum suum. Nam quia de- 10
ficiunt eos escæ, & evanuerunt aquæ
ipsorum, Deliberârunt injicere manum 11
jumentis suis, & omnibus quorum esu
interdixit eis Deus ipsorum in legi-
bus suis.

Versio VULG. LAT.

12 Et sancta Domini Dei sui, quæ præcepit Deus non
contingi, in frumento, vino, & oleo, hæc cogitave-
runt impendere, & volunt consumere quæ nec mani-
bus deberent contingere : ergò quoniam hæc faciunt,
13 certum est quòd in perditionem dabuntur. Quòd
ego ancilla tua cognoscens, fugi ab illis, & misit me
14 Dominus hæc ipsa nuntiare tibi. Ego enim ancilla
tua Deum colo, etiam nunc apud te : & exiet ancilla
15 tua, & orabo Deum, Et dicet mihi quando eis red-
dat peccatum suum, & veniens nuntiabo tibi ita ut
ego adducam te per mediam Jerusalem, & habebis
omnem populum Israel, sicut oves, quibus non est pa-
16 stor, & non latrabit vel unus canis contra te : Quo-
17 niam hæc mihi dicta sunt per providentiam Dei. Et
quoniam iratus est illis Deus : hæc ipsa missa sum nun-
18 tiare tibi. Placuerunt autem omnia verba hæc coram
Holoferne, & coram pueris ejus, & mirabantur sapi-
19 entiam ejus, & dicebant alter ad alterum ; Non est
talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine,
20 & in sensu verborum. Et dixit ad illam Holofernes ;
Benefecit Deus, qui misit te ante populum, ut des il-
21 lum tu in manibus nostris : Et quoniam bona est
promissio tua, si fecerit mihi hoc Deus tuus, erit &
Deus meus, & tu in domo Nabuchodonosor magna
eris, & nomen tuum nominabitur in universa terra.

CAP. XII.

1 Tunc jussit eam introire ubi repositi erant thesauri
ejus, & jussit illic manere eam, & constituit quid da-
retur illi de convivio suo.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

καὶ τὰς ἀπαρχὰς τοῦ σίτου, καὶ τὰς δεκάτας τοῦ οἴνου
καὶ τοῦ ἐλαίου, (α) ἃ διεφύλαξαν ἁγιάσαντες τοῖς ἱερεῦσι
τοῖς παρεστηκόσιν ἐν Ἱερουσαλὴμ ἀπέναντι τοῦ προσώπου τοῦ
Θεοῦ ἡμῶν, κεκρίκασιν ἐξαναλῶσαι, ὧν (β) οὐδὲ ταῖς χερσὶν καθ-
ῆκεν ἅψασθαι οὐδένα τῶν ἐκ τοῦ λαοῦ. καὶ ἀπεστάλκασιν εἰς
Ἱερουσαλήμ, ὅτι καὶ οἱ ἐκεῖ κατοικοῦντες ἐποίησαν ταῦτα, τοὺς
μετοικίσαντας αὐτοῖς τὴν ἄφεσιν παρὰ τῆς γερουσίας. καὶ ἔσται
(γ) ὡς ἀναγγείλῃ αὐτοῖς καὶ ποιήσωσι, δοθήσονταί σοι εἰς
13 ὄλεθρον ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. Ὅθεν ἐγὼ ἡ δούλη σου ἐπιγνοῦσα
ταῦτα πάντα, ἀπέδρων ἀπὸ προσώπου αὐτῶν· καὶ ἀπέστειλέ με
ὁ Θεὸς ποιῆσαι μετὰ σοῦ πράγματα, ἐφ' οἷς ἐκστήσεται πᾶσα ἡ γῆ
14 ὅσοι ἐὰν ἀκούσωσιν αὐτά. Ὅτι ἡ δούλη σου θεοσεβής ἐστι, καὶ θε-
ραπεύουσα νύκτας καὶ ἡμέρας τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ· καὶ νῦν μενῶ παρὰ
σοὶ κύριέ μου, καὶ ἐξελεύσεται ἡ δούλη σου κατὰ νύκτα εἰς τὴν φά-
15 ραγγα, καὶ προσεύξομαι πρὸς τὸν Θεόν. Καὶ (δ) ἐρεῖ μοι πότε
ἐποίησαν τὰ ἁμαρτήματα αὐτῶν· καὶ ἐλθοῦσα προσανοίσω σοι·
(ε) ἐξελεύσῃ σὺν πάσῃ τῇ δυνάμει σου, καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἀντιστήσεταί
σοι ἐξ αὐτῶν. καὶ ἄξω σε διὰ μέσου τῆς Ἰουδαίας, ἕως τοῦ ἐλθεῖν
ἀπέναντι Ἱερουσαλήμ· καὶ θήσω τὸν δίφρον σου ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ
ἄξεις αὐτοὺς ὡς πρόβατα οἷς οὐκ ἔστι ποιμήν· καὶ οὐ γρύξει κύων τῇ
16 γλώσσῃ αὐτοῦ ἀπέναντί σου· (ζ) Ὅτι ταῦτα ἐλαλήθη μοι κατὰ
17 πρόγνωσίν μου, καὶ (η) ἀπηγγέλη μοι. Καὶ ἀπεστάλην ἀναγγεῖλαί
18 σοι. Καὶ ἤρεσαν οἱ λόγοι αὐτῆς ἐναντίον Ὀλοφέρνου, καὶ ἐναντίον
πάντων τῶν θεραπόντων αὐτοῦ, καὶ ἐθαύμασαν ἐπὶ τῇ σοφίᾳ αὐ-
19 τῆς, καὶ εἶπον, Οὐκ ἔστι τοιαύτη γυνὴ ἀπ' ἄκρου ἕως ἄκρου τῆς γῆς
20 (θ) καλῷ προσώπῳ καὶ συνέσει λόγων. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὴν
Ὀλοφέρνης, Εὖ ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἀποστείλας σε ἔμπροσθεν τοῦ λαοῦ,
τοῦ γενηθῆναι ἐν χερσὶν ἡμῶν κράτος· ἐν δὲ τοῖς φαυλίσασι τὸν
21 κύριόν μου, (ι) ἀπώλειαν. καὶ νῦν ἀστεία εἶ σὺ ἐν τῷ εἴδει σου, Καὶ
ἀγαθὴ ἐν τοῖς λόγοις σου. ὅτι ἐὰν (κ) ποιήσῃς καθὰ ἐλάλησας, ὁ Θεός σου ἔσται μου Θεός, καὶ σὺ ἐν οἴκῳ βασιλέως Να-
βουχοδονόσορ καθήσῃ, καὶ ἔσῃ ὀνομαστὴ παρὰ πᾶσαν τὴν γῆν.

MS. A. (α) διεφύλαξαν (β) οὐδὲν (γ) ὡς ἐὰν (δ) ἀναγγελῆ μοι (ε) καὶ ἐξελεύσῃ (ζ) Ὅτι μοι ταῦτα ἐλαλήθη κατὰ (η) ἀνηγγέλη (θ) ἐν καλῷ (ι) ἀπώλεια. (κ) ποιήσεις

ΚΕΦ. ΙΒ'.

1 Καὶ ἐκέλευσεν εἰσαγαγεῖν αὐτὴν οὗ ἐτίθετο τὰ ἀργυρώματα αὐτοῦ, καὶ συνέταξε καταστρῶσαι (α) αὐτῇ ἀπὸ τῶν ὀψοποιημάτων αὐτοῦ, καὶ τοῦ οἴνου αὐτοῦ (β) πίνειν.

MS. A. (α) αὐτὴν (β) πιεῖν.

Cum Translatione LATINA.

Et primitias frumenti, & decimas vini, & olei, quæ servaverant sanctificantes sacerdotibus assistentibus in Hierusalem ante faciem Dei nostri, decreverunt expendere, quæ neque manibus oportebat tangere quenquam eorum, qui de populo. Et miserunt in Hierusalem (quoniam, & qui ibi habitant, fecerunt hæc) eos, (d) qui transportarent ipsis remissionem à senatu. Et erit, simul ac renuntiatum ipsis fuerit, & fecerint ; dabuntur tibi in perditionem in die
illa. Unde ego serva tua cognoscens hæc omnia, 13
aufugi à facie eorum. Et misit me Deus facere tecum negotia, super quibus stupebit universa
terra, quicunque audiverint ea : Quoniam ser- 14
va tua Dei cultrix est, & ministrans nocte & die Deo cæli. Et nunc manebo apud te, domine mi : & exibit serva tua per noctem in vallem, &
deprecabor ad Deum. Et dicet mihi, quando 15
fecerint peccata sua : & veniens deferam tibi, (e) egredieris cum omni virtute tua, & non est qui resistet tibi ex eis. Et ducam te per medium Judææ usque ad veniendum contra Hierusalem. Et ponam sedem tuam in medio ejus, & ages eos tanquam oves, quibus non est pastor:
& non latrabit canis linguâ suâ coram te : Quo- 16
niam hæc dicta sunt mihi secundùm prægnitionem meam, & annuntiata sunt mihi, Et missa 17
sum annuntiare tibi. Et placuerunt verba ejus 18
coram Olopherne, & coram omnibus ministris ejus : & mirati sunt super sapientia ejus,
& dixerunt ; Non est talis mulier à summo 19
usque ad summum terræ, pulchrâ specie, & in-
tellectu verborum. Et dixit ad eam Olophernes ; 20
Benè fecit Deus mittens te ante populum, ut fiat in manibus nostris potentia : in iis autem, qui vilipenderunt dominum meum, perditio. Et nunc venusta es tu in specie tua, Et bona in verbis tuis.
Quarè, si feceris, sicut locuta es, Deus tuus erit 21
meus Deus : & tu in domo regis Nabuchodonosor sedebis, & eris nominata apud omnem terram.

CAP. XII.

Et jussit introducere eam, ubi posita erat 1
supellex argentea sua : & præcepit parari ei de opsoniis suis, & de vino suo bibere.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

[illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

1 [illegible]

Et consilium ceperunt edendi primitias frumenti, vini, & olei, quas servârunt omnes sacerdotibus qui ministrant Domino Jerosolymis. His vesci consenserunt, quas neque manibus contingere licitum est idiotis : miseruntque Hierosolyma (nam & qui ibi habitant instar horum omnium fecerunt) qui referant verbum hoc ad seniores : Qui cùm ad eos miserint, & fecerint hæc, tradentur
tibi die illo, & perdes illos. Pro- 13
pterea ego etiam ancilla tua videns hæc, fugi ab eis. Misit autem me Dominus ut faciam tecum quod admiretur tota terra quicunque audierint.
Timet enim Deum ancilla tua, & co- 14
lit Deum cœli die nocteque : manebo igitur apud te domine mi, & egredietur ancilla tua noctu in vallem, oraboque Deum. Et ostendit 15
mihi quando fient peccata ipsorum. Et veniens ostendam tibi, & egredieris cum exercitu tuo, nec erit quisquam eorum qui consistat adversus te. Et transibo per mediam Judæam donec pervenias Hierosolyma, ponamque solium tuum in medio ejus, & duces eos instar ovium quibus pastor non est, nec latrabit linguâ suâ ca-
nis in te. Quia hæc revelata sunt in 16
scientia mea, Missaque sum ut dicam 17
tibi. Et bona visa sunt verba ejus 18
coram Alpherna & servis ejus omnibus, & obstupuerunt pulchritudinem
ejus & sapientiam. Dixeruntque, 19
non esse fœminam instar hujus, à finibus ad fines terræ, formâ vultûs,
& prudentiâ verborum. Dixitque ei 20
Alphernas ; Benefecit Deus quòd præmisit te populo suo, ut nobis auxilium sit, & eis qui spreverunt Domi-
num meum perditio. Et nunc pul- 21
chra es tu visu, & bona scientiâ & sermonibus, & si feceris ut dixisti, Deus tuus erit mihi Deus, & habitabis in domo regis, & famosa eris præ tota terra.

CAP. XII.

Et jussit sterni ipsi darique ipsi de 1
convivio suo & vino quod bibebat.

Versio VULG. LAT.

2 Cui respondit Judith, & dixit; Nunc non potero man-
ducare ex his, quæ mihi præcipis tribui, ne veniat
super me offensio: ex his autem, quæ mihi detuli, man-
3 ducabo. Cui Holofernes ait; Si defecerint tibi ista,
4 quæ tecum detulisti, quid faciemus tibi? Et dixit Ju-
dith; Vivit anima tua, Domine meus, quoniam non
expendet omnia hæc ancilla tua, donec faciat Deus in
manu mea hæc quæ cogitavi. Et induxerunt illam ser-
5 vi ejus in tabernaculum, quod præceperat. Et petiit
dum introiret, ut daretur ei copia nocte & ante lucem
egrediendi foràs ad orationem, & deprecandi Domi-
6 num. Et præcepit cubiculariis suis, ut sicut place-
ret illi, exiret & introiret ad adorandum Deum suum,
7 per triduum: Et exibat noctibus in vallem Bethuliæ,
8 & baptizabat se in fonte aquæ. Et ut ascendebat,
orabat Dominum Deum Israel, ut dirigeret viam ejus
9 ad liberationem populi sui. Et introiens, munda
manebat in tabernaculo, usque dum acciperet escam
10 suam in vespere. Et factum est, in quarto die Holo-
fernes fecit cœnam servis suis, & dixit ad Vagao eu-
nuchum suum; Vade, & suade Hebræam illam, ut spon-
11 tè consentiat habitare mecum. Fœdum est enim apud
Assyrios, si fœmina irrideat virum, agendo ut immunis
12 ab eo transeat. Tunc introivit Vagao ad Judith, &
dixit; Non vereatur bona puella introire ad dominum
meum, ut honorificetur ante faciem ejus, ut manducet
13 cum eo, & bibat vinum in jucunditate. Cui Judith re-
spondit; Quæ ego sum, ut contradicam domino meo?
14 Omne quod erit ante oculos ejus bonum, & optimum
faciam. Quidquid autem illi placuerit, hoc mihi erit
15 optimum omnibus diebus vitæ meæ. Et surrexit, &
ornavit se vestimento suo, & ingressa stetit ante faciem
16 ejus. Cor autem Holofernis concussum est: erat
enim ardens in concupiscentia ejus.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

2 Καὶ εἶπεν Ἰουδὶθ, Οὐ φάγομαι ἐξ αὐτῶν, ἵνα μὴ γένηται σκάν-
3 δαλον, (α) ἀλλ᾽ ἐκ τῶν ἠκολουθηκότων μοι χορηγηθήσεται. Καὶ
εἶπε πρὸς αὐτὴν Ὀλοφέρνης, (β) Ἐὰν δὲ ἐκλίπῃ τὰ ὄντα μετὰ σοῦ,
πόθεν (γ) ἐξοίσομέν σοι δοῦναι (δ) ὅμοια αὐτοῖς; οὐ γάρ ἐστι μεθ᾽ ἡμῶν
4 ἐκ τοῦ (ε) ἔθνους σου. Καὶ εἶπεν Ἰουδὶθ πρὸς αὐτὸν, Ζῇ ἡ ψυχή
σου κύριέ μου, ὅτι οὐ δαπανήσει ἡ δούλη σου τὰ ὄντα μετ᾽ ἐμοῦ,
ἕως ἂν ποιήσῃ κύριος ἐν χειρί μου ἃ ἐβουλεύσατο. Καὶ ἤγαγον
αὐτὴν οἱ θεράποντες Ὀλοφέρνου εἰς τὴν σκηνὴν, καὶ ὕπνωσε μέχρι
μεσούσης (ζ) τῆς νυκτός. καὶ ἀνέστη (η) πρὸς τὴν ἑωθινὴν φυλακήν,
5 Καὶ ἀπέστειλε πρὸς Ὀλοφέρνην, λέγουσα, Ἐπιταξάτω δὴ ὁ κύριός
6 μου, ἐᾶσαι τὴν δούλην σου (θ) ἐπὶ προσευχὴν ἐξελθεῖν. Καὶ προσ-
έταξεν Ὀλοφέρνης τοῖς σωματοφύλαξι μὴ διακωλύειν αὐτήν.
7 καὶ παρέμεινεν ἐν τῇ παρεμβολῇ ἡμέρας τρεῖς, Καὶ ἐξεπορεύετο
κατὰ νύκτα εἰς τὴν φάραγγα Βετυλούα, καὶ ἐβαπτίζετο ἐν τῇ παρεμ-
8 βολῇ ἐπὶ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος. Καὶ (ι) ὡς ἀνέβη, ἐδέετο
τοῦ κυρίου θεοῦ Ἰσραὴλ κατευθῦναι τὴν ὁδὸν αὐτῆς εἰς (κ) ἀνάστημα τῶν
9 υἱῶν τοῦ λαοῦ αὐτῆς. Καὶ εἰσπορευομένη (λ) καθαρὰ παρέμενε (μ) τῇ
σκηνῇ, (ν) μέχρις οὗ προσηνέγκατο τὴν (ξ) τροφὴν αὐτῆς πρὸς ἑσπέραν.
10 Καὶ ἐγένετο ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ τετάρτῃ, ἐποίησεν Ὀλοφέρνης πότον
τοῖς δούλοις αὐτοῦ μόνοις, καὶ οὐκ ἐκάλεσεν εἰς τὴν (ο) χρῆσιν οὐδένα
τῶν πρὸς ταῖς χρείαις. καὶ εἶπε Βαγώᾳ τῷ εὐνούχῳ, ὃς ἦν ἐφεστηκὼς
ἐπὶ πάντων τῶν αὐτοῦ, Πεῖσον δὴ πορευθεὶς τὴν γυναῖκα τὴν Ἑβραίαν
ἥ ἐστι παρὰ σοὶ, τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ἡμᾶς, καὶ φαγεῖν καὶ πιεῖν μεθ᾽
11 ἡμῶν. Ἰδοὺ γὰρ αἰσχρὸν τῷ προσώπῳ ἡμῶν, εἰ γυναῖκα τοιαύτην
παρήσομεν οὐχ ὁμιλήσαντες αὐτῇ, ὅτι ἐὰν ταύτην μὴ ἐπισπα-
12 σώμεθα, καταγελάσεται ἡμῶν. Καὶ ἐξῆλθε Βαγώας ἀπὸ προσώπου
Ὀλοφέρνου, καὶ εἰσῆλθε πρὸς αὐτὴν, καὶ εἶπε, Μὴ ὀκνησάτω δὴ ἡ
παιδίσκη ἡ καλὴ αὕτη ἐλθοῦσα πρὸς τὸν κύριόν μου, δοξασθῆναι κατὰ
πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ (π) πίεσαι μεθ᾽ ἡμῶν εἰς εὐφροσύνην οἶνον, καὶ
γενηθῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ ὡς θυγάτηρ μία τῶν υἱῶν Ἀσσοὺρ, αἳ
13 παρεστήκασιν ἐν οἴκῳ Ναβουχοδονόσορ. Καὶ εἶπεν πρὸς αὐτὸν Ἰουδὶθ,
14 Καὶ τίς εἰμι ἐγὼ ἀντεροῦσα τῷ κυρίῳ μου; Ὅτι πᾶν ὃ ἔσται ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἀρεστὸν, σπεύσασα
15 ποιήσω, καὶ ἔσται (ρ) τοῦτο ἀγαλλίαμα ἕως ἡμέρας (σ) θανάτου μου. Καὶ διαναστᾶσα ἐκοσμήθη τῷ (τ) ἱμα-
τισμῷ καὶ παντὶ τῷ κόσμῳ τῷ γυναικείῳ. καὶ προσῆλθεν ἡ δούλη αὐτῆς, καὶ ἔστρωσεν αὐτῇ (υ) κατέναντι
Ὀλοφέρνου χαμαὶ τὰ κώδια ἃ (φ) ἔλαβε παρὰ Βαγώου εἰς τὴν καθημερινὴν δίαιταν αὐτῆς, εἰς τὸ ἐσθίειν
16 κατακλινομένην ἐπ᾽ αὐτῶν. καὶ εἰσελθοῦσα ἀνέπεσεν Ἰουδὶθ, Καὶ ἐξέστη ἡ καρδία Ὀλοφέρνου ἐπ᾽
αὐτὴν, καὶ ἐσαλεύθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ· καὶ ἦν κατεπίθυμος σφόδρα τοῦ συγγενέσθαι μετ᾽ αὐτῆς· καὶ ἐτήρει
καιρὸν τοῦ ἀπατῆσαι αὐτὴν, ἀφ᾽ ἧς ἡμέρας εἶδεν αὐτήν.

MS.A. (α) ἀλλὰ (β) Ἐὰν ἐκλείπῃ (γ) ἕξομεν (δ) τὰ ὅμοια (ε) γένους σου. (ζ) νυκτός. (η) πρὸ τῆς (θ) ἐξελθεῖν ἐπὶ προσευχήν. (ι) ἕως ἀνέβη, ἐδεῖτο κυρίου (κ) ἀνάστημα (λ) καθαρὰ (μ) ἐν τῇ (ν) μέχρις (ξ) τροφὴν (ο) κλῆσιν (π) πιεῖν μεθ᾽ ὑμῶν (ρ) μοι τοῦτο (σ) θανάτου. Καὶ ἀναστᾶσα (τ) ἱματισμῷ τῷ γυναικείῳ. καὶ προσῆλθεν (υ) ἐναντίον (φ) ἔλαβεν

Cum Translatione LATINA.

Et dixit Judith; Non comedam ex eis, ut non 2
fiat scandalum: sed de eis, quæ secuta sunt me,
præbebitur. Et dixit ad eam Olophernes; Si au- 3
tem defecerint, quæ sunt tecum, unde (a) proferemus
tibi ad dandum similia eis? Non enim est nobiscum
de gente tua. Et dixit Judith ad eum; Vivit 4
anima tua, domine mi, quia non insumet serva tua
ea quæ sunt mecum; donec fecerit Dominus in ma-
nu mea, quæ deliberavit. Et duxerunt eam ministri
Olophernis in tabernaculum: & dormivit usque ad
mediam noctem. Et surrexit ad matutinam vigi-
liam: Et misit ad Olophernem, dicens; Præcipiat, 5
quæso, dominus meus, permittere servam tuam ad
deprecationem exire. Et præcepit Olophernes cu- 6
stodibus corporis non prohibere eam. Et mansit in
castris dies tres: Et exibat per noctem in vallem 7
Betylua, & baptizabatur in castris super fontem
aquæ. Et, ut ascenderat, orabat Dominum Deum 8
Israel dirigere viam ipsius ad suscitationem filiorum
populi sui. Et ingrediens munda manebat in taber- 9
naculo, quoadusque attulisset alimentum suum ad
vesperam. Et factũ est in die quarta, fecit Olopher- 10
nes convivium servis suis solis, & non vocavit ad
(b) ministerium quenquam ex iis qui ad usus. Et
dixit Bagoæ eunucho, qui erat præfectus super omnia
quæ ipsius; Persuade nunc vadens mulieri illi He-
brææ, quæ est apud te, venire ad nos, & comedere,
& bibere nobiscum. Ecce enim fœdum faciei no- 11
stræ, si mulierem talem omittamus, non conver-
santes cum ea: quoniam si hanc non allexerimus,
irridebit nos. Et exivit Bagoas à facie Olophernis, 12
& intravit ad eam, & dixit; Ne cunctetur, quæso,
puella pulchra hæc veniens ad dominum meum glo-
rificari ad faciem ejus, & bibere nobiscum in læti-
tia vinũ, & fieri in die hac, sicut filia una filiorum
Assur, quæ assistunt in domo Nabuchodonosor. Et 13
dixit ad eum Judith; Et quæ sum ego contradicens
domino meo? Quia omne, quod erit in oculis ejus 14
placitum, festinans faciam: & erit (c) hoc exultatio usque ad diem mortis
meæ. Et exurgens ornavit se veste, & omni ornatu muliebri. Et accessit serva 15
ejus, & stravit ei ante Olophernem humi pelles, quas acceperat à Bagoa
ad quotidianum usum suum, ut manducaret accumbens super eas. Et ingressa
recubuit Judith: Et stupuit cor Olophernis super eam, & commota est ani- 16
ma ejus: & erat cupidus valdè congrediendi cum ea: & observabat tempus
decipiendi eam, ex qua die vidit eam.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]

Et dixit Judith, Non edam de eo, ne sit 2
mihi in scandalũ: Sed sufficiet mihi quod
mecum venit. Dixit ei Alphernas; Si con- 3
sumptum fuerit, unde erit nobis quod tibi
demus, instar ejus? Nec enim est apud
nos quisquam de populo tuo cui sit in-
star ejus. Et dixit ei Judith; Vivit ani- 4
ma tua domine mi, non consumet ancilla
tua quod attulit secum, donec perfecerit
Deus per manus meas quod cogitavi. Et
introduxerunt ipsam servi Alphernæ in
tentorium: dormivitque usque ad me-
diam noctem: Et surrexit vigiliâ matu- 5
tinâ, & misit ad Alphernam, dixitque ei;
Mandet dñs meus permitti ancillæ suæ, ut
exeat ad orandum. Et mandavit Alfernas 6
custodib⁹ ne prohiberent ipsam. Et man-
sit in castris tres dies: Et noctibus egre- 7
diebatur in vallem Bethpallu, & lavabat
se in fonte aquarum: Et ascendens pete- 8
bat à Deo Israel, ut dirigeret viam suam
ad suscitationem populi sui. Et ingredi- 9
ens manebat in puritate in tabernaculo,
donec vespere cibum sumeret. Et acci- 10
dit die quarto, ut faceret Alphernas con-
vivium servis suis solis, nec militum
quempiam, aut præfectorum vocavit. Et
dixit Bagoæ eunucho præfecto omnibus
suis; I nunc, persuade Ebrææ isti quæ
apud te, ut accedat ad nos, edátque ac bi-
bat nobiscum. Erit enim nobis turpe 11
missam facere talem fœminam, nec cum
eá colloqui; quæ si non applicuerimus
nos ei, deridebit nos. Et egressus 12
Bagoas de conspectu Alphernæ, ingressus
est ad eam, & dixit; Ne cunctetur juven-
cula pulchra accedere ad dominum me-
um, & honorem accipere coram eo, &
bibere nobiscum vinum, & hilaris esse,
& honorari hodie instar alicujus filiarum
magnatum Assyriæ, quæ habitant in domo
Nebuchadnosaris. Et dixit ipsi Judith; 13
Quæ ego sum, quæ negem domino meo?
Quia quicquid ipsi placuerit, solicitè fa- 14
ciam, & erit mihi gloriæ usq; ad diem quâ
moriar. Et surgens ornavit se vestibus su- 15
is, omnique mundo muliebri: Et ingressa
ancilla ejus stravit ei coram Alpherna in
terra, pelles agninas (quas à Bagoa acce-
perat ut in illis dormiret) ut sederet cum
ipsis ad edendum. Et ingressa Judith con-
sedit. Commotúmque est cor Alphernæ 16
super ea, & turbata anima ipsius, & con-
cupiscebat valdè cum ipsa congredi:
Quæsiverat enim sibi tempus cognoscen-
di ipsam, à die quo ipsam viderat.

Versio VULG. LAT.

17 Et dixit ad eam Holofernes; Bibe nunc, & accumbe
in jucunditate, quoniam invenisti gratiam coram me.
18 Et dixit Judith; Bibam, Domine, quoniam magnifica-
19 ta est anima mea hodiè præ omnibus diebus meis. Et
accepit, & manducavit, & bibit coram ipso, ea quæ
20 paraverat illi ancilla ejus. Et jucundus factus est
Holofernes ad eam, bibítque vinum multum nimis,
quantum nunquam biberat in vita sua.

CAP. XIII.

1 UT autem serò factum est, festinaverunt servi illius
2 ad hospitia sua, & conclusit Vagao ostia cubiculi, &
3 abiit. Erant autem omnes fatigati à vino: Erátque
4 Judith sola in cubiculo. Porrò Holofernes jacebat in
5 lecto, nimiâ ebrietate sopitus. Dixítque Judith puellæ
6 suæ, ut staret foris ante cubiculum, & observaret. Ste-
títque Judith ante lectum, orans cum lachrymis, & la-
7 biorum motu in silentio, Dicens; Confirma me, Dñe
Deus Israel, & respice in hac hora ad opera manuum
mearum, ut, sicut promisisti, Jerusalem civitatem tuam
erigas: & hoc, quod credens per te posse fieri cogitavi,
8 perficiam. Et cùm hæc dixisset, accessit ad columnam,
quæ erat ad caput lectuli ejus, & pugionem ejus, qui in
9 ea ligatus pendebat, exolvit. Cúmque evaginâsset il-
lum, apprehendit comam capitis ejus, & ait; Confirma
10 me, Domine Deus, in hac hora. Et percussit bis in cervi-
cem ejus, & abscidit caput ejus, & abstulit conopeum
11 ejus à columnis, & evolvit corpus ejus truncum. Et post
pusillum exivit, & tradidit caput Holofernis ancillæ
12 suæ, & jussit ut mitteret illud in peram suam. Et exie-
runt duæ, secundùm consuetudinem suam, quasi ad ora-
tionem, & transierunt castra, & gyrantes vallem, ve-
13 nerunt ad portam civitatis. Et dixit Judith à longè
custodibus murorum; Aperite portas, quoniam no-
14 biscum est Deus, qui fecit virtutem in Israel. Et fa-
ctum est, cùm audissent viri vocem ejus, vocaverunt
presbyteros civitatis.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

7 Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὴν Ὀλοφέρνης, Πίε δή, καὶ γενήθητι μεθ' ἡμῶν
8 εἰς εὐφροσύνην. Καὶ εἶπεν Ἰουδίθ, Πίομαι δή, κύριε, ὅτι ἐμε-
γαλύνθη τὸ ζῆν μου ἐν ἐμοὶ σήμερον παρὰ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς γενέ-
19 σεώς μου. Καὶ λαβοῦσα (α) ἔφαγε καὶ ἔπιε κατέναντι αὐτοῦ ἃ ἡτοίμα-
20 σεν ἡ δούλη αὐτῆς. Καὶ ηὐφράνθη Ὀλοφέρνης ἀπ' αὐτῆς, καὶ ἔπιεν
οἶνον πολὺν σφόδρα, ὅσον οὐκ (β) ἔπιε πώποτε ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ ἀφ' οὗ
ἐγεννήθη.

MS.A. (α) ἔπιεν καὶ ἔφαγεν (β) ἔπιεν ἀφ' οὗ ἐγεννήθη.

ΚΕΦ. ιγ'.

1 Ως δὲ ὀψία ἐγένετο, ἐσπούδασαν οἱ δοῦλοι αὐτοῦ ἀναλύειν, καὶ Βα-
γώας συνέκλεισε τὴν σκηνὴν ἔξωθεν, καὶ ἀπέκλεισε τοὺς παρεστῶτας ἐκ
2 προσώπου τοῦ κυρίου αὐτοῦ, καὶ ἀπῴχοντο εἰς τὰς κοίτας αὐτῶν· Ἦσαν
γὰρ πάντες κεκοπωμένοι, διὰ τὸ ἐπὶ πλεῖον γεγονέναι τὸν πότον.
3 Ὑπελείφθη δὲ Ἰουδὶθ (α) μόνη ἐν τῇ σκηνῇ, Καὶ Ὀλοφέρνης προ-
4 πεπτωκὼς ἐπὶ τὴν κλίνην (β) αὐτοῦ· ἦν γὰρ περικεχυμένος αὐτῷ ὁ
5 οἶνος. Καὶ εἶπεν Ἰουδὶθ τῇ δούλῃ αὐτῆς στῆναι ἔξω τοῦ κοιτῶνος
αὐτῆς, καὶ ἐπιτηρεῖν τὴν ἔξοδον αὐτῆς καθάπερ καθ' ἡμέραν· ἐξελεύ-
σεσθαι γὰρ ἔφη ἐπὶ τὴν προσευχὴν αὐτῆς. καὶ τῷ Βαγώᾳ ἐλάλησε κατὰ
τὰ ῥήματα ταῦτα. καὶ ἀπῆλθοσαν πάντες ἐκ (γ) προσώπου, καὶ οὐδεὶς
6 κατελείφθη ἐν τῷ κοιτῶνι ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου. Καὶ στᾶσα
7 Ἰουδὶθ παρὰ τὴν κλίνην αὐτοῦ, εἶπεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς, Κύριε
ὁ Θεὸς πάσης δυνάμεως, ἐπίβλεψον (δ) ἐν τῇ ὥρᾳ ταύτῃ ἐπὶ τὰ
ἔργα τῶν χειρῶν μου, εἰς ὕψωμα Ἱερουσαλήμ· ὅτι νῦν καιρὸς ἀντιλα-
βέσθαι τῆς κληρονομίας σου, καὶ ποιῆσαι τὸ ἐπιτήδευμά μου, εἰς
8 (ε) θραῦσμα ἐχθρῶν οἳ ἐπανέστησαν ἡμῖν. Καὶ προσελθοῦσα τῷ
κανόνι τῆς κλίνης ὃς ἦν πρὸς κεφαλῆς Ὀλοφέρνου, καθεῖλε τὸν ἀκι-
9 νάκην αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ. Καὶ ἐγγίσασα τῆς κλίνης, ἐδράξατο τῆς κόμης τῆς
κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ εἶπε, Κραταίωσόν με (ζ) ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ ἐν τῇ
10 ἡμέρᾳ ταύτῃ. Καὶ ἐπάταξεν εἰς τὸν τράχηλον αὐτοῦ δὶς ἐν τῇ
ἰσχύϊ αὐτῆς, καὶ ἀφεῖλε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ. καὶ ἀπεκύλισε
τὸ σῶμα αὐτοῦ ἀπὸ τῆς στρωμνῆς, καὶ ἀφεῖλε (η) τὸ κωνωπεῖον ἀπὸ
11 τῶν στύλων. Καὶ μετ' ὀλίγον ἐξῆλθε, καὶ παρέδωκε τῇ ἅβρᾳ αὐτῆς
τὴν κεφαλὴν Ὀλοφέρνου. Καὶ ἐνέβαλεν αὐτὴν εἰς τὴν πήραν τῶν βρωμάτων
12 αὐτῆς, Καὶ ἐξῆλθον αἱ δύο ἅμα κατὰ τὸν ἐθισμὸν (θ) αὐτῶν. καὶ διελθοῦσαι τὴν παρεμβολήν, ἐκύκλωσαν
13 τὴν (ι) φάραγγα ἐκείνην, καὶ προσανέβησαν τὸ ὄρος Βετυλούα, καὶ ἦλθοσαν πρὸς τὰς πύλας αὐτῆς. Καὶ
εἶπεν Ἰουδὶθ μακρόθεν τοῖς φυλάσσουσιν ἐπὶ τῶν πυλῶν, (κ) Ἀνοίξατε, ἀνοίξατε δὴ τὴν πύλην, μεθ'
ἡμῶν ὁ Θεὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν ποιῆσαι ἔτι ἰσχὺν ἐν Ἰσραὴλ καὶ κράτος κατὰ τῶν ἐχθρῶν, καθὰ καὶ σήμερον ἐποίησε.
14 Καὶ ἐγένετο ὡς ἤκουσαν οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως αὐτῆς τὴν φωνὴν αὐτῆς, ἐσπούδασαν τοῦ καταβῆναι (λ) εἰς τὴν
πύλην τῆς πόλεως αὐτῶν· καὶ συνεκάλεσαν τοὺς πρεσβυτέρους τῆς πόλεως.

MS.A. (α) μόνη, Καὶ Ὀλοφέρνης (β) ἑαυτοῦ (γ) προσώπου αὐτῆς, καὶ (δ) τῇ ὥρᾳ (ε) θραῦσμα (ζ) κύριος ὁ Θεὸς (η) τὸ (θ) αὐτῶν ἐπὶ τὴν προσευχήν. καὶ (ι) φάραγγαν (κ) Ἀνοίξατε δή, ἀνοίξατε τὴν (λ) ἐπὶ τὴν

Cum Translatione LATINA.

Et dixit ad eam Olophernes; Bibe, quæso, & esto 17
nobiscum in lætitia. Et dixit Judith; Bibam 18
nunc, domine: quoniam magnificata est vita mea
in me hodiè præ omnibus diebus generationis meæ.
Et sumens comedit, & bibit coram eo, quæ para- 19
verat serva ipsius. Et lætatus est Olophernes ex ea, 20
& bibit vinum multum valdè, quantum non biberat
unquam in die una, ex quo natus erat.

CAP. XIII.

UT autem serò factum est; festinaverunt servi 1
illius divertere: & Bagoas conclusit (a) taberna-
culum deforis: & exclusit assistentes à facie do-
mini sui: & abierunt ad cubilia sua. Erant enim 2
omnes defatigati: eò quòd plurimùm productum
esset convivium. Remansit autem Judith sola in 3
tabernaculo, Et Olophernes jacens super lectum 4
suum: erat enim circumfusum ei vinum. Et dixit 5
Judith servæ suæ stare extra cubiculum ipsius, &
observare exitum ejus, sicut quotidiè. Exire enim
dixit ad orationem suam. Et Bagoe locuta est jux-
ta verba hæc. Et abierunt omnes à (b) facie: &
nemo remansit in cubiculo à parvo usq; ad magnum.
Et stans Judith apud lectum illius, Dixit in cor- 6
de suo; Domine Deus omnis virtutis, respice in 7
hora hac super opera manuum mearum, in exalta-
tionem Hierusalem: quoniam nunc tempus suscipere
hæreditatem tuam, & facere studium meum in
quassationem hostium, qui insurrexerunt nobis. Et 8
accedens ad canonem lecti, qui erat ad caput Olo-
phernis, deposuit acinacem ejus ab eo. Et appro- 9
pinquans lecto apprehendit comam capitis ejus, &
dixit; Confirma me, Deus Israel, in die hac. Et 10
percussit in cervicem ejus bis in fortitudine sua, &
abstulit caput ejus ab eo, & revolvit corpus ejus à
strato, & abstulit conopæum à columnis. Et post 11
paucum exivit, & tradidit ancillæ suæ caput O-
lophernis, & injecit illud in peram ciborum suorum:
Et exierunt ambæ simul secundùm consuetudinem 12
suam. Et transeuntes castra, circumierunt vallem
illam. & ascenderunt montem Betylua, & venerunt ad portas ejus. Et dixit 13
Judith à longè iis qui custodiebant super portas; Aperite, aperite, nunc portam:
nobiscum Deus, Deus noster ad faciendam adhuc fortitudinem in Israel,
& potentiam contra inimicos: sicut etiam hodiè fecit. Et factum est, ut 14
audierunt viri civitatis ejus vocem ejus; festinaverunt descendere ad portam
civitatis suæ: & convocaverunt seniores civitatis:

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

17 18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]

CAP. XIII.

1 [illegible]
2 [illegible]
3 4 [illegible]
5 [illegible]
6 7 [illegible]
8 9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]

Dixitque ipsi Alphernas; Bibe hilarisque 17
esto nobiscum. Et dixit Judith; Bibam do- 18
mine, mi quia magnificata est in me vita
mea hodiè, præ omnibus diebus quibus
vixi. Et accipiens edit coram eo de eo q 19
paraverat ipsi ancilla sua. Et hilaris fuit 20
Alphernas coram ea, bibítque multum
vini, quantum non biberat ex quo natus
fuerat, uno quidem die.

CAP. XIII.

Cum autem serò factum esset, surre- 1
xerunt servi ejus ut discederent. Et
clausit Bagoas portam tabernaculi foris,
& exclusit omnes qui stabant coram do-
mino suo: Et discesserunt quisque ad
tentorium suum: erant enim lassati 2
multum potando. Et relicta est sola Ju- 3
dith in tentorio. Alphernas autem pro- 4
jectus erat in lecto suo, quia invaluerat in
eum vinum. Et præceperat Judith ancil- 5
læ suæ, ut staret in foribus cubiculi, & ex-
pectaret egressum ipsius ut cæteris diebus:
dixit enim, Ibo ad orandum. Et locuta
erat Bagoæ secundùm eadem. Et discef-
serant inde omnes, nec relictus erat quis-
quam in cubiculo, magnus aut parvus. Et 6
stans Judith juxta caput Alphernæ, dixit;
Domine, Domine Deus omnis virtutis, re- 7
spice jam nunc opera manuum mearum, ad
exaltationem Jerosolymorum: Nunc enim
tempus est miserandi hæreditatem tuam,
& faciendi opus quod cor meum instituit,
frangendis gentibus quæ surrexerunt in
nos. Et accedens ad columnam *lecti*, quæ 8
ad caput Alphernæ, evaginavit acinacem
ejus. Et accedens ad lectum prehendit 9
crinem capitis ejus, & dixit; Robora me
Deus Israel hodiè. Et percussit eum in 10
collo acinace bis, abstulítque ei caput. Et
devolvit corpus à strato, detractóque à co-
lumnis conopeo, Post paulò egressa dedit 11
caput Alphernæ ancillæ suæ: Reposuitq; in 12
pera viatici sui, Et egressæ ambæ simul,
ut tempore orationis, transierunt per ca-
stra Assyriorum, & circumiverunt totam
illam vallem, & ascendentes ad civitatem
venerunt ad portam. Et dixit Judith cu- 13
stodibus de longè; Aperite, aperite mihi
portam, Deus enim noster nobiscum est,
qui dedit vires Israel, & robur adversùs
hostes nostros, ut hodiè. Et factum est, 14
cùm audirent cives vocem ejus, ut festi-
narent aperire ipsi portam civitatis ipso-
rum. Et vocârunt presbyteros civitatis:

Versio VULG. LAT.

15 Et concurrerunt ad eam omnes, à minimo usque ad
maximum: quoniam sperabant eam jam non esse ven-
16 turam. Et accendentes luminaria congyraverunt cir-
ca eam universi: illa autem ascendens in eminentio-
rem locum, jussit fieri silentium. Cúmque omnes ta-
17 cuissent, Dixit Judith; Laudate Dominum Deum
18 nostrum, qui non deseruit sperantes in se: Et in me
ancilla sua adimplevit misericordiam suam, quam pro-
misit domui Israel: & interfecit in manu mea hostem
19 populi sui hac nocte. Et proferens de pera caput Ho-
lofernis, ostendit illis, dicens; Ecce caput Holofernis
principis militiæ Assyriorum, & ecce conopeum illius,
in quo recumbebat in ebrietate sua, ubi per manum
20 fœminæ percussit illum Dominus Deus noster. Vivit
autem ipse Dominus, quoniam custodivit me Angelus
ejus, & hinc euntem, & ibi commorantem, & indè
huc revertentem, & non permisit me Dominus ancil-
lam suam coinquinari, sed sine pollutione peccati
revocavit me vobis, gaudentem in victoria sua, in eva-
21 sione mea, & in liberatione vestra. Confitemini il-
li omnes, quoniam bonus, quoniam in seculum mise-
22 ricordia ejus. Universi autem adorantes Dominum,
dixerunt ad eam; Benedixit te Dominus in virtute
sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros.
23 Porrò Ozias princeps populi Israel, dixit ad eam; Be-
nedicta es tu, filia, à Domino Deo excelso, præ omni-
24 bus mulieribus super terram. Benedictus Dominus,
qui creavit cœlum & terram, qui te direxit in vulnera
25 capitis principis inimicorum nostrorum: Quia ho-
diè nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus
tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis
Domini in æternum, pro quibus non pepercisti animæ
tuæ, propter angustias & tribulationem generis tui, sed
26 subvenisti ruinæ ante conspectum Dei nostri. Et dixit
27 omnis populus; Fiat, fiat. Porrò Achior vocatus ve-
nit, & dixit ei Judith; Deus Israel, cui tu testimonium
dedisti quòd ulciscatur se de inimicis suis, ipse caput
omnium incredulorum incidit hac nocte in manu mea.
28 Et ut probes quia ita est, ecce caput Holofernis, qui in
contemptu superbiæ suæ Deum Israel contempsit, &
tibi interitum minabatur, dicens; Cùm captus fuerit
populus Israel, gladio perforari præcipiam latera tua.
29 Videns autem Achior caput Holofernis, angustiatus
præ pavore, cecidit in faciem suam super terram, &
30 æstuavit anima ejus. Posteà verò quàm resumpto spi-
31 ritu recreatus est, procidit ad pedes ejus, & adoravit eam, & dixit; Benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo Jacob, quoniam in omni gente, quæ audierit no-
men tuum, magnificabitur super te Deus Israel.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

15 Καὶ συνέδραμον πάντες ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, ὅτι παράδοξον ἦν
αὐτοῖς τὸ ἐλθεῖν αὐτήν, καὶ ἤνοιξαν τὴν πύλην, καὶ ὑπεδέξαντο αὐτάς.
16 17 Καὶ ἅψαντες πῦρ εἰς φαῦσιν, περιεκύκλωσαν αὐτάς. Ἡ δὲ εἶπε πρὸς
αὐτοὺς φωνῇ μεγάλῃ, Αἰνεῖτε τὸν (α) Θεόν, αἰνεῖτε· αἰνεῖτε τὸν (β) Θεόν, ὃς
18 οὐκ ἀπέστησε τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ οἴκου Ἰσραήλ, Ἀλλ᾽ ἔθραυσε τοὺς
19 ἐχθροὺς ἡμῶν διὰ χειρός μου ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ. Καὶ προελοῦσα τὴν
κεφαλὴν ἐκ τῆς πήρας, ἔδειξε, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ἰδοὺ ἡ κεφαλὴ Ὀλο-
φέρνου ἀρχιστρατήγου δυνάμεως Ἀσσούρ, καὶ ἰδοὺ τὸ κωνωπεῖον (γ) ἐν ᾧ
κατέκειτο ἐν ταῖς μέθαις αὐτοῦ, καὶ ἐπάταξεν αὐτὸν ὁ κύριος ἐν
20 χειρὶ θηλείας. Καὶ ζῇ (δ) κύριος ὃς διεφύλαξέ με ἐν τῇ ὁδῷ μου
ᾗ ἐπορεύθην, ὅτι ἠπάτησεν αὐτὸν τὸ πρόσωπόν μου εἰς ἀπώλειαν
αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐποίησεν ἁμάρτημα μετ᾽ ἐμοῦ εἰς μίασμα καὶ αἰσχύνην.
22 καὶ ἐξέστη πᾶς ὁ λαὸς σφόδρα, Καὶ κύψαντες προσεκύνησαν
τῷ Θεῷ, καὶ εἶπαν ὁμοθυμαδόν, Εὐλογητὸς εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ ἐξου-
23 δενώσας ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ σήμερον τοὺς ἐχθροὺς τοῦ λαοῦ σου. Καὶ
εἶπεν αὐτῇ Ὀζίας, (ε) Εὐλογητὴ σὺ θύγατερ τῷ Θεῷ τῷ ὑψίστῳ
24 παρὰ πάσας τὰς γυναῖκας τὰς ἐπὶ τῆς γῆς, Καὶ εὐλογημένος κύριος
ὁ Θεός, ὃς ἔκτισε τοὺς οὐρανοὺς καὶ τὴν γῆν, ὃς κατεύθυνέ σε εἰς τραῦμα
25 κεφαλῆς ἄρχοντος (ζ) ἐχθρῶν ἡμῶν, Ὅτι οὐκ ἀποστήσεται ἡ ἐλπίς σου ἀπὸ
καρδίας ἀνθρώπων μνημονευόντων ἰσχὺν Θεοῦ ἕως αἰῶνος. Καὶ
ποιῆσαί σοι αὐτὰ ὁ Θεὸς εἰς ὕψος αἰώνιον, τοῦ ἐπισκέψασθαί σε ἐν
ἀγαθοῖς, ἀνθ᾽ ὧν οὐκ ἐφείσω τῆς ψυχῆς σου διὰ τὴν ταπείνωσιν τοῦ
γένους ἡμῶν, ἀλλ᾽ ἐπεξῆλθες (η) τῷ πτώματι ἡμῶν, ἐπ᾽ εὐθεῖαν πορευ-
26 θεῖσα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Καὶ εἶπαν πᾶς ὁ λαός, (θ) Γένοιτο,
γένοιτο.

MS. A. (α) κύριον, (β) κύριον, ὅτι οὐκ (γ) αὐτοῦ ἐν (δ) ὁ κύριος (ε) Εὐλογημένη εἶ σὺ (ζ) ἐχθρῶν, Ὅτι (η) τῷ πτώματι
(θ) Γένοιτο. Καὶ

Et concurrerunt omnes à parvo usque ad magnum: 15
quoniam præter opinionem erat eis venire ipsam:
& aperuerunt portam, & susceperunt eas. Et ac- 16
cendentes ignem ad illuminationem, circundederunt
eas. At illa dixit ad eos voce magnâ; Laudate 17
Deum, laudate, laudate Deum, qui non amovit mi-
sericordiam suam à domo Israel, Sed fregit inimi- 18
cos nostros per manum meam in nocte hac. Et pro- 19
ferens caput è pera, ostendit, & dixit eis; Ecce
caput Olophernis principis virtutis Assur, & ecce
conopæum, in quo recumbebat in ebrietatibus suis:
& percussit eum Dominus in manu fœminæ. Et vi- 20
vit Dominus, qui custodivit me in via mea, quâ
ivi: quoniam decepit eum facies mea in perditio-
nem ipsius, & non fecit peccatum mecum in pollu-
tionem, & confusionem. Et obstupuit omnis populus
valdè: Et procumbentes adoraverunt Deum, & 22
dixerunt unanimiter; Benedictus es Deus noster,
qui ad nihilum redegisti in die hodierna inimicos
populi tui. Et dixit ei Ozias; Benedicta tu, filia, 23
Deo altissimo præ omnibus mulieribus, quæ super
terram, Et benedictus Dominus Deus, qui creavit 24
cælos, & terram, qui direxit te in fractionem ca-
pitis principis inimicorum nostrorum: Quoniam 25
non removebitur spes tua à corde hominum comme-
morantium fortitudinem Dei usque in seculum. Et
faciat ea tibi Deus in sublimitatem æternam, visi-
tando te in bonis, eò quòd non pepercisti animæ
tuæ propter humiliationem generis nostri, sed sub-
venisti ruinæ nostræ, in rectum vadens coram Deo nostro. Et dixerunt omnis populus; Fiat, fiat. 26

ΚΕΦ. ιδ΄.

1 ΚΑὶ εἶπε πρὸς αὐτοὺς Ἰουδίθ, Ἀκούσατε δή μου, ἀδελφοί, καὶ λα-
βόντες τὴν κεφαλὴν ταύτην, κρεμάσατε αὐτὴν ἐπὶ τῆς ἐπάλξεως τοῦ
2 τείχους ὑμῶν. Καὶ ἔσται ἡνίκα (α) ἂν διαφαύσῃ ὁ ὄρθρος, καὶ
ἐξέλθῃ ὁ ἥλιος ἐπὶ τὴν γῆν, ἀναλήψεσθε ἕκαστος τὰ σκεύη τὰ πο-
λεμικὰ ὑμῶν, καὶ (β) ἐξελεύσεσθε πᾶς ἀνὴρ ἰσχύων ἔξω τῆς πόλεως,
καὶ δώσετε ἀρχηγὸν εἰς αὐτούς, ὡς καταβαίνοντες ἐπὶ τὸ πεδίον εἰς
3 τὴν προφυλακὴν υἱῶν Ἀσσούρ, καὶ οὐ καταβήσεσθε. Καὶ ἀναλαβόντες
οὗτοι τὰς πανοπλίας αὐτῶν, πορεύσονται εἰς (γ) τὴν παρεμβολὴν αὐτῶν,
4 καὶ ἐγεροῦσι τοὺς στρατηγοὺς τῆς δυνάμεως Ἀσσούρ, Καὶ συνδραμοῦνται
ἐπὶ τὴν σκηνὴν Ὀλοφέρνου, καὶ οὐχ εὑρήσουσιν αὐτόν, καὶ ἐπιπεσεῖται
ἐπ᾽ αὐτοὺς φόβος, καὶ φεύξονται ἀπὸ προσώπου ὑμῶν.

MS. A. (α) ἐὰν (β) ἐξελεύσεσθε (γ) τὰς παρεμβολὰς

CAP. XIV.

ET dixit ad eos Judith; Audite nunc me, fra- 1
tres: & tollentes caput hoc, suspendite illud super
pinnaculum muri vestri. Et erit, cùm illuxerit au- 2
rora, & exiverit Sol super terram; sumetis unus-
quisque vasa bellica vestra, & exibitis omnis
vir fortis extra civitatem, & dabitis principem in
eos, tanquam descendentes in campum ad excubias
filiorum Assur: & non descendetis. Et sumentes 3
isti armaturas suas, ibunt ad castra sua, & exci-
tabunt duces virtutis Assur, Et concurrent ad ta- 4
bernaculum Olophernis, & non invenient eum, &
irruet super eos timor, & fugient à facie ve-
stra.

CAP. XIV.

1 DIxit autem Judith ad omnem populum; Audite me, fratres, suspendite caput hoc super muros nostros: Et erit, cùm exierit Sol, accipiat unusquisque arma sua, & 2
3 exite cum impetu, non ut descendatis deorsum, sed quasi impetum facientes. Tunc exploratores necesse erit ut fugiant ad principem suum excitandum ad pugnam.
4 Cùmque duces eorum cucurrerint ad tabernaculum Holofernis, & invenerint eum truncum in suo sanguine volutatum, decidet super eos timor.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

Et concurrerunt omnes à parvo usque ad 15
magnũ: Mirũ enim ipsis videbatur venisse
ipsã. Et apertâ portâ susceperunt ipsam:
Accensóque lumine ut viderent, circum- 16
dederunt ipsã: Et dixit eis voce altâ; Lau- 17
date Dominum Deum vestrum qui non
amovit misericordiam suam ab Israele,
Sed fregit hostes nostros manibus nostris 18
nocte hâc. Et eductum de perâ caput 19
ostendit, dicens eis; Ecce caput Alpher-
næ ducis exercitûs Assyriorum, & ecce
conopeum in quo cubabat in ebrietate
sua: Et confregit eum Dñs manu fœmi-
næ. Et vivit Deus ille qui me custodivit 20
in via quam incessi: at seduxit eum facies
mea, neque fecit mecum peccatum, in
pollutionem pudendam. Et obstupuerunt 22
valdè omnis populus, & procidentes ado-
rârunt Dominũ, & dixerunt omnes simul;
Benedictus Dominus Deus noster, qui
confregit hodiè hostẽ populi sui. Et dixit 23
ei Uzias; Benedicta tu filia Domino excel-
so, præ omnibus mulieribus quæ in terris.
Et benedictus Dominus creator cœli, qui 24
fecundavit te, ut auferres caput ducis
hostium nostrorum. Nec enim recedet 25
laus tua de corde filiorum hominum, qui
meminerint potentiæ Domini in seculum.
Faciátque ea tibi Deus in exaltationem
æternã, & respiciat te in bonum, eò quòd
non peperceris vitæ tuæ, præ afflictione
populi tui, sed egressa es propter ruinam
nostrã, incedens rectà coram Deo nostro.
Et dixit populus omnis, Amen, Amen.

CAP. XIV.

ET dixit ipsis Judith; Audite me fratres: 1
Sumite caput hoc, & suspendite in pro-
minentia muri. Et fiet, dilucente aurorâ, 2
& orto Sole super terram, sumptis quis-
que armis quibus pugnatis, egrediemini
omnis vir validus è civitate. Et imposito
eis præfecto, egrediemini quasi in vallem,
adversùs custodiam primam Assyriorum,
non tamen descendetis. Tum illi, sum- 3
ptis armis, ad castra profecti expergefa-
cient duces suos; Et currentes ad taber- 4
naculum Alphernæ, ubi eum non inveni-
ent, cadet in eos metus, & fugient à con-
spectu vestri.

Versio VULG. LAT.

5 Cúmque cognoveritis fugere eos, ite post illos securi, quoniam Dominus conteret eos sub pedibus vestris.
6 Tunc Achior videns virtutem, quam fecit Deus Israel, relicto gentilitatis ritu, credidit Deo, & circumcidit carnem præputii sui, & appositus est ad populum Israel, & omnis successio generis ejus usque in hodier-
7 num diem. Mox autem ut ortus est dies, suspenderunt super muros caput Holofernis, accepítque unusquisque vir arma sua, & egressi sunt cum grandi stre-
8 pitu & ululatu. Quod videntes exploratores ad ta-
9 bernaculum Holofernis cucurrerunt. Porrò hi qui in tabernaculo erant, venientes, & ante ingressum cubiculi perstrepentes, excitandi gratiâ, inquietudinem arte moliebantur, ut non ab excitantibus, sed à so-
10 nantibus Holofernes evigilaret. Nullus enim audebat cubiculum virtutis Assyriorum pulsando aut in-
11 trando aperire. Sed cùm venissent ejus duces ac tribuni, & universi majores exercitûs regis Assyrio-
12 rum, dixerunt cubiculariis; Intrate, & excitate illum, quoniam egressi mures de cavernis suis, ausi sunt pro-
13 vocare nos ad prælium. Tunc ingressus Vagao cubiculum ejus, stetit ante cortinam, & plausum fecit manibus suis: suspicabatur enim illum cum Judith
14 dormire. Sed cùm nullum motum jacentis sensu aurium caperet, accessit proximans ad cortinam, & elevans eam, vidénsque cadaver absque capite Holofernis in suo sanguine tabefactum jacére super terram, exclamavit voce magnâ cum fletu, & scidit vestimenta
15 sua. Et ingressus tabernaculum Judith, non invenit
16 eam, & exiliit foràs ad populum, Et dixit; Una mulier Hebræa fecit confusionem in domo regis Nabuchodonosor, ecce enim Holofernes jacet in terra, &
17 caput ejus non est in illo. Quod cùm audissent principes virtutis Assyriorum, sciderunt omnes vestimenta sua, & intolerabilis timor & tremor cecidit super
18 eos, & turbati sunt animi eorum valdé. Et factus est clamor incomparabilis in medio castrorum eorum.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

5 Καὶ ἐπακολουθήσαντες ὑμεῖς, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες πᾶν ὅριον
6 Ἰσραὴλ, καταστρώσατε αὐτοὺς ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν. Πρὸ δὲ τοῦ ποιῆσαι
ταῦτα, καλέσατέ μοι Ἀχιὼρ τὸν Ἀμμανίτην, ἵνα ἰδὼν ἐπιγνῷ τὸν
ἐκφαυλίσαντα τὸν οἶκον (α) τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ αὐτὸν ὡς εἰς θάνατον
27 ἀποστείλαντα εἰς ἡμᾶς. Καὶ ἐκάλεσαν τὸν Ἀχιὼρ ἐκ τοῦ οἴκου Ὀζία.
29 Ὡς δὲ ἦλθε, καὶ εἶδε τὴν κεφαλὴν Ὀλοφέρνου ἐν χειρὶ ἀνδρὸς ἑνὸς ἐν
τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ λαοῦ, ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον, καὶ ἐξελύθη τὸ πνεῦμα
30 αὐτοῦ. Ὡς δὲ (β) ἀνέλαβον αὐτὸν, προσέπεσε τοῖς ποσὶν Ἰουδὶθ, καὶ
31 προσεκύνησε τῷ προσώπῳ αὐτῆς, καὶ εἶπεν, Εὐλογημένη σὺ ἐν παντὶ
σκηνώματι Ἰούδα, καὶ ἐν παντὶ ἔθνει, οἵτινες ἀκούσαντες τὸ ὄνομά
σου ταραχθήσονται. Καὶ νῦν ἀνάγγειλόν μοι ὅσα ἐποίησας ἐν ταῖς
ἡμέραις ταύταις. καὶ ἀπήγγειλεν αὐτῷ Ἰουδὶθ ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ
πάντα ὅσα ἦν πεποιηκυῖα, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἐξῆλθεν ἕως οὗ ἐλάλει
αὐτοῖς. Ὡς δὲ ἐπαύσατο λαλοῦσα, ἠλάλαξεν ὁ λαὸς φωνῇ μεγάλῃ,
6 καὶ ἔδωκεν φωνὴν (γ) εὐφρόσυνον ἐν τῇ πόλει αὐτῶν. Ἰδὼν δὲ Ἀχιὼρ
πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ, ἐπίστευσε τῷ Θεῷ σφόδρα,
καὶ περιετέμετο τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας αὐτοῦ, καὶ προσετέθη
7 (δ) πρὸς τὸν οἶκον Ἰσραὴλ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. Ἡνίκα δὲ ὁ
ὄρθρος ἀνέβη, (ε) καὶ ἐκρέμασαν τὴν κεφαλὴν Ὀλοφέρνου ἐκ τοῦ τείχους,
καὶ ἀνέλαβε πᾶς (ϛ) ἀνὴρ Ἰσραὴλ τὰ ὅπλα αὐτοῦ, καὶ ἐξήλθοσαν κατὰ
8 (ζ) σπείρας ἐπὶ τὰς ἀναβάσεις τοῦ ὄρους. Οἱ δὲ υἱοὶ Ἀσσοὺρ, ὡς
εἶδον αὐτοὺς, διέπεμψαν ἐπὶ τοὺς ἡγουμένους αὐτῶν. οἱ δὲ ἦλθον
ἐπὶ (η) στρατηγοὺς καὶ χιλιάρχους καὶ ἐπὶ πάντα ἄρχοντα αὐτῶν·
12 καὶ παρεγένοντο ἐπὶ τὴν σκηνὴν Ὀλοφέρνου, καὶ εἶπαν τῷ ὄντι
ἐπὶ πάντων τῶν αὐτοῦ, Ἔγειρον δὴ τὸν κύριον ἡμῶν, ὅτι ἐτόλμησαν οἱ
δοῦλοι καταβαίνειν ἐφ' ἡμᾶς εἰς πόλεμον, ἵνα (ϑ) ἐξολοθρευθῶσιν εἰς
13 τέλος. Καὶ εἰσῆλθε Βαγώας, καὶ ἔκρουσε τὴν (θ) αὐλαίαν τῆς σκηνῆς·
14 ὑπενόει γὰρ καθεύδειν αὐτὸν μετὰ Ἰουδίθ. Ὡς δὲ (ι) οὐδεὶς ἐπήκουσε,
διαστείλας εἰσῆλθεν εἰς τὸν κοιτῶνα, καὶ εὗρεν αὐτὸν ἐπὶ
τῆς χελωνίδος ἐρριμμένον νεκρὸν, καὶ ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ ἀφῄρητο
ἀπ' αὐτοῦ. καὶ ἐβόησε φωνῇ μεγάλῃ μετὰ κλαυθμοῦ καὶ στεναγμοῦ
15 καὶ βοῆς ἰσχυρᾶς, καὶ διέρρηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ. Καὶ εἰσῆλθεν εἰς
τὴν σκηνὴν οὗ ἦν Ἰουδὶθ καταλύουσα, καὶ οὐχ εὗρεν αὐτήν. καὶ ἐξε-
16 πήδησεν εἰς τὸν (κ) λαὸν, Κράζων, Ἠθέτησαν οἱ δοῦλοι, ἐποίησεν
αἰσχύνην μία γυνὴ τῶν Ἑβραίων εἰς τὸν οἶκον τοῦ βασιλέως Ναβουχο-
δονόσορ, ὅτι ἰδοὺ Ὀλοφέρνης χαμαὶ, καὶ ἡ κεφαλὴ οὐκ ἔστιν ἐπ'
17 αὐτῷ. Ὡς δὲ ἤκουσαν ταῦτα τὰ ῥήματα οἱ ἄρχοντες τῆς δυνάμεως
Ἀσσοὺρ, (λ) τοὺς χιτῶνας αὐτῶν διέρρηξαν, καὶ ἐταράχθη ἡ ψυχὴ
18 αὐτῶν σφόδρα, Καὶ ἐγένετο αὐτῶν κραυγὴ καὶ βοὴ μεγάλη
σφόδρα ἐν μέσῳ τῆς παρεμβολῆς.

5 Et insecuti eos, & omnes habitantes omnem termi-
6 num Israel, prosternite eos in viis eorum. Priusquàm verò faciatis hæc, vocate mihi Achior Ammanitem, ut videns agnoscat eum, qui vilipendebat domum Israel, & ipsum tanquam ad mortem mise-
27 rat ad nos. Et vocaverunt Achior è domo Oziæ.
29 Ut autem venit, & vidit caput Olophernis in manu viri unius de ecclesia populi; cecidit in faciem, &
30 exolutus est spiritus ejus. Ut autem recreârunt eum; procidit ad pedes Judith, & adoravit faciem ejus, & dixit;
31 Benedicta tu in omni tabernaculo Juda, & in omni gente: qui quidem audientes nomen tuum turbabuntur. Et nunc annuntia mihi, quæcunque fecisti in diebus his. Et annuntiavit ei Judith in medio populi omnia, quæcunq; fuerat faciens, ex qua die exiit, usque dum loquebatur eis. Ut autem cessavit loquens, jubilavit populus voce magnâ, & dedit vocem lætam in civi-
6 tate sua. Videns autem Achior omnia quæcunque fecerat Deus Israel, credidit Deo valdè, & circumcidit carnem præputii sui, & appositus est ad domum Israel usque in diem hanc.
7 Postquàm verò aurora ascendit; & suspenderunt caput Olophernis è muro. Et sumpsit omnis vir Israel arma sua, & exiverunt per spiras ad ascensiones montis.
8 Filii autem Assur, ut viderunt eos, miserunt ad præfectos suos. Illi autem venerunt ad duces, & Chiliarchos, & ad omnem principem suum. Et
12 advenerunt ad tabernaculum Olophernis, & dixerunt ei, qui super omnia illius; Excita nunc dominum nostrum, quoniam ausi sunt servi descendere super nos ad prælium, ut exterminentur in finem.
13 Et intravit Bagoas, & pulsavit aulam tabernaculi: suspicabatur enim dormire illum cum Judith.
14 Ut autem nemo exaudivit; disjungens intravit in cubiculum, & invenit eum super stratum projectum mortuum, & caput ejus ablatum erat ab eo. Et clamavit voce magnâ cum ploratu, & fletu, &
15 clamore forti, & discidit vestimenta sua. Et intravit in tabernaculum, ubi fuit Judith divertens,
16 & non invenit eam. Et prosiliit ad populum, Vociferans; Prævaricati sunt servi: fecit confusionem una mulier Hebræorum in domum regis Nabuchodonosor, quoniam ecce Olophernes humi, & caput
17 non est super eum. Ut autem audiverunt verba hæc principes virtutis Assur, tunicas suas disciderunt,
18 & turbata est anima eorum valdè: Et facta est eorum vociferatio, & clamor magnus valdè in medio castrorum.

MS. A. (α) Ἰσραὴλ, (β) ἀνέλαβεν (γ) εὐφροσύνης (δ) εἰς (ε) ἐκρέμασαν (ϛ) ἀνὴρ τὰ (ζ) σπεῖραν (η) τοὺς στρατηγοὺς (ϑ) ἐξολεθρευθῶσιν (θ) αὐλὴν τῆς σκηνῆς· ὑπενόει (ι) οὐθεὶς ὑπήκουσεν, διαστείλας (κ) λαὸν, Καὶ ἐβόησεν, Ἠθέτησαν (λ) διέρρηξαν τοὺς χιτῶνας αὐτῶν.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

5 [illegible]
6 [illegible]
27 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
[illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 18 [illegible]

5 Et profecti omnes qui habitatis in finibus Israelis, sternetis & dejicietis eos in
6 viis. Ante autem quàm hæc faciatis, vocate Achior Ammonitam, ut videat & agnoscat eum qui spernebat domum Israelis, & eum ad nos quasi ad mortem misit.
27 Et vocaverunt Achior de domo Uziæ.
29 Et cùm venisset, & vidisset caput Alphernæ in manu cujusdam in cœtu populi, cecidit in faciē, & deliquit ipsius anim°.
30 Cúmq; ipsum tenentes erexissent, cecidit ad pedes Judith, & adoravit ipsam,
31 dicens ipsi; Benedicta tu per omnes populos, qui audient famā tuā, & timebunt. Indica mihi nunc quæ fecisti his diebus. Et narravit ipsi omnia à die quo egressa est, usque ad diem quo loquebatur cum ipsis. Cúmque cessâsset loqui quæ fecerat, clamavit populus voce altâ. Et audita est vox gaudii in civitate ipsorum.
6 Cúmque vidisset Achior omnia quæ fecerat Deus Israeli, credidit in Deum, & circumcidit carnem præputii sui, & adjunctus est populo gentis Israeliticæ usq; in diem hodiernum.
7 Cúmq; manè esset, suspenderunt caput Alphernæ extra murum. Et sumptis quisq; armis suis, egressi sunt in castra ad ascensus montis.
8 Quod cùm vidissent Assyrii, miserunt ad duces suos, & chiliarchas, & omnes præfectos suos. Et profecti ad tentorium Alphernæ, dixerunt Bagoæ præfecto omnibus rebus ejus;
12 Excita ingressus, dominum nostrum: Ausi enim sunt servi descendere adversùs nos ad pugnam, ut pereant in perpetuum.
13 Et profectus Bagoas pulsavit atrium tabernaculi. Putabat enim dormire ipsum cum Judith.
14 Cúmque nemo ipsi responderet, aperiens ingressus est cubiculum, & invenit Alphernam projectum nudum, ablato capite. Et clamavit voce altâ, & cum fletu & gemitu, & clamore magno scidit vestes suas:
15 Et ingressus in tabernaculum ubi morabatur Judith, cùm non inveniret ipsam, egressus ad populum,
16 Dixit eis; Prævaricati sunt servi in dominos suos: Et pudore magno affecit mulier una Hebræa domum Nebuchadnosaris: Quia ecce Alphernam projectum in terra, ablato capite.
17 Et cùm audissent verba ejus duces exercitûs
18 Assyriorum, sciderunt tunicas suas, & conturbatum est cor ipsorum valdè in medio castrorum.

Versio VULG. LAT.

CAP. XV.

1 CUmque omnis exercitus decollatum Holofernem
audisset, fugit mens & consilium ab eis, & solo tre-
2 more & metu agitati, fugæ præsidium sumunt, Ita
ut nullus loqueretur cum proximo suo, sed inclinato
capite, relictis omnibus, evadere festinabant Hebræ-
os, quos armatos super se venire audiebant fugientes
per vias camporum & semitas collium. Videntes
3 itaque filii Israel fugientes, secuti sunt illos. Descen-
derúntque clangentes tubis, & ululantes post ipsos.
4 Et quoniam Assyrii non adunati, in fugam ibant præ-
cipites: filii autem Israel uno agmine persequentes,
5 debilitabant omnes, quos invenire potuissent. Misit
itaque Ozias nuntios per omnes civitates & regiones
6 Israel. Omnis itaque regio, omnisque urbs, electam
juventutem armatam misit post eos, & persecuti sunt
eos in ore gladii, quousque pervenirent ad extremi-
7 tatem finium suorum. Reliqui autem qui erant in
Bethulia, ingressi sunt castra Assyriorum, & prædam,
quam fugientes Assyrii reliquerant, abstulerunt, &
8 onustati sunt valdé. Hi verò, qui victores reversi
sunt ad Bethuliam, omnia quæ erant illorum attule-
runt secum, ita ut non esset numerus in pecoribus, &
jumentis, & universis mobilibus eorum, ut à minimo
usque ad maximum omnes divites fierent de prædati-
9 onibus eorum. Joacim autem summus pontifex, de
Jerusalem venit in Bethuliam cum universis presby-
10 teris suis, ut videret Judith. Quæ cùm exisset ad il-
lum, benedixerunt eam omnes una voce, dicentes; Tu
gloria Jerusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia
11 populi nostri. Quia fecisti viriliter, & confortatum
est cor tuum, eò quòd castitatem amaveris, & post
virum tuum, alterum nescieris: ideò & manus Do-
mini confortavit te, & ideò eris benedicta in æter-
12 num. Et dixit omnis populus; Fiat, fiat. Per dies
13 autem triginta, vix collecta sunt spolia Assyriorum à
14 populo Israel. Porrò autem universa, quæ Holo-
fernis peculiaria fuisse probata sunt, dederunt Judith
in auro, & argento, & vestibus, & gemmis, & omni
supellectili, & tradita sunt omnia illi à populo.

MS.A. (α) ἔπεσεν (β) ἐτράπησαν (γ) Βαιβαὶ, καὶ Χωβαὶ, καὶ Χωλὰ, (δ) συντετελεσμένων, (δ) ἐκόπτοντο (ε) τῇ Γαλαὰδ (ζ) ἐπέπεσον (η) αἱ πόλεις (θ) εἰσῆλθεν (ι) Ἱερουσαλὴμ, (κ) ταῦτα πάντα (λ) εὐποιήσας (μ) εὐδόκησεν (ν) ὁ λαὸς (ξ) κατασκευάσματα (ο) μετ' αὐτῶν. (π) αὐτῇ χορὸν (ρ) μετ' (σ) ἐστεφανώσαντο (τ) οἱ

Versio GRÆCA LXX. Interp.

ΚΕΦ. ιε'.

1 ΚΑὶ ὡς ἤκουσαν οἱ ἐν τοῖς σκηνώμασιν ὄντες, ἐξέστησαν ἐπὶ τὸ
2 γεγονός· καὶ (α) ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτοὺς φόβος καὶ τρόμος, Καὶ
οὐκ ἦν ἄνθρωπος μένων κατὰ πρόσωπον τοῦ πλησίον ἔτι, ἀλλ' ἐκχυ-
θέντες ὁμοθυμαδὸν ἔφευγον ἐπὶ πᾶσαν ὁδὸν τοῦ πεδίου καὶ τῆς ὀρεινῆς.
Καὶ οἱ παρεμβεβληκότες ἐν τῇ ὀρεινῇ κύκλῳ Βετυλούα καὶ (β) ἐτρά-
3 πησαν εἰς φυγήν. Καὶ τότε οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ πᾶς ἀνὴρ πολεμιστὴς
5 ἐξ αὐτῶν ἐξεχύθησαν ἐπ' αὐτούς. Καὶ ἀπέστειλεν Ὀζίας εἰς Βαι-
τομασθαὶμ, καὶ (γ) Χωβαὶ, καὶ Χωλὰ, καὶ εἰς πᾶν ὅριον Ἰσραὴλ, τοὺς
ἀπαγγέλλοντας ὑπὲρ τῶν (δ) συντετελεσμένων, καὶ ἵνα πάντες ἐπεκχυ-
6 θῶσι τοῖς πολεμίοις εἰς τὴν ἀναίρεσιν αὐτῶν. Ὡς δὲ ἤκουσαν οἱ
υἱοὶ Ἰσραὴλ, πάντες ὁμοθυμαδὸν ἐπέπεσον ἐπ' αὐτοὺς, καὶ (δ) ἔ-
κοπτον αὐτοὺς ἕως Χωβά. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ἐξ Ἱερουσαλὴμ παρεγενή-
θησαν καὶ ἐκ πάσης τῆς ὀρεινῆς· ἀνήγγειλαν γὰρ αὐτοῖς τὰ γεγονότα
τῇ παρεμβολῇ τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν. καὶ οἱ ἐν (ε) Γαλαὰδ καὶ οἱ ἐν
τῇ Γαλιλαίᾳ ὑπερεκέρασαν αὐτοὺς πληγῇ μεγάλῃ, ἕως οὗ παρῆλθον
7 Δαμασκὸν, καὶ τὰ ὅρια αὐτῆς. Οἱ δὲ λοιποὶ οἱ κατοικοῦντες Βε-
τυλούα, (ζ) ἐπέπεσαν τῇ παρεμβολῇ Ἀσσοὺρ, καὶ ἐπρονόμευσαν αὐτοὺς,
8 καὶ ἐπλούτησαν σφόδρα. Οἱ δὲ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἀναστρέψαντες ἀπὸ τῆς
κοπῆς, ἐκυρίευσαν τῶν λοιπῶν, καὶ αἱ κῶμαι καὶ (η) ἐπαύλεις ἐν τῇ
ὀρεινῇ καὶ πεδινῇ ἐκράτησαν πολλῶν λαφύρων· ἦν γὰρ πλῆθος πολὺ
9 σφόδρα. Καὶ Ἰωακὶμ ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας καὶ ἡ γερουσία τῶν
υἱῶν Ἰσραὴλ οἱ κατοικοῦντες ἐν Ἱερουσαλὴμ ἦλθον τοῦ θεάσασθαι τὰ
ἀγαθὰ ἃ ἐποίησε κύριος τῷ Ἰσραὴλ, καὶ τοῦ ἰδεῖν τὴν Ἰουδὶθ, καὶ λα-
10 λῆσαι μετ' αὐτῆς εἰρήνην. Ὡς δὲ (θ) εἰσῆλθον πρὸς αὐτὴν, εὐ-
λόγησαν αὐτὴν πάντες ὁμοθυμαδὸν, καὶ εἶπαν πρὸς αὐτὴν, Σὺ
ὕψωμα Ἰσραὴλ, σὺ γαυρίαμα μέγα τοῦ (ι) Ἰσραὴλ, σὺ καύχημα
11 μέγα τοῦ γένους ἡμῶν. Ἐποίησας (κ) πάντα ταῦτα ἐν χειρί σου,
(λ) ἐποίησας τὰ ἀγαθὰ μετὰ Ἰσραὴλ· καὶ (μ) εὐδόκησεν ἐπ' αὐτοῖς
ὁ θεός. εὐλογημένη γίνου παρὰ τῷ παντοκράτορι κυρίῳ εἰς τὸν αἰῶνα
12 χρόνον. Καὶ εἶπε πᾶς ὁ λαὸς, Γένοιτο. Καὶ ἐλαφύρευσε (ν) πᾶς
13 ὁ λαὸς τὴν παρεμβολὴν ἐφ' ἡμέρας τριάκοντα, Καὶ ἔδωκαν τῇ
14 Ἰουδὶθ τὴν σκηνὴν Ὀλοφέρνου, καὶ πάντα τὰ ἀργυρώματα, καὶ τὰς κλί-
νας, καὶ τὰ ὅλκια, καὶ πάντα τὰ (ξ) σκευάσματα αὐτοῦ. καὶ λαβοῦσα
αὐτὴ ἐπέθηκεν ἐπὶ τὴν ἡμίονον αὐτῆς, καὶ ἔζευξε τὰς ἁμάξας
αὐτῆς, καὶ ἐσώρευσεν αὐτὰ (ο) ἐπ' αὐτῶν. Καὶ συνέδραμε
πᾶσα γυνὴ Ἰσραὴλ τοῦ ἰδεῖν αὐτὴν, καὶ εὐλόγησαν (π) αὐτήν· καὶ
ἐποίησαν αὐτῇ χορὸν ἐξ αὐτῶν· καὶ ἔλαβε θύρσους ἐν ταῖς χερσὶν
αὐτῆς, καὶ ἔδωκε ταῖς γυναιξὶ ταῖς (ρ) μετ' αὐτῆς, καὶ (σ) ἐστεφανώσαντο
τὴν ἐλαίαν αὐτὴ καὶ (τ) αἱ μετ' αὐτῆς.

Cum Translatione LATINA.

CAP. XV.

ET ut audiverant, qui erant in tabernaculis; 1
obstupuerunt super factum: & irruit super eos timor,
& tremor: & non fuit homo manens ad faciem 2
proximi ultra: sed effusi unanimiter fugiebant super
omnem viam campi, & montanæ. Et qui castra-
metati erant in montana in circuitu Betylua; &
versi sunt in fugam. Et tunc filii Israel, omnis vir 3
bellator ex iis, effuderunt se super eos. Et misit 5
Ozias in Bæthomasthæm & Chobai, & Chola, &
ad omnem terminum Israel, qui annunciarent super
his quæ confecta fuerant, & ut omnes superfunde-
rentur hostibus ad perditionem eorum. Ut autem 6
audiverunt filii Israel; omnes unanimiter irruerunt
super eos, & cædebant eos usque Choba. Similiter
autem & qui de Hierusalem advenerant, & ex
omni montana. Annunciaverant enim eis quæ
facta erant castris inimicorum suorum. Et qui in
Galaad, & qui in Galilæa, dissipaverunt eos plaga
magna, quoadusque præterierunt Damascum, & fi-
nes ejus. Cæteri autem, qui habitabant Betylua, 7
irruerunt in castra Assur, & prædati sunt eos, &
ditati sunt valdé. Filii autem Israel revertentes 8
à cæde, dominati sunt reliquorum: & pagi, &
villæ in montana, & campestri obtinuerunt multa
spolia: erat enim multitudo plurima valdé. Et 9
Joacim sacerdos magnus, & seniores filiorum Is-
rael habitantes in Hierusalem venerunt ad spectan-
dum bona, quæ fecerat Dominus Israeli, & ad vi-
dendam Judith, & loquendum cum ea pacem. Ut 10
autem intrarunt ad eam; benedixerunt eam omnes
unanimiter, & dixerunt ad eam: Tu sublimitas
Israel, tu exultatio magna Israel, tu gloriatio magna
generis nostri. Fecisti omnia hæc in manu tua, 11
fecisti bona cum Israel: & benè sentiat super eis
Deus. Benedicta esto apud omnipotentem Dominum
in æternum tempus. Et dixit omnis populus: Fiat. 12
Et spoliavit omnis populus castra per dies triginta: 13
Et dederunt Judith tabernaculum Olophernis, & 14
omnem argenteam supellectilem, & lectos, & pelvem
& omne vasarium ejus. Et accipiens ipsa impo-
suit super mulam suam, & junxit plaustra sua, &
coacervavit ea super illa. Et concurrit omnis mu-
lier Israel ad videndam eam, & benedixerunt eam:
& fecerunt ei chorum ex se: & sumpsit thyrsos in
manibus suis, & dedit mulieribus, quæ secum, &
(a) coronatæ sunt oliva, ipsa, & quæ cum ipsa.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܩܦܠܐܘܢ * ܝܗ *

1 ܘܟܕ ܫܡܥܘ ܗܢܘܢ ܕܒܡܫܟܢܐ. ܐܬܕܡܪܘ ܕܡܢܐ ܟܝ ܗܘܐ. ܘܢܦܠܬ ܥܠܝܗܘܢ ܙܘܥܬܐ ܘܪܬܝܬܐ.
2 ܘܠܐ ܩܘܝ ܓܒܪܐ * ܘܠܐ ܐܢܫ ܩܕܡ ܚܒܪܗ. ܐܠܐ ܥܪܩܘ ܐܟܚܕܐ ܒܟܠ ܐܘܪܚܬܐ ܒܦܩܥܬܐ
3 ܘܒܛܘܪܐ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܫܪܝܢ ܗܘܘ ܒܛܘܪܐ ܚܕܪܝܗܘܢ. ܫܪܝܘ ܠܡܥܪܩ. * ܘܗܝܕܝܢ ܢܦܩܘ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ
5 ܟܠܗܘܢ ܦܠܚܝ ܩܪܒܐ ܘܐܫܬܦܟܘ ܥܠܝܗܘܢ. * ܘܫܕܪ ܥܘܙܝܐ ܠܟܠܗܘܢ ܬܚܘܡܝܗܘܢ
ܕܐܝܣܪܝܠ ܕܢܘܕܥܘܢ ܐܢܘܢ ܡܕܡ ܕܓܕܫ. ܘܢܦܩܘܢ ܟܠܗܘܢ ܠܘܩܒܠ ܒܥܠܕܒܒܐ.
6 ܘܢܚܪܒܘܢ ܐܢܘܢ. * ܘܟܕ ܫܡܥܘ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܟܠܗܘܢ ܐܟܚܕܐ. ܢܦܠܘ ܥܠܝܗܘܢ.
ܘܩܛܠܘ ܐܢܘܢ ܥܕܡܐ ܠܚܘܒܐ. ܘܐܦ ܗܢܘܢ ܕܐܘܪܫܠܡ ܕܐܬܘ ܗܘܘ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܛܘܪܐ.
ܫܡܥܘ ܗܘܘ ܓܝܪ ܟܠ ܡܐ ܕܗܘܐ ܒܡܫܪܝܬܐ ܕܒܥܠܕܒܒܝܗܘܢ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܒܓܠܥܕ
ܘܒܓܠܝܠܐ ܢܦܩܘ ܠܘܩܒܠܗܘܢ ܘܡܚܘ ܐܢܘܢ ܡܚܘܬܐ ܪܒܬܐ. ܥܕܡܐ ܕܥܒܪܘ
7 ܠܕܪܡܣܘܩ ܘܠܬܚܘܡܝܗ. * ܫܪܟܐ ܕܝܢ ܕܥܡܘܪܐ ܕܒܝܬ ܦܠܘ. ܢܦܠܘ ܥܠ ܡܫܪܝܬܐ ܕܐܬܘܪ. ܘܒܙܘ
8 ܘܫܒܘ ܘܐܬܥܬܪܘ ܛܒ. * ܘܗܦܟܘ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܡܢ ܩܪܒܐ ܘܐܚܕܘ ܫܪܟܐ ܕܡܕܝܢܬܐ
9 ܕܒܛܘܪܐ ܘܒܦܩܥܬܐ. ܘܒܙܘ ܒܙܬܐ ܣܓܝܐܬܐ. * ܘܐܬܐ ܝܘܝܩܝܡ ܟܗܢܐ ܪܒܐ. ܘܩܫܝܫܐ ܕܐܝܣܪܝܠ
10 ܘܐܝܠܝܢ ܕܥܡܪܝܢ ܒܐܘܪܫܠܡ. ܠܡܫܐܠܘ ܫܠܡܗ ܕܝܗܘܕܝܬ. * ܘܟܕ ܢܦܩܬ ܠܘܬܗܘܢ.
ܒܪܟܘܗ ܟܠܗܘܢ ܐܟܚܕܐ ܘܐܡܪܘ ܠܗ. ܐܢܬܝ ܗܝ ܪܘܡܗ ܕܐܘܪܫܠܡ. ܘܫܘܒܚܗ ܕܐܝܣܪܝܠ.
11 ܘܫܘܒܚܗ ܕܥܡܢ. * ܕܥܒܕܬܝ ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܒܐܝܕܝܟܝ. ܘܥܒܕܬܝ ܛܒܬܐ ܥܡ
ܐܝܣܪܝܠ. ܘܐܫܬܦܪ ܠܗܘܢ ܠܡܪܝܐ. ܘܗܘܝ ܡܒܪܟܐ ܠܡܪܝܐ ܐܚܝܕ ܟܠ ܠܥܠܡ
12
13 ܥܠܡܝܢ. * ܘܐܡܪ ܟܠܗ ܥܡܐ ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ. * ܘܒܨܘ ܥܡܐ ܠܡܫܪܝܬܐ ܕܐܬܘܪ
14 ܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ. * ܘܝܗܒܘ ܠܝܗܘܕܝܬ ܡܫܟܢܐ ܕܐܠܦܪܢܐ
ܘܟܠܗܘܢ ܡܐܢܘܗܝ ܘܥܪܣܗ ܘܒܥܝܪܗ. ܘܢܣܒܬ ܘܣܡܬ ܐܢܘܢ ܥܠ ܟܕܢܝܬܐ.
ܘܐܣܪܬ ܥܓܠܬܗ ܘܣܡܬ ܥܠܝܗܝܢ. ܘܪܗܛܘ ܠܘܬܗ ܟܠܗܝܢ ܢܫܐ ܕܐܝܣܪܝܠ. ܘܚܕܪܘܗ
ܘܓܒܬ ܡܢܗܝܢ ܟܢܫܐ ܕܡܫܒܚܢܝܬܐ. ܘܢܣܒܬ ܫܒܛܐ ܕܕܩܠܐ ܒܐܝܕܗ ܘܝܗܒܬ
ܠܢܫܐ ܕܥܡܗ. ܘܣܡܬ ܟܠܝܠܐ ܕܙܝܬܐ ܒܪܝܫܗ. ܗܝ ܘܚܒܪܬܗ.

CAP. XV.

CUmque audissent qui in tabernaculis, 1
mirati sunt quid tandem factum esset. Ce-
ciditque in eos timor ac tremor, Nec 2
manserunt vir coram proximo suo, sed fu-
gerunt simul per omnes vias, in vallibus
ac montibus. Et qui castrametabantur in
montibus circumcirca, cœperunt fuge-
re. Tunc filii Israel egressi sunt in eos, 3
omnes bellatores, & effusi sunt in eos.
Misitq; Uzias ad omnes fines Israelis qui 5
notum ipsis facerent quod acciderat, &
ut exirent omnes adversùs hostes, & ex-
terminarent ipsos. Quod ut audiverunt 6
Israelitæ, omnes simul ceciderunt in eos,
& ceciderunt eos usque ad Hoba. Simi-
liter Jerosolymitæ qui venerant ab omni-
bus montibus: audiverant enim quic-
quid factum fuerat exercitui hostium suo-
rum. Et qui in Galaad & Galilæa, egressi
adversus eos, percusserunt eos plaga ma-
gnâ, donec transierant Damascum, & fi-
nes ejus. Reliqui autem incolarum Beth- 7
pallu irruentes in castra Assyriorum, præ-
dati sunt, & captivos ceperunt, & ditati
sunt admodúm. Et reversi sunt Israelitæ
à bello: Et occupârunt reliquas civi- 8
tates quæ in montibus & vallibus, cepe-
runtq; prædam magnam. Venitque Joja- 9
kim sacerdos summus, & presbyteri Is-
raelis, & qui habitabant Jerosolymis ad
salutandum Judith. Cúmque egressa 10
esset ad ipsos, benedixerunt eam omnes
simul, & dixerunt; Tu, sublimitas Jero-
solymorum es, & gloria Israelis, & laus
populi nostri: Quæ fecisti hæc omnia 11
manibus tuis, & benefecisti Israeli, &
placuerunt ea Domino. Et benedicta sis
Domino omnipotenti in seculum seculo-
rum. Et dixit omnis populus; Amen, 12
Amen. Et scrutatus est populus castra 13
Assyriorum tres totos dies: Dederúnt- 14
que Judith tabernaculum Alphernæ, &
universum instrumentum ejus, lectum e-
jus, & jumenta ejus. Et accepit ea, & im-
posuit mulis, junxitque plaustra sua, &
imposuit ea ipsis. Et concurrerunt ad
eam omnes mulieres Israelis, & circum-
dederunt ipsam. Et elegit ex ipsis cho-
rum cantantium: Et accepit manu suâ
thyrsos palmarum, & dedit fœminis quæ
cum ea, posuítque coronam oleaginam
in capite, ipsa & sociæ ejus:

Versio VULG. LAT.

15 Et omnes populi gaudebant, cum mulieribus, & vir-
ginibus, & juvenibus, in organis & citharis.

CAP. XVI.

1 Tunc cantavit canticum hoc Domino Judith, di-
2 cens; Incipite Domino in tympanis, cantate Domi-
no in cymbalis, modulamini illi psalmum novum,
3 exaltate, & invocate nomen ejus. Dominus conte-
4 rens bella, Dominus nomen est illi. Qui posuit ca-
stra sua in medio populi sui, ut eriperet nos de manu
5 omnium inimicorum nostrorum. Venit Assur ex mon-
tibus ab Aquilone in multitudine fortitudinis suæ:
cujus multitudo obturavit torrentes, & equi eorum
6 cooperuerunt valles. Dixit se incensurum fines meos,
& juvenes meos occisurum gladio, infantes meos dare
7 in prædam, & virgines in captivitatem. Dominus
autem omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in ma-
8 nus fœminæ, & confodit eum. Non enim cecidit
potens eorum à juvenibus, nec filii Titan percusserunt
eum, nec excelsi gigantes opposuerunt se illi, sed Judith
9 filia Merari in specie faciei suæ dissolvit eum. Exuit
enim se vestimento viduitatis, & induit se vestimen-
10 to lætitiæ in exultatione filiorum Israel. Unxit faciem
suam unguento, & colligavit cincinnos suos mitrá,
11 accepit stolam novam ad decipiendum illum. San-
dalia ejus rapuerunt oculos ejus, pulchritudo ejus ca-
ptivam fecit animam ejus, amputavit pugione cervi-
12 cem ejus. Horruerunt Persæ constantiam ejus, &
13 Medi audaciam ejus. Tunc ululaverunt castra Assy-
riorum, quando apparuerunt humiles mei, arescentes
14 in siti. Filii puellarum compunxerunt eos, & sicut
pueros fugientes occiderunt eos: perierunt in præ-
15 lio à facie Domini Dei mei. Hymnum cantemus
16 Domino, hymnum novum cantemus Deo nostro. Ado-
nai Domine, magnus es tu, & præclarus in virtute tua,
17 & quem superare nemo potest. Tibi serviat omnis
creatura tua: quia dixisti, & facta sunt: misisti spi-
ritum tuum, & creata sunt, & non est qui resistat
18 voci tuæ. Montes à fundamentis movebuntur cum
aquis: petræ, sicut cera, liquescent ante faciem tuam.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA

Καὶ προῆλθεν παντὸς τοῦ λαοῦ ἐν χορείᾳ ἡγουμένη πασῶν τῶν γυναι-
κῶν, καὶ ἠκολούθει πᾶς ἀνὴρ Ἰσραὴλ ἐνωπλισμένοι μετὰ στεφάνων
1 καὶ ὕμνων ἐν τῷ στόματι αὐτῶν. Καὶ ἐξῆρχεν Ἰουδὶθ τὴν ἐξομολό-
γησιν ταύτην ἐν παντὶ Ἰσραὴλ, καὶ (υ) ὑπερεφώνει πᾶς ὁ λαὸς
τὴν αἴνεσιν ταύτην. MS.A.(υ) ὑπερεφώνει

ΚΕΦ. ιϛ'.

1 Καὶ εἶπεν Ἰουδὶθ, Ἐξάρχετε τῷ Θεῷ μου ἐν τυμπάνοις, ᾄσατε
2 τῷ κυρίῳ μου ἐν κυμβάλοις, ἐναρμόσασθε αὐτῷ ψαλμὸν καινὸν,
3 ὑψοῦτε καὶ (α) ἐπικαλέσασθε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ὅτι (β) Θεὸς συντρίβων
4 πολέμους κύριος, Ὅτι εἰς παρεμβολὰς αὐτοῦ ἐν μέσῳ λαοῦ ἐξεί-
5 λατό με ἐκ χειρὸς (γ) τῶν καταδιωκόντων με. Ἦλθεν Ἀσσοὺρ ἐξ
ὀρέων ἀπὸ Βοῤῥᾶ, ἦλθεν ἐν μυριάσι δυνάμεως αὐτοῦ, ὧν τὸ πλῆθος
αὐτῶν ἐνέφραξε χειμάῤῥους, καὶ ἡ ἵππος αὐτῶν ἐκάλυψε βουνούς.
6 Εἶπεν ἐμπρήσειν τὰ ὅριά μου, καὶ τοὺς νεανίσκους μου ἀνελεῖν ἐν
ῥομφαίᾳ, καὶ τὰ θηλάζοντά μου θήσειν εἰς ἔδαφος, καὶ τὰ νήπιά
7 μου (δ) δώσειν εἰς προνομὴν, καὶ τὰς παρθένους μου σκυλεῦσαι. Κύριος
8 παντοκράτωρ ἠθέτησεν αὐτοὺς ἐν χειρὶ θηλείας. Οὐ γὰρ ὑπέπεσεν
ὁ δυνατὸς αὐτῶν ὑπὸ νεανίσκων, οὐδὲ υἱοὶ Τιτάνων ἐπά-
ταξαν αὐτὸν, οὐδὲ ὑψηλοὶ γίγαντες ἐπέθεντο αὐτῷ,
ἀλλὰ Ἰουδὶθ θυγάτηρ Μεραρὶ ἐν κάλλει προσώπου αὐτῆς
9 παρέλυσεν αὐτόν. Ἐξεδύσατο γὰρ στολὴν χηρεύσεως αὐτῆς εἰς
10 ὕψος τῶν πονούντων ἐν Ἰσραὴλ, Ἠλείψατο τὸ πρόσωπον αὐτῆς
ἐν μυρισμῷ, καὶ ἐδήσατο τὰς τρίχας αὐτῆς ἐν μίτρᾳ, καὶ ἔλαβε
11 στολὴν λινῆν εἰς ἀπάτην αὐτοῦ. Τὸ σανδάλιον αὐτῆς ἥρπασεν
ὀφθαλμὸν αὐτοῦ, καὶ τὸ κάλλος αὐτῆς ᾐχμαλώτισε ψυχὴν αὐτοῦ·
12 διῆλθεν ὁ (ε) ἀκινάκης τὸν τράχηλον αὐτοῦ. Ἔφριξαν Πέρσαι τὴν
(ζ) τόλμαν αὐτῆς, καὶ Μῆδοι τὸ θράσος αὐτῆς (η) ἐῤῥάχθησαν.
13 Τότε ἠλάλαξαν οἱ ταπεινοί μου, καὶ ἐφοβήθησαν οἱ ἀσθενοῦντές μου,
καὶ ἐπτοήθησαν· ὕψωσαν τὴν φωνὴν αὐτῶν, καὶ ἀνετράπησαν.
14 Υἱοὶ κορασίων κατεκέντησαν αὐτοὺς, καὶ ὡς (θ) παῖδας αὐτομολούν-
των ἐτίτρωσκον (ι) αὐτούς· ἀπώλοντο ἐκ παρατάξεως κυρίου μου.
15 Ὑμνήσω τῷ (κ) Θεῷ μου ὕμνον.
16 Κύριε μέγας εἶ, καὶ ἔνδοξος,
17 θαυμαστὸς ἐν ἰσχύϊ, ἀνυπέρβλητος. Σοὶ δουλευσάτω πᾶσα ἡ κτίσις
σου, ὅτι εἶπας, καὶ ἐγενήθησαν· ἀπέστειλας τὸ πνεῦμά σου, καὶ ᾠκοδόμησε·
18 καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἀντιστήσεται τῇ φωνῇ σου. Ὄρη γὰρ ἐκ θεμελίων σὺν
ὕδασι σαλευθήσεται, πέτραι δὲ ἀπὸ προσώπου σου ὡς κηρὸς (λ) τακή-
σονται.

MS.A. (α) ἐπικαλεῖσθε (β) ὁ Θεὸς (γ) καταδιωκόντων με. (δ) δώσει (ε) ἀκινάκις (ζ) τόλμην (η) ἐταράχθησαν (θ) παῖδες (ι) ἀπώλοντο (κ) κυρίῳ ὕμνον καινόν. (λ) τακήσεται.

Et præivit omnem populum in choræa, ducens o-
mnes mulieres: & sequebatur omnis vir Israel ar-
1 mati cum coronis, & hymnis in ore suo. Et in-
choavit Judith confessionem hanc in omni Israel,
& subcinebat omnis populus laudem hanc.

CAP. XVI.

1 Et dixit Judith; Incipite Deo meo in tympanis:
2 cantate Domino meo in cymbalis: modulamini ei
psalmum novum: exaltate, & invocate nomen ejus:
3 Quoniam Deus conterens bella Dominus: Quoniam
4 in castris ejus in medio populi eripuit me de manu
5 persequentium me, Venit Assur è montibus ab A-
quilone: venit in myriadibus virtutis suæ, qua-
rum multitudo earum obstruxerat torrentes, &
equitatus eorum operuerat colles. Dixit combu-
6 sturum fines meos, & juvenes meos perempturum in
gladio, & lactentes meos positurum in pavimentum,
& infantes meos daturum in direptionem, & vir-
gines meas spoliaturum. Dominus omnipotens
7 frustratus est eos in manu fœminæ. Non enim ce-
8 cidit potens eorum à juvenibus, neque filii Titanum
percusserunt eum, neque excelsi gigantes invaserunt
eum, sed Judith filia Merari in pulchritudine fa-
ciei suæ dissolvit eum. Exuit enim stolam vidui-
9 tatis suæ in sublimitate laborantium in Israel,
Unxit faciem suam in unguento, & ligavit capillos
10 suos in mitra, & sumpsit stolam lineam in dece-
ptionem illius: Sandalium ipsius rapuit oculum
11 ejus, & pulchritudo ipsius captivavit animam
ejus. Pertransiit acinaces cervicem ejus: Hor-
12 ruerũt Persæ audaciam ipsius, & Medi confidentia
ipsius (a) disrupti sunt, Tunc vociferati sunt hu-
13 miles mei, & timuerunt infirmi mei, & expave-
runt: exaltaverunt vocem suam, & reversi sunt.
Filii puellarum compunxerunt eos, & tanquam
14 pueros transfugarum vulnerabant eos. Perierunt
ab acie Domini mei. Hymnum dicam Deo meo,
15 hymnum dicam. Domine, magnus es, & gloriosus,
16 mirabilis in fortitudine, insuperabilis. Tibi ser-
17 viat omnis creatura tua: quoniam dixisti, & fa-
cta sunt: misisti spiritum tuum, & ædificavit: &
non est qui resistet voci tuæ. Montes enim à fun-
18 damentis cum aquis commovebuntur: petræ autem
à facie tua tanquam cera, liquescent:

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA

[illegible]

Veneruntque omnes principes Israelita-
rum, fœminæque ipsarum, & cum ipsis
venerunt filii Israel armati, impositis sibi
coronis, cum cantico in ore suo. Et in- 1
choavit Judith confessionem suam toti
Israeli, & respondit totus populus lau-
dationem Domini.

CAP. XVI.

Canticum Judith.

Et dixit Judith; Cantate Domino cum 1
tympanis: psallite ipsi cum cymbalis: 2
canite ipsi canticum novum, & exalta-
te eum, & invocate nomen ejus. Tu, 3
Deus conterens bella, Domine: Qui 4
castrametaris in medio populi tui, ad li-
berandum eos de manu comprimentium
ipsos. Venit Assyrius à montibus Aqui- 5
lonis, venit cum myriadibus exercitûs
sui. Multitudine ipsorum obstruxerunt
torrentes, & equitatus ipsorum operuit
colles. Dixerunt combusturos se fines 6
meos, & adolescentes meos occisuros
gladio, juvenésque tradituros in capti-
vitatem, & virgines méas in prædam.
Dominus omnipotens frustratus est eos: 7
manu fœminæ perdidit eos. Non enim 8
per juvenes ceciderunt fortes ipsorũ, nec
quisquam de filiis potentium percussit
eos, nec viri staturæ celsæ aggressi sunt
eos. Sed Judith filia Merari pulchritudine
faciei suæ seduxit eum. Exuit vestes vi- 9
duitatis suæ in gloriam dolentium Israe-
lis: Unxit aromatibus faciem suam, li- 10
gavit cincinnos suos reticulo: induit ve-
stes suas ut ipsum deciperet. Sandalia 11
ejus rapuerunt oculos ipsius, pulchritudo
ejus captivam fecit animam ipsius. Reci-
dit acinaces ipsius caput ejus. Commoti 12
sunt Persæ ab audacia ejus, & Medi à ro-
bore ejus confracti. Tunc vociferati sunt 13
afflicti mei, clamârunt infirmi mei, & ce-
ciderunt, & extulerunt vocem suam, &
confracti sunt. Sicut puellas, transfixe- 14
runt eos, & sicut servos fugitivos cecide-
runt eos, perierunt tanquam à castris Do-
mini Dei nostri. Cantabo Domino canti- 15
cum novum. Domine omnipotens, ma- 16
gnus es tu, et laudabilis: Gigas robore tu,
& invictus: te colent omnes populi, & 17
tibi serviet tota terra quã creâsti: quia tu
dixisti, et facta sunt; collocâsti ea, et consti-
tuta sunt. Nec est qui adversùs verbũ tuum
consistat. Montes à fundamentis suis cum 18
aquis suis commovebuntur, & petræ in-
star ceræ fundentur, à conspectu tuo:

Versio VULG. LAT.

19 Qui autem timent te, magni erunt apud te per omnia.
20 Væ genti insurgenti super genus meum: Dominus
enim omnipotens vindicabit in eis, in die judicii vi-
21 sitabit illos. Dabit enim ignem, & vermes in car-
nes eorum, ut urantur, & sentiant usque in sempiter-
22 num. Et factum est post hæc, omnis populus post vi-
ctoriam venit in Jerusalem adorare Dominum: &
mox ut purificati sunt, obtulerunt omnes holocausta,
23 & vota, & repromissiones suas. Porrò Judith, uni-
versa vasa bellica Holofernis, quæ dedit illi populus,
& conopeum, quod ipsa sustulerat de cubili ipsius,
24 obtulit in anathema oblivionis. Erat autem popu-
lus jucundus secundùm faciem sanctorum, & per tres
menses gaudium hujus victoriæ celebratum est cum
25 Judith. Post dies autem illos unusquisque rediit in
domum suam, & Judith magna facta est in Bethulia,
26 & præclarior erat universæ terræ Israel. Erat etiam
virtuti castitas adjuncta, ita ut non cognosceret virum
omnibus diebus vitæ suæ, ex quo defunctus est Ma-
27 nasses vir ejus. Erat autem diebus festis procedens
28 cum magna gloria. Mansit autem in domo viri sui
annos centum quinque, & dimisit abram suam libe-
ram, & defuncta est ac sepulta cum viro suo in Bethu-
29 lia. Luxitque illam omnis populus diebus septem.
30 In omni autem spatio vitæ ejus non fuit qui pertur-
31 baret Israel, & post mortem ejus annis multis. Dies
autem victoriæ hujus festivitatis, ab Hebræis in nu-
mero sanctorum dierum accipitur, & colitur à Judæis
ex illo tempore usque in præsentem diem.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

19 (α) Ἐπὶ δὲ τοῖς φοβουμένοις σε σὺ (β) εὐιλατεύεις αὐτοῖς. ὅτι μικρὸν
πᾶσα θυσία εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, καὶ ἐλάχιστον πᾶν στέαρ εἰς ὁλοκαύ-
20 τωμά σοι. ὁ δὲ φοβούμενος τὸν κύριον, μέγας διαπαντός. Οὐαὶ
ἔθνεσιν (γ) ἐπανισταμένοις τῷ γένει μου· κύριος παντοκράτωρ ἐκ-
21 δικήσει αὐτοὺς ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, Δοῦναι πῦρ καὶ σκώληκας εἰς
22 σάρκας αὐτῶν, καὶ κλαύσονται ἐν αἰσθήσει ἕως αἰῶνος. Ὡς
δὲ ἦλθοσαν εἰς Ἱερουσαλὴμ, προσεκύνησαν τῷ θεῷ· καὶ ἡνίκα
ἐκαθαρίσθη ὁ λαὸς, ἀνήνεγκαν τὰ ὁλοκαυτώματα αὐτῶν, καὶ τὰ
23 ἑκούσια αὐτῶν, καὶ τὰ δόματα. (δ) Καὶ ἀνέθηκεν Ἰουδὶθ πάντα
τὰ σκεύη Ὀλοφέρνου, ὅσα ἔδωκεν ὁ λαὸς αὐτῇ, καὶ τὸ κωνωπεῖον
ὃ ἔλαβεν (ε) αὐτὴ ἐκ τοῦ κοιτῶνος (ζ) αὐτοῦ, εἰς (η) ἀνάθημα
24 τῷ θεῷ ἔδωκε. Καὶ ἦν ὁ λαὸς εὐφραινόμενος (θ) ἐν Ἱερου-
σαλὴμ κατὰ πρόσωπον τῶν ἁγίων ἐπὶ μῆνας τρεῖς, καὶ Ἰουδὶθ μετ'
25 αὐτῶν κατέμεινε. Μετὰ δὲ (ι) τὰς ἡμέρας ταύτας ἀνέζευξεν
(κ) ἕκαστος εἰς τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ· καὶ Ἰουδὶθ ἀπῆλθεν εἰς
Βετυλούα, καὶ κατέμεινεν ἐπὶ τῆς ὑπάρξεως αὐτῆς· καὶ ἐγένετο κατὰ
26 τὸν καιρὸν αὐτῆς ἔνδοξος ἐν πάσῃ τῇ γῇ. Καὶ πολλοὶ ἐπεθύ-
μησαν αὐτὴν, καὶ οὐκ ἔγνω ἀνὴρ αὐτὴν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς
ζωῆς αὐτῆς, ἀφ' ἧς ἡμέρας ἀπέθανε (λ) Μανασσῆς ὁ ἀνὴρ αὐ-
27 τῆς, καὶ προσετέθη πρὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ. Καὶ (μ) ἦν προβαίνουσα
28 μεγάλη σφόδρα. Καὶ ἐγήρασεν (ν) ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς
(ξ) ἔτη ἑκατὸν πέντε, καὶ ἀφῆκε τὴν ἅβραν αὐτῆς ἐλευθέραν,
καὶ ἀπέθανεν εἰς Βετυλούα, καὶ ἔθαψαν αὐτὴν ἐν τῷ σπηλαίῳ τοῦ
29 ἀνδρὸς αὐτῆς Μανασσῆ. Καὶ (ο) ἐπένθησεν αὐτὴν οἶκος Ἰσραὴλ
ἡμέρας ἑπτά. καὶ διεῖλε τὰ ὑπάρχοντα αὐτῆς πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν
αὐτὴν, πᾶσι τοῖς ἔγγιστα Μανασσῆ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, καὶ τοῖς
30 ἔγγιστα τοῦ γένους αὐτῆς. Καὶ οὐκ ἦν ἔτι ὁ ἐκφοβῶν τοὺς υἱοὺς
Ἰσραὴλ ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰουδὶθ, καὶ μετὰ τὸ ἀποθανεῖν αὐτὴν, ἡμέρας πολλάς.

MS. A. (α) Ἔτι δὲ (β) εὐιλατεύσεις (γ) ἐπανισταμένοις (δ) δόματα αὐτῶν. (ε) ἑαυτῇ (ζ) ἑαυτοῦ (η) ἀνάθεμα τῷ κυρίῳ (θ) εἰς (ι) ταύτας τὰς (κ) εἰς κληρονομίαν ἑαυτοῦ.
(λ) Μανασσῆ (μ) προβαίνουσα ἦν (ν) τῷ οἴκῳ (ξ) ἑκατὸν πέντε ἔτη, (ο) ἐπένθησαν

Super timentes autem te tu benè propitiaris eis: 19
quoniam parvum omne sacrificium in odorem sua-
vitatis; & minimus omnis adeps in holocau-
stoma tibi: timens autem Dominum magnus
semper. Væ gentibus insultantibus generi meo, 20
Dominus omnipotens ulciscetur eos in die judicii,
Dando ignem, & vermes in carnes eorum: & 21
plorabunt in sensu usque in seculum. Ut autem ve- 22
nerunt in Hierusalem; adoraverunt Deum. Et post-
quàm mundatus est populus; obtulerunt holocausto-
mata sua, & spontanea sua, & dona. Et posuit 23
Judith omnia vasa Olophernis, quæ dederat populus
ipsi, & conopæum, quod sumpserat ipsa è cubili ejus,
in anathema Deo dedit. Et fuit populus lætans in 24
Hierusalem ad faciem sanctorum per menses tres: &
Judith cum eis mansit. Post dies autem hos dis- 25
cessit unusquisque ad hæreditatem suam. Et Judith
abiit in Betylua, & mansit super substantiam suam.
Et facta est per tempus suum gloriosa in universa
terra. Et multi concupierunt eam: & non cogno- 26
vit vir eam omnibus diebus vitæ ejus; ex qua die
mortuus est Manasses vir ejus, & appositus est ad
populum suum. Et erat procedens magna valdè. 27
Et senuit in domo viri sui annos centum quinque, 28
& dimisit ancillam suam liberam: & mortua est
in Betylua. Et sepelierunt eam in spelunca viri
ejus Manasse: Et luxit eam domus Israel dies 29
septem. Et distribuit substantiam suam, antequàm
ipsa moreretur, omnibus propinquis Manasse viri
sui, & propinquis generis sui. Et non fuit am- 30
pliùs, qui terreret filios Israel in diebus Ju-
dith, & postquàm ipsa mortua est, dies mul-
tos.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

19 [illegible]
20 [illegible]
[illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
[illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
[illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
[illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Timentibus autem te propitius eris. 19
Quia pauxillum omnis victima in odo-
rem suavem, & exiguum omnis adeps
in holocaustum. Sed qui timet Do-
minum magni est apud eum semper.
Væ populo qui adversatur populo 20
meo. Dominus omnipotens sumet
vindictam de eo in die judicii. Vin- 21
dictam sumet de eis, & respiciet eos.
Et dabit carnem eorum igni & vermi,
& sentient incendiũ propter iniquita-
tem usq; in seculum. Et factum est, cùm 22
venisset Jerosolyma, & adoraret Dñm;
Et cùm mundatus esset populus, ob-
tulerunt hostias suas pacificas Domi-
no, & sacrificia jugiter. Obtulitque 23
Judith omnia vasa Alphernæ & cono-
peum quod de cubiculo abstulerat, &
dedit ipsa anathema Domino. Et 24
lætabatur populus coram Sanctuario
mensem integrum. Et Judith ma-
nebat ibi Jerosolymis. Post illos 25
autem dies reversi sunt quisque in
tentorium suum. Judith autem pro-
fecta est Bethpallu ad sua: Honora-
baturque universæ terræ. Et multi 26
cupiebant ducere eam: verùm ne-
mo eam cognovit omnibus diebus vi-
tæ suæ, à die quo mortuus est Ma-
nasses vir ejus. Et prout procede- 27
bat tempus, magis magisque augeba-
tur, donec valdè magna facta est.
Et consenuit in domo Manassis viri 28
sui, factáque centum & quinque an-
norum mortua est in Bethpallu. Se-
pultáque est in spelunca cum Manas-
se viro suo. Luxitque eam omnis
domus Israel septem dies. Divisitque 29
bona sua ante mortem suam, omni-
bus propinquis Manassis viri sui, &
propinquis stirpis suæ. Ancillas au-
tem suas dimisit liberas. Nec fuit am- 30
pliùs qui terreret Israel, omnibus di-
ebus Judith, nec multis diebus à mor-
te ipsius.

Explicit liber Judith.

Explicit liber fœminarum, Esther, Judith, Ruth, & Susannæ Continens versuum quatuor millia CCCCLXIII.

Ecce autem scripsimus Ruth & Susannam in alio libro.

Quæ sequuntur in versione Græca, in Bibliis Regiis habentur, at in Hebræis aut Syris codicibus non extant, ut nec in editione Græca Romana, nec in Aldina Venet. nec in nostro MS. Alexandrino hoc ordine ponuntur, sed per totum librum variè intertexta.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

2 Ἔτους δευτέρου βασιλεύοντος Ἀρταξέρξου τοῦ μεγάλου τῇ μιᾷ τοῦ Νισὰν ἐνύπνιον εἶδε Μαρδοχαῖος
ὁ τοῦ Ἰαείρου τοῦ Σεμεΐ τοῦ Κισαίου ἐκ φυλῆς Βενιαμίν, ἄνθρωπος Ἰουδαῖος οἰκῶν ἐν Σούσοις τῇ πόλει,
3 ἄνθρωπος μέγας, θεραπεύων ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ βασιλέως. Ἦν δὲ ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας ἧς ᾐχμαλώ-
τευσε Ναβουχοδονόσορ ὁ βασιλεὺς Βαβυλῶνος ἐξ Ἱερουσαλὴμ μετὰ Ἰεχονίου βασιλέως τῆς Ἰουδαίας, καὶ
4 τοῦτο αὐτοῦ τὸ ἐνύπνιον. Καὶ ἰδοὺ φωνὴ θορύβου βρονταὶ καὶ σεισμὸς καὶ τάραχος ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἰδοὺ
5 δύο δράκοντες μεγάλοι ἕτοιμοι προῆλθον ἀμφότεροι παλαίειν· καὶ ἐγένετο αὐτῶν φωνὴ μεγάλη. Καὶ
6 τῇ φωνῇ αὐτῶν ἡτοιμάσθη πᾶν ἔθνος εἰς πόλεμον, ὥστε πολεμῆσαι δικαίων ἔθνος. Καὶ ἰδοὺ
7 ἡμέρα σκότους καὶ γνόφου, θλίψις καὶ στενοχωρία, κάκωσις καὶ τάραχος μέγας ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ ἐτα-
8 ράχθη πᾶν ἔθνος δίκαιον φοβούμενοι τὰ ἑαυτῶν κακά, καὶ ἡτοιμάσθησαν ἀπολέσθαι. Καὶ ἐβόησαν πρὸς
τὸν θεόν· ἀπὸ δὲ τῆς βοῆς αὐτῶν, ἐγένετο ὡσανεὶ ἀπὸ μικρᾶς πηγῆς ποταμὸς μέγας, ὕδωρ πολύ.
9 Καὶ φῶς καὶ ὁ ἥλιος ἀνέτειλε, καὶ οἱ ταπεινοὶ ὑψώθησαν καὶ κατέφαγον τοὺς ἐνδόξους. Καὶ διεγερθεὶς
10 Μαρδοχαῖος ὁ ἑωρακὼς τὸ ἐνύπνιον τοῦτο, καὶ τί ὁ θεὸς βεβούλευται ποιῆσαι, εἶχε τὸ ἐνύπνιον τοῦτο ἐν
τῇ καρδίᾳ, καὶ ἐν παντὶ λόγῳ ἤθελησεν ἐπιγνῶναι αὐτὸ ἕως τῆς νυκτός.

Anno secundo, regnante Artaxerxe magno, una Nisan, somnium vidit Mar- 2
dochæus filius Jari, filii Semei, filii Cisæi, ex tribu Benjamin, homo
Judæus, habitans in Susis civitate, homo magnus, minister existens in aula
regis. Erat autem ex captivitate quam captivavit Nabuchodonosor rex 3
Babylonis de Hierusalem cum Jechonia rege Judææ, & hoc ejus somnium.
Et ecce vox tumultus, tonitrua & terræ motus, & conturbatio super ter- 4
ram: & ecce duo dracones magni parati processerunt utrique præliari: &
facta est eorum vox magna. Et voce eorum parata est omnis gens ad præ- 5
lium, ut expugnarent justorum gentem. Et ecce dies tenebrarum & cali- 6
ginis, tribulatio & angustia, afflictio & turbatio magna super terram. Et 7
conturbata est omnis gens justa timentes sua mala, & præparati sunt perire.
Et clamaverunt ad Deum, ab autem clamore eorum, factum est sicut à parvo 8
fonte fluvius magnus, aqua multa. Et lux & Sol ortus est, & humiles ex- 9
altati sunt, & devoraverunt inclytos. Et cum surrexit Mardochæus qui vi- 10
dit somnium hoc, & quid Deus deliberat facere, habuit insomnium hoc in
corde, & in omni verbo voluit cognoscere hoc usque ad noctem.

ΚΕΦ. ιβʹ.

1 Καὶ ἡσύχασε Μαρδοχαῖος ἐν τῇ αὐλῇ μετὰ Γαβαθὰ καὶ Θάῤῥα τῶν δύο εὐνούχων τοῦ βασιλέως τῶν
2 φυλασσόντων τὴν αὐλήν. Ἤκουσέ τε αὐτῶν τοὺς λογισμούς, καὶ τὰς μερίμνας αὐτῶν ἐξηρεύνησε, καὶ
ἔμαθεν ὅτι ἑτοιμάζουσι τὰς χεῖρας ἐπιβαλεῖν Ἀρταξέρξῃ τῷ βασιλεῖ, καὶ ὑπέδειξε τῷ βασιλεῖ περὶ
3 αὐτῶν. Καὶ ἐξήτασεν ὁ βασιλεὺς τοὺς δύο εὐνούχους αὐτοῦ, καὶ ὁμολογήσαντες ἀπήχθησαν.
4 Καὶ ἔγραψεν ὁ βασιλεὺς τοὺς λόγους τούτους εἰς μνημόσυνον, καὶ Μαρδοχαῖος ἔγραψε περὶ τῶν λόγων.
5 Καὶ ἐπέταξεν ὁ βασιλεὺς Μαρδοχαῖον θεραπεύειν ἐν τῇ αὐλῇ, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ δόματα περὶ τούτου.
6 Καὶ ἦν Ἀμὰν Ἀμαδάθου Βουγαῖος ἔνδοξος ἐνώπιον τοῦ βασιλέως, καὶ ἐζήτησε κακοποιῆσαι τὸν Μαρδοχαῖον
καὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν δύο εὐνούχων τοῦ βασιλέως· τῆς δὲ ἐπιστολῆς ἐστι τὸ ἀντίγραφον τόδε.

CAP. XII.

Et quievit Mardochæus in aula cum Gabatha & Tharra duobus eu- 1
nuchis regis custodientibus aulam. Audivitque eorum cogitationes, & curas 2
eorum scrutatus est, & didicit quod parant manus injicere Artaxerxi regi,
& demonstravit regi de eis. Et quæsivit rex duos eunuchos suos. Et 3
confitentes appensi sunt. Et scripsit rex sermones hos in commentariis, & 4
Mardochæus scripsit de verbis. Et præcepit rex Mardochæum deservire in 5
aula, & dedit ei dona propter hoc. Et erat Aman Amadathu Bugæus in- 6
clytus coram rege, & quæsivit affligere Mardochæum & populum ejus,
propter duos eunuchos regis. At epistolæ est exemplar hoc.

ΚΕΦ. ιγʹ.

1 Βασιλεὺς μέγας Ἀρταξέρξης τοῖς ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς ἕως τῆς Αἰθιοπίας ἑκατὸν εἰκοσιεπτὰ χωρῶν ἄρχουσι,
2 καὶ τοπάρχαις ὑποτεταγμένοις, τάδε γράφει. Πολλῶν ἐπάρξας ἐθνῶν καὶ πάσης ἐπικρατήσας οἰκου-
μένης, ἐβουλήθην μὴ τῷ θράσει τῆς ἐξουσίας ἐπαιρόμενος, ἐπιεικέστερον δὲ καὶ μετὰ ἠπιότητος ἀεὶ διεξά-
γων τοὺς τῶν ὑποτεταγμένων ἀκυμάντους διαπαντὸς καταστῆσαι βίους, τήν τε βασιλείαν ἥμερον καὶ πορευ-
3 τὴν μέχρι περάτων παρεξόμενος, ἀνανεώσασθαί τε τὴν ποθουμένην τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις εἰρήνην. Πυ-
θομένου δέ μου τῶν συμβούλων πῶς ἂν ἀχθείη τοῦτο ἐπὶ πέρας, ὁ σωφροσύνῃ παρ' ἡμῖν διαπρέψας, καὶ ἐν τῇ
εὐνοίᾳ ἀπαραλλάκτως καὶ βεβαίᾳ πίστει ἀποδεδειγμένος, καὶ δεύτερον τῶν βασιλειῶν γέρας ἀπενηνεγμένος
Ἀμάν, ἀπέδειξεν ἡμῖν ἐν πάσαις ταῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην φυλαῖς ἀναμεμῖχθαι δυσμενῆ λαόν τινα, τοῖς
νόμοις ἀντίθετον πρὸς πᾶν ἔθνος, τά τε τῶν βασιλέων παραπέμποντας διηνεκῶς διατάγματα, πρὸς
4 τὸ μὴ κατατίθεσθαι τὴν ὑφ' ἡμῶν κατευθυνομένην ἀμέμπτως συναρχίαν. Διειληφότες οὖν ὡς τόδε τὸ
ἔθνος μονώτατον ἐν ἀντιπαραγωγῇ παντὶ διαπαντὸς ἀνθρώπῳ κείμενον, διαγωγὴν νόμων ξενίζουσαν
παραλλάσσον καὶ δυσνοοῦν τοῖς ἡμετέροις πράγμασι, τὰ χείριστα συντελοῦν κακά, καὶ πρὸς τὸ
μὴ τὴν βασιλείαν εὐσταθείας τυγχάνειν· προστετάχαμεν οὖν τοὺς σημαινομένους ὑμῖν ἐν τοῖς γεγραμ-
μένοις ὑπὸ Ἀμὰν τοῦ τεταγμένου ἐπὶ τῶν πραγμάτων καὶ δευτέρου πατρὸς ἡμῶν πάντας σὺν γυναιξὶ καὶ
τέκνοις ἀπολέσαι ὁλοῤῥίζους ταῖς τῶν ἐχθρῶν μαχαίραις ἄνευ παντὸς οἴκτου καὶ φειδοῦς τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ
τοῦ δωδεκάτου μηνὸς Ἀδὰρ τοῦ ἐνεστῶτος ἔτους· ὅπως οἱ πάλαι καὶ νῦν δυσμενεῖς ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ βι-
αίως εἰς τὸν ᾅδην κατελθόντες, εἰς τὸν μετέπειτα χρόνον εὐσταθῆ καὶ ἀτάραχα παρέχωσιν ἡμῖν
5 διατέλους τὰ πράγματα. Καὶ ἐδεήθη κυρίου, μνημονεύων πάντα τὰ ἔργα κυρίου· καὶ εἶπε, κύριε κύ-
ριε βασιλεῦ παντοκράτορ, ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ σου τὸ πᾶν ἐστι, καὶ οὐκ ἔστιν ὁ ἀντιδοξῶν σοι ἐν τῷ θέλειν σε
6 σῶσαι τὸν Ἰσραήλ. Ὅτι σὺ ἐποίησας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ πᾶν θαυμαζόμενον ἐν τῇ ὑπ' οὐρανόν.
7 8 Καὶ κύριος εἶ πάντων, καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἀντιτάξεταί σοι τῷ κυρίῳ. Σὺ πάντα γινώσκεις, σὺ οἶδας κύριε,
ὅτι οὐκ ἐν ὕβρει, οὐδὲ ἐν ὑπερηφανίᾳ, οὐδὲ ἐν φιλοδοξίᾳ ἐποίησα τοῦτο, τὸ μὴ προσκυνεῖν τὸν ὑπερήφανον
Ἀμάν, ὅτι ηὐδόκουν φιλεῖν πέλματα ποδῶν αὐτοῦ πρὸς σωτηρίαν Ἰσραήλ, ἀλλ' ἐποίησα τοῦτο, ἵνα
μὴ θῶ δόξαν ἀνθρώπου ὑπεράνω δόξης θεοῦ, καὶ οὐ προσκυνήσω οὐδένα πλὴν σοῦ κύριε, καὶ οὐ ποιήσω αὐτὸ
9 ἐν ὑπερηφανίᾳ. Καὶ νῦν κύριε ὁ θεὸς ὁ βασιλεύς, φεῖσαι τοῦ λαοῦ σου, ὅτι ἐπιβλέπουσιν ἡμῖν εἰς
καταφθοράν, καὶ ἐπεθύμησαν ἀπολέσαι τὴν ἐξ ἀρχῆς κληρονομίαν σου.

CAP. XIII.

Rex Magnus Artaxerxes, his qui ab India usque ad Æthiopiam, cen- 1
tum viginti septem Provinciarum principes & locorum præsides ordinati
sunt, hæc scribit. Cùm multis imperassem Gentibus & universi domina- 2
rer orbis terræ, volui non temeritate potentiæ elevatus, mitius autem et
cum quiete semper gubernans, subjectos tranquillos semper statuere vita,
& regnum quietum & pervium usque ad fines præbens, renovareque de-
sideratam cunctis hominibus pacem. Quærente autem me à Consiliariis, 3
quomodo duceretur hoc ad finem, qui sapientia apud nos præcedebat, &
in benevolentia immutabili, & firma fide approbatus est, & secundo regis
dono præcedebat Aman, indicavit nobis in omnibus per orbem terræ tribu-
bus commixtum esse inimicum populũ quendam, legibus contrariũ ad omnẽ
gentem, & regum prætermittentes assiduè edicta, ut non deducatur qui à
nobis dirigitur sine defectu principatus. Cùm didicissemus ergo quòd hæc 4
gens sola in rebellione omni semper homini posita sit, vitam legum peregri-
nam permutans, & dissentiens nostris rebus, pessimáque consumens mala,
& ut non regnum constantiam consequeretur: præcepimus igitur eos qui si-
gnificantur vobis in scriptis ab Aman præposito in rebus & secundo à no-
bis, omnes cum mulieribus & filiis perdi radicitus inimicorum gladiis si-
ne omni misericordia & parcitate, quartadecima duodecimi mensis Adar
præsentis anni: ut qui olim & nunc inimici in die una violenter in infer-
num descendentes, in posterum tempus quietas & tranquillas præbeant no-
bis perfectè res. Et deprecatus est Dominum, memor omnium operum Do- 5
mini: Et dixit, Domine, Domine, rex omnipotens, quia in potestate tua
cuncta sunt, & non est qui resistat tibi cùm volueris tu salvare Israel.
Quia tu fecisti cælum & terram, & omne mirabile in sub cælo. Et Domi- 6 7
nus es omnium, & non est qui resistat tibi Domino. Tu omnia nosti, tu 8
scis Domine, quia non in contumelia neque in superbia, neque in gloriæ
cupiditate feci hoc, ut non adorarem superbum Aman, quia complacebam
deosculari vestigia pedum ejus ad salutem Israel: sed feci hoc, ut non pone-
rem gloriam hujus super gloriam Dei: & non adorabo quenquam præter te
Domine, & non faciam hoc in superbia. Et nunc Domine Deus rex, par- 9
ce populo tuo, quia respiciunt nos in perditionem, & desideraverunt per-
dere eam quæ à principio, hæreditatem tuam.

Versio VULG. LAT.

Quæ habentur in Hebræo, plena fide expressi. Hæc autem, quæ sequuntur, scripta reperi in editione vulgata, quæ Græcorum lingua & litteris continentur: & interim post finem libri hoc capitulum ferebatur: quod juxta consuetudinem nostram obelo, id est veru, prænotavimus.

4 5 Dixitque Mardochæus; A deo facta sunt ista. Recordatus sum somnii, quod
6 videram, hæc eadem significantis: nec eorum quidquam irritum fuit. Parvus
fons, qui crevit in fluvium, & in lucem solémque conversus est, & in aquas pluri-
mas redundavit: Esther est, quam rex accepit uxorem, & voluit esse reginam.
7 8 Duo autem dracones: ego sum, & Aman. Gentes, quæ convenerant: hi sunt
9 qui conati sunt delere nomen Judæorum. Gens autem mea: Israel est, quæ cla-
mavit ad Dominum, & salvum fecit Dominus populum suum: liberavitque nos ab
10 omnibus malis, & fecit signa magna atque portenta inter Gentes: Et duas sortes
11 esse præcepit, unam Populi Dei, & alteram cunctarum Gentium. Venitque utra-
12 que sors in statutum ex illo jam tempore diem coram Deo universis gentibus: Et
13 recordatus est Dominus populi sui, ac misertus est hæreditatis suæ. Et observa-
buntur dies isti in mense Adar, quartadecima & quintadecima die ejusdem mensis,
cum omni studio & gaudio in unum cœtum populi congregati, in cunctas deinceps
generationes populi Israël.

CAP. XI.

1 Anno quarto, regnantibus Ptolemæo & Cleopatra, attulerunt, Dositheus,
qui se Sacerdotem & Levitici generis ferebat, & Ptolemæus filius ejus, hanc Episto-
lam phurim, quam dixerunt interpretatum esse Lysimachum Ptolemæi filium in
Jerusalem.

Hoc quoque principium erat in editione vulgata, quod nec in Hebræo nec apud ullum fertur interpretum.

2 Anno secundo, regnante Artaxerxe maximo, prima die mensis Nisan, vidit somni-
3 um Mardochæus filius Jairi, filii Semei, filii Cis, de tribu Benjamin: Homo Ju-
4 dæus, qui habitabat in urbe Susis, vir magnus, & inter primos aulæ regiæ. Erat
autem de eo numero captivorum, quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis
5 de Jerusalem cum Jeconia rege Juda: Et hoc ejus somnium fuit: Apparuerunt
6 voces, & tumultus, & tonitrua, & terræmotus, & conturbatio super terram: Et
7 ecce duo dracones magni, paratíque contra se in prælium. Ad quorum clamorem
8 cunctæ concitatæ sunt nationes, ut pugnarent contra gentem justorum. Fuitque
dies illa tenebrarum & discriminis, tribulationis & angustiæ, & ingens formido
9 super terram. Conturbatáque est gens justorum timentium mala sua, & præpara-
10 ta ad mortem. Clamaveruntque ad Deum: & illis vociferantibus, fons parvus
11 crevit in fluvium maximum, & in aquas plurimas redundavit. Lux & sol ortus
est, & humiles exaltati sunt, & devoraverunt inclytos. Quod cùm vidisset Mardo-
12 chæus, & surrexisset de strato, cogitabat quid Deus facere vellet: & fixum ha-
bebat in animo scire cupiens quid significaret somnium.

CAP. XII.

Morabatur autem eo tempore in aula regis, cum Bagatha & Thara eunuchis re- 1
gis, qui janitores erant palatii. Cùmque intellexisset cogitationes eorum, & curas 2
diligentiùs pervidisset, didicit, quòd conarentur in regem Artaxerxem manus mit-
tere, & nuntiavit super eo regi. Qui de utroque habita quæstione, confessos 3
jussit duci ad mortem. Rex autem quod gestum erat, scripsit in commentariis: 4
sed & Mardochæus rei memoriam litteris tradidit. Præcepitque ei rex, ut in 5
aula palatii moraretur, datis ei pro delatione muneribus. Aman verò filius Ama- 6
dathi bugeus erat gloriosissimus coram rege, & voluit nocere Mardochæo & popu-
lo ejus, pro duobus eunuchis regis qui fuerant interfecti.

Hucusque procemium.

Quæ sequuntur, in eo loco posita erant, ubi scriptum est in volumine,

Et diripuerunt bona, vel substantias eorum.

Quæ in sola vulgata editione reperimus.

Epistolæ autem hoc exemplar fuit.

CAP. XIII.

Rex maximus Artaxerxes ab India usque Æthiopiam, centum viginti septem pro- 1
vinciarum principibus & ducibus, qui ejus imperio subjecti sunt, salutem. Cùm 2
plurimis gentibus imperarem, & universum orbem meæ ditioni subjugassem, vo-
lui nequaquam abuti potentiæ magnitudine, sed clementia & lenitate gubernare
subjectos, ut absque ullo terrore vitam silentio transigentes, optata cunctis morta-
libus pace fruerentur. Quærente autem me à consiliariis meis, quomodo posset hoc 3
impleri, unus qui sapientia & fide ceteros præcellebat, & erat post regem secundus,
Aman nomine, Indicavit mihi in toto orbe terrarum populum esse dispersum, 4
qui novis uteretur legibus, & contra omnium Gentium consuetudinem faciens, Re-
gum jussa contemneret, & universarum concordiam nationum sua dissensione viola-
ret. Quod cùm didicissemus, videntes unam gentem rebellem adversus omne homi- 5
num genus perversis uti legibus, nostrisque jussionibus contraire, & turbare subje-
ctarum nobis provinciarum pacem atque concordiam, Jussimus, ut quoscumque 6
Aman, qui omnibus provinciis præpositus est, & secundus à rege, & quem
patris loco colimus, monstraverit, cum conjugibus ac liberis deleantur ab inimi-
cis suis, nullúsque eorum misereatur, quartadecima die duodecimi mensis Adar anni
præsentis: Ut nefarii homines uno die ad inferos descendentes, reddant imperio 7
nostro pacem, quam turbaverant.

Hucusque exemplar epistolæ:

Quæ sequuntur, post eum locum scripta reperi, ubi legitur,

Pergénsque Mardochæus, fecit omnia quæ ei mandaverat Esther.

Nec tamen habentur in Hebræo, & apud nullum penitus feruntur interpretum.

Mardochæus autem deprecatus est Dominum, memor omnium operum ejus; Et 8
dixit; Domine Domine rex omnipotens, in ditione enim tua cuncta sunt posita, & 9
non est qui possit tuæ resistere voluntati, si decreveris salvare Israel.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

10
11 Μὴ ὑπερίδῃς τὴν μερίδα σου, ἣν σεαυτῷ ἐλυτρώσω ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Ἐπάκουσον τῆς δεήσεώς
μου, καὶ ἱλάσθητι τῷ κλήρῳ σου, καὶ στρέψον τὸ πένθος ἡμῶν εἰς εὐωχίαν, ἵνα ζῶντες ὑμνῶμέν
12 σου τὸ ὄνομα κύριε, καὶ μὴ ἀφανίσῃς στόμα αἰνούντων σε κύριε. Καὶ πᾶς Ἰσραὴλ ἐκέκραξαν ἐξ
ἰσχύος αὐτῶν, ὅτι θάνατος αὐτῶν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτῶν.

ΚΕΦ. ιδ.

1 ΚΑὶ Ἐσθὴρ ἡ βασίλισσα κατέφυγεν ἐπὶ τὸν κύριον, ἐν ἀγῶνι θανάτου κατειλημμένη.
2 Καὶ ἀφελομένη τὰ ἱμάτια τῆς δόξης αὐτῆς, ἐνεδύσατο ἱμάτια στενοχωρίας καὶ πένθους· καὶ
ἀντὶ τῶν ὑπερηφάνων ἡδυσμάτων, σποδοῦ καὶ κοπριῶν ἔπλησε τὴν κεφαλὴν αὐτῆς, καὶ
τὸ σῶμα αὐτῆς ἐταπείνωσε σφόδρα· καὶ πάντα τόπον ἀγαλλιάματος αὐτῆς ἔπλησε στρε-
3 πτῶν τριχῶν αὐτῆς. Καὶ ἐδεῖτο κυρίου θεοῦ Ἰσραὴλ καὶ εἶπε. Κύριέ μου ὁ βασιλεὺς ἡμῶν
4 σὺ εἶ μόνος, βοήθησόν μοι τῇ μόνῃ καὶ μὴ ἐχούσῃ βοηθὸν εἰ μὴ σέ, ὅτι κίνδυνός μου ἐν
5 χειρί μου. Ἐγὼ ἤκουον ἐκ γενετῆς μου ἐν φυλῇ πατριᾶς μου, ὅτι σὺ κύριε ἔλαβες τὸν Ἰσραὴλ
ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν, καὶ τοὺς πατέρας ἡμῶν ἐκ πάντων τῶν προγόνων αὐτῶν εἰς κληρονομίαν αἰώ-
6 νιον, καὶ ἐποίησας αὐτοῖς ὅσα ἐλάλησας. Καὶ νῦν ἡμάρτομεν ἐνώπιόν σου, καὶ παρέδωκας ἡμᾶς
7 εἰς χεῖρας τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν, ἀνθ' ὧν ἐδοξάσαμεν τοὺς θεοὺς αὐτῶν, δίκαιος εἶ κύριε. Καὶ νῦν οὐχ
ἱκανώθησαν ἐν πικρασμῷ δουλείας ἡμῶν, ἀλλ' ἔθηκαν τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐπὶ τὰς χεῖρας τῶν εἰδώ-
λων αὐτῶν, ἐξᾶραι ὁρισμὸν στόματός σου καὶ ἀφανίσαι κληρονομίαν σου, καὶ ἐμφράξαι στόμα
αἰνούντων σε, καὶ σβέσαι δόξαν οἴκου σου καὶ θυσιαστηρίου σου, καὶ ἀνοῖξαι στόμα ἐθνῶν εἰς
8 ἀρετὰς ματαίων, καὶ θαυμασθῆναι βασιλέα σάρκινον εἰς αἰῶνα. Μὴ παραδῷς κύριε τὸ σκῆπ-
τρόν σου τοῖς μὴ οὖσι, καὶ μὴ καταγελασάτωσαν ἐν τῇ πτώσει ἡμῶν, ἀλλὰ στρέψον τὴν βουλὴν αὐτῶν
9 ἐπ' αὐτούς· τὸν δὲ ἀρξάμενον ἐφ' ἡμᾶς παραδειγμάτισον. Μνήσθητι κύριε, γνώσθητι ἐν καιρῷ θλίψεως
ἡμῶν, καὶ ἐμὲ θάρσυνον βασιλεῦ τῶν ἐθνῶν καὶ πάσης ἀρχῆς ἐπικρατῶν, δὸς λόγον εὔρυθμον εἰς τὸ
στόμα μου ἐνώπιον τοῦ λέοντος, καὶ μετάθες τὴν καρδίαν αὐτοῦ εἰς μῖσος τοῦ πολεμοῦντος ἡμᾶς εἰς
10 συντέλειαν αὐτοῦ καὶ τῶν ὁμονοούντων αὐτῷ. Ἡμᾶς δὲ ῥῦσαι ἐν χειρί σου, καὶ βοήθησόν μοι τῇ μόνῃ, καὶ
11 μὴ ἐχούσῃ ἕτερον βοηθὸν εἰ μὴ σέ· κύριε πάντων γνῶσιν ἔχεις. Καὶ οἶδας ὅτι ἐμίσησα δόξαν ἀνόμων,
καὶ βδελύσσομαι κοίτην ἀπεριτμήτων καὶ παντὸς ἀλλοτρίου· σὺ οἶδας τὴν ἀνάγκην μου, ὅτι βδελύσσο-
μαι τὸ σημεῖον τῆς ὑπερηφανίας μου ὅ ἐστιν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς μου ἐν ἡμέραις ὀπτασίας μου, βδελύσ-
σομαι αὐτὸ ὡς ῥάκος καταμηνίων, καὶ οὐ φορῶ αὐτὸ ἐν ἡμέραις ἡσυχίας μου, καὶ οὐκ ἔφαγεν ἡ
δούλη σου τράπεζαν Ἀμάν, καὶ οὐκ ἐδόξασα συμπόσιον βασιλέως, οὐδὲ ἔπιον οἶνον σπονδῶν,
12 καὶ οὐκ εὐφράνθη ἡ δούλη σου ἀφ' ἡμέρας μεταβολῆς μου μέχρι τοῦ νῦν, πλὴν ἐπὶ σοὶ κύριε ὁ θεὸς
Ἀβραάμ, ὁ θεὸς ἰσχύων ἐπὶ πάντας, εἰσάκουσον φωνῆς ἀπηλπισμένων, καὶ ῥῦσαι ἡμᾶς ἐκ χειρὸς
τῶν πονηρευομένων, καὶ ῥῦσαί με ἐκ τοῦ φόβου μου.

ΚΕΦ. ιε.

3 ΚΑὶ ἐγενήθη ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ ὡς ἐπαύσατο προσευχομένη, ἐξεδύσατο τὰ ἱμάτια τῆς
4 πένθους, καὶ περιεβάλετο δόξαν αὐτῆς. Καὶ γενηθεῖσα ἐπιφανής, ἐπικαλεσαμένη τὸν πάν-
των ἐπόπτην καὶ σωτῆρα, παρέλαβε τὰς δύο ἄβρας· καὶ τῇ μὲν μιᾷ ἐπηρείδετο, ὡς τρυφε-
5 ρευομένη, ἡ δὲ ἑτέρα ἐπηκολούθει κουφίζουσα τὴν ἔνδυσιν αὐτῆς. Καὶ αὐτὴ ἐρυθριῶσα ἀκμῇ κάλλους
αὐτῆς καὶ τὸ πρόσωπον αὐτῆς ἱλαρὸν ὡς προσφιλές, ἡ δὲ καρδία αὐτῆς ἀπεστενωμένη ἀπὸ τοῦ
6 φόβου. Καὶ εἰσελθοῦσα πάσας τὰς θύρας, κατέστη ἐνώπιον τοῦ βασιλέως· καὶ αὐτὸς ἐκάθητο ἐπὶ
τοῦ θρόνου τῆς βασιλείας αὐτοῦ· καὶ πᾶσαν στολὴν τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ ἐνεδεδύκει, ὅλος διὰ
7 χρυσοῦ καὶ λίθων πολυτελῶν, καὶ ἦν φοβερὸς σφόδρα. Καὶ ἄρας τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πεπυρωμέ-
νον δόξῃ, ἐν ἀκμῇ θυμοῦ ἔβλεψε· καὶ ἔπεσεν ἡ βασίλισσα καὶ μετέβαλε τὸ χρῶμα αὐτῆς ἐν
8 ἐκλύσει, καὶ κατέκυψεν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τῆς ἄβρας τῆς προπορευομένης. Καὶ μετέβαλεν ὁ
θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ βασιλέως εἰς πραΰτητα· καὶ ἀγωνιάσας, ἀνεπήδησεν ἀπὸ τοῦ θρόνου, καὶ
ἀνέλαβεν αὐτὴν ἐπὶ τὰς ἀγκάλας αὐτοῦ μέχρις οὗ κατέστη, καὶ παρεκάλει αὐτὴν λόγοις εἰρηνικοῖς·
9 καὶ εἶπεν αὐτῇ, τί ἐστιν Ἐσθήρ; ἐγὼ ὁ ἀδελφός σου, θάρσει, οὐ μὴ ἀποθάνῃς, ὅτι κοινὸν τὸ πρόσταγμα
10 ἡμῶν ἐστι. Πρόσελθε, καὶ ἄρας τὴν χρυσῆν ῥάβδον ἐπέθηκεν ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτῆς. Καὶ ἠσπάσατο
11 αὐτὴν καὶ εἶπεν, λάλησόν μοι. Καὶ εἶπεν αὐτῷ, εἶδόν σε κύριε ὡς ἄγγελον θεοῦ, καὶ ἐταράχθη ἡ καρ-
12 δία μου ἀπὸ τοῦ φόβου τῆς δόξης σου. Ὅτι θαυμαστὸς εἶ κύριε, καὶ τὸ πρόσωπόν σου χαρίτων μεστόν.
13 Ἐν δὲ τῷ διαλέγεσθαι αὐτήν, ἔπεσεν ἀπὸ ἐκλύσεως αὐτῆς. Καὶ ὁ βασιλεὺς ἐταράσσετο, καὶ πᾶσα ἡ
14 θεραπεία αὐτοῦ παρεκάλει αὐτήν.

Ne despicias partem tuam, quam tibi redemisti de terra Ægypti. Exaudi 10
deprecationem meam, & propitius esto sorti tuæ, & converte luctum no- 11
strum in gaudium, ut viventes laudemus tuum nomen Domine, & ne perdas
os laudantium te Domine. Et omnis Israel clamaverunt ex fortitudine 12
sua, quoniam mors eorum in oculis eorum.

CAP. XIV.

ET Esther regina confugit ad Dominum, in agone mortis comprehensa. Et 1
deponens vestes gloriæ suæ, induta est indumentis angustiæ & luctus, & 2
pro superbis unguentis, cinere & stercore implevit caput suum, & corpus
suum humiliavit valdè, & omnem locum exultationis suæ implevit lace-
ratis crinibus suis. Et deprecabatur Dominum Deum Israel, & dixit: 3
Domine mi, rex noster tu es solus, adjuva me solitariam, & non haben- 4
tem adjutorem nisi te, quoniam periculum meum in manu mea. Ego au- 5
divi à nativitate mea in tribu familiæ meæ, quòd tu Domine tulisti Isra-
el de omnibus gentibus, & patres nostros de omnibus majoribus suis in hæ-
reditatem sempiternam, & fecisti eis quæ locutus es. Et nunc peccavimus 6
in conspectu tuo, & tradidisti nos in manus inimicis nostris, eò quòd glori-
ficavimus deos eorum, justus es Domine. Et nunc non eis sufficit ama- 7
ritudine servitutis nostræ, sed posuisti manus eorum super manus idolorum
suorum, ut extollerent determinationem oris tui, & delerent hæreditatem
tuam, & extinguerent gloriam domus tuæ, & altaris tui, & aperirent
os gentium ad virtutes stultorum, & magnificaretur rex carnalis in sem-
piternum. Ne tradas Domine sceptrum tuum his qui non sunt, & ne deri- 8
deant in casu nostro, sed converte consilium eorum super eos: at qui incœpit
super nos disperde. Memento Domine, notum te fac in tempore tribulati- 9
onis nostræ, & da mihi fiduciam rex gentium & omnis principatus domi-
nator, tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis, & trans-
fer cor illius in odium oppugnantis nos in perditionem ejus et eorum qui con-
sentiunt ei. Nos autem libera in manu tua, & adjuva me solitariam & 10
non habentem alium adjutorem nisi te, Domine, omnium scientiam habens.
Et nosti quod oderim gloriam iniquorum, & detester cubile incircumciso- 11
rum, et omnis alienigenæ; tu scis necessitatem meam, quòd abominer signum
superbiæ meæ quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ: de-
tester illud quasi pannum menstruorum, & non portem illud in diebus silen-
tii mei, & non comederit ancilla tua in mensa Aman, & non magnifica-
verim convivium regis, neque biberim vinum libaminum, & non lætata sit
ancilla tua à die translationis meæ usque nunc. Verum in te Domine Deus 12
Abraam, Deus fortis super omnes, exaudi vocem desperantium, & libera
nos de manu malignantium, & libera me à timore meo.

CAP. XV.

ET factum est in die tertia ut cessavit orans, deposuit vestimenta luctus, 3
& induta est gloria sua. Et facta splendens, cùm invocasset omnium specta- 4
torem & salvatorem, assumpsit duas famulas: & quidem super unam in-
nitebatur, quasi delicata; at altera sequebatur levans indumenta ejus. Et 5
ipsa rubefacta vigore pulchritudinis suæ, & vultus ejus hilaris quasi ama-
bilis; at cor ejus arctatum præ timore. Et ingressa omnes portas, stetit co- 6
ram rege, & ipse sedebat super solium regni sui, & omnem stolam splendo-
ris sui indutus erat, totus in auro & lapidibus pretiosis, & erat terribi-
lis nimis. Et elevans faciem suam incensam gloria, in acie furoris con- 7
spexit, & corruit regina, & mutavit colorem suum in dissolutione, & re-
clinavit se super caput ancillæ præcedentis. Et convertit Deus spiritum 8
regis in mansuetudinem, & festinans exilivit de solio: & assumpsit eam
in ulnis suis donec rediret, & consolabatur eam verbis pacificis: Et dixit
ei, Quid est Esther? Ego frater tuus, confide non morieris, quoniam com- 9
mune præceptum nostrum est. Accede, & tollens auream virgam, imposuit 10
super collum ejus. Et amplexatus est eam, & dixit, Loquere mihi. Et dixit 11
ei, Vidi te domine quasi angelum Dei, & turbatum est cor meum præ ti- 12
more gloriæ tuæ. Quoniam mirabilis es domine, & facies tua gratia- 13
rum plena: Cum autem loqueretur ipsa, corruit præ dissolutione sua. Et rex 14
turbabatur, & omnis famulatus ejus consolabatur eam.

Versio VULG. LAT.

11 Tu fecisti cœlum et terram, et quidquid cœli ambitu continetur. Dominus omnium es,
12 nec est qui resistat majestati tuæ. Cuncta nosti, & scis, quia non pro superbia & con-
tumelia, & aliqua gloriæ cupiditate, fecerim hoc, ut non adorarem Aman superbissimum,
13 bissimum, (Libenter enim pro salute Israel etiam vestigia pedum ejus deosculari
14 paratus essem:) Sed timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne
15 quempiam adorarem, excepto Deo meo. Et nunc Domine rex Deus Abraham,
miserere populi tui, quia volunt nos inimici nostri perdere, & hæreditatem tuam de-
16 lere. Ne despicias partem tuam, quam redemisti tibi de Ægypto. Exaudi depre-
17 cationem meam, & propitius esto sorti & funiculo tuo, & converte luctum nostrum
in gaudium, ut viventes laudemus nomen tuum Domine, & ne claudas ora te ca-
18 nentium. Omnis quoque Israel pari mente & obsecratione clamavit ad Dominum,
eò quòd eis certa mors impenderet.

CAP. XIV.

1 ESther quoq; regina confugit ad Dominum, pavens periculum, quod imminebat.
2 Cùmque deposuisset vestes regias, fletibus & luctui apta indumenta suscepit, & pro
unguentis variis, cinere & stercore implevit caput, & corpus suum humiliavit jejuni-
is: omniáque loca, in quibus anteà lætari consueverat, crinium laceratione complevit.
3 Et deprecabatur Dominum Deum Israel dicens: Domine mi, qui rex noster es solus,
4 adjuva me solitariam, & cujus præter te nullus est auxiliator alius. Periculum me-
5 um in manibus meis est. Audivi à patre meo, quòd tu Domine tulisses Israel de cun-
ctis Gentibus, & patres nostros ex omnibus retrò majoribus suis, ut possideres hæredi-
6 tatē sempiternā, fecistiq; eis sicut locutus es. Peccavimus in conspectu tuo, & idcirco
7 tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum: Coluimus enim deos eorum.
8 Justus es Domine: Et nunc non eis sufficit, quòd durissima nos opprimunt ser-
9 vitute, sed robur manuum suarum idolorum potentiæ deputantes, Volunt tua
mutare promissa, & delere hæreditatem tuam, & claudere ora laudantium te, atque
10 extinguere gloriam templi & altaris tui, Ut aperiant ora Gentium, & laudent ido-
11 lorum fortitudinem, & prædicent carnalem regem in sempiternum. Ne tradas
Domine sceptrum tuum his, qui non sunt, ne rideant ad ruinam nostram: sed converte
12 consilium eorum super eos, & eum, qui in nos cœpit sævire, disperde. Memento
Domine, & ostende te nobis in tempore tribulationis nostræ, & da mihi fiduciam Do-
13 mine rex deorum, & universæ potestatis: Tribue sermonem compositum in ore
meo in conspectu leonis, & transfer cor illius in odium hostis nostri, ut & ipse pe-
14 reat, & ceteri qui ei consentiunt. Nos autem libera manu tua, & adjuva me, nul-
15 lum aliud auxilium habentem, nisi te, Domine, qui habes omnium scientiam, Et
nosti quia oderim gloriam iniquorum, & detester cubile incircumcisorum & omnis
16 alienigenæ. Tu scis necessitatem meam, quòd abominer signum superbiæ & gloriæ
meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ, & detester illud quasi
pannum menstruatæ, & non portem in diebus silentii mei, Et quòd non com- 17
ederim in mensa Aman, nec mihi placuerit convivium regis, & non biberim vinum
libaminum: Et nunquam lætata sit ancilla tua, ex quo huc translata sum usque in 18
præsentem diem, nisi in te Domine Deus Abraham. Deus fortis super omnes, exau- 19
di vocem eorum qui nullam aliam spem habent, & libera nos de manu iniquorum, &
erue me à timore meo.

CAP. XV.

Hæc quoque addita reperi in editione vulgata.

ET mandavit ei (haud dubium quin Esther Mardochæus) ut ingrederetur ad 1
regem, & rogaret pro populo suo & pro patria sua. Memorare (inquit) dierum 2
humilitatis tuæ, quomodo nutrita sis in manu mea, quia Aman secundus à rege
locutus est contra nos in mortem: Et tu invoca Dominum, & loquere regi pro no- 3
bis, & libera nos de morte.

Necnon & ista quæ subdita sunt.

Die autem tertio deposuit vestimenta ornatus sui, & circumdata est gloria sua. Cùm- 4 5
que regio fulgeret habitu, & invocasset omnium rectorem & salvatorem Deum,
assumpsit duas famulas, Et super unam quidem innitebatur, quasi præ deliciis & 6
nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens: Altera autem famularum 7
sequebatur dominam, defluentia in humum indumenta sustentans. Ipsa autem ro- 8
seo colore vultum perfusa, & gratis ac nitentibus oculis, tristem celabat animum, &
nimio timore contractum. Ingressa igitur cuncta per ordinem ostia, stetit contra 9
regem, ubi ille residebat super solium regni sui, indutus vestibus regiis, auróque
fulgens, & pretiosis lapidibus, eratque terribilis aspectu. Cúmque elevasset faciem, 10
& ardentibus oculis furorem pectoris indicasset, regina corruit, & in pallorem colore
mutato, lassum super ancillulam reclinavit caput. Convertitque Deus spiritum re- 11
gis in mansuetudinem, & festinus ac metuens exilivit de solio, & sustentans eam ulnis
suis, donec rediret ad se, his verbis blandiebatur: Quid habes Esther? Ego sum 12
frater tuus, noli metuere. Non morieris: non enim pro te, sed pro omnibus hæc 13
lex constituta est. Accede igitur, & tange sceptrum. Cúmque illa reticeret, tulit 14
auream virgam, & posuit super collum ejus, & osculatus est eam, & ait: Cur mihi non 15
loqueris? Quæ respondit: Vidi te domine quasi Angelum Dei, & conturbatum 16
est cor meum præ timore gloriæ tuæ. Valdè enim mirabilis es domine, & facies tua 17
plena est gratiarum. Cúmque loqueretur, rursus corruit, & penè exanimata est. 18
Rex autem turbabatur, & omnes ministri ejus consolabantur eam. 19

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

ΚΕΦ. ιϛ.

1 Βασιλεὺς μέγας Ἀρταξέρξης τοῖς ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς ἕως τῆς Αἰθιοπίας ἑκατὸν εἰκοσιεπτὰ σατρά-
2 παις χωρῶν ἄρχουσι, καὶ τοῖς τὰ ἡμέτερα φρονοῦσι, χαίρειν. Πολλοὶ τῇ πλείστῃ τῶν εὐεργετούντων
χρηστότητι πυκνότερον τιμώμενοι, μεῖζον ἐφρόνησαν, καὶ οὐ μόνον τοὺς ὑποτεταγμένους ἡμῖν ζητοῦσι
κακοποιεῖν, τόν τε κόρον οὐ δυνάμενοι φέρειν, καὶ τοῖς ἑαυτῶν εὐεργέταις ἐπιχειροῦσι μηχανᾶσθαι.
3 Καὶ τὴν εὐχαριστίαν οὐ μόνον ἐκ τῶν ἀνθρώπων ἀνταναιροῦντες, ἀλλὰ καὶ τοῖς τῶν ἀπειραγάθων κόμποις ἐπαρ-
θέντες, τοῦ τὰ πάντα κατοπτεύοντος ἀεὶ Θεοῦ τὴν μισοπόνηρον ὑπολαμβάνουσιν ἐκφεύξεσθαι δίκην.
4 Πολλάκις δὲ καὶ πολλοὺς τῶν ἐπ᾽ ἐξουσίαις τεταγμένων τῶν πιστευθέντων χειρίζειν φίλων τὰ πράγματα
παραμυθία μετόχους αἱμάτων ἀθῴων καταστήσασα, περιέβαλε συμφοραῖς ἀνηκέστοις, τῷ τῆς κακοηθείας
5 ψευδεῖ παραλογισμῷ παραλογισαμένων, τὴν τῶν ἐπικρατούντων ἀκέραιον εὐγνωμοσύνην. Σκοπεῖν δὲ
ἔξεστιν οὐ τοσοῦτον ἐκ τῶν παλαιοτέρων ὡς παρεδώκαμεν ἱστοριῶν, ὅσα ἐστὶ παρὰ πόδας ὑμᾶς ἐκζητοῦντας
6 ἀνοσίως συντετελεσμένα, τῇ τῶν ἀναξίως δυναστευόντων λοιμότητι. Καὶ προσέχειν εἰς τὰ μετὰ ταῦτα,
7 ὅπως τὴν βασιλείαν ἀτάραχον τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις μετ᾽ εἰρήνης παρεξόμεθα· Χρώμενοί τε μετα-
8 βολαῖς, τὰ δὲ ὑπὸ τὴν ὄψιν ἐρχόμενα διακρίνοντες ἀεὶ μετ᾽ ἐπιεικεστέρας ἀπαντήσεως. Ὡς γὰρ Ἀμὰν
Ἀμαδαθοῦ Μακεδὼν, ταῖς ἀληθείαις ἀλλότριος τοῦ τῶν Περσῶν αἵματος, καὶ πολὺ διεστηκὼς τῆς ἡμετέρας
χρηστότητος, καὶ ξενωθεὶς ἡμῖν, ἔτυχεν ἧς ἔχομεν πρὸς πᾶν ἔθνος φιλανθρωπίας ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε
ἀναγορεύεσθαι ἡμῶν πατέρα καὶ προσκυνούμενον ὑπὸ πάντων, τὸ δεύτερον τοῦ βασιλικοῦ θρόνου πρόσωπον δια-
9 τελεῖν· οὐκ ἐνέγκας δὲ τὴν ὑπερηφανίαν ἐπετήδευσε τῆς ἀρχῆς στερῆσαι ἡμᾶς καὶ τοῦ πνεύματος. Τόν
τε ἡμέτερον σωτῆρα καὶ διὰ παντὸς εὐεργέτην Μαρδοχαῖον, καὶ τὴν ἄμεμπτον τῆς βασιλείας κοινωνὸν
Ἐσθὴρ, σὺν παντὶ τῷ τούτων ἔθνει, πολυπλόκοις μεθόδων παραλογισμοῖς αἰτησάμενος εἰς ἀπώλειαν·
διὰ γὰρ τῶν τρόπων τούτων ᾠήθη λαβὼν ἡμᾶς ἐρήμους, τὴν τῶν Περσῶν ἐπικράτησιν εἰς τοὺς Μακεδόνας
10 μετατάξαι. Ἡμεῖς δὲ τοὺς ὑπὸ τοῦ τρισαλιτηρίου παραδεδομένους εἰς ἀφανισμὸν Ἰουδαίους, εὑρίσκομεν
οὐ κακούργους ὄντας, δικαιοτάτοις δὲ πολιτευομένους νόμοις, ὄντας δὲ υἱοὺς τοῦ ὑψίστου μεγίστου ζῶντος Θεοῦ, τοῦ
11 κατευθύνοντος ἡμῖν τε καὶ τοῖς προγόνοις ἡμῶν τὴν βασιλείαν ἐν τῇ καλλίστῃ διαθέσει. Καλῶς οὖν
12 ποιήσετε μὴ προσχρησάμενοι τοῖς ὑπὸ Ἀμὰν Ἀμαδαθοῦ ἀποσταλεῖσι γράμμασι· Διὰ τὸ αὐτὸν τὸν
ταῦτα ἐξεργασάμενον, πρὸς ταῖς Σούσων πύλαις ἐσταυρῶσθαι σὺν τῇ πανοικίᾳ, τὴν καταξίαν τοῦ τὰ πάντα
13 ἐπικρατοῦντος Θεοῦ διὰ τάχους ἀποδόντος αὐτῷ κρίσιν. Τὸ δὲ ἀντίγραφον τῆς ἐπιστολῆς ταύτης ἐκθέντες
14 ἐν παντὶ τόπῳ, μετὰ παῤῥησίας ἐᾷν τοὺς Ἰουδαίους χρῆσθαι τοῖς ἑαυτῶν νόμοις. Καὶ συνεπισχύειν
αὐτοῖς· ὅπως τοὺς ἐν καιρῷ θλίψεως ἐπιθεμένους αὐτοῖς, ἀμύνωνται τῇ τρισκαιδεκάτῃ τοῦ δωδεκάτου
μηνὸς Ἀδὰρ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ· ταύτην γὰρ ὁ πάντα δυναστεύων Θεὸς ἀντ᾽ ὀλεθρίας τοῦ ἐκλεκτοῦ γένους
15 ἐποίησεν αὐτοῖς εὐφροσύνην. Καὶ ὑμεῖς οὖν ἐν ταῖς ἐπωνύμοις ὑμῶν ἑορταῖς ἐπίσημον ἡμέραν μετὰ
πάσης εὐωχίας ἄγετε· ὅπως καὶ νῦν καὶ μετὰ ταῦτα σωτηρία ἡμῖν καὶ τοῖς εὐνοοῦσι Πέρσαις, τοῖς δὲ
16 ἡμῖν ἐπιβουλεύουσι, μνημόσυνον τῆς ἀπωλείας. Πᾶσα δὲ πόλις ἢ χώρα τὸ σύνολον ἥτις κατὰ ταῦτα
μὴ ποιήσῃ, δόρατι καὶ πυρὶ καταναλωθήσεται μετ᾽ ὀργῆς· καὶ οὐ μόνον ἀνθρώποις ἄβατος, ἀλλὰ καὶ
θηρίοις καὶ πετεινοῖς εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον ἔχθιστος τε κατασταθήσεται.

CAP. XVI.

Rex magnus Artaxerxes his qui ab India usque ad Æthiopiam cen- 1
tum viginti septem Satrapis regionum principes sunt, & his qui nostra sa-
piunt, valere. Multi plurima eorum qui benefaciunt bonitate frequentius 2
honorati, magis superbierunt, & non solum subjectos nobis quærunt affli-
gere, & ubertatem non potentes ferre, & in suos benefactores conantur
machinari. Et gratitudinem non solum ab hominibus auferentes, sed & 3
inexperientia bonorum elationibus elevati, ejus qui omnia cernit, semper
Dei odiosam arbitrantur fugere posse sententiam. Sæpè autem & multos 4
ex his qui in potestatibus constituti sunt, qui crediti sunt gubernare ami-
corum res, solatium participes sanguine innocentum constituens, induit ca-
lamitatibus immedicabilibus, pravitatis mendacio fraude decipientium,
eorum qui dominantur simplicem benevolentiam. Considerare autem licet 5
non tantùm ex veteribus, ut tradidimus historiis, quæ sunt prope vos quæ-
rentes iniquè consummata, eorum qui indignè dominantur peste: Et at- 6
tendere ad ea quæ post hæc, ita ut regnum sine turbatione omnibus homini-
bus cum pace præbeamus. Utentésque mutationibus, ea autem quæ ad 7
conspectum veniunt discernentes semper cum mansueta obviatione. Ut 8
enim Aman Amadathu Macedo, veritatibus alienus de Persarum sangui-
ne, & multum distans à nostra benignitate, & hospitatus à nobis, conse-
cutus quam habemus ad omnem gentem humanitatem in tantum, ut voca-
retur noster pater & adoraretur ab omnibus, secundam regii throni perso-
nam gerens: non ferens autem superbiam, nixus est principatu privare
nos & spiritu. Et nostrum salvatorem & in omnibus benefactorem Mar- 9
dochæum, & irreprehensibilem regni consortem Esther cum omni horum gen-
te, multiplicibus viarum deceptionibus expetens in perditionem: per enim
modos istos existimavit accipiens nos desertos, Persarum dominium in
Macedonas transferre. Nos vero ab exitiali traditos in necem Judæos 10
reperimus non malefactores existentes, justissimis verò degentes legibus,
existentes autem filios altissimi maximi viventis Dei, qui dirigit nobis-
que & primogenitoribus nostris regnum in optima dispositione. Be- 11
ne ergo facite non utentes his quæ ab Aman Amadathu missæ fuerunt lite-
ris. Propterea quòd hic qui hæc operatus est, ante Susarum portas appen- 12
sus est cum omni familia, dignum eo qui omnium dominator Deo velociter
reddente ei judicium. At exemplar epistolæ hujus præponentes in omni lo- 13
co, cum libertate dimittatis Judæos uti suis legibus, Et adjuvetis eos; ut 14
eos qui in tempus tribulationis impositi erant eis, ulciscantur tertia deci-
ma duodecimi mensis Adar eadem die: hanc enim omnium Dominator De-
us pro perditione electi generis fecit eis gaudium. Et vos ergo in insigni- 15
bus vestris festivitatibus insignem diem cum omni lætitia ducite: ut &
nunc & post hæc salus nobis & benevolis Persis, his verò qui nobis insidi-
antur, memoriale perditionis. Omnis autem civitas vel regio omnino quæ 16
juxta hæc non fecerit, lancea & igni consumetur cum ira, & non solum ho-
minibus invia, sed et bestiis & volatilibus in omne tempus inimicissimáque
constituetur.

Versio VULG. LAT.

CAP. XVI.

Exemplar epistolæ regis Artaxerxis, quam pro Judæis ad totas regni sui provincias misit: quod & ipsum in Hebraico volumine non habetur.

1 Rex magnus Artaxerxes ab India usque Æthiopiam, centum vigintiseptem pro-
2 vinciarum ducibus ac principibus, qui nostræ jussioni obediunt, salutem dicit. Multi
bonitate principum, & honore qui in eos collatus est, abusi sunt in superbiam:
3 Et non solùm subjectos regibus nituntur opprimere, sed datam sibi gloriam non fe-
4 rentes, in ipsos, qui dederunt, moliuntur insidias. Nec contenti sunt gratias non
agere beneficiis, & humanitatis in se jura violare, sed Dei quoque cuncta cernentis
5 arbitrantur se posse fugere sententiam. Et in tantum vesaniæ proruperunt, ut eos,
qui credita sibi officia diligenter observant, & ita cuncta agunt ut omnium laude
6 digni sint, mendaciorum cuniculis conentur subvertere, Dum aures principum
7 simplices, & ex sua natura alios æstimantes, callida fraude decipiunt. Quæ res &
ex veteribus probatur historiis, & ex his quæ geruntur quotidie, quo modo malis quo-
8 rundam suggestionibus regum studia depraventur. Unde providendum est paci
9 omnium provinciarum. Nec putare debetis, si diversa jubeamus, ex animi nostri
venire levitate; sed pro qualitate & necessitate temporum, ut reipublicæ poscit uti-
10 litas, ferre sententiam. Et ut manifestiùs, quod dicimus, intelligatis; Aman filius
Amadathi, & animo & gente Macedo, alienúsque à Persarum sanguine, & pietatem
nostram sua crudelitate commaculans, peregrinus à nobis susceptus est: Et tan- 11
tam in se expertus humanitatem, ut pater noster vocaretur, & adoraretur ab omnibus
post regem secundus: Qui in tantum arrogantiæ tumorem sublatus est, ut regno 12
privare nos niteretur & spiritu. Nam Mardochæum, cujus fide & beneficiis vivimus, 13
& consortem regni nostri Esther, cum omni gente sua, novis quibusdam atque inaudi-
tis machinis expetivit in mortem: Hoc cogitans, ut illis interfectis, insidiaretur
nostræ solitudini, & regnum Persarum transferret in Macedonas. Nos autem, à 15
pessimo mortalium Judæos neci destinatos, in nulla penitus culpa reperimus, sed econ-
trariò justis utentes legibus, Et filios altissimi & maximi, semperque viventis Dei, 16
cujus beneficio & patribus nostris & nobis regnum est traditum, & usque hodie cu-
stoditur. Unde eas litteras, quas sub nomine nostro ille direxerat, sciatis esse irri- 17
tas. Pro quo scelere ante portas hujus urbis, id est Susan, & ipse qui machinatus 18
est, & omnis cognatio ejus pendet in patibulis: non nobis, sed Deo reddente ei
quod meruit. Hoc autem edictum, quod nunc mittimus, in cunctis urbibus pro- 19
ponatur, ut liceat Judæis uti legibus suis. Quibus debetis esse adminiculo, ut eos, 28
qui se ad necem eorum paraverant, possint interficere tertiadecima die mensis duo-
decimi, qui vocatur Adar. Hanc enim diem, Deus omnipotens, mœroris & lu- 21
ctus, eis vertit in gaudium. Unde & vos, inter ceteros festos dies, hanc habeto- 22
te diem, & celebrate eam cum omni lætitia, ut & in posterum cognoscatur, Omnes, 23
qui fideliter Persis obediunt, dignam pro fide recipere mercedem: qui autem insidi-
antur regno eorum, perire pro scelere. Omnis autem provincia & civitas, quæ no- 24
luerit sollemnitatis hujus esse particeps, gladio & igne pereat, & sic deleatur, ut
non solùm hominibus, sed etiam bestiis invia sit in sempiternum, pro exemplo con-
temptus, & inobedientiæ.

Versio VULG. LAT.

LIBER SAPIENTIÆ.

CAPUT I.

1 DILIGITE justitiam, qui judicatis terram.
Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate
2 cordis quærite illum: Quoniam invenitur ab his, qui
non tentant illum: apparet autem eis, qui fidem ha-
3 bent in illum. Perversæ enim cogitationes separant à
4 Deo: probata autem virtus corripit insipientes. Quo-
niam in malevolam animam non introibit sapientia,
5 nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus
enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se
à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, & corri-
6 pietur à superveniente iniquitate. Benignus est enim
spiritus sapientiæ, & non liberabit maledicum à labiis
suis: quoniam renum illius testis est Deus, & cordis
7 illius scrutator est verus, & linguæ ejus adjutor. Quo-
niam spiritus Dñi replevit orbem terrarum: & hoc
8 quod continet omnia, scientiam habet vocis. Pro-
pter hoc qui loquitur iniqua, non potest latere, nec
9 præteriet illum corripiens judicium. In cogitationi-
bus enim impii interrogatio erit: sermonum autem
illius auditio ad Deum veniet, ad correptionem iniqui-
10 tatum illius. Quoniam auris zeli audit omnia, & tu-
multus murmurationum non abscondetur.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

ΣΟΦΙ'Α ΣΑΛΩΜΩ'Ν.

ΚΕΦ. α΄.

1 Ἀγαπήσατε δικαιοσύνην οἱ κρίνοντες τὴν γῆν, † φρονήσατε
περὶ τοῦ κυρίου ἐν ἀγαθότητι, † καὶ ἐν ἁπλότητι καρδίας ζητήσατε
2 αὐτόν. † Ὅτι εὑρίσκεται τοῖς μὴ πειράζουσιν αὐτόν, † ἐμφανίζε-
3 ται δὲ τοῖς μὴ ἀπιστοῦσιν αὐτῷ. † Σκολιοὶ γὰρ λογισμοὶ χωρίζουσιν
4 ἀπὸ Θεοῦ, † δοκιμαζομένη τε ἡ δύναμις ἐλέγχει τοὺς ἄφρονας. † Ὅτι
εἰς κακότεχνον ψυχὴν οὐκ εἰσελεύσεται σοφία, † οὐδὲ κατοικήσει
5 ἐν σώματι κατάχρεῳ ἁμαρτίας. † Ἅγιον γὰρ πνεῦμα(α) παιδείας
φεύξεται δόλον, † καὶ ἀπαναστήσεται ἀπὸ λογισμῶν ἀσυνέτων, † καὶ
6 ἐλεγχθήσεται ἐπελθούσης ἀδικίας. † Φιλάνθρωπον γὰρ πνεῦμα
(β)σοφία, † καὶ οὐκ(γ)ἀθῳώσει βλάσφημον ἀπὸ χειλέων αὐτοῦ, † ὅτι τῶν
νεφρῶν αὐτοῦ μάρτυς ὁ Θεός, καὶ τῆς καρδίας αὐτοῦ ἐπίσκοπος ἀλη-
7 θής, † καὶ τῆς (δ)γλώσσης ἀκουστής. † Ὅτι πνεῦμα κυρίου(ε)πεπλή-
ρωκε τὴν οἰκουμένην, † καὶ τὸ συνέχον τὰ πάντα γνῶσιν ἔχει φωνῆς.
8 † Διὰ τοῦτο φθεγγόμενος ἄδικα οὐδεὶς μὴ λάθῃ, † (ζ) οὐδὲ μὴν πα-
9 ροδεύσῃ αὐτὸν ἐλέγχουσα ἡ δίκη. † Ἐν γὰρ διαβουλίοις ἀσεβοῦς ἐξέ-
τασις ἔσται, † λόγων δὲ αὐτοῦ ἀκοὴ πρὸς κύριον ἥξει † εἰς ἔλεγχον
10 ἀνομημάτων αὐτοῦ. † Ὅτι οὖς ζηλώσεως ἀκροᾶται τὰ πάντα, † καὶ
θροῦς γογγυσμῶν οὐκ ἀποκρύπτεται.

MS. A. (α) σοφίας (β) σοφίας, (γ) ἀθῳώσει (δ) γλώσσης αὐτοῦ ἀκουστής.
(ε) ἐπλήρωσεν (ζ) οὐδὲ μὴ παροδεύσῃ

SAPIENTIA SALOMONIS.

CAP. I.

*Diligite justitiam, qui judicatis terram. * Sen- 1
tite de Domino in bonitate, & in simplicitate cor-
dis quærite illum: Quoniam invenitur ab his qui 2
non tentant illum: apparet autem eis qui fidem ha-
bent in illum. Perversæ enim cogitationes sepa- 3
rant à Deo: probata autem virtus corripit insipien-
tes. Quoniam in malevolam animam non introibit 4
sapientia, neque habitabit in corpore subdito (a)pec-
catis. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet do- 5
lum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine in-
tellectu, & corripietur superveniente iniquitate.
Benignus est enim spiritus (b)sapientia, & non libe- 6
rabit maledicum à labiis suis: quoniam renum illi-
us testis est Deus, & cordis illius scrutator est ve-
rus, & linguæ auditor. Quoniam spiritus Domi- 7
ni replevit orbem terrarum, & (c) hoc quod conti-
net omnia, scientiam habet vocis. Propter hoc, qui 8
loquitur iniqua, nemo latebit, nec præteriet illum
corripiens judicium. In cogitationibus enim impii 9
interrogatio erit, sermonum autem illius auditio ad
Deum veniet, ad correptionem iniquitatum illius.
Quoniam auris zeli audit omnia: & tumultus 10
murmurationum non abscondetur.*

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܬܘܒ ܟܬܒܐ ܕܚܟܡܬܐ ܪܒܬܐ. ܕܫܠܝܡܘܢ ܒܪ ܕܘܝܕ *
* ܗܘܐ ܠܒܗܘܢ ܦܘܠܓܐ ܐܝܟ ܕܐܢܫ ܐܚܪܢ ܚܟܝܡܐ ܡܢ ܥܒܪܝܐ. ܟܬܒܗ
ܒܪܘܚܐ ܢܒܝܘܬܐ. ܒܫܡܐ ܕܫܠܝܡܘܢ. ܣܡܗ ܘܩܒܠܘܗ.
* ܩܦܠܐܘܢ * ܐ *
1 * ܐܚܒܘ ܙܕܝܩܘܬܐ ܕܝܢܝܗ ܕܐܪܥܐ. ܘܐܬܪܥܘ ܥܠ ܡܪܝܐ ܒܛܝܒܘܬܐ. ܘܒܠܒܐ ܦܫܝܛܐ ܒܥܘܗܝ.
2 * ܡܛܠ ܕܡܫܬܟܚ ܠܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܡܢܣܝܢ ܠܗ. ܘܡܬܓܠܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܗܝܡܢܝܢ ܒܗ.
3 * ܡܚܫܒܬܐ ܓܝܪ ܥܩܡܬܐ. ܡܦܪܫܢ ܡܢ ܐܠܗܐ. ܚܝܠܐ ܕܝܢ ܕܢܣܝ. ܡܟܣ ܠܣܟܠܐ. * ܡܛܠ
4 ܕܒܢܦܫܐ ܕܡܫܬܥܒܕܐ ܠܥܩܡܬܐ. ܠܐ ܥܐܠܐ ܚܟܡܬܐ. ܘܠܐ ܥܡܪܐ ܒܦܓܪܐ. ܕܡܫܥܒܕ
5 ܠܚܛܝܬܐ. * ܪܘܚܐ ܓܝܪ ܩܕܝܫܬܐ ܕܡܪܕܘܬܐ. ܥܪܩܐ ܡܢ ܢܟܠܐ. ܘܡܬܪܚܩܐ ܡܢ
6 ܡܚܫܒܬܗܘܢ ܕܣܟܠܐ. ܘܡܟܣܐ ܠܟܠ ܥܘܠܐ ܕܐܬܐ. * ܪܚܡܬ ܗܝ ܒܢܝ
ܐܢܫܐ. ܪܘܚܐ ܕܚܟܡܬܐ. ܘܠܐ ܡܙܕܕܩ ܠܓܕܘܦܐ ܡܢ ܣܦܘܬܗ. ܡܛܠ ܕܐܠܗܐ.
ܣܗܕܐ ܗܘ ܕܟܘܠܝܬܐ. ܘܕܠܒܐ. ܣܥܘܪܐ ܗܘ ܕܫܪܪܐ. ܘܫܡܘܥܐ ܕܠܫܢܐ ܕܒܢܝܢܫܐ.
7 * ܡܛܠ ܕܪܘܚܗ ܕܡܪܝܐ. ܡܠܝܐ ܬܒܝܠ. ܘܗܘ ܕܐܚܝܕ ܟܠ ܒܝܕܥܬܐ. ܝܕܥ ܠܗ ܠܩܠܗ.
8 * ܡܛܠ ܗܢܐ ܠܝܬ ܐܢܫ ܕܡܡܠܠ ܥܘܠܐ ܘܢܛܫܐ. ܘܠܐ ܢܥܒܪ ܡܢ ܕܝܢܐ ܕܡܟܣܢܘܬܐ.
9 * ܥܠ ܡܚܫܒܬܗ ܓܝܪ ܕܪܫܝܥܐ ܢܗܘܐ ܒܘܨܝܐ. ܘܫܡܥܐ ܕܡܠܘܗܝ. ܢܐܬܐ ܠܘܬ ܡܪܝܐ.
10 ܠܡܟܣܢܘܬܐ ܕܥܘܠܗ. * ܡܛܠ ܕܐܕܢܐ ܕܚܣܡܐ ܫܡܥܐ ܟܠ. ܘܬܘܪܓܡܐ ܕܪܛܢܐ ܠܐ ܡܬܛܫܐ.

SEQUITUR LIBER SAPIENTIÆ MAGNÆ SALOMONIS filii Davidis.

De quo dubium factum est, quasi ab aliquo alio Hebræorum sapiente conscriptus fuerit spiritu prophetico nomine Salomonis suppositus, ac receptus.

CAP. I.

DILIGITE justitiam judices ter- 1
ræ, & bene sentite de Domino, & corde
simplici quærite eum. Nam reperitur ab iis 2
qui non tentant eum, seséque exhibet iis qui
credunt ipsum. Pravæ siquidem cogitationes 3
alienant à Deo; potentia verò tentata ar-
guit insipientes. Nam in animam pravitati- 4
bus fœdatam non ingreditur sapientia, nec
habitat in corpore peccatis obnoxio. Spi- 5
ritus enim sanctus & disciplina dolum fugit,
& recedit à cogitationibus eorum qui sunt
sine cognitione, & vituperat omnem per-
versitatem quæ advénit. Amicus est quidem 6
hominum spiritus sapientiæ, at non justifi-
cat gentē blasphemā à labiis ejus: quoniam
Deus testis est renum & cordis, visitator ve-
ritatis, & auditor linguæ hominis. Nam 7
spiritus Domini replet orbem, & ille qui te-
net omnia scienter, habet vocē ipsius. Pro- 8
pterea nemo est qui loquatur impietatem,
& lateat: neque effugiet judicium correpti-
onis. Nam de cogitationibus impii fiet per- 9
quisitio, & fama verborum ejus perveniet
ad Dominum, ad impietatem ejus redar-
guendam. Quoniam auris invidi audit 10
omnia, & usus murmurandi non delitescit.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

• بسم الله الحي الخالق الرازق الدايم الازلي •
• كتاب حكمة سليمان ابن داوود الذي ملك على بني اسراييل •
• الفصل الاول •

1 * يا قضاه الارض احبوا العدل • تفطنوا في قدرة الرب بفطنة صالحة • واطلبوه بسذاجة
2 3 قلب * فانه انما يوجد عند الذين لا يجربونه • ويظهر للذين لا يكذبونه * لان الافكار الصعبة
4 الملتوية تفصل من الله • والقوة المختبرة توبخ الجهال * لان النفس الردية صناعتها لن تدخل
5 الحكمة اليها • ولن تسكن في جسم غريم للخطايا * لان روح الادب قدوسا يهرب من الغش •
6 ويفر طافرا من الافكار العادمة الفهم • ويوبخ اذا حضر الظلم * لان روح الحكمة متعطفا •
فما يزكي المفتري من شفتيه • لان الله شاهد على كليتيه • ورقيب صادق يراقب قلبه •
7 وسامع من لسانه * لان روح الرب قد ملا المسكونة • والمحيط بكل البرايا قد حوى معرفة
8 نغمها * فلهذا ما يكتم عنه ولا احد ممن يتكلم اقوالا ظالمة • ولا يتباطى عنه
9 الطايلة تكشف امره *لان المنافقين سيفحص عنهم في افكارهم • وسماع اقواله سيحكي الى الرب
10 توبيخا لاثامه * لانه من تلقاء الغيرة يسمع كافة الاشياء • ومجاسرة التذمرات ما تخفى عنه •

IN NOMINE DEI Vivificantis, Creatoris, Munifici, Immutabilis, Æterni.

Liber SAPIENTIÆ Salomonis filii Davidis, qui regnavit super filios Israelis.

CAP. I.

*O Judices terræ, diligite justitiam, 1
sentite de potentia Domini intellectu sa-
no, & simplicitate cordis quærite ipsum.
Nam reperitur quidem apud eos qui non 2
tristant eum, & apparet iis qui non cen-
sent illum mendacem. Cogitationes enim 3
asperæ ac perversæ separant à Deo, & ro-
bur tentatum arguet insipientes. Nam in 4
animam cujus pravæ sunt actiones, non
introibit sapientia, neque habitabit in cor-
pore peccatis obnoxio. Quoniam spiritus 5
disciplinæ sanctus fraudem refugit, & re-
siliens demigrat à cogitationibus intelle-
ctu carentibus; & cùm adest iniquitas,
arguitur. Spiritus enim sapientiæ beni- 6
gnus non justificabit blasphemum à labiis
ejus: quia Deus testis est renum ejus, &
explorator verax, observans cor ejus, &
linguam ipsius audiens. Etenim spiritus 7
Domini replet orbem, & qui creaturas o-
mnes amplectitur, possidet notitiam vocis
earum. Et idcircò non latet eum ne ullus 8
quidem ex his qui proferunt sermones im-
pios, nec differetur ab eis pœna rem illo-
rum detegens. Nam de impiis perquisitio 9
fiet quoad cogitationes eorum, & fama
sermonum eorum ad Dominum perveniet
in redargutionem iniquitatum eorum.
Nam ob zeli causam res omnes audit, & 10
audacia murmurationum non latet illum.*

Versio VULG. LAT.

11 Custodite ergò vos à murmuratione, quæ nihil prodest,
& à detractione parcite linguæ, quoniam sermo obscu-
rus in vacuū non ibit: os autem, quod mentitur, occidit
12 animam. Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ,
neque acquiratis perditioné in operibus manuum ve-
13 strarum. Quoniam Deus morté non fecit, nec lætatur in
14 perditione vivorum. Creavit enim, ut essent omnia: &
sanabiles fecit nationes orbis terrarum: & non est in il-
15 lis medicamentum extérminii, nec inferorū regnum in
16 terra. Justitia enim ppetua est, & immortalis. Impii
autem manib⁹ & verbis accersierunt illam: & æstiman-
tes illam amicam, defluxerunt, & sponsiones posuerunt
ad illam: quoniam digni sunt qui sint ex parte illius.

CAP. II.

1 Dixerunt enim cogitantes apud se non rectè: Exi-
guū, & cum tædio est tempus vitæ nostræ, & non est re-
frigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit re-
2 vers⁹ ab inferis: Quia ex nihilo nati sumus, & post hoc
erim⁹ tanquam non fuerimus: quoniā fum⁹ flatus est in
naribus nostris: & sermo scintilla ad commovendū cor
3 nostrum: Qua extincta, cinis erit corp⁹ nostrū, & spiri-
tus diffundetur tanquā mollis aër, & transibit vita no-
stra tanquam vestigiū nubis, & sicut nebula dissolvetur,
quæ fugata est à radiis solis, & à calore illius aggravata:
4 Et nomen nostrū oblivionem accipiet p tempus, & ne-
5 mo memoriā habebit operū nostrorum. Umbræ enim
transitus est tempus nostrum, & non est reversio finis
nostri: quoniam consignata est, & nemo revertitur.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

11 † Φυλάξαϑε τοίνυν γογγυσμὸν ἀνωφελῆ, † καὶ ἀπὸ καταλαλιᾶς φεί-
σαϑε γλώσσης· † ὅτι φϑέγμα λαϑραῖον κενὸν οὐ πορεύσεται, †
12 στόμα δὲ καταψευδόμενον ἀναιρεῖ ψυχήν. † Μὴ ζηλοῦτε ϑάνατον
ἐν πλάνῃ ζωῆς ὑμῶν, † μηδὲ ἐπισπᾶσϑε ὄλεϑρον (η) ἔργοις χειρῶν
13 ὑμῶν· † Ὅτι ὁ Θεὸς ϑάνατον οὐκ ἐποίησεν, † οὐδὲ τέρπεται (ϑ) ἐπ'
14 ἀπωλείᾳ ζώντων. † Ἔκτισε γὰρ εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα, † καὶ σω-
τήριοι αἱ γενέσεις τοῦ κόσμου, † καὶ οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς φάρμακον ὀλέ-
15 ϑρου, † οὔτε ᾅδου βασίλειον (ι) ἐπὶ γῆς· † Δικαιοσύνη γὰρ ἀϑά-
16 νατός ἐστιν· † Ἀσεβεῖς δὲ ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς λόγοις προσεκαλέ-
σαντο αὐτόν, † φίλον ἡγησάμενοι αὐτὸν ἐτάκησαν, † καὶ συνϑήκην
ἔϑεντο πρὸς αὐτόν, † ὅτι ἄξιοί εἰσι τῆς ἐκείνου μερίδος εἶναι.

MS.A. (η) ἐν ἔργοις (ϑ) ἐπ' * ἀγγελείᾳ (ι) ἐπὶ τῆς γῆς.

ΚΕΦ. β'.

1 Εἶπον γὰρ (α) ἑαυτοῖς λογισάμενοι οὐκ ὀρϑῶς, † Ὀλίγος ἐστὶ καὶ
λυπηρὸς ὁ βίος ἡμῶν, † καὶ οὐκ ἔστιν ἴασις ἐν τελευτῇ ἀνϑρώπου, †
2 καὶ οὐκ ἐγνώσϑη ὁ ἀναλύσας ἐξ ᾅδου. † Ὅτι αὐτοσχεδίως ἐγεννή-
ϑημεν, † καὶ μετὰ τοῦτο ἐσόμεϑα ὡς οὐχ ὑπάρξαντες, † ὅτι καπνὸς ἡ
πνοὴ ἐν ῥισὶν ἡμῶν, † καὶ ὁ λόγος σπινϑὴρ ἐν κινήσει καρδίας ἡμῶν,
3 † Οὗ (β) σβεσϑέντος τέφρα ἀποβήσεται τὸ σῶμα, † καὶ τὸ πνεῦμα
4 διαχυϑήσεται ὡς χαῦνος ἀήρ. † Καὶ τὸ ὄνομα ἡμῶν ἐπιλησϑήσε-
ται ἐν χρόνῳ, † καὶ οὐϑεὶς μνημονεύσει τῶν ἔργων ἡμῶν· † καὶ παρε-
λεύσεται ὁ βίος ἡμῶν ὡς ἴχνη νεφέλης, † καὶ ὡς ὁμίχλη διασκε-
δασϑήσεται, † διωχϑεῖσα ὑπὸ ἀκτίνων ἡλίου, † καὶ ὑπὸ ϑερμότητος
5 αὐτοῦ βαρυνϑεῖσα. † Σκιᾶς γὰρ πάροδος ὁ βίος ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν ἀνα-
ποδισμὸς τῆς τελευτῆς ἡμῶν, † ὅτι κατεσφραγίσϑη, καὶ οὐδεὶς ἀναστρέφει.

MS.A. (α) ἐν ἑαυτοῖς (β) σβεσϑέντος

Cum Translatione LATINA.

Custodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil pro- 11
dest: & à detractione parcite linguæ. Quoniam ser-
mo obscurus in vacuum non ibit: os autem, quod men-
titur, occidit animam. Nolite zelare mortem in er- 12
rore vitæ vestræ: neque acquiratis perditionem ope-
ribus manuum vestrarum. Quoniam Deus mortem 13
non fecit, nec lætatur in perditione vivorum. Cre- 14
avit enim ut essent omnia; & (d) salutares gene-
rationes mundi: et non est in illis medicamentum ex-
terminii, nec inferorū regnum in terra. Justitia enim 15
(e) immortalis est. Impii autem manibus & ver- 16
bis accerserunt illam: æstimantes illam amicam de-
fluxerunt, & sponsionem posuerunt ad illam, quo-
niam (f) digni sunt qui sint ex parte illius.

CAP. II.

Dixerunt enim cogitantes (a) apud se non rectè: 1
Exigua est, & cum tædio vita nostra, & non (b) est
remedium in fine hominis: & non est agnitus qui sit
reversus ab inferis. Quia (c) ex nihilo nati sumus: 2
& post hæc erimus, tanquam non fuerimus. Quoni-
am fumus est afflatus in naribus nostris, & (d) sermo
scintilla ad commovendum cor nostrum. (e) Qua ex- 3
tincta cinis evadet corpus, & spiritus diffundetur
tanquam mollis aer. Et (f) nomen nostrum oblivione 4
accipiet in tempore, et nemo memoriam habebit ope-
rum nostrorū. Et transibit vita nostra tanquam ve- 3
stigiū nubis, & sicut nebula dissolvetur, quæ fugata
est à radiis solis: et à calore illius aggravata. Umbræ 5
enim transitus est vita nostra: et non est reversio finis
nostri: quoniam consignata est, & nemo revertitur.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

11 *ܐܙܕܗܪܘ ܗܟܝܠ ܡܢ ܪܛܢܐ. ܕܠܝܬ ܒܗ ܝܘܬܪܢܐ. ܘܡܢ ܡܐܟܠܩܪ̈ܨܐ ܚܘܣܘ ܥܠ
ܠܫܢܝ̈ܟܘܢ. ܡܛܠ ܕܡܠܬܐ ܕܒܛܘܫܝܐ. ܠܐ ܢܦܩܐ ܣܪܝܩܐܝܬ. ܦܘܡܐ ܕܝܢ ܕܓܠܐ. ܡܘܒܕ
12 ܢܦܫܐ. *ܠܐ ܬܛܢܘܢ ܠܡܘܬܐ ܒܛܘܥܝܝܐ ܕܥܡܘܪܘܬܟܘܢ. ܘܠܐ ܬܬܢܓܕܘܢ ܠܚܘܣܪܢܐ
13 ܕܥܒܕܐ ܕܐܝ̈ܕܝܟܘܢ. *ܡܛܠ ܕܐܠܗܐ ܡܘܬܐ ܠܐ ܥܒܕ. ܘܠܐ ܚܕܐ ܒܐܒܕܢܐ ܕܚ̈ܝܐ.
14 *ܐܠܐ ܒܪܐ ܕܢܗܘܘܢ ܟܠܡܕܡ. ܘܒܡܘܠܕܗ ܕܥܠܡܐ ܚ̈ܝܐ. ܘܠܝܬ ܒܗܘܢ ܣܡܐ ܕܡܘܬܐ. ܘܠܐ
15 ܫܝܘܠ ܡܠܟܘܬܐ ܠܗ ܥܠ ܐܪܥܐ. *ܙܕܝܩܘܬܐ ܓܝܪ ܕܠܐ ܡܘܬܐ ܗܝ. *ܥܘ̈ܠܐ ܕܝܢ ܒܥܒ̈ܕܝܗܘܢ
ܘܒܡ̈ܠܝܗܘܢ ܩܪܘܗ̇. ܘܪ̈ܚܡܬܐ ܚܫܒܘܗ̇ ܠܗܘܢ. ܘܐܬܚܒܠܘ. ܘܩܝܡܐ ܩܝܡܘ
ܥܡܗ̇ ܒܡܘܡܬܐ. ܡܛܠ ܕܫܘܝܢ ܕܢܗܘܘܢ ܡܢܬܗ̇.
*ܩܦܠܐܘܢ * ܐ *

1 *ܐܡܪܘ ܓܝܪ ܒܢܦܫܗܘܢ. ܟܕ ܠܐ ܬܪܝܨܐܝܬ ܡܬܪܥܝܢ. ܕܙܥܘܪ ܗܘ ܘܡܟܪܝܐ ܗܘ ܥܡܘܪܢ.
2 ܘܠܝܬ ܐܣܝܘܬܐ ܠܡܘܬܗ ܕܒܪܢܫܐ. ܘܠܐ ܐܬܚܙܝ ܗܘ ܕܐܫܬܪܝ ܡܢ ܫܝܘܠ. *ܡܛܠ ܕܡܢ
ܫܠܝ ܗܘܝܢ. ܘܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܬܘܒ ܐܝܟ ܕܠܐ ܗܘܝܢ. ܡܛܠ ܕܐܝܟ ܬܢܢܐ ܗܝ
3 ܪܘܚܐ ܒܢܚܝܪ̈ܝܢ. ܘܡܠܬܐ ܐܝܟ ܓܡܘܪܬܐ ܡܬܬܙܝܥܐ ܒܠܒܢ. *ܘܡܐ ܕܕܥܟܬ ܐܝܟ
4 ܩܛܡܐ ܗܘܐ ܦܓܪܐ. ܘܪܘܚܐ ܡܬܒܕܪܐ ܐܝܟ ܐܐܪ ܩܠܝܠܐ. *ܘܫܡܢ ܡܬܛܥܐ ܒܙܒܢܐ.
ܘܠܐ ܡܬܕܟܪ ܐܢܫ ܠܥܒ̈ܕܝܢ. ܘܥܒܪ ܥܡܘܪܢ ܐܝܟ ܥܩܒܬܐ ܕܥ̈ܢܢܐ. ܘܐܝܟ ܥܪܦܠܐ ܕܡܬܪܕܦ
5 ܡܢ ܙ̈ܠܝܩܘܗܝ ܕܫܡܫܐ. ܘܐܝܘܡܐ ܒܚܘܡܗ. *ܛܠܠܐ ܓܝܪ ܕܥܒܪ ܥܡܘܪܢ. ܘܠܝܬ ܐܣܝܘܬܐ
ܠܡܘܬܢ. ܡܛܠ ܕܚܬܝܡ. ܘܠܝܬ ܕܡܗܦܟ.

Cavete igitur à murmuratione, quòd nullū 11
sit in ipsa emolumentum: & ab obtrectati-
one parcite linguis vestris, quoniam sermo
clandestinus non prodit in vanum: os autem
mendax perimit animam. Ne æmulemini 12
mortem errore incolatûs vestri, néve traha-
mini jacturâ perniciosi operis manuum ve-
strarum: Quoniam Deus mortem non fecit, 13
neque oblectatur interitu vivorum. Imò cre- 14
avit, ut existerent omnia: & in ipsa mundi
origine vitam experté mortis veneno. Neq;
infernus regnum habet super terram. Justi- 15
tia enim sine morte est: Impii verò cùm 16
verbis, tùm factis suis advocârunt eam, ami-
cam sibi arbitrati sunt eam, & corrupti sunt,
& adhibito jurejurando pactum cum ea sta-
tuerunt: quia digni sunt qui sint portio illi⁹.

CAP. II.

Dixerunt enim apud semetipsos, non re- 1
ctè ratiocinantes, Brevis ac ærumnosus est
incolatus noster, nec est remediū contra obi-
tum hominis, necdum apparuit quisquam qui
sit ab inferis dimissus. Nam ex improviso 2
facti fuimus, & post hæc erim⁹ iterum quasi
non fuissemus: quoniam ut fumus est spiritus
in naribus nostris, & sermo ut scintilla mo-
vetur in corde nostro; Quâ extinctâ, quasi 3
cinis fiet corpus, & spiritus ut tenuis aër
diffundetur, Et oblivioni tradetur nomen 4
nostrum lapsu temporis, & nemo recordabi-
tur operum nostrorum: & incolatus noster
quasi vestigia nubium præteribit, et velut ne-
bula quæ radiis solis expellitur, et cui dies so-
lis est infensus. Umbra enim præterfluens est 5
incolat⁹ noster, nec est remedium contra obi-
tum nostrum; destinatus enim est, nec est qui
revocet.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

11 * فاحفظوا اذا من التذمر الذي لا ينفع * واشفقوا على لسانكم من الوقيعة * لان النغمة
12 الخفية ما تبرا باطلا * والفم الكذوب يبيد النفس * لا تغايروا موتي بضلالة حياتكم * ولا
13 تستجلبوا هلاكا باعمال ايديكم * فان الله ما صنع موتا * ولا يطرب بهلاك الاحياء * لانه
14 انما خلق البرايا لتكون موجوده * ومواليد العالم ذوات خلاص * وليس فيها سم الهلكة *
15 وليس للجحيم ملك في الارض * لان العدل هو غير مايت * فالمنافقون بايديهم واقوالهم
16 استدعوه * واذا احسبوه صديقا لهم ذابوا * وجعلوا معه عهدا * انهم مستحقين حظه *

* الفصل الثاني *

1 * لانهم قالوا في انفسهم مفتكرين افتكار سوء * ان عمرنا هو يسير وكرب * ووفاة الانسان
2 ليس فيها شفا * والحلول من الجحيم لن يعرف * اننا ولدنا بدايتنا * وبعد هذا نكون كاننا
3 لم نكن * لان النسمة دخان في حلوقنا * والنطق شرار في نجار قلبنا * فاذا طفيت يصير الجسم
4 رمادا * والروح ينسكب كالهوا المبثوث * واسمنا سينسي في الزمان * ولم يذكر احد اعمالنا *
وعمرنا سيزول كزوال اثر الغمام * ويضمحل كالضباب تلذه شعاعات الشمس ويثقله
5 حرارتها * لان زماننا ظل وارد * وليس لموتنا تعويق * لانه امر مختوم فلن يرده احد *

Abstinete ergò à murmuratione quæ inu- 11
tilis est, & parcite linguæ vestræ ab al-
tercatione; quia sonus occultus non
impunè justificabitur, & os mendosum
animam interimit. Ne æmulemini mor- 12
tuos errore vitæ vestræ, & ne attraha-
tis perditionem operibus manuum ve-
strarum. Deus enim nec mortem fecit, 13
neque delectatur perditione vivorum:
Quandoquidem ipse creaturas condidit 14
ut existerent: & mundi natalia saluti-
fera sunt, nec inest in eis venenum ex-
itiale: nec est inferno dominium in terra: 15
Quippe justitia immortalis est. Impii 16
verò manibus ac verbis suis accersive-
runt illam: eamque sibi amicam existi-
mantes, liquefacti sunt: & cum ea fœ-
dus inierunt, quòd quidem digni sunt
qui serveant.

CAP. II.

Dixerunt enim apud seipsos, reproba 1
mente cogitantes, Ætas quidem nostra
brevis est ac tristis, & adversus mortem
humanam non est remedium, & qui solu-
tus sit ab inferis haudquaquam cognosci-
tur. Nati quidem sumus per nosipsos, & 2
postmodum erimus quasi non fuissemus:
spiritus enim fumus est in faucibus no-
stris, & ratiocinatio scintilla in consilio
cordis nostri: Quâ extinctâ, redigitur 3
corpus in cinerem, & spiritus ut dis-
persus aër diffunditur: Et nomen no- 4
strum decursu temporis in oblivionem
veniet, nec quisquam recordabitur facto-
rum nostrorum: ætasque nostra quasi la-
psus vestigii nubium elabetur, et sicut ne-
bula radiis solis infestata, ejusdemque 5
calore fatigata dissolvetur. Nam tempus
nostrum est umbra præteriens, nec est
morti nostræ impedimentum: est enim res
obsignata quam nemo revocaverit.

Versio VULG. LAT.

6 Venite ergò, & fruamur bonis quæ sunt, & utamur cre-
7 atura tanquam in juventute celeriter. Vino pretioso
& unguentis nos impleamus: & non prætereat nos flos
8 temporis. Coronemus nos rosis, antequam marcesant:
nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra:
Nemo nostrûm exors sit luxuriæ nostræ: ubique relin-
9 quamus signa lætitiæ: quoniã hæc est pars nostra, & hæc
10 est sors. Opprimamus pauperẽ justum, & non parca-
mus viduæ, nec veterani revereamur canos multi tem-
11 poris. Sit autẽ fortitudo nostra lex justitiæ: quod enim
12 infirmum est, inutile invenitur. Circumveniamus ergò
justum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est o-
peribus nostris, & improperat nobis peccata legis, &
diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ. Promitit se
13 scientiam Dei habere, & filium Dei se nominat. Fact⁹
14 est nobis in traductionem cogitationũ nostrarum. Gra-
15 vis est nobis etiam ad videndum, quoniã dissimilis est
16 aliis vita illius, & immutatæ sunt viæ ejus. Tanquam
nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se à viis no-
stris tanquam ab immunditiis, & præfert novissima ju-
17 storũ, & gloriatur patrem se habere Deum. Videam⁹
ergò si sermones illius veri sint, & tentem⁹ quæ ventu-
18 ra sunt illi, & sciem⁹ quæ erunt novissima illius. Si enim
est verus filius Dei, suscipiet eum, & liberabit eum de
19 manibus contrariorũ. Contumelia & tormento inter-
rogem⁹ eum, ut sciamus reverentiã ejus, & probemus
20 patientiã illius. Morte turpissima condemnemus eum:
erit enim ei respectus ex sermonibus illius.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

6 † Δεῦτε (γ) οὖν καὶ ἀπολαύσωμεν τῶν ὄντων ἀγαθῶν, † καὶ χρησώμε-
7 θα τῇ (δ) κτίσει ὡς νεότητι σπουδαίως. † Οἴνου πολυτελοῦς καὶ μύ-
ρων πλησθῶμεν, † καὶ μὴ παροδευσάτω ἡμᾶς ἄνθος (ε) ἀέρος.
8 † Στεψώμεθα ῥόδων κάλυξι πρὶν ἢ μαρανθῆναι. † Μηδεὶς ἡμῶν ἄ-
9 μοιρος ἔστω τῆς ἡμετέρας ἀγερωχίας, † πανταχῇ καταλίπωμεν σύμ-
βολα τῆς εὐφροσύνης, † ὅτι αὕτη ἡ μερὶς ἡμῶν καὶ ὁ (ζ) κλῆρος οὗτος.
10 † Καταδυναστεύσωμεν πένητα δίκαιον, † μὴ φεισώμεθα χήρας, † μη-
11 δὲ (η) πρεσβύτου ἐντραπῶμεν πολιὰς πολυχρονίους. † Ἔστω δὲ ἡμῶν
ἡ ἰσχὺς νόμος τῆς δικαιοσύνης, † τὸ γὰρ ἀσθενὲς ἄχρηστον ἐλέγχε-
12 ται. † (θ) Ἐνεδρεύσωμεν δὲ τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι, † καὶ
ἐναντιοῦται τοῖς ἔργοις ἡμῶν, † καὶ ὀνειδίζει ἡμῖν ἁμαρτήμα-
13 τα νόμου, † καὶ ἐπιφημίζει ἡμῖν ἁμαρτήματα παιδείας ἡμῶν. † Ἐπαγ-
14 γέλλεται γνῶσιν ἔχειν Θεοῦ, † καὶ παῖδα Κυρίου ἑαυτὸν ὀνομάζει. Ἐγένε-
15 το ἡμῖν εἰς ἔλεγχον ἐννοιῶν ἡμῶν. † Βαρύς ἐστιν ἡμῖν καὶ βλεπόμε-
νος, † ὅτι ἀνόμοιος τοῖς ἄλλοις ὁ βίος αὐτοῦ, † καὶ ἐξηλλαγμέναι
16 αἱ τρίβοι αὐτοῦ. † Εἰς κίβδηλον ἐλογίσθημεν αὐτῷ, † καὶ ἀπέχεται
τῶν ὁδῶν ἡμῶν ὡς ἀπὸ ἀκαθαρσιῶν· † μακαρίζει ἔσχατα δικαίων,
17 † καὶ ἀλαζονεύεται πατέρα Θεόν. † Ἴδωμεν εἰ οἱ λόγοι αὐτοῦ ἀλη-
18 θεῖς, † καὶ πειράσωμεν τὰ ἐν ἐκβάσει αὐτοῦ. † Εἰ γάρ ἐστιν ὁ δίκαι-
ος υἱὸς Θεοῦ, ἀντιλήψεται αὐτοῦ, καὶ † ῥύσεται αὐτὸν ἐκ χειρὸς ἀνθεστη-
19 κότων. † Ὕβρει καὶ βασάνῳ ἐτάσωμεν αὐτόν, † ἵνα γνῶμεν τὴν ἐπιεί-
20 κειαν αὐτοῦ, † καὶ δοκιμάσωμεν τὴν ἀνεξικακίαν αὐτοῦ. † Θανάτῳ ἀσχήμονι
καταδικάσωμεν αὐτόν· † ἔσται γὰρ αὐτοῦ ἐπισκοπὴ ἐκ λόγων αὐτοῦ.

MS. A. (γ) οὖν ἀπολαύσωμεν (δ) κτίσει ὡς νεότητος (ε) ἔαρος. (ζ) κλῆρος ἡμῶν. Καταδυναστεύσωμεν (η) πρεσβυτέρου (θ) Ἐνεδρεύσωμεν τὸν

Venite ergo, & fruamur bonis, quæ sunt, & utamur 6
(g) creatura, tanquam juventute, celeriter. Vino pre- 7
cioso & unguentis nos impleamus, & non prætereat
nos flos (h) temporis. Coronemus nos rosis, antequã 8
marcescant: Nemo nostrum exors sit luxuriæ no- 9
stræ: ubique relinquamus signa lætitiæ: quoniam hæc
est pars nostra, & sors nostra. Opprimamus pauperẽ 10
justum, non parcamus viduæ, (i) nec veterani reve-
reamur canos multi temporis. Sit autem fortitudo 11
nostra lex (k) justitiæ: quod enim infirmum est, inutile
invenitur. Circumveniamus ergo justum, quoniam 12
insuavis est nobis, & contrarius est operibus nostris,
& exprobrat nobis peccata legis, & diffamat in nos
peccata disciplinæ nostræ. Promittit se scientiam 13
Dei habere, & filium Dei se nominat. Factus est 14
nobis in traductionem cogitationum nostrarum.
Gravis est nobis etiam ad videndum: quoniam dis- 15
similis est aliis vita illius, & immutatæ sunt viæ
ejus. Tanquam nugaces æstimati sumus ab illo, & 16
abstinet se à viis nostris, tanquam ab immunditiis:
præfert novissima justorum, & (l) gloriatur patrem
Deum. Videamus, si sermones illius veri sunt, & 17
tentemus, quæ ventura sunt illi. Si enim justus est 18
filius Dei; suscipiet illum, & liberabit illum de
manibus contrariorum. Contumelia & tormento 19
interrogemus eum, ut sciamus reverentiam illius,
& (m) probemus patientiam illius. Morte turpissi- 20
ma condemnemus eum. Erit enim ei respectus ex
sermonibus illius.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]

Adeste igitur, bonis fruamur præsentibus, 6
& rebus hisce creatis studiosè utamur in ju-
ventute nostra. Vino exquisito & unguentis 7
impleamus nos, & frondes auræ nos minimè
prætereant. Coronemus nos calyculis ro- 8
sarum antequam marcescant; Et nemo 9
nostrûm sit absque voluptate ad senectu-
tem usque nostram: ubique locorum lin-
quamus symbolum voluptatis nostræ: hæc
enim est sors nostra, & hæc est hæreditas no-
stra. Prævaleamus etiam pauperi justo, nec 10
parcam⁹ viduæ, neque pupillo, nec erubesca-
mus senem antiquum dierum. Vis nostra lex 11
esto justitiæ: infirmus enim ut miser culpa-
tur. Impedimento simus justo, quoniam in- 12
gratus est nobis; adversatur enim operibus
nostris, & exprobrat nobis opera legis, com-
memoratq; adversùm nos deliria impuden-
tiæ nostræ. Arbitratur etiam scientiam Dei 13
sibi inesse, adeóq; dicit de seipso, Filius Dei
sum. Est nobis objurgator cogitationũ no- 14
strarum. Grave nobis est vel aspicere eum; 15
quoniam dissimilis aliorum est incolatus
ejus, & differentes semitæ ipsius. Velut im- 16
mundi reputamur ab eo, & recedit ab iti-
neribus nostris ut ab immunditie; vias
& finem justorum benedicit, Deúmque pa-
trem suũ jactitat. Videam⁹ an veri sint ser- 17
mones ejus, experiamur eum in obitu ipsius.
Si enim justus Dei filius est, suscipiet quidem 18
eum, & eripiet eum de manibus eorũ qui ad-
versantur illi. Contumeliã & tormento ex- 19
aminem⁹ eum, ut cognoscam⁹ sedulitatẽ hu-
militatis ejus, & probem⁹ eum annon sit in
ipso flagitium. Morte infami damnem⁹ eum: 20
suppeditabitur enim adversùs eum examen è
propriis sermonibus.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

6
7 * فهلموا اذا نتمتع بالخيرات الموجوده * ونستعمل الملك في البرية ما دام زمان الشبيبة * ونملا من
8 الخمر الفايقة والطيوب اللذيذة * ولا يفوتنا نسيم الزهر * ونتكلل بتفاح الورد والزهور قبل
9 ذبوله * ولا يكونن احدا غير مشارك دهر كبريانا * ولنخلف في كل موضع سمات جهلنا فان هذا
10 هو حظنا ولهذا هو نصيبنا * ولنتجبرن على الفقير المقسط * ولا نرث للارملة * ولا نستحين
11 من شيبات الشيخ الطويل زمانه * ولتكون قوتنا شريعة العدل * لان العزم الضعيف
12 يستوضح غير نافع * ولنكمن للعدل * فانه صار لنا عوقا ويقاوم اعمالنا ويعيرنا بمعاصينا
13
14 الشريعة * ويشرح لنا جرايم سيرتنا * ويخبر ان له معرفة الله * ويسمي ذاته ابن الرب * وقد
15 صار لنا تعبيرا لخواطرنا * ونظرنا اليه هو ثقيل علينا * لان سيرته غير مشابهة سير
16 الاخرين ومسالكه مستبدلة * وكالشي النجس حسبنا عنده * فصل يبتعد من طرايقنا
17 كمن يبتعد من النجاسات * ويطيب اواخر المقسطين * ويتعاظم بان الله اباه * فلننظرن ان
18 كانت اقواله حقه * ولنخبر ما يكون في شخوصه * لان الصديق ان كان ابن الله هو
19 سينصره وينقذه من يد الذين يقاومونه * ولنستفحصه بالسب والعقاب لنعرف دعته
20 ولنخبرن احتماله السو * ولنحكمن عليه بموت مستشنع * فان مراقبته ستكون من اقواله *

Agite ergò, bonis fruamur præsentibus, 6
& utamur jucunditate in rebus creatis
quandiu viget tempus adolescentiæ: Vi- 7
no præstantissimo & unguentis suavissi-
mis impleamur, & ne prætereat nos
florum odor: Rosarum floribus ac liliis 8
coronemur antequam flaccescant: Et 9
nemo nostrûm sit non particeps fastûs
petulantiæ nostræ: & quolibet in loco
signa insipientiæ nostræ sinamus; quo-
niam hæc est sors nostra, & hæc portio
nostra. Vim inferamus pauperi justo, 10
et viduæ ne parcamus; et senis longævi
canos ne revereamur. Sit robur nostrum 11
lex justitiæ, quia consilium debile in-
utile esse patet. Insidiemur justo, quoniam 12
est nobis impedimento, et adversans
operibus nostris; improperat nobis
transgressiones legis nostras, et institutæ
vitæ nostræ crimina nobis recenset:
Narratque cognitionem Dei se habere et 13
nominat sese filium Domini: Et factus 14
est nobis ad vituperandum consilia no-
stra. Vel eum intueri grave nobis est; 15
ipsius enim vitæ ratio dissimilis est
rationi vivendi aliorum, ejusque viæ
differentes. Tanquam res immunda 16
censemur apud ipsum, nostraque de-
vitat itinera ut is qui spurciti-
as devitat: extrema justorum beat,
et Deum patrem suum esse gloriatur.
Itaque videamus num veri sint sermones 17
ejus, et experiamur quid evenit in ipsius
migratione. Nam justus si filius Dei est, 18
opem ei feret, ipsumq; de manu adversa-
riorũ ejus liberabit. Conviciis et crucia- 19
tibus iniquiramus eũ, ut mansuetudinem
ej⁹ cognoscamus: ejusq; in malo patien-
tiam tentemus, Morte turpissimã con- 20
demnemus eum: nam ejus exploratio
fiet penes sermones ipsius.

Versio VULG. LAT.

21 Hæc cogitaverunt, & erraverunt : excæcavit enim il-
22 los malitia eorum. Et nescierunt sacramenta Dei,
neque mercedem speraverunt justitiæ, nec judica-
23 verunt honorem animarum sanctarum. Quoniam
Deus creavit hominem inexterminabilem, & ad ima-
24 ginem similitudinis suæ fecit illum. Invidia autem di-
25 aboli mors introivit in orbem terrarum : Imitantur
autem illum qui sunt ex parte illius.

CAP. III.

1 Justorum autem animæ in manu Dei sunt, & non tan-
2 get illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipien-
3 tium mori : & æstimata est afflictio exitus illorum ; Et
quod à nobis est iter, exterminium : illi autem sunt in
4 pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes
5 illorum immortalitate plena est. In paucis vexati, in
multis benè disponentur : quoniam Deus tentavit eos,
6 & invenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace
probavit illos, & quasi holocausti hostiam accepit il-
7 los, & in tempore erit respectus illorum. Fulgebunt
justi, & tamquam scintillæ in arundineto discurrent.
8 Judicabunt nationes, & dominabuntur populis, & re-
9 gnabit Dominus illorum in perpetuū. Qui confidunt
in illo, intelligent veritatem : & fideles in dilectione ac-
quiescent illi : quoniam donum & pax est electis ejus.
10 Impii autem secundùm quæ cogitaverunt, correptio-
nem habebunt : qui neglexerunt justum, & à Domino
recesserunt.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

21 † Ταῦτα ἐλογίσαντο, καὶ ἐπλανήθησαν· † ἀπετύφλωσε γὰρ αὐτοὺς
22 ἡ κακία αὐτῶν. † Καὶ οὐκ ἔγνωσαν μυστήρια Θεοῦ, † οὐδὲ μισθὸν
ἤλπισαν ὁσιότητος, † οὐδὲ ἔκριναν γέρας ψυχῶν ἀμώμων.
23 † Ὅτι ὁ Θεὸς ἔκτισε τὸν ἄνθρωπον ἐπ' ἀφθαρσίᾳ, † καὶ εἰκόνα
24 τῆς ἰδίας ἰδιότητος ἐποίησεν αὐτόν. † Φθόνῳ δὲ διαβόλου θάνα-
25 τος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον· † Πειράζουσι δὲ αὐτὸν οἱ τῆς ἐκείνου μερί-
δος ὄντες.

ΚΕΦ. γ'.

1 † Δικαίων δὲ ψυχαὶ ἐν χειρὶ Θεοῦ, † καὶ οὐ μὴ ἅψηται αὐτῶν βάσα-
2 νος. † Ἔδοξαν ἐν ὀφθαλμοῖς ἀφρόνων τεθνάναι, † καὶ ἐλογίσθη κάκω-
3 σις ἡ ἔξοδος αὐτῶν, † Καὶ ἡ ἀφ' ἡμῶν πορεία σύντριμμα· † οἱ δέ εἰ-
4 σιν ἐν εἰρήνῃ. † Καὶ γὰρ ἐν ὄψει ἀνθρώπων ἐὰν κολασθῶσιν, † ἡ
5 ἐλπὶς αὐτῶν ἀθανασίας πλήρης. † Καὶ ὀλίγα παιδευθέντες μεγά-
λα εὐεργετηθήσονται, † ὅτι ὁ Θεὸς ἐπείρασεν αὐτοὺς, καὶ εὗρεν αὐτοὺς
6 ἀξίους ἑαυτοῦ. † Ὡς χρυσὸν ἐν χωνευτηρίῳ ἐδοκίμασεν αὐτοὺς, † καὶ
ὡς ὁλοκάρπωμα θυσίας προσεδέξατο αὐτούς. † Καὶ ἐν καιρῷ ἐπι-
7 σκοπῆς αὐτῶν ἀναλάμψουσι, † καὶ ὡς σπινθῆρες ἐν καλάμῃ διαδρα-
8 μοῦνται. † Κρινοῦσιν ἔθνη καὶ κρατήσουσι λαῶν, † καὶ βασιλεύσει αὐτῶν
9 κύριος εἰς τοὺς αἰῶνας. † Οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτῷ συνήσουσιν ἀλή-
θειαν, † καὶ οἱ πιστοὶ ἐν ἀγάπῃ προσμενοῦσιν αὐτῷ, † ὅτι χάρις καὶ
10 ἔλεος (α) τοῖς ἐκλεκτοῖς (β) αὐτοῦ. † Οἱ δὲ ἀσεβεῖς καθὰ ἐλογί-
σαντο ἕξουσιν ἐπιτιμίαν, † οἱ ἀμελήσαντες τοῦ δικαίου καὶ τοῦ κυρίου
ἀποστάντες.

MS. A. (α) ἐν τοῖς (β) αὐτοῦ, † καὶ ἐπισκοπὴ ἐν τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ.

Hæc cogitaverunt, & erraverunt : excæcavit 21
enim illos malitia eorum. Et nescierunt sacramenta 22
Dei, neque mercedem speraverunt justitiæ, nec
judicaverunt honorem animarum sanctarum. Quo- 23
niam Deus creavit hominem inexterminabilem,
(n) & ad imaginem suæ similitudinis fecit illum.
Invidia autem diaboli mors introivit in orbem ter- 24
rarum. (o) Imitantur autem illum, qui sunt ex parte 25
illius.

CAP. III.

Justorum autem animæ in manu Dei sunt : & non 1
tanget illos (a) tormentum. Visi sunt oculis insipi- 2
entium mori, & æstimata est (b) afflictio exitus illo-
rum : Et quod à nobis est iter, exterminium. Illi au- 3
tem sunt in pace. Etenim si coram hominibus tor- 4
menta passi sunt ; spes eorum immortalitate plena est.
Et in paucis vexati, in multis bene disponentur. Quo- 5
niam Deus tentavit eos, & invenit eos dignos se. 6
Tanquam aurum in fornace probavit illos, quasi (c)
holocausti hostiam accepit illos ; Et in tempore (d)
respectus ipsorum fulgebunt, & tanquam scintillæ 7
in arundineto discurrent. Judicabunt nationes, & 8
dominabuntur populis, & regnabit Dominus eorum
in perpetuum. Qui confidunt in illo, intelligent ve- 9
ritatem : & fideles in dilectione acquiescent illi :
quoniam (e) donum & pax est electis ejus. Impii au- 10
tem secundum quæ cogitaverunt, correptionem habe-
bunt, qui neglexerunt justum, & à Domino recesse-
runt.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

21 ܗܠܝܢ ܐܬܪܥܝܘ ܦܟܝܪܐ ܘܛܥܘ. ܡܛܠ ܕܒܝܫܘܬܗܘܢ ܥܘܪܬ ܐܢܘܢ. * ܘܠܐ ܝܕܥܘ
22 ܐܪܙܘܗܝ ܕܐܠܗܐ. ܘܠܐ ܣܒܪܘ ܠܐܓܪܐ ܚܣܝܐ. ܘܠܐ ܕܢܘ ܢܦܫܬܐ ܕܫܦܝܪܢ ܘܠܐ ܡܘܡ.
23 * ܡܛܠ ܕܐܠܗܐ ܒܪܐ ܐܢܫܐ ܕܠܐ ܚܒܠܐ. ܒܕܡܘܬܐ ܕܨܘܪܬܗ. ܥܒܕ ܓܒܠܬܗ.
24 * ܒܚܣܡܗ ܕܐܟܠܩܪܨܐ ܥܠ ܡܘܬܐ ܠܥܠܡܐ. ܡܢܣܝܢ ܠܗ ܕܝܢ. ܐܝܠܝܢ ܕܡܢܬܗ ܐܢܘܢ.

* ܩܦܠܐܘܢ * ܓ *

1 * ܢܦܫܬܗܘܢ ܕܝܢ ܕܙܕܝܩܐ. ܒܐܝܕܘܗܝ ܐܢܝܢ ܕܐܠܗܐ. ܘܠܐ ܩܪܒ ܠܘܬܗܝܢ ܬܫܢܝܩܐ.
2 * ܐܬܚܫܒܘ ܒܥܝܢܝ ܣܟܠܐ. ܕܡܝܬܝܢ ܐܢܘܢ. ܘܐܬܚܫܒ ܡܦܩܢܗܘܢ ܒܝܫܐ.
3 * ܘܐܝܟ ܬܒܪܐ. ܡܦܩܢܗܘܢ ܕܡܢ ܠܘܬܢ. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܐܝܬܝܗܘܢ ܒܫܠܡܐ. * ܐܢ ܓܝܪ
4 ܒܥܝܢܝ ܒܢܝܢܫܐ ܢܬܕܝܢܘܢ. ܣܒܪܗܘܢ ܡܠܐ ܚܝܐ. * ܡܛܠ ܕܩܠܝܠ ܩܠܝܠ ܐܢܘܢ.
5 ܘܩܠܝܠ ܐܬܪܕܝܘ. ܣܓܝܐܬܐ ܢܐܪܬܘܢ. ܡܛܠ ܕܐܠܗܐ ܢܣܝ ܐܢܘܢ. ܘܐܫܟܚ ܐܢܘܢ ܕܫܘܝܢ ܠܗ.
6 * ܐܝܟ ܕܗܒܐ ܒܟܘܪܐ ܒܩܐ ܐܢܘܢ. ܘܐܝܟ ܕܒܚܐ ܘܩܘܪܒܢܐ ܫܡܠܝܐ. ܩܒܠ ܐܢܘܢ. * ܘܒܙܒܢܐ
7 ܕܣܘܥܪܢܗܘܢ. ܘܐܝܟ ܙܠܝܩܐ ܕܢܘܪܐ ܒܩܢܝܐ. ܢܪܗܛܘܢ ܙܕܝܩܐ ܒܝܬ ܪܫܝܥܐ. * ܢܕܘܨܘܢ
8 ܥܡܡܐ. ܘܢܬܦܨܚܘܢ ܥܡܡܐ. ܘܢܡܠܟ ܥܠܝܗܘܢ ܡܪܝܐ ܠܥܠܡ. * ܘܐܝܠܝܢ ܕܬܟܝܠܝܢ
9 ܥܠܘܗܝ. ܢܣܬܟܠܘܢ ܫܪܪܐ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܡܗܝܡܢܝܢ. ܒܚܘܒܐ ܢܩܘܘܢ ܠܗ. ܡܛܠ
ܕܛܝܒܘܬܐ ܘܪܚܡܐ ܡܫܠܡ ܠܓܒܝܘܗܝ. ܘܣܘܥܪܢܗ ܠܚܣܝܐ.
10 * ܪܫܝܥܐ ܕܝܢ ܐܝܟ ܡܚܫܒܬܗܘܢ. ܢܩܒܠܘܢ ܨܘܚܝܬܐ. ܐܝܠܝܢ ܕܒܣܪܘ ܠܡܪܝܐ. ܘܦܪܩܘ ܡܢ ܙܕܝܩܘܗܝ.

Hæc cogitârunt stolidi, & errârunt; quia 21
malitia sua excæcavit eos. Nec mysteria 22
Dei nôrunt, nec mercedem piam sperârunt,
neque judicârunt animas senū inculpatorū.
Deus enim creavit hominem corruptionis 23
expertem, ad imaginem ideæ suæ massam
condidit suam. Invidiâ diaboli mors in- 24
troivit in mundum : experiuntur autem il-
lam, qui pars ejus sunt.

CAP. III.

Animæ verò justorum in manibus Dei 1
sunt, nec attingit eas cruciatus. Existiman- 2
tur in oculis stultorum esse mortui, & exi-
tus eorum æstimatur infelix : Et quasi con- 3
tritio discessus eorum à nobis : at ipsi sunt in
pace. Licèt enim in oculis hominū damnen- 4
tur, spes *tamen* illorum est plena vitæ. Quia
paululùm probavit eos, & paululū castigati 5
fuerūt, plurimâ possidebūt hæreditatē : quo-
niā Deus probavit illos, et se dignos compe- 6
rit. Tanquā aurū in fornace exploravit eos,
tanquam victimas & sacrificia perfecta ac-
cepit illos. Et in tempore fiet visitatio eo- 7
rum : & veluti scintillæ in arūndinibus dis-
current justi inter impios. Exultabunt po- 8
puli, & lætabuntur gentes, & regnabit su-
per eos Dominus in æternum. Et qui fi- 9
dunt ipso, intelligunt veritatem : & qui sunt
fideles, per charitatem permanebunt ipsius :
quia gratiam & misericordiam electis suis
impertitur ; & visitatio ejus erga pios. Im- 10
pii verò juxta cogitationes suas contumeli-
am consequentur, qui Dominum neglexe-
runt, & à justis ejus recesserunt.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

21 * هذه الخطوب افتكروا فيها فضلوا • لان رذيلتهم اعمتهم * فما عرفوا اسرار الله • ولا ارتجوا 22
23 ثواب البر • ولا ميزوا جسامة كرامات النفوس التي لا عيب فيها * لان الله خلق الانسان في
24 عدم البلاء • وصنعه صورة خاصيته * وبحسد المحال دخل الموت الى العالم • فيجرب الانسان
الذين هم من حظ ذاك •

الفصل الثالث •

1 * ونفوس المقسطين بيد الله • فما يمسهم عذاب * في اعين الجهال ظنوا انهم قد ماتوا • 2
3 واحتسب شخوصهم اضرارا لهم * ومسيرهم الظن هشما لهم • فاما هم فحصلوا في سلامة •
4 * ان كانوا امام نظر الناس يتعذبون فرجاؤهم موعب بقاء لا موت فيه * وانما ادبوا بخطوب 5
6 يسيرة • وسيحسن اليهم احسانات جسيمة • لان الله امتحنهم فوجدهم له اهلا * واختبرهم
7 كاختبار الذهب في الكور • واقتبلهم كاقتبال ضحايا محرقة بذاتها * وسيتلالون في اوان
8 تعهدهم • ويحاضرون كسعي الشرار في القصب * وسيدينون الامم ويقضون على الشعوب •
9 ويملك الرب عليهم الى الدهور * المتوكلون عليه سيفهمون الحق • والمؤمنون به يصبرون له
10 بمحبة • لان النعمة والرحمة لمختاريه • وتعهده واضح في ابراره * والمنافقون نظير ما
افتكروا سيحصل لهم الانتهار • الذين اهونوا بالصديق وابتعدوا من الرب •

Hujusmodi colloquia meditati sunt, & 21
errârunt ; etenim excæcavit eos vitium
ipsorum, ut nec mysteria Dei nôrint, 22
nec justitiæ præmium sperent, nec di-
gnitatem bonorum animarum culpā
carentium discernant. Deus enim cre- 23
avit hominem ad incorruptibilitatem,
fecitque illum imaginem pecularem.
At invidiâ dæmonis mors ingressa est 24
mundum, & hominem tentant qui sunt
partium illius.

CAP. III.

Justorum autem animæ in manu Dei 1
sunt, nec tanget illas tormentum. In 2
oculis insipientium æstimantur jam
mortui, & demigratio eorum damno
ipsis esse censetur, Eorumque discessus 3
ipsorum exitium reputatur : verùm ipsi
pace fruuntur. Quanvis in conspectu 4
hominum crucientur, spes tamen illorum
plena est vitâ immortali. Levibus qui- 5
dem rebus castigati fuerunt, at grandia
beneficia conferentur in eos ; quoniam
Deus tentavit illos, & se dignos invê-
nit. Probavit eos ut probatur aurum in 6
fornace, & accepit eos ut accipiuntur
victimæ sponte crematæ. Et tempore vi- 7
sitationis suæ relucebunt, current que ve-
luti cursū scintillarū inter arundines.
Et judicabunt gentes, & condemnabunt 8
populos, & regnabit super eos Dominus
in secula. Confidentes in ipso, veritatem 9
intelligent : et credentes in eo, amanter
fient ipsius : quoniā gratia & miseri-
cordia in electos ejus, et visitatio ejus
manifesta est in justis illius. Impii au- 10
tem prout cogitârunt, eveniet eis ob-
jurgatio : quippe qui justum despexe-
runt, & recesserunt à Domino.

Versio VULG. LAT.

11 Sapientiam enim, & disciplinã qui abjicit, infelix est:
& vacua est spes illorũ, & labores sine fructu, & inuti-
12 lia opera eorum. Mulieres eorũ insensatæ sunt, & ne-
13 quissimi filii eorũ. Maledicta creatura eorũ, quoniam
felix est sterilis: & incoinquinata, quæ nescivit thorũ in
delicto, habebit fructũ in respectione animarũ sancta-
14 rũ: Et spado, qui non operatus est p manus suas iniqui-
tatem, nec cogitavit adversùs Deum nequissima: dabi-
tur enim illi fidei donum electum, & sors in templo Dei
15 acceptissima. Bonorum enim laborũ gloriosus est fru-
16 ctus, & quæ non concidat radix sapientiæ. Filii autem
adulterorum in inconsummatione erunt, & ab iniquo
17 thoro semen exterminabitur. Et si quidem longæ vitæ
erunt, in nihilum computabuntur, & sine honore erit
18 novissima senectus illorum. Et si celeriùs defuncti fue-
rint, non habebunt spem, nec in die agnitionis allocuti-
19 onẽ. Nationis enim iniquæ diræ sunt consummationes.

CAP. IV.

1 O Quàm pulchra est casta generatio cum claritate:
immortalis est enim memoria illius: quoniã et apud Deũ
2 nota est, & apud homines. Cùm præsens est, imitantur
illam: & desiderant eam cùm se eduxerit, & in perpe-
tuum coronata triumphat incoinquinatorum certami-
3 num præmium vincens. Multigena autem impiorum
multitudo non erit utilis, & spuria vitulamina non da-
bunt radices altas, nec stabile firmamentum colloca-
bunt.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

11 † Σοφίαν γὰρ καὶ παιδείαν ὁ ἐξουθενῶν ταλαίπωρος, † καὶ κενὴ ἡ ἐλ-
πὶς αὐτῶν. καὶ οἱ κόποι ἀνόνητοι, † καὶ ἄχρηστα τὰ ἔργα αὐτῶν.
12 † Αἱ γυναῖκες αὐτῶν ἄφρονες, † καὶ πονηρὰ τὰ τέκνα αὐτῶν † Ἐπι-
13 κατάρατος ἡ γένεσις αὐτῶν, † ὅτι μακαρία στεῖρα ἡ ἀμίαντος † ἥτις
οὐκ ἔγνω κοίτην ἐν παραπτώματι † ἕξει καρπὸν ἐν ἐπισκοπῇ (γ) ψυχῶν.
14 † Καὶ εὐνοῦχος ὁ μὴ ἐργασάμενος ἐν χειρὶ ἀνόμημα, † μηδὲ ἐνθυμη-
θεὶς κατὰ τοῦ κυρίου πονηρά· † δοθήσεται γὰρ αὐτῷ τῆς πίστεως χάρις
15 ἐκλεκτὴ, † καὶ κλῆρος ἐν ναῷ κυρίου θυμηρέστερος. † Ἀγαθῶν γὰρ πόνων
16 καρπὸς εὐκλεὴς, † καὶ ἀδιάπτωτος ἡ ῥίζα τῆς φρονήσεως. † Τέκνα
δὲ μοιχῶν ἀτέλεστα ἔσται, † καὶ ἐκ παρανόμου κοίτης σπέρμα ἀφανι-
17 σθήσεται. † Ἐάν τε γὰρ μακρόβιοι γένωνται, εἰς οὐθὲν λογισθήσονται,
18 † καὶ ἄτιμον ἐπ᾽ ἐσχάτων τὸ γῆρας αὐτῶν. † Ἐάν (δ) τε ὀξέως τε-
λευτήσωσιν, οὐκ ἕξουσιν ἐλπίδα, † οὐδὲ ἐν ἡμέρᾳ διαγνώσεως παρα-
19 μύθιον. † Γενεᾶς γὰρ ἀδίκου χαλεπὰ τὰ τέλη.

MS. A. (δ) τε γὰρ ὀξέως

ΚΕΦ. Δ΄.

1 † ΚΡείσσων ἀτεκνία μετὰ ἀρετῆς, † ἀθανασία γάρ ἐστιν ἐν μνήμῃ αὐτῆς,
2 ὅτι καὶ παρὰ θεῷ γινώσκεται καὶ παρὰ ἀνθρώποις· † Παροῦσάν (α) τε
μιμοῦνται αὐτὴν, † καὶ ποθοῦσιν ἀπελθοῦσαν, † καὶ ἐν τῷ αἰῶνι στε-
φανηφοροῦσα (β) πομπεύει, † τὸν τῶν ἀμιάντων ἄθλων ἀγῶνα νική-
3 σασα. † Πολύγονον δὲ ἀσεβῶν πλῆθος οὐ χρησιμεύσει, † καὶ ἐκ νόθων
μοσχευμάτων οὐ δώσει ῥίζαν εἰς βάθος, † οὐδὲ ἀσφαλῆ βάσιν (γ) ἑδρά-
σει.

MS. A. (α) τε τιμῶσιν αὐτὴν, (β)* πομπεύει, (γ) ἑδράσει.

Sapientiam enim & disciplinam qui abjicit, infelix 11
est: & vacua est spes illorum, & labores sine fructu,
& inutilia opera eorum: mulieres eorum insensatæ 12
sunt, & nequissimi filii eorum. Maledicta (f) creatura 13
eorũ, quoniã felix est sterilis (g) incoinquinata, quæ
nescivit thorũ in delicto: habebit fructũ in respe-
ctione (h) animarũ. Et spado, qui non operatus est in 14
(i) manu iniquitatem, nec cogitavit adversus Deum
nequissima. Dabitur enim illi fidei donum electum,
& sors in templo Domini acceptissima. Bonorum 15
enim laborum gloriosus est fructus; & quæ non con-
cidit, radix sapientiæ. Filii autem adulterorum 16
(k) inconsũmati erunt: & ab iniquo thoro semen ex-
terminabitur. Et, si quidem longæ vitæ erunt; in ni- 17
hilũ cõputabuntur, & sine honore erit novissima sene-
ctus illorũ: Et si celeriùs defuncti fuerint; non habe- 18
bunt spem, nec in die agnitionis (l) allocutionem. (m)
Nationis enim iniquæ, diræ sunt consummationes. 19

C A P. IV.

Melius est esse sine filiis cum (a) virtute. Im- 1
mortalis est enim memoria illius: quoniam & apud
Deum nota est, & apud homines: Cum præsens 2
est; imitantur illam: & desiderant eam, cum se
abduxerit: & in perpetuum coronata triumphat,
incoinquinatorum (b) certaminum prælium vincens.
Multigena autem impiorum multitudo non erit uti- 3
lis, & (c) adulterinæ plantationes non dabunt ra-
dices altas, nec stabile firmamentum collocabunt.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

11 ܠܚܟܡܬܐ ܓܝܪ ܘܠܡܪܕܘܬܐ ܡܢ ܕܡܫܝܛ ܠܗ. ܕܘܝܐ ܗܘ. ܘܣܪܝܩ ܣܒܪܗ. ܘܒܥܡܠܝܗܘܢ *
12 ܠܝܬ ܒܗ ܝܕܥܬܐ. ܘܥܒܕܝܗܘܢ ܠܐ ܡܨܠܚܝܢ. * ܢܫܝܗܘܢ ܠܐ ܚܟܝܡܢ ܘܒܢܝܗܘܢ
13 ܒܝܫܝܢ. ܘܠܝܛܐ ܬܘܠܕܬܗܘܢ. * ܡܛܠ ܕܛܒ ܗܘ ܠܥܩܪܬܐ ܕܠܐ ܐܬܛܢܦܬ
ܗܝ ܕܠܐ ܝܕܥܬ ܥܪܣܐ ܕܡܫܬܘܕܥܬܐ. ܦܐܪܐ ܢܣܒܐ ܡܐ ܕܡܣܬܥܪܢ ܢܦܫܬܐ.
14 ܘܡܗܝܡܢܐ ܕܠܐ ܥܒܕ ܒܐܝܕܘܗܝ ܥܘܠܐ ܕܢܡܘܣܐ. ܘܠܐ ܐܬܪܥܝ ܥܠ ܡܪܝܐ ܒܝܫܬܐ. ܢܬܝܗܒ *
ܠܗ ܡܛܠ ܛܝܒܘܬܗ ܘܗܝܡܢܘܬܗ. ܛܝܒܘܬܐ ܓܒܝܬܐ. ܘܝܪܬܘܬܐ ܕܪܓܬܐ ܒܒܝܬܗ
15 ܕܡܪܝܐ. * ܐܓܪܐ ܓܝܪ ܕܥܡܠܐ ܛܒܐ ܓܒܝܐ. ܘܠܐ ܡܬܥܩܪܝܢ ܫܪܫܘܗܝ ܕܢܟܦܘܬܐ. * ܘܒܢܝܗܘܢ
16 ܕܓܝܪܐ ܠܐ ܢܫܬܡܠܘܢ. ܘܡܚܒܠܐ ܙܪܥܐ ܡܢ ܡܫܟܒܐ ܕܥܒܪ ܢܡܘܣܐ. * ܘܐܢ ܢܓܪܘܢ
17 ܥܡܪܗܘܢ. ܠܐ ܡܬܚܫܒܝܢ ܠܡܕܡ. ܘܫܘܠܡܐ ܕܣܝܒܘܬܗܘܢ ܨܥܪܐ. * ܘܐܢ ܒܥܓܠ
18 ܢܡܘܬܘܢ ܠܝܬ ܠܗܘܢ ܣܒܪܐ. ܘܠܐ ܒܘܝܐܐ ܒܝܘܡܐ ܝܕܝܥܐ. * ܡܪܝܪܐ
19 ܓܝܪ ܚܪܬܐ ܕܫܪܒܬܐ ܕܥܘܠܐ.

1 ܛܒ ܗܘ ܕܠܐ ܒܢܝܐ * ܩܦܠܐܘܢ ܕ * ܥܡ ܬܫܒܘܚܬܐ ܢܛܝܪܬܐ.
ܚܝܐ ܓܝܪ ܐܝܬ ܒܕܘܟܪܢܗ. ܡܛܠ ܕܐܦ ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܝܕܝܥ ܗܘ ܘܠܘܬ
2 ܒܢܝܢܫܐ. * ܟܕ ܩܐܡ ܡܬܕܡܝܢ ܒܗ. ܘܟܕ ܡܫܬܢܐ ܡܣܬܟܝܢ ܠܗ. ܘܒܥܠܡܐ
ܗܢܐ ܨܒܬܐ ܘܟܠܝܠܐ ܠܒܝܫ. ܘܡܚܘܐ ܢܦܫܗ ܕܙܟܐ ܐܓܘܢܐ ܕܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܡܘܡ ܐܝܬ ܒܗܘܢ.
3 * ܣܘܓܐܐ ܕܝܢ ܕܝܠܕܐ ܕܥܘܠܐ. ܠܐ ܡܘܬܪ. ܘܐܝܠܝܢ ܕܡܢ ܙܪܥܐ ܢܘܟܪܝܐ ܥܩܪܐ ܠܐ
ܢܥܒܕܘܢ ܒܥܘܡܩܐ. ܘܩܝܡܐ ܫܪܝܪܐ ܠܐ ܢܩܢܘܢ.

Sapientiã enim ac disciplinã qui contemnit, 11
infelix est, & vana est spes ejus: & in talium
labore nulla inest cognitio, & opera illorum
haud prosperè succedunt. Uxores etiam eo- 12
rum non sunt sapientes, liberi eorum mali,
maledicta denique progenies illorum. Nam 13
benè cedet sterili quæ se minimè contami-
navit, quæ torũ lapsionis non est experta:
fructus percipiet cùm visitabuntur animæ.
Eunucho etiam, cujus manus non perpetrâ- 14
runt legis prævaricationem, nec malum co-
gitavit contra Dominum, dabitur ei pro ipsi-
us gratia & fidelitate, gratia lectissima & hæ-
reditas desiderii in domo Domini. Exquisi- 15
tum est præmium boni laboris, & radices
castitatis non evellentur. Liberi verò mœ- 16
chorum non consequentur perfectionem, &
corruptionem contrahit semen ex concu-
bitu illegitimo. Et, si fuerit longævus in- 17
colatus eorum, nihili æstimabuntur, & ter-
minus senectutis eorum erit infamis: Sin 18
autem celeriùs moriantur, non erit eis spes
neque consolatio in die illo notissimo. Nam 19
progeniei impiorum amarus est finis.

CAP. IV.

BOnum est sine liberis esse servatã gloriã: 1
nam vita inest memoriæ illius, quia apud
Deum celebris est & apud homines. Cùm 2
adest, imitantur eam: & cùm abest, expe-
tunt illam: & in hoc seculo ornamento &
corona est induta, præbétque se victricem
agonis eorum qui sine macula sunt. Multi- 3
tudo verò sobolis impiorum nullius est uti-
litatis, & qui è semine sunt peregrino, radi-
cem in profundum non edent, nec stabilem
habebunt firmitatem.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

11 *لان من يزدري الحكمة والادب شقي. ورجاوه خايب. واتعابه غير نافعة. واعماله خايبة * نساوه
12 سفيهات. واولاده اشرار وجنس كونه ملعون *لان العاقر التي لا دنس فيها مغبوطة. التي لم تعرف
13 مضجع في سقطة. فتلك لها ثمر في تعهد النفوس * والخصي الذي لم يعمل بيده
14 مأثمة ولم يفتكر على الرب افكارا خبيثة. سيعطي نعمة الايمان المهذبة وحظا في هيكل الرب
15 مستلذا *لان الاعمال الصالحة ثمرتها فاخر حسناء. وجرثومة الفطنة لا تتزعزع * اولاد الفساق
16 لن يكونوا كاملين. والنسل الناشي من المضجع المتعدي الشريعة سيبيد * وان طالت
17 اعمارهم سيحسبون لا شي. وشيخوختهم تكون في اواخرهم ممتهنة * وان عرض ان يتوفوا سريعا.
18 فليس لهم رجاء. ولا عزاء في يوم الاستعلام *لان القبيلة الظالمة عواقبها رديه *
19

* الفصل الرابع *

1 *امر مفضل عدم الاولاد مع الفضيلة لان ذكرها عدم الموت. لانها معروفة عند الله والناس.
2 *اذا حضرت شاهدوها. واذا انصرفت تاقوا اليها. وفي هذا الدهر تتسم لابسة اكليلا غالبا
3 جهاد المعارك التي لا دنس فيها * كثرة نسل جماعة المنافقين لم تنجح. والغصون النغلة
لن يعرف منها اصلا. ولا تحمل قرمة حرين *

Nam qui sapientiam ac disciplinam 11
contemnit, infelix est, irrita spes ejus,
labores ipsius inutiles, & vana opera
ejus: uxores ejus procaces, liberi ma- 12
ligni, & origo naturæ ejus maledicta.
Beata est enim sterilis in qua non est la- 13
bes, quæ concubitum lapsu non cogno-
vit; quoniam hanc fructus manet in vi-
sitatione animarum. Et eunucho qui 14
scelus manu suâ non commisit, nec pra-
vas de Domino commentationes cogita-
vit, integerrima fidei gratia conferetur,
& sors in templo Domini jucundissima.
Bonorum enim operum eximius ac pul- 15
cherrimus est fructus, & radix pru-
dentiæ inconcussa. Filii adulterorum 16
non erunt perfecti; & stirps è concubi-
tu legem transgrediente procreata, peri-
bit. Etiamsi diuturnæ fuerint ætates 17
eorum, nullius erunt pretii: & sene-
ctus eorum erit in extremis ipsorum ab-
jecta. Quòd si celeriter eos mori con- 18
tingat, neque spem habent neque sola-
tium in die percontationis: Quando- 19
quidem nationis impiæ pessimus est exi-
tus.

CAP. IV.

PRæclara res est carentia liberorum 1
cum virtute conjuncta, ut cujus memo-
ria sit mortis exors: quoniam nota est
apud Deum & homines. Hanc præsen- 2
tem imitantur, abeuntem exoptant: &
in hoc seculo triumphat redimita diade-
mate victoriam ex agone certaminum
incontaminatorum reportante. Multi- 3
tudo progeniei turbæ impiorum haud pro-
sperabitur, & ex stolonibus adulterinis
haud immergetur alta radix, neque fir-
mum edent truncum.

Versio VULG. LAT.

4 Et si in ramis in tempore germinaverint, infirmiter
posita, à vento commovebuntur, & à nimietate ven-
5 torum eradicabuntur. Confringentur enim rami in-
consummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad
6 manducandum, & ad nihilum apti. Ex iniquis enim
somnis filii qui nascuntur, testes sunt nequitiæ adver-
7 sus parentes in interrogatione sua. Justus autem si
8 morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Senect°
enim venerabilis est non diuturna, neque annorum nu-
9 mero computata: cani autem sunt sensus hominis. Et
10 ætas senectutis vita immaculata. Placens Deo factus
est dilectus, & vivens inter peccatores translatus est.
11 Raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne
12 fictio deciperet animam illius. Fascinatio enim nuga-
citatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentiæ
13 transvertit sensum sine malitia. Consummatus in brevi
14 explevit tempora multa: Placita enim erat Deo anima
illius: propter hoc properavit educere illum de medio
iniquitatum: populi autem videntes, & non intelligen-
15 tes, nec ponentes in præcordiis talia: Quoniã gratia
Dei, & misericordia est in sanctos ejus, & respectus in
16 electos illius. Condemnat autem justus mortuus vivos
impios, & juventus celeriùs consummata, longã vitam
17 injusti. Videbunt enim finem sapientis, & non intelli-
gent quid cogitaverit de illo Deus, & quare munierit
illum Dominus,

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

4 † Κἂν γὰρ ἐν κλάδοις πρὸς καιρὸν ἀναθάλῃ, † ἐπισφαλῶς βεβη-
κότα ὑπὸ ἀνέμου σαλευθήσεται, † καὶ ὑπὸ βίας ἀνέμων ἐκριζωθήσεται.
5 † Περικλασθήσονται κλῶνες (δ) ἀτέλεστοι, † καὶ ὁ καρπὸς αὐτῶν ἄχρη-
6 στος, ἄωρος εἰς βρῶσιν, † καὶ εἰς οὐθὲν ἐπιτήδειος. † Ἐκ γὰρ ἀνόμων
ὕπνων τέκνα γεννώμενα † μάρτυρές εἰσι πονηρίας κατὰ γονέων ἐν
7 ἐξετασμῷ αὐτῶν. † Δίκαιος δὲ ἐὰν φθάσῃ τελευτῆσαι, ἐν ἀνα-
8 παύσει ἔσται. † Γῆρας γὰρ τίμιον οὐ τὸ πολυχρόνιον, † οὐδὲ ἀριθμῷ
9 ἐτῶν μεμέτρηται. † πολιὰ δέ ἐστι φρόνησις ἀνθρώποις, † Καὶ ἡλικία
10 γήρως βίος ἀκηλίδωτος. † (ε) Εὐάρεστος τῷ Θεῷ γενόμενος
11 ἠγαπήθη, † καὶ ζῶν μεταξὺ ἁμαρτωλῶν μετετέθη. † Ἡρπάγη μὴ
κακία ἀλλάξῃ σύνεσιν αὐτοῦ, † ἢ δόλος ἀπατήσῃ ψυχὴν αὐτοῦ.
12 † Βασκανία γὰρ φαυλότητος ἀμαυροῖ τὰ καλὰ, † καὶ ῥεμβασμὸς
13 ἐπιθυμίας μεταλλεύει νοῦν ἄκακον. † Τελειωθεὶς ἐν ὀλίγῳ ἐπλήρωσε
14 χρόνους μακρούς. † Ἀρεστὴ γὰρ ἦν κυρίῳ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ· † διὰ τοῦτο
ἔσπευσεν ἐκ μέσου πονηρίας. † οἱ δὲ λαοὶ ἰδόντες καὶ μὴ νοήσαντες,
15 † μηδὲ θέντες ἐπὶ διανοίᾳ τὸ τοιοῦτο, † Ὅτι χάρις καὶ ἔλεος (ζ) ἐν
16 τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ, † καὶ ἐπισκοπὴ ἐν τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ. † Κατα-
κρινεῖ δὲ δίκαιος (η) καμὼν τοὺς ζῶντας ἀσεβεῖς, † καὶ (θ) νεότης
17 τελεσθεῖσα ταχέως πολυετὲς γῆρας ἀδίκου. † Ὄψονται γὰρ τελευτὴν
σοφοῦ, καὶ οὐ νοήσουσι τί ἐβουλεύσατο περὶ αὐτοῦ, † καὶ εἰς τί ἠσφαλίσατο
αὐτὸν ὁ κύριος.

MS. A. (δ) ἀτέλεστοι, (ε) Εὐάρεστος Θεῷ (ζ) ἐν τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ, καὶ ἐπι-
σκοπὴ ἐν τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ. (η) θανὼν (θ) νεότητος

Nam etsi in ramis ad tempus germinaverint; infirmiter posita à vento commovebuntur, & à violentia ventorum eradicabuntur. Confringentur rami inconsummati, & fructus illorum inutilis, acerbus ad manducandum, & ad nihilum aptus. Ex iniquis enim (d) somnis filii qui nascuntur, testes sunt nequitiæ parentum in interrogatione sua. Justus autem, si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est, non diuturna, nec quæ annorum numero computata: canicies autem est prudentia hominibus: Et ætas senectutis, vita immaculata. Placens Deo factus, dilectus est: & vivens inter peccatores, translatus est. Raptus est; ne malitia mutaret intellectum illius, aut fictio deciperet animam illius. Fascinatio nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentiæ transvertit sensum sine malitia. Consummatus in brevi explevit tempora multa. Placita enim erat Domino anima illius. Propter hoc properavit de medio iniquitatis. Populi autem videntes, & non intelligentes, nec ponentes in præcordiis talia: Quoniam gratia & misericordia in electos ejus, & respectus in sanctos illius. Condemnat autem justus mortuus vivos impios: & juventus celerius consummata (e) longævam senectutem injusti. Videbunt enim finem sapientis, & non intelligent, quid cogitaverit de illo, & quare munierit illum Dominus. 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

4 * ܘܐܢ ܢܦܩܘܢ ܛܪ̈ܦܐ ܘܫܒܫ̈ܒܐ. ܡܛܠ ܙܒܢܐ ܙܥܘܪܐ. ܘܠܐ ܢܦܩܘܢ ܐܫܬܪܝܪܐܝܬ. ܘܡܢ
5 ܪܘܚܐ ܢܬܙܝܥܘܢ: ܘܡܢ ܪܘܚܐ ܥܫܝܢܐ ܢܬܥܩܪܘܢ. * ܘܢܬܬܒܪܘܢ ܫܒܫ̈ܒܝܗܘܢ ܠܓܡܪ.
6 ܘܦܐܪ̈ܝܗܘܢ ܡܣܪ̈ܝܩܝܢ. ܘܡܬܡܟܠܝܢ ܠܐ ܒܥܕܢ. ܘܠܡܕܡ ܠܐ ܦܩܚܝܢ. * ܡܛܠ ܕܒܢ̈ܝܐ
ܕܡܢ ܡܫܟܒܐ ܕܥܘܠܐ ܡܬܝܠܕܝܢ. ܣܗ̈ܕܐ ܐܢܘܢ ܥܠ ܒܝܫܘܬܐ ܕܐܒܗ̈ܝܗܘܢ ܒܡܬܒܩܝܢܘܬܗܘܢ.
7 * ܙܕܝܩܐ ܕܝܢ. ܐܢ ܡܩܕܡ ܢܡܘܬ. ܒܢܝܚܐ ܢܗܘܐ. ܐܘ ܒܐܘܪܟ ܝܘܡܬܐ ܢܡܘܬ. ܒܐܝܩܪܐ ܢܫܬܟܚ.
8 ܣܝܒܘܬܐ ܓܝܪ ܡܝܩܪܬܐ. * ܡܛܠ ܕܡܢ ܐܘܪܟ ܙܒܢܐ ܠܐ ܗܘܐ: ܘܡܢܝܢܐ ܕܫܢܝ̈ܐ ܠܐ ܗܘܐ ܡܟܝܠ.
9 ܡܫܘܚܬܐ. ܣܝܒܘܬܐ ܕܝܢ ܐܝܬܝܗ ܡܕܥܐ ܕܒܢܝ̈ܢܫܐ. ܘܩܘܡܬܐ ܕܝܢ ܕܣܝܒܘܬܐ. ܫܠܝܐ.
10 * ܘܡܛܠ ܕܫܦܪ ܠܐܠܗܐ ܐܬܪܚܡ. ܘܡܛܠ ܕܥܡܪ ܗܘܐ ܒܝܬ ܚܛܝ̈ܐ ܐܫܬܢܝ. * ܐܬܕܒܪ. ܡܛܠ
11 ܕܠܐ ܬܫܢܐ ܒܝܫܘܬܐ ܠܡܕܥܗ. ܘܠܐ ܢܛܥܐ ܢܟܠܐ ܠܢܦܫܗ. * ܛܢܢܐ ܓܝܪ ܕܒܝܫܬܐ ܡܚܫܟ
12 ܛܒ̈ܬܐ. ܘܫܓܘܫܝܐ ܕܪܓܬܐ. ܡܦܟ ܠܡܕܥܐ ܕܠܐ ܒܝܫܘܬܐ. * ܡܫܬܡܠܝܢܘܬܐ ܩܠܝܠ. ܡܠܝ ܙܒ̈ܢܐ
13 ܣܓܝ̈ܐܐ. * ܫܦܝܪܐ ܗܘܬ ܓܝܪ ܢܦܫܗ ܠܡܪܝܐ. ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܐܘܚܝ. ܘܢܦܩܗ ܡܢ ܓܘ
14 ܒܝܫܘܬܐ. * ܥܡ̈ܡܐ ܕܝܢ ܚܙܘ. ܘܠܐ ܐܣܬܟܠܘ ܒܠܒܗܘܢ. ܘܡܛܠ ܡܢܐ
15 ܗܘܐ ܕܝܢܐ ܗܢܐ. ܘܛܝܒܘܬܐ ܘܪ̈ܚܡܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܥܠ ܚܣܝ̈ܕܘܗܝ ܘܣܘܥܪܢܗ ܥܠ ܓܒܝ̈ܘܗܝ. ܘܠܐ
16 ܪ̈ܫܝܥܐ ܚܝ̈ܐ ܡܚܝܒ. * ܛܠ̈ܝܐ ܕܢܦܩܝܢ ܠܙܒܢܐ ܩܠܝܠܐ. ܡܩܕܡܝܢ ܠܣܝܒܘܬܐ ܕܥܘܠܐ.
17 ܢܚܙܘܢ ܓܝܪ ܡܘܬܗ ܕܙܕܝܩܐ. ܘܠܐ ܢܣܬܟܠܘܢ ܡܢܐ ܬܪܥܝܬܐ ܢܣܒ ܥܠܘܗܝ ܐܠܗܐ. * ܘܡܛܠ ܡܢܐ
ܙܗܝܪܐܝܬ ܢܛܪܗ ܡܪܝܐ.

Et quamvis frondes ac virgulta producant, ad mediocre *tamen* tempus germinabunt, nec tutò procedent, & à vento movebuntur, & à vento valido eradicabuntur; Virgulta eorum penitùs frangentur, fructus eorum vitiati, ad esum infausti, nullique rei utiles. Et liberi ex illegitimo congressu procreati, mali testes adversùs parentes suos cùm examinabuntur. Justus autem sive præmaturè morietur, erit in quiete: sive in longitudine dierum moriatur, in honore invenietur. Senect° & honor nequaquam *sumitur* è longitudine temporum, neqs numerus annorum ut fiusque, mensurâ supputatur: Sed cani funt prudentia hominis; statura verò senectutis, incolatûs quietus. Et quia Deo placuit, dilectus fuit: quia morabatur inter peccatores, translatus fuit: quia morabatur inter peccatores, transtulit illum. Raptus est, ut ne mutaret malitia mentem ejus, néve deciperet fraus linguam ejus. Æmulatio enim mala, quæ sunt bona depravat; & perturbatio concupiscentiæ obest menti bonæ. Perfectus paulisper, explevit tempora multa. Placuit enim Deo anima ipsius; & quia justus erat, citiùs eripuit eum de medio malitiæ. Populi autem videntes non intellexerunt, nec in animum suum induxerunt quam ob causam tale sit judicium, & gratia atque misericordia Dei in pios suos, & visitatio Dei in electos suos. Judicat justos, & impios perdit vivos. Et pueri prodeuntes ad exiguum tempus, præstant longævo tempori senum flagitiosorum. Videbunt quidem mortem justi, at non intelligent quid consilii ceperit de illo Deus, & quare cautè servârit illum Dominus; 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

4 وان اينع في اغصانها ورقا مدة ما ثابتة في صيانة * فسيهز الرياح ويقلعه عواصف الرياح *
5 فتقصف فروعهم غير كاملة * وثمرهم لمن يصلح للاكل اذ ليس في وقتها وليس لاحد *
6 موافقا * لان الاولاد المولودين من الاثمة هم شهود على شر والديهم في التكشف عنهم *
7 8 فاما العادل اذا بلغ الوفاة فسيكون في راحة * لان كرامة الشيخوخة ليست بكثرة السنين *
9 ولا تحصى بعدد السنين * وانما الشيب فهو فهم الناس وسن الشيخوخة سيرة لا دنس فيها *
10 11 من يرضي الله يحب * وبينما يكون عائشا بين الخطاة ينقل * ويخطف قبل ان يغير
12 الرذيلة فهمه * او يطغي الغش نفسه * لان حسد الشر يسود الحسنات وطموح الشهوة يقلب
13 14 عقلا ساذجا * واذا توفي مدة يسيرة اكمل سنين طويلة * لان نفسه كانت مرضية للرب *
15 فلذلك بادر فانصرف من وسط الشر * والشعوب راوا ذلك ولم يفهموه * ولم يحصلوا في ذهنهم
16 ما معنى ذلك * ان انصاف الله هو في ابراره * وتعاهده يكون في مختاريه * والانسان العدل
يكون مضرورا * فيدينون المنافقين حين يكونون احياء * وذو الحداثة اذا توفي سريعا *
17 يحاكم كثرة سني الشيخوخة الظالمة * لانهم سيعاينون وفاة الحكيم * وما يفهمون ماذا قد
اراده فيه * او لماذا صانه الرب *

Et licèt è ramis eorum egerminaverint frondes firmiter aliquandiu stabiles, attamen venti concutient illos, & procellæ ventorum evellent eos. Virgulta eorum effringentur nondum perfecta, & fructus eorum ut qui intempestivus, non est esui commodus, nec ulli conducens. Nam liberi ex iniquis geniti, testes erunt nequitiæ parentum suorum, cùm explorabuntur. At verò justus cùm obitum attigerit, erit in tranquillitate. Honor enim senectutis non consistit in annorum multitudine, neque annorum numero computatur. At canities prudentia est hominũ, & anni senectutis immaculatæ vitæ institutum. Qui Deo placet, diligitur; dumque vivens est inter peccatores, transfertur: Et rapitur antequam vitium mutet intellectum ejus, aut seducat fraus animam ipsius. Æmulatio enim nequitiæ denigrat benefacta, & immoderatus libidinis appetitus sinceram mentem pervertit. Cùm verò defunctus est, brevi intervallo longos implevit annos. Quia anima ejus grata erat Domino, propterea maturiùs discessit è medio nequitiæ. Sed populi hoc cernentes non intellexerunt, nec mente suâ deprehenderunt quid hoc significet, quòd justitia Dei sit in justos suos, & visitatio ejus in electos suos, Et homo justus damnum patiatur. Verùm damnabunt impios dum fuerint vivi; & juvenis cùm celeriùs defunctus fuerit, judicabit multitudinem annorum impiæ senectutis. Nam videntes obitum sapientis, nec intelligentes quodnam de eo consilium ceperit, aut quorsum custodierit eum Dominus; 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17

Versio VULG. LAT.

18 Videbunt & contemnent eum : illos autem Dominus
19 irridebit. Et erunt post hæc decidentes sine honore,
& in contumelia inter mortuos in perpetuum : quoniã
disrumpet illos inflatos sine voce, & commovebit illos
à fundamentis, & usque ad supremum desolabuntur : &
20 erunt gementes, & memoria illorum peribit. Venient
in cogitatione peccatorum suorum timidi, & tradu-
cent illos ex adverso iniquitates ipsorum.

CAP. V.

1 Tunc stabunt justi in magna constantia, adversùs eos
qui se angustiaverunt, & qui abstulerunt labores eo-
2 rum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mi-
rabuntur in subitatione insperatæ salutis. Dicentes
3 intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiri-
tus gementes : Hi sunt quos habuimus aliquando in
4 derisum, & in similitudinem improperii. Nos insen-
sati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem il-
5 lorum sine honore : Ecce quomodo computati sunt
6 inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. Ergò
erravimus à via veritatis, & justitiæ lumen non luxit
7 nobis, & Sol intelligentiæ non est ortus nobis. Las-
sati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambula-
vimus vias difficiles, viam autem Domini ignoravi-
8 mus. Quid nobis profuit superbia ? aut divitiarum
9 jactantia quid contulit nobis ? Transierunt omnia
illa tanquam umbra, & tanquam nuntius percurrens,

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

18 Ὄψονται καὶ ἐξουθενήσουσιν, † αὐτοὺς δὲ ὁ κύριος ἐκγελάσεται. † Καὶ
19 ἔσονται μετὰ τοῦτο εἰς πτῶμα ἄτιμον, † καὶ εἰς ὕβριν ἐν (ι) νεκροῖς δι'
αἰῶνος· † ὅτι ῥήξει αὐτοὺς ἀφώνους (κ) πρηνεῖς, καὶ σαλεύσει αὐτοὺς
ἐκ θεμελίων, † καὶ ἕως (λ) ἐσχάτου χερσωθήσονται, † καὶ ἔσονται ἐν
20 ὀδύνῃ, † καὶ ἡ μνήμη αὐτῶν ἀπολεῖται. † Ἐλεύσονται ἐν συλλο-
γισμῷ ἁμαρτημάτων αὐτῶν δειλοί, † καὶ ἐλέγξει αὐτοὺς ἐξεναντίας
τὰ ἀνομήματα αὐτῶν.

MS.A. (ι) νεκροῖς αἰῶνος, (κ) πρηνεῖς (λ) ἐσχάτου

ΚΕΦ. Ε'.

1 † Τότε στήσεται ἐν παρρησίᾳ πολλῇ ὁ δίκαιος † κατὰ πρόσωπον
2 τῶν θλιψάντων αὐτὸν, † καὶ τῶν ἀθετούντων τοὺς πόνους αὐτοῦ. † Ἰδόν-
τες ταραχθήσονται φόβῳ δεινῷ, † καὶ ἐκστήσονται ἐπὶ τῷ παραδόξῳ
3 τῆς σωτηρίας. † (α) Ἐροῦσιν ἑαυτοῖς μετανοοῦντες, καὶ διὰ στενοχω-
ρίαν πνεύματος (β) στενάζοντες, † Οὗτος ἦν ὃν ἔσχομέν ποτε εἰς
4 γέλωτα † καὶ εἰς παραβολὴν ὀνειδισμοῦ. Οἱ ἄφρονες † τὸν βίον αὐτοῦ
5 ἐλογισάμεθα μανίαν, † καὶ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ ἄτιμον. † Πῶς κατε-
6 λογίσθη ἐν υἱοῖς θεοῦ, † καὶ ἐν ἁγίοις ὁ κλῆρος αὐτοῦ ἐστιν; † Ἄρα
ἐπλανήθημεν ἀπὸ ὁδοῦ ἀληθείας, † καὶ τὸ τῆς δικαιοσύνης φῶς οὐκ
7 ἔλαμψεν (γ) ἡμῖν, † καὶ ὁ ἥλιος οὐκ ἀνέτειλεν ἡμῖν. † Ἀνομίας
ἐνεπλήσθημεν τρίβοις καὶ ἀπωλείας, † καὶ (δ) διωδεύσαμεν ἐρήμους
8 ἀβάτους, † τὴν δὲ ὁδὸν κυρίου οὐκ ἔγνωμεν. † Τί ὠφέλησεν ἡμᾶς ἡ ὑπερη-
9 φανία; † (ε) καὶ τί πλοῦτος μετὰ ἀλαζονείας συμβέβληται ἡμῖν; † Παρ-
ῆλθεν ἐκεῖνα πάντα ὡς σκιά, † καὶ ὡς ἀγγελία παρατρέχουσα.

MS.A. (α) Καὶ ἐροῦσιν ἐν ἑαυτοῖς (β) στενάζονται καὶ ἐροῦσιν, Οὗτος (γ) ἐν ἡμῖν, (δ) ὡδεύσαμεν (ε) ἢ τί

Videbunt, & contemnent : illos autem Dominus irri- 18
debit. Et erunt post hæc decidentes sine honore, 19
& in contumelia inter mortuos in perpetuum : quo-
niam disrumpet illos (f) sine voce inflatos, & com-
movebit illos à fundamentis, & usque ad supremum
desolabuntur : & erunt (g) in dolore, & memoria
illorum periet. Venient in (h) cogitationem pec- 20
catorum suorum timidi : & traducent illos ex
adverso iniquitates ipsorum.

CAP. V.

Tunc stabunt justi in magna constantia adversus 1
eos qui se angustiaverunt, & qui abstulerunt labo-
res eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, 2
& mirabuntur in subitatione insperatæ salutis :
Dicent intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia 3
spiritus gementes. Hi sunt quos habuimus ali-
quando in (a) risum & in similitudinem improperii.
Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, 4
& finem illorum sine honore. (b) Quomodo computati
sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum
est ? Ergò erravimus à via veritatis, & justitiæ 6
lumen non luxit nobis, & (c) Sol non est ortus nobis.
(d) Lassati sumus in viis iniquitatis, & perditio- 7
nis, & ambulavimus (e) solitudines difficiles : viam
autem Domini ignoravimus. Quid nobis profuit 8
superbia ? & quid (f) divitiarum jactatio con-
tulit nobis ? transierunt omnia illa tanquam umbra, 9
& tanquam nuncius (g) præcurrens :

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

18 * ܢܚܙܘܢ ܘܢܫܝܛܘܢܝܗܝ. ܗܘ ܕܝܢ ܡܪܝܐ ܢܓܚܟ ܒܗܘܢ. * ܘܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܢܗܘܘܢ
19 ܠܡܦܘܠܬܐ ܕܨܥܪܐ. ܘܒܝܢܝ ܡܝܬܐ ܠܫܘܝܛܐ ܕܠܥܠܡ. ܡܛܠ ܕܢܒܙܥܘܢ ܐܢܘܢ ܢܣܪܐ ܕܠܐ
ܩܠܐ. ܘܢܙܝܥܘܢ ܐܢܘܢ ܡܢ ܫܬܐܣܝܗܘܢ. ܘܥܕܡܐ ܠܚܪܬܐ ܢܚܪܒܘܢ. ܘܢܗܘܘܢ
20 ܠܚܘܒܠܐ. ܘܥܘܗܕܢܗܘܢ ܢܐܒܕ. * ܢܥܘܠ ܒܡܠܟܐ ܕܚܛܗܝܗܘܢ ܢܟܠܐ. ܘܛܥܝܘܬܗܘܢ
ܓܠܝܐܝܬ ܬܟܣܝܘܢܝܗܘܢ. * ܦܪܩܐ * ܗ * ܗܝܕܝܢ ܢܩܘܡ ܙܕܝܩܐ
1
2 ܒܬܘܟܠܐ ܣܓܝܐܐ. ܩܕܡ ܐܦܝܗܘܢ ܕܐܠܨܘܗܝ. ܘܕܥܘܠܝܢ ܗܘܘ ܠܥܡܠܗ. * ܢܚܙܘܢܝܗܝ
3 ܓܝܪ ܘܢܬܬܙܝܥܘܢ ܒܕܚܠܬܐ ܒܝܫܬܐ. ܘܢܬܕܡܪܘܢ ܟܕ ܢܚܙܘܢ ܫܘܒܚܗ. * ܘܢܐܡܪܘܢ
ܒܢܦܫܗܘܢ ܟܕ ܬܝܒܝܢ. ܘܒܐܘܠܨܢܐ ܕܪܘܚܗܘܢ ܢܬܥܢܚܘܢ. ܘܢܐܡܪܘܢ. ܗܢܘ ܗܘ ܕܗܝܕܝܢ
4 ܠܓܘܚܟܐ ܗܘܐ ܠܢ. ܘܠܡܚܣܕܘ ܘܠܡܬܠܐ ܠܣܟܠܐ. * ܐܬܪܥܝܢ ܠܗ ܠܡܥܡܪܗ ܕܫܢܝܐ
5 ܗܘܐ. ܘܠܡܘܬܗ ܕܨܥܪܐ. * ܐܝܟܢܐ ܐܬܚܫܒ ܠܗ ܥܡ ܒܢܝ ܐܠܗܐ. ܘܐܝܬ ܠܗ ܝܪܬܘܬܐ
6 ܥܡ ܩܕܝܫܐ. * ܛܥܝܢ ܗܘܝܢ ܗܟܝܠ ܡܢ ܐܘܪܚܐ ܕܩܘܫܬܐ. ܘܢܘܗܪܐ ܕܟܐܢܘܬܐ ܠܐ ܕܢܚ
7 ܠܢ. ܘܫܡܫܐ ܠܐ ܕܢܚ ܠܢ. * ܘܐܬܡܠܝ ܫܒܝܠܝܢ ܚܛܗܐ ܘܐܒܕܢܐ. ܘܗܠܟܢ
8 ܒܡܕܒܪܐ ܕܠܐ ܕܝܫ. ܘܠܐܘܪܚܗ ܕܡܪܝܐ ܠܐ ܝܕܥܢ. * ܡܢܐ ܐܘܬܪܢ ܫܘܒܗܪܢ. ܐܘ ܡܢܐ
9 ܐܘܬܪ ܠܢ ܥܡܪܢ ܕܫܘܒܗܪܬܐ. ܕܐܝܟ ܛܠܠܐ ܥܒܪ. * ܘܡܢܐ ܐܘܬܪ ܠܢ ܥܡܪܢ
ܕܫܘܒܗܪܬܐ. ܕܐܝܟ ܛܠܠܐ ܥܒܪܝ ܗܠܝܢ ܟܠܗܘܢ. ܘܐܝܟ ܫܠܝܚܐ ܕܪܗܛ.

Videbunt *inquam* & contemnent eum : ipse 18
verò Dominus irridebit illos. Et post hæc 19
erunt in ruinam turpissimam, & inter mor-
tuos contemptui æterno : quoniam disrum-
pent illos serrâ sectos sine voce, & concuti-
ent illos ab ipsis eorum fundamentis, & ad
extremum usque desolabuntur, eruntque in
exitium, & memoria eorum peribit. Intro- 20
ibit in consilium scelerum eorum dolus, &
proprius error palàm arguet illos.

CAP. V.

Tunc stabit justus magna cum fiducia ante 1
faciem eorum qui afflixerint ipsum, & eorum
qui iniqui fuerint ipsius labori. Videbunt 2
enim illum, & gravi pavore percellentur ; &
obstupescent cùm viderint gloriam ejus.
Dicéntq; apud semetipsos pœnitentiá tacti, 3
& cum angustia spiritûs gement, ac dicent ;
Hic est ille qui tunc risui inserviebat nobis,
& ludibrio atque proverbio stultis. Opinati 4
sumus incolatum ejus insanum, & mortem
ejus infamem. Quomodo computatus est 5
inter filios Dei, habétque hæreditatem cum
Sanctis ? Aberrabamus igitur à via verita- 6
tis, & lumen justitiæ non affulsit nobis,
& sol haud ortus est nobis, Et impletæ sunt 7
semitæ nostræ peccatis & exitio, & ambu-
lavimus per desertum non tritum, viam verò
Domini non cognovimus. Quid profuit no- 8
bis fastus, aut quid profuit nobis incolatus
superbiæ nostræ quæ velut umbra præteriit ?
Quid etiam contulit nobis incolatus noster 9
fastosos, quandoquidem velut umbra præter-
ierunt hæc omnia, & velut nuntius cursoris ?

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

18 * يبصرونه فيزدرون به * والرب سيضحك بهم * وسيكونون بعد هذا سقطهم ممتهنة
19 ودات مسبة في الموتى الى الابد. لانه يقطعهم فيخصلون على وجوههم طريحين لا صوت
لهم * ويزعجونهم من اصولهم. فيصيرون كالارض البائرة الى الانقضاء. ويحصلون في الوجع
20 ويبيد ذكرهم * ويمضون الى تقدير ما اجترموه جزعين. ويوبخهم ما اثمهم مواجهة.

* الفصل الخامس *

1 * حينئذ يقوم ذو العدل بدالة جزيلة قبالة وجه الذين احزنوه وجحدوا اتعابه * فاذا ابصروه
2
3 يضطربون بخوف ردي. ويبهتون من مخجز خلاصه * فيقولون لانفسهم نادمين. وينكسرون
بضيقة روح قائلين. هذا هو ذلك الذي كان عندنا الجهال قديما ضحكة والجدوبة وتعييرا.
4 * فاحسبنا سيرته جنونا. ووفاته ممتهنة * كيف قد حسب ابنا لله. وحصل حظه في
5
6 القديسين * لقد ضللنا عن طريق الحق. فلم يشرق لنا نور العدل. ولا اشرقت لنا
7 الشمس * فاستوعبنا اثما في الاشواك والمهالك. وسلكنا براري غير مسلوكة. وطريق
8 الرب ما عرفنا * ماذا انفعتنا الكبرياء. وماذا اجدى علينا الغناء مع التعظم * عبرت
9 تلك كلها كالظل. وجازت مخاصين كخبر جائر.

Videntes inquam illum, aspernabuntur 18
eum. Dominus autem ridebit eos : Erit- 19
que post hæc ruina eorum despecta &
contumeliosa inter mortuos in æternum.
Præcidet enim illos, & erunt super fa-
cies suas prostrati sine voce : & evel-
lent eos ab radicibus eorum : fientque
velut terra inculta ad extremum usque,
in dolore versabuntur, & memoria eo-
rum interibit : Exterminabuntur pro 20
ratione criminum suorum pavidi, suis-
que sceleribus coràm arguentur.

CAP V.

Tunc stabit justus multa cum auda- 1
cia coram facie eorum qui afflixerunt
eum, & denegârunt labores ipsius.
Quem cùm viderint, improbo timore 2
turbabuntur, & præ insperata ejus salute
stupescent. Dicentque sibimetipsis pœni- 3
tudine ducti, & dolebunt cum spiritûs
angustia dicentes ; Hic est ille qui apud
nos insipientes erat quondam risui, in-
famiæ, atque opprobrio. Ejus vitæ in- 4
stitutum stultitiam existimabamus, &
obitum ejusdem ignominiosum Quomo- 5
dò filius Dei reputatus est, & suam in-
ter sanctos sortem adeptus ? Verè à via 6
veritatis aberravimus, nec fulsit nobis
lumen justitiæ, neque sol obortus est no-
bis. Repleti sumus scelere inter spinas 7
& loca exitiosa, solitudines invias per-
ambulavimus, & viam Domini non cog-
novimus. Quid profuit nobis superbia ? 8
& quid protulerunt nobis divitiæ cum
fastu ? Præterierunt hæc omnia velut 9
umbra, & currentes aufugerunt tan-
quam nuntium prætcrlabent,

Versio VULG. LAT.

10 Et tanquam navis, quæ pertransit fluctuantem aquam: cujus, cum præterierit, non est vestigium invenire neq;
11 semitam carinæ illius in fluctibus: Aut tanquam avis, quæ transvolat in aëre, cujus nullum invenitur argumentum itineris, sed tantùm sonitus alarum verberans levem ventum, & scindens per vim itineris aërem: commotis alis transvolavit, & post hoc nullum signum
12 invenitur itineris illius: Aut tanquam sagitta emissa in locum destinatum, divisus aër continuò in se re-
13 clusus est, ut ignoretur transitus illius: Sic & nos nati continuò desivimus esse: & virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere: in malignitate autem
14 nostra consumpti sumus, Talia dixerunt in inferno hi,
15 qui peccaverunt: Quoniam spes impii tanquam lanugo est, quæ à vento tollitur: & tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur: & tanquam fumus, qui à vento diffusus est: & tanquam memoria hospitis
16 unius diei prætereuntis. Justi autem in perpetuum vivent, & apud Dominum est merces eorum, & cogita-
17 tio illorum apud Altissimum. Ideò accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini: quoniam dextera tua teget eos, & brachio sancto suo defendet
18 illos. Accipiet armaturam zelus illius, & armabit cre-
19 aturam ad ultionem inimicorum. Induet pro thorace
20 justitiam, & accipiet pro galea judicium certum. Sumet scutum inexpugnabile æquitatem: Acuet autem duram
21 iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

10 † Ὡς ναῦς διερχομένη κυμαινόμενον ὕδωρ, † ἧς διαβάσης οὐκ ἔστιν ἴχνος εὑρεῖν, † οὐδὲ ἀτραπὸν (ζ) τρόπιος αὐτῆς ἐν κύμασιν.
11 † Ἢ ὡς ὀρνέου (η) διιπτάντος ἀέρα, † οὐθὲν εὑρίσκεται τεκμήριον πορείας, † πληγῇ δὲ ταρσῶν μαστιζόμενον πνεῦμα κοῦφον † καὶ σχιζόμενον βίᾳ ῥοίζου, † κινουμένων πτερύγων διωδεύθη, † καὶ μετὰ τοῦτο οὐχ εὑρέθη σημεῖον ἐπιβάσεως ἐν αὐτῷ.
12 † Ἢ ὡς βέλους βληθέντος ἐπὶ σκοπὸν, † τμηθεὶς ὁ ἀὴρ εὐθέως εἰς ἑαυτὸν ἀνελύθη, † ὡς
13 ἀγνοηθῆναι τὴν δίοδον αὐτοῦ. † Οὕτως καὶ ἡμεῖς γεννηθέντες ἐξελίπομεν· † καὶ ἀρετῆς μὲν σημεῖον οὐδὲν ἔσχομεν δεῖξαι, † ἐν δὲ τῇ κακίᾳ ἡμῶν
15 κατεδαπανήθημεν. Ὅτι ἐλπὶς ἀσεβοῦς ὡς φερόμενος (θ) χνοῦς ὑπὸ ἀνέμου, † καὶ ὡς πάχνη ὑπὸ λαίλαπος διωχθεῖσα λεπτὴ, † καὶ ὡς καπνὸς ὑπὸ ἀνέμου διεχύθη, † καὶ ὡς μνεία καταλύτου μονοημέρου παρ-
16 ώδευσε. † Δίκαιοι δὲ εἰς τὸν αἰῶνα ζῶσι, † καὶ ἐν κυρίῳ ὁ μισθὸς αὐ-
17 τῶν, † καὶ ἡ φροντὶς αὐτῶν παρὰ ὑψίστῳ. † Διὰ τοῦτο λήψονται τὸ βασίλειον τῆς εὐπρεπείας, † καὶ τὸ διάδημα τοῦ κάλλους ἐκ χειρὸς κυρίου, † ὅτι τῇ δεξιᾷ σκεπάσει αὐτοὺς, † καὶ τῷ βραχίονι ὑπερασπιεῖ αὐ-
18 τῶν. † Λήψεται πανοπλίαν τὸν ζῆλον αὐτοῦ, † καὶ ὁπλοποιήσει τὴν κτίσιν
19 εἰς ἄμυναν ἐχθρῶν. † Ἐνδύσεται θώρακα δικαιοσύνην, † καὶ περιθή-
20 σεται κόρυθα κρίσιν ἀνυπόκριτον. † Λήψεται ἀσπίδα ἀκαταμάχητον
21 ὁσιότητα, † Ὀξυνεῖ δὲ ἀπότομον ὀργὴν εἰς ῥομφαίαν, † (ι) συνεκπολεμήσει δὲ αὐτῷ ὁ κόσμος ἐπὶ τοὺς παράφρονας.

MS.A. (ζ) τρόπεως (η)* διαπτάντος (θ) χνοῦς (ι) συνεκπολεμήσει αὐτῷ

tanquam navis, quæ pertransit fluctuantem aquam, 10
cujus, cum præterierit, non est vestigiu invenire, neq;
semitam (h) carinæ illius in fluctibus: aut tan- 11
quam avis, quæ transvolat in aere, nullum invenitur argumentum itineris, sed (i) percussione alarum verberans levem ventum, & scindens per vim stridoris, commotis alis transvolavit: & post hoc nullum signum invenitur itineris in eo: Aut tan- 12
quam sagitta emissa in locum destinatum, divisus aer continuo in se reclusus est, ut ignoretur transitus
illius. Sic & nos nati desivimus esse, & virtutis 13
quidem nullum signum valuimus ostendere: in malignitate autem nostra consumpti sumus. Quoniam 15
spes impii tanquam (k) pulvis est, quæ à vento tollitur, & tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur, & tanquam fumus à vento diffusus est, & tanquam memoria hospitis unius diei præteriit.
Justi autem in perpetuum vivunt, & apud Domi- 16
num est merces illorum, & cogitatio eorum apud
altissimum. Ideo accipient regnum decoris, & 17
diadema speciei de manu Domini: quoniam dextera teget eos, & brachio defendet illos. Accipiet 18
armaturam zelum suum, & armabit creaturam ad ultionem inimicorum. Induet pro thorace justi- 19
tiam, & accipiet pro galea judicium certum.
Sumet scutum inexpugnabile æquitatem: acuet au- 20
tem diram iram in lanceam: & pugnabit simul 21
cum illo orbis terrarum contra insensatos.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]

Et tanquam navis quæ trânsit super fluctus maris, cúmque transierit non deprehenduntur ejus vestigia, nec semitæ ipsius in semitis 10
undarum: Aut velut avis per aërem volans, 11
cujus impervestigabile est vestigium, quæ verberat alis suis, agitat, ac findit auram levem, & vi pennarum suarum scindit aërem, & ictu alarum suarum permeat, & post illam non deprehenditur locus per quem transivit,
nec ullum extat itineris ejus indicium: Aut 12
veluti sagitta in scopum jacta, quâ aërem secante, protinus aër locum ejus occupat, &
ignoratur via ejus: Ita quoque nos nati de- 13
fecimus, Et signum bonum ostendere non 14
potuimus, sed ad malignitates nostras allisi
sumus. Quoniam spes impiorum est veluti 15
pulvisculus quem abripit ventus, & veluti gluma turbine sublata; & ut fumus à vento dispersus, utque memoria diei *hominis* iter
facientis, ita præterivimus. Justi autem in 16
perpetuum vivent, & in Domino est merces
eorum, & cogitatio eorum in Altissimo. Ideò 17
regnum gloriosum accipient, & diadema bonorum operum de manu Domini; & dexterâ suâ obumbrabit eos, brachióque suo pro-
teget illos. Et in gratiam ipsorum in 18
zelo suo armabit omnia, & secum armabit omnem creaturam suam ad cædem inimico-
rum suorum: Et induet thoracem justitiæ, 19
imponétq; capiti suo galeam judicii minimè
falsi. Et assumet scutum sanctimoniæ insu- 20
perabile: Et mirum in modum exacuet lan- 21
ceam iræ suæ, & unà cum mundo bellum geret contra insanos.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

10 * وكمركب يجتاز لجة الماء بموجه الذي اذا عبر لن يوجد له اثر * ولا يعرف صوت جريه
11 في الامواج * او كطاير يطير في الهوا لم يوجد وسم سلوكه * لانه اذا اثار طيرانه جعل
الرياح الخفيفة مقروعة * فيشقها بشدة سرعته * ويجري بحركة جناحيه * وبعد ذلك
12 ما يوجد علامة عبوره فيها * او كسهم يرسل به الانسان * فالهوا انشق به ولوقته
13 عاد الى حاله * كان عبوره فيه لم يعرف * وكذلك نحن لما ولدنا اضمحلنا * فلم نتمكن
14
15 ان نري علامة فضيلة * بل فنينا في رذيلتنا * لان رجا الكافر كغبار تحمله الرياح *
وكجليد دقيق تبدده الزوبعة * وكدخان ينحل في الرياح * وكذكر ضيف سكن يوما
16 واحدا وارتحل * فاما الصديقون المقسطون فيعيشون الى الابد * وثوابهم ثابت في الرب *
17 ورعايتهم دايمة عند العلي * فلهذا يتقلدون مملكة البهاء من يد الرب وتاج الجمال *
18 لانه يسترهم بيمينه وبساعده يعضدهم * ياخذ غيرته سلاحا كاملا * ويجعل البرية
19 سلاحا للانتقام من اعدائه * يتسربل العدل درعا * ويضع عليه الانصاف الفاقد المراياة
20 بيضة * يتخذ البر جحفة غير محارب * ومن تطاير غضبه يطرح البرد بجملته * يرهف غضبه
21 سيفا قاطعا * والعالم يحارب معه *

Et quasi navis permeans quam aqua fluctuatione suâ rapit, quâ transactâ neque vestigium ejus invenitur, neque figura meatûs ejus agnoscitur in fluctibus: 10
Aut ut avis aëra pervolans, cujus itineris signum minimè reperitur; utpote volatum suum excitans, leves ventos reddit pulsatos, & suæ velocitatis impetu findit, motúque alarum currit, ac nullum in eis posteà meatûs ejus reperitur 11
indicium: Aut quasi telum, quo in scopum conjecto finditur aër, statimque in pristinum statum suum redit, ita ut transitus ejus per ipsum minimè deprehendatur. 12
Ita & nos, quum nati sumus, evanuimus: 13
Nec valuimus ullum virtutis indicium præbere, sed in vitio nostro defecimus. 14
Spes enim impii similis est pulveri à ventis sublato, & tenui glaciei procella jactatæ, & fumo in ventos resoluto, & memoriæ hospitis qui unâ die commoratus discedit. 15
At verò justi & integri vivent in æternum, & præmium illorum tutum est in Domino, & cura eorum penes Altissimum. 16
Idcircò regnum gloriæ adipiscentur de manu Domini, cum diademate pulchritudinis: quoniam ipse dexterâ suâ proteget eos, & brachio suo adjuvabit eos. 17
Zelum suum assumet armaturam perfectam, & creaturas in arma convertet ad hostes suos ulciscendos. 18
Induet justitiam pro thorace, & æquitatem simulationis expertem sibi pro galea imponet. 19
Pro scuto inexpugnabili capiet innocentiam, & præ erumpente furore suo grandinem confestim jaculabitur. 20
Iram suam expoliet in gladium acutum, & mundus unà cum eo pugnabit. 21

Versio VULG. LAT.

22 Ibunt directè emissiones fulgurum, & tanquam à bene curvato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum
23 locum insilient. Et à petrosa ira plenæ mittentur grandines, excandescet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter. Contra illos stabit spiritus virtutis,
24 tanquam turbo venti dividet illos : & ad eremum perducet omnem terram iniquitas illorum, & malignitas evertet sedes potentium.

CAP. VI.

1 Melior est sapientia quàm vires : & vir prudens
2 quàm fortis. Audite ergò reges, & intelligite, discite judices finium terræ. Præbete aures vos qui con-
3 tinetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum. Quoniam data est à Domino potestas
4 vobis, & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur : Quoniam cùm
5 essetis ministri regni illius, non rectè judicâstis, nec custodistis legem justitiæ, neque secundùm voluntatem Dei ambulâstis. Horrendè & citò apparebit vobis :
6 quoniam judicium durissimum his, qui præsunt, fiet.
7 Exiguo enim conceditur misericordia : potentes autem
8 potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cujusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cujusdam : quoniam pusillum & magnũ ipse fecit,
9 & æqualiter cura est illi de omnibus. Fortioribus autẽ
10 fortior instat cruciatio. Ad vos ergò reges sunt hi sermones mei, ut discatis sapientiam, & non excidatis.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

22 Πορεύσονται εὔστοχοι βολίδες ἀστραπῶν, † καὶ ὡς ἀπὸ εὐκύκλου τόξου
23 τῶν νεφῶν ἐπὶ σκοπὸν ἁλοῦνται. † Καὶ ἐκ πετροβόλου θυμοῦ πλήρεις ῥιφήσονται χάλαζαι· † ἀγανακτήσει κατ' αὐτῶν ὕδωρ θαλάσσης,
24 † ποταμοὶ δὲ (κ) συγκλύσουσιν ἀποτόμως. † Ἀντιστήσεται αὐτοῖς πνεῦμα δυνάμεως, † καὶ ὡς λαῖλαψ ἐκλικμήσει αὐτούς· † καὶ ἐρημώσει πᾶσαν τὴν γῆν ἀνομία, καὶ ἡ κακοπραγία περιτρέψει θρόνους δυναστῶν.

MS.A. (κ) Συγκλύσουσιν

ΚΕΦ. ϛ'.

2 † Ἀκούσατε οὖν βασιλεῖς καὶ σύνετε, † μάθετε δικασταὶ περάτων
3 γῆς. † Ἐνωτίσασθε οἱ κρατοῦντες πλήθους, † καὶ γεγαυρωμένοι
4 ἐπὶ ὄχλοις ἐθνῶν. † Ὅτι ἐδόθη (α) παρὰ τοῦ κυρίου ἡ κράτησις ὑμῖν, † καὶ ἡ δυναστεία παρὰ ὑψίστου, † ὃς ἐξετάσει ὑμῶν τὰ ἔργα,
5 καὶ τὰς βουλὰς διερευνήσει. † Ὅτι ὑπηρέται ὄντες τῆς αὐτοῦ βασιλείας οὐκ ἐκρίνατε ὀρθῶς, † οὐδὲ ἐφυλάξατε νόμον, † οὐδὲ κατὰ τὴν
6 βουλὴν τοῦ θεοῦ ἐπορεύθητε. † Φρικτῶς καὶ ταχέως ἐπιστήσεται ὑμῖν,
7 ὅτι κρίσις ἀπότομος ἐν τοῖς ὑπερέχουσι γίνεται. † Ὁ γὰρ ἐλάχιστος συγγνωστός ἐστιν (β) ἐλέους, † δυνατοὶ δὲ δυνατῶς ἐτασθήσονται.
8 † Οὐ γὰρ ὑποστελεῖται πρόσωπον ὁ πάντων δεσπότης, † οὐδὲ ἐντραπήσεται μέγεθος· † ὅτι μικρὸν καὶ μέγαν αὐτὸς ἐποίησεν, † ὁμοίως
9 τε προνοεῖ περὶ πάντων. † Τοῖς δὲ κραταιοῖς ἰσχυρὰ ἐφίσταται ἔρευνα.
10 † Πρὸς ὑμᾶς οὖν ὦ τύραννοι οἱ λόγοι μου, † ἵνα μάθητε σοφίαν καὶ μὴ παραπέσητε.

MS.A. (α) παρὰ κυρίου (β) ἐλέου

Ibunt directæ emissiones fulgurum, & tanquam à bene curvato arcu nubium ad certum locum insi- 22
lient : Et à petrosa ira plenæ mittentur grandi- 23
nes. Excandescet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter. Contra illos stabit spiritus 24
virtutis, & tanquam turbo venti dividet eos, & ad eremum perducet omnem terram iniquitas ; & malignitas evertet sedes potentium.

CAP. VI.

Audite ergo reges, & intelligite : discite judi- 2
ces finium terræ : Præbete aures vos, qui conti- 3
netis (a) multitudinem, & placetis vobis in turbis nationum : Quoniam data est à Domino po- 4
testas vobis, & virtus ab altissimo : qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur :
Quoniam cum essetis ministri regni illius, non rectè 5
judicastis, neque custodistis (b) legem, neque secundũ
volũtatem Dei ambulastis. Horrende & cito appare- 6
bit vobis : quoniam judicium durissimũ in his qui
præsunt, fit. Exiguo enim conceditur misericordia: 7
potentes autem potenter tormenta patientur. Non 8
enim subtrahet personam (c) cujusque dominus, nec reverebitur (d) magnitudinem : quoniam pusillum & magnum ipse fecit : & æqualiter cura est illi de
omnibus. Fortioribus autem fortior instat cru- 9
ciatio. Ad vos ergò ò (e) tyranni sunt sermones 10
mei ; ut discatis sapientiam, & non excidatis.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]

2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
[illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

Et transibunt super eos jacula lancearum 22
ignearum ac fulgurum : & velut signum fornicis arcûs nubium evanescent : Et cum fu- 23
rore vibrabit in eos calculos grandinis ut saxa : & excandescent in eos aquæ maris : & flumina potenter obruent illos. Insur- 24
gétque in eos ventus horrendus, & quasi turbo disperget illos : vastabítque totam terram impiorum, & conteret flagitiosos ; possessiones potentium, & thronos eorum.

CAP. VI.

Quapropter audite reges, & intelligite ; 2
& discite judices finium terræ : Aures præ- 3
bete qui multum possidetis, & gloriamini turbis populorum. Quoniam à Domino da- 4
ta est *vobis* potestas vestra, & robur vestrum ab Altissimo, qui perquirit opera vestra, & cogitationes vestras perscrutatur. Quia mi- 5
nistri facti estis regni ipsius, & rectè non judicâstis, nec legem ejus custodîstis, & secundùm consilia Dei non ambulâstis. Hor- 6
ribiliter ac citò adorietur vos quoniam judicium horrendum in magnates exercebitur, (Nam rex humilis *ac* sapiens, proxi- 7
mus est miserationibus) & potentes potenter exquirentur. Neque enim assentatur vul- 8
tibus Dominus omnium, neque veretur majestatem : quoniam tam magnum quàm parvum ipse fecit, omnium æquè curam gerit,
Et potentes verè scrutatur. Ad vos *perti-* 9
nent sermones mei, ô tyranni, ut discatis sapientiam, nec excidatis. 10

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

22 وسهايب بروقه بسرعه الي الجهال سريعه اصابتها * ويسلبون في معراهم سريعا كسرعه
23 استدارة قوس الغيوم * ومن تطاير غضبه بالجمله يلقي البرد * يستاط عليهم ماء
24 البحر * ويحوط بهم الانهار بحده سريعه * ينتصب عليهم روح الاقتدار ويسفهم كالزوبعه *
فالاثم يخرب الارض كلها * وافتعال الشر يقلب كراسي المقتدرين *

الفصل السادس *

2 ايها الملوك اسمعوا وافهموا * ويا قضاه قواصي الارض
3
4 اعلموا * ايها الممسكون الجماعه والمساكون بجموع الامم انصتوا * لان الرب اعطاكم
العز * والعلي منحكم الاقتدار * وهو الذي يستفحص اعمالكم ويستكشف اراءكم *
5 لانكم خادمون حقه * فلم تحكموا حكما مستويا * ولا حفظتم سريعته * ولا سلكتم في طريق
6 الله * فينهض عليكم بترهيب ومسارعه * لان الحكومه الجازمه تحل بالمستولين الحظوظ *
7 لان الحقير المتضع يسامح من طريق الرحمه * فاما الاقوياء فسيفحص عنهم استفحاصا
8 قويا * لان السيد لن يحابي وجه الكل * ولا يحابي جسامه الحال * لانه هو خلق الصغير والكبير *
9
10 يعني بالكل ويدبرهم * فاما ذوو العز فسيدهمهم التكشيف القوي * اقوالي تتوخاكم
ايها المرده الجائرون * لتعرفوا الحكمه ولا تسكعوا *

Et flammæ fulgurum ejus protinùs attingentes excurrent ad insensatos : & suo cum scopo velocissimè rapientur, quali velocitate obliquitas arcûs nubium. 22
Suamque ob indignationem penitùs erumpentem, grandinem vibrabit : furet in eos aqua maris, & flumina vehementi celeritate vallabunt illos. Insur- 23
get in eos spiritus validissimus, moréque turbinis radicitùs evellet eos : iniquitas enim terram destruit universam, & thronos potentium evertit malitia. 24

CAP. VI.

O Reges, audite & intelligite ; & O 2
judices extremitatum terræ, discite. O 3
qui continetis vulgum, & fenium profitemini inter nationum turbas, attendite.
Quia Dominus concessit vobis robur, & 4
Altissimus dedit vobis potentiam, ipséque est qui opera vestra pervestigat, & retegit consilia vestra : Quia ministri cùm 5
sitis veritatis ejus, judicium rectum non judicâstis, nec custodistis legem ejus, nec in via Dei ambulâstis : Idcircò insurget 6
in vos cum formidine ac festinatione : quoniam sententia peremptoria supervenit in eos qui fortium potiuntur. Imbe- 7
cillus enim ac humilis, misericordiæ ratione veniam consequetur : at verò potentes vehementi perquisitione examinabuntur. Nam Herus nullius vultui assen- 8
tatur, nec amplæ dignitatis rationem habet, quum ipse tam parvum quàm magnum creaverit, omnes curet ac regat. Cæte- 9
rùm potestate præditos rigidissimum obruet examen. Sermones mei ad vos 10
spectant O rebelles refractarii, ut discatis sapientiam, nec attoniti hæreatis.

Versio VULG. LAT.

11 Qui enim custodierint justa juste, justificabuntur: &
12 qui didicerint ista, invenient quid respondeant. Con-
cupiscite ergò sermones meos, diligite illos, & habebi-
13 tis disciplinã. Clara est, & quæ nunquam marcescit sa-
pienta, & facilè videtur ab his qui diligunt eam, & in-
14 venitur ab his qui quærunt illam. Præoccupat qui se
15 concupiscunt, ut illis se prior ostendat. Qui de luce vi-
gilaverit ad illam, non laborabit: assidentem enim illã
16 foribus suis inveniet. Cogitare ergo de illa, sensus est
consummatus: & qui vigilaverit propter illam, citò se-
17 curus erit. Quoniam dignos se ipsa circuit quærens, &
in viis ostendit se illis hilariter, & in omni providentia
18 occurrit illis. Initiũ enim illius, verissima est disciplinæ
19 concupiscentia. Cura ergò disciplinæ, dilectio est: &
dilectio custodia legũ illius est: custoditio autẽ legum,
20 consummatio incorruptionis est: Incorruptio autẽ fa-
21 cit esse proximum Deo. Concupiscentia itaq; sapientiæ
22 deducit ad regnum perpetuum. Si ergò delectamini
23 sedibus & sceptris, ô reges populi, diligite sapientiam,
ut perpetuũ regnetis. Diligite lumen sapientiæ omnes
24 qui præestis populis. Quid est autẽ sapientia, & quem-
admodum facta sit referam: & non abscondam à vobis
sacramenta Dei, sed ab initio nativitatis investigabo,
& ponam in lucem scientiam illius, & non præteribo
25 veritatem: Neq; cum invidia tabescente iter habebo:
quoniam talis homo non erit particeps sapientiæ.
26 Multitudo autẽ sapientium sanitas est orbis terrarum:
27 & rex sapiens stabilimentum populi est. Ergò accipite
disciplinam per sermones meos, & proderit vobis.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

11 †Οἱ γὰρ φυλάξαντες ὁσίως τὰ ὅσια ὁσιωθήσονται, † καὶ οἱ διδαχθέντες
12 αὐτὰ εὑρήσουσιν ἀπολογίαν. † Ἐπιθυμήσατε οὖν τῶν λόγων μου, † πο-
13 θήσατε καὶ παιδευθήσεσθε. † Λαμπρὰ καὶ ἀμάραντός ἐστιν ἡ σοφία,
† καὶ εὐχερῶς θεωρεῖται ὑπὸ τῶν ἀγαπώντων αὐτήν, † καὶ εὑρίσκεται ὑπὸ
14 τῶν ζητούντων αὐτήν, † Φθάνει τοὺς ἐπιθυμοῦντας προγνωσθῆναι.
15 † Ὁ ὀρθρίσας (γ) ἐπ' αὐτὴν οὐ κοπιάσει, † πάρεδρον γὰρ εὑρήσει τῶν πυ-
16 λῶν αὐτοῦ. † Τὸ γὰρ ἐνθυμηθῆναι περὶ αὐτῆς φρονήσεως τελειότης,
17 † καὶ ὁ ἀγρυπνήσας δι' αὐτὴν ταχέως ἀμέριμνος ἔσται. † Ὅτι τοὺς
ἀξίους αὐτῆς αὐτὴ περιέρχεται ζητοῦσα, † ἐν ταῖς τρίβοις φαντάζεται αὐτοῖς
18 εὐμενῶς, † καὶ ἐν πάσῃ ἐπινοίᾳ (δ) ὑπαντᾷ αὐτοῖς. † Ἀρχὴ γὰρ
19 αὐτῆς ἡ ἀληθεστάτη παιδείας ἐπιθυμία, † φροντὶς δὲ παιδείας ἀ-
20 γάπη, † Ἀγάπη δὲ τήρησις νόμων αὐτῆς, † προσοχὴ δὲ νόμων βε-
21 βαίωσις ἀφθαρσίας, † Ἀφθαρσία δὲ ἐγγὺς εἶναι ποιεῖ θεοῦ. † Ἐπι-
22 θυμία ἄρα σοφίας ἀνάγει ἐπὶ βασιλείαν. † Εἰ οὖν ἥδεσθε ἐπὶ
23 θρόνοις καὶ σκήπτροις τύραννοι λαῶν, † Τιμήσατε σοφίαν, ἵνα εἰς τὸν
24 αἰῶνα βασιλεύσητε. † Τί δέ ἐστι σοφία καὶ πῶς ἐγένετο, ἀπαγγελῶ,
† καὶ οὐκ ἀποκρύψω ὑμῖν μυστήρια, † ἀλλ' ἀπ' ἀρχῆς γενέσεως ἐξιχνιά-
σω, † καὶ θήσω εἰς τὸ ἐμφανὲς τὴν γνῶσιν αὐτῆς, † καὶ οὐ μὴ παροδεύσω
25 τὴν ἀλήθειαν. † Οὔτε μὴν φθόνῳ τετηκότι συνοδεύσω, † ὅτι
26 οὗτος οὐ (ε) κοινωνήσει σοφίᾳ. † Πλῆθος δὲ σοφῶν σωτηρία κόσμου,
27 † καὶ βασιλεὺς φρόνιμος εὐστάθεια δήμου. † Ὥστε παιδεύεσθε τοῖς
ῥήμασί μου, καὶ ὠφεληθήσεσθε.

MS. A. (γ) πρὸς αὐτὴν (δ) ἀπαντᾷ (ε) κοινωνεῖ

Cum Translatione LATINA.

Qui enim custodierint (f) juste justa; justificabuntur, & qui didicerint (g) ista invenient quid 11
respondeant. Concupiscite ergo sermones meos, diligite, & habebitis disciplinam. Clara est, & quæ 12
nunquam marcescat, sapientia: & facile videtur 13
ab his qui diligunt eam, & invenitur ab his qui
quærunt illam. Præoccupat, qui se concupiscunt, 14
ut illis se prior ostendat. Qui de luce vigilaverit 15
ad illam; non laborabit: assidentem enim illam
invenient foribus suis. Cogitare enim de illa (h)
sensus est consummatus: & qui vigilaverit propter 16
illam, cito erit securus. Quoniam dignos seipsa
circumit quærens, & in (i) viis ostendit se illis 17
hilariter, & in omni providentia occurrit illis.
Initium enim illius verissima est disciplinæ concu- 18
piscentia, Cura autem disciplinæ dilectio, & 19
dilectio custoditio legum illius est, custodi-
tio autem legum confirmatio incorruptionis est, In- 20
corruptio autem facit esse proximum Deo. Con- 21
cupiscentia itaque sapientiæ deducit ad regnum. Si 22
ergò delectamini sedibus & sceptris tyranni popu-
lorum; Diligite sapientiam, ut in perpetuum regne- 23
tis. Quid est autem sapientia, & quemadmodum 24
facta sit; referam, & non abscondam vobis sacra-
menta: sed ab initio nativitatis investigabo, &
ponam in lucem scientiam illius, & non præteribo
veritatem: Neque cum invidia tabescente iter 25
habebo: quoniam talis homo non erit particeps sa-
pientiæ. Multitudo autem sapientum, sanitas est 26
orbis terrarum: & rex sapiens populi stabilimentum est. Ergo accipite disciplinam per sermones meos, & proderit vobis. 27

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

* Nam qui sanctimoniam diligunt, sanctè ex- 11
piabuntur: & qui addiscunt eam, inveni-
ent decorem. Expetite igitur sermones 12
meos, eósque diligite, & erudiemini. Præ- 13
clara est atque immarcescibilis sapientia, &
facilè videtur ab his qui diligunt eam,
& ostenditur ab his qui quærunt eam, Ex- 14
hibétque se his qui cupiunt eam quæ-
rere: Et qui manè petit eam, non la- 15
borabit; protinùs enim reperiet illam
suis foribus astantem. Quempiam enim de 16
illa cogitare, sapientia est perfectissima:
& qui vigilant propter eam, citò sine cura
erunt: Quia se dignos ipsamet veniens vi- 17
sitat, per vias se præbet eis, & semper
atque in omnibus consiliis occurrit illis.
Principium enim appetendi eam, veritas est 18
ac disciplina; Et cura disciplinæ, charitas; 19
charitas autem, observantia legis ejus; &
intellectus legis ejus, veritas incorrupta:
Opera autem incorrupta accessum præbent 20
ad Deum. Cupiditas enim sapientiæ evehit 21
ad regnum. Si thronos & regni sceptra 22
cupitis ô reges populi, honorate sapienti-
am, ut regnetis in æternum. Quid sit sa- 24
pientia, & quomodo extiterit, ego dicam,
nec celabo vos mysterium, quodque crea-
turas præcessit, pervestigabo, & cognitio-
nem ejus perspicuè proponam, nec præ-
teribo rectitudinem, Nec invidè me geram: 25
quoniam hujusmodi *homo* non est parti-
ceps sapientiæ. In multitudine verò sapi- 26
entum salus mundi consistit: & rex sapiens
populum sustinet. Itaque verbis meis eru- 27
dimini, & vitam assequemini.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

Nam qui præclara mandata sanctè ser- 11
vaverint, sanctificabuntur, & qui exer-
cuerint ea, invenient excusationem.
Exoptate igitur sermones meos, & con- 12
cupiscite eos, & erudiemini. Decora 13
est sapientia, ejúsque decus non elangue-
scit: & qui diligunt eam, facile vident
illam: & qui quærunt eam, offendunt 14
illam. Prævenit eum qui cupit ipsam
priùs cognoscere. Qui diluculò consur- 15
git ad illam, non fatigabitur, quoniam
reperiet eam foribus suis hærentem.
Nempè de illa cogitare perfectio est pru- 16
dentiæ; & qui propter eam vigilave-
rit, erit sine cura. Ipsa enim venit quæ- 17
rens eos qui se digni sunt, & in viis hi-
lariter se figurat eis, & in quolibet ipso-
rum consilio occurrit illis. Nam verum 18
principium accedendi ad eam est deside-
rium ipsius: Et eruditionis cura, amor 19
ipsius; amor autem ejus, observatio le-
gum ipsius; attentio autem ad leges
ejus, certitudo defectûs corruptionis;
Defectus autem corruptionis efficit 20
hominem Deo propinquum. Cupiditas 21
itaque sapientiæ evehit ad regnum. Si 22
ergò O populorum principes soliis sce-
ptrisque regni delectamini, sapientiam
honorate, ut in perpetuum regnetis. Quid 24
sit sapientia, & quomodo extiterit, ego
referam vobis, nec celabo vos ejus arca-
na; sed ab existentiæ ejus exordio scru-
tabor, ejusque cognitionem perspicuam
reddam, neque prætermittam veritatem.
Neque cum invidia liquefaciente iter 25
habeo; quoniam hujuscemodi accidens
nequaquam fuerit sapientiæ particeps:
Cùm multitudo sapientum sit salus mun- 26
di, & rex prudens optimum populi sta- 27
bilimen. Ut sermonibus meis erudiami-
ni, & emolumentum percipiatis.

Versio VULG. LAT.

CAP. VII.

Sum quidem & ego mortalis homo, similis omnibus,
1 & ex genere terreni illius, qui prior factus est, & in
ventre matris figuratus sum caro, Decem mensium
2 tempore coagulatus sum in sanguine, ex semine ho-
minis, & delectamento somni conveniente. Et ego
3 natus accepi communem aërem, & in similiter factam
decidi terram, & primam vocem similem omnibus
emisi plorans. In involumentis nutritus sum, & curis
4 magnis. Nemo enim ex regibus aliud habuit nati-
5 vitatis initium. Unus ergò introitus est omnibus ad
6 vitam, & similis exitus. Propter hoc optavi, & datus
7 est mihi sensus: & invocavi, & venit in me spiritus
8 sapientiæ: Et præposui illam regnis, & sedibus, &
divitias nihil esse duxi in comparatione illius. Nec
9 comparavi illi lapidem pretiosum: quoniam omne
aurum in comparatione illius, arena est exigua, & tan-
quam lutum æstimabitur argentum in conspectu
10 illius. Super salutem & speciem dilexi illam, & pro-
posui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile
11 est lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona
pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus
12 illius, Et lætatus sum in omnibus: quoniam antece-
debat me ista sapientia, & ignorabam quoniam horum
13 omnium mater est. Quam sine fictione didici, & sine
invidia cōmunico, & honestatem illius non abscondo,

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

ΚΕΦ. ζ΄.

1 †Εἰμὶ μὲν κἀγὼ θνητὸς ἄνθρωπος, ἴσος ἅπασι, †καὶ γηγενοῦς
ἀπόγονος πρωτοπλάστου. †Καὶ ἐν κοιλίᾳ μητρὸς ἐγλύφην σὰρξ
2 †Δεκαμηνιαίῳ χρόνῳ, παγεὶς ἐν αἵματι †ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς καὶ
3 ἡδονῆς ὕπνῳ συνελθούσης. †Καὶ ἐγὼ δὲ γενόμενος ἔσπασα τὸν
κοινὸν ἀέρα, †καὶ ἐπὶ τὴν ὁμοιοπαθῆ κατέπεσον γῆν, πρώτην φωνὴν
4 τὴν ὁμοίαν πᾶσιν ἴσα κλαίων. †Ἐν σπαργάνοις ἀνετράφην, (α) καὶ
5 ἐν φροντίσιν. †Οὐδεὶς γὰρ (β) βασιλεὺς ἑτέραν ἔσχε γενέσεως
6 ἀρχήν. †Μία δὲ πάντων εἴσοδος εἰς τὸν βίον, ἔξοδός τε ἴση.
7 †Διὰ τοῦτο ηὐξάμην, καὶ φρόνησις ἐδόθη μοι, †ἐπεκαλεσάμην, καὶ
8 ἦλθέ μοι πνεῦμα σοφίας. †Προέκρινα αὐτὴν σκήπτρων καὶ θρόνων,
9 καὶ πλοῦτον οὐδὲν ἡγησάμην ἐν συγκρίσει αὐτῆς. †Οὐδὲ (γ) ὡμοίωσα
αὐτῇ λίθον ἀτίμητον, †ὅτι ὁ πᾶς χρυσὸς ἐν ὄψει αὐτῆς ψάμμος
ὀλίγη, †καὶ ὡς πηλὸς λογισθήσεται ἄργυρος ἐναντίον αὐτῆς.
10 †Ὑπὲρ ὑγίειαν καὶ εὐμορφίαν ἠγάπησα αὐτήν, †καὶ (δ) προειλόμην
αὐτὴν ἀντὶ φωτὸς ἔχειν, †ὅτι ἀκοίμητον τὸ ἐκ ταύτης φέγγος.
11 †Ἦλθε δέ μοι τὰ ἀγαθὰ ὁμοῦ πάντα μετ' αὐτῆς, †καὶ ἀναρίθ-
12 μητος πλοῦτος ἐν χερσὶν αὐτῆς. †(ε) Εὐφράνθην δὲ ἐπὶ πάντων,
ὅτι αὐτῶν ἡγεῖται Σοφία, †ἠγνόουν δὲ αὐτὴν γενέτιν εἶναι τούτων.
13 †Ἀδόλως τε ἔμαθον, ἀφθόνως τε μεταδίδωμι, †τὸν πλοῦτον
αὐτῆς οὐκ ἀποκρύπτομαι.

MS. A. (α) καὶ φροντίσιν. (β) βασιλέων (γ) ὡμοίωσα αὐτὴν (δ) προειλόμην (ε) Ηὐφράνθην δὲ ἐπὶ πᾶσιν,

CAP. VII.

Sum quidem & ego mortalis homo, similis omni- 1
bus, & ex genere (a) terreni illius, qui prior factus
est: & in ventre matris figuratus sum caro De- 2
cem mensium tempore, coagulatus in sanguine, ex
semine hominis, & delectamento (b) somno conve-
niente. Et ego natus hausi communem aerem, & 3
in similiter factam decidi terram, primam vocem
similem omnibus (c) æque plorans: In involumentis 4
nutritus sum, & in (d) curis. Nemo enim ex regibus 5
habuit aliud nativitatis initium. Unus ergò est 6
omnibus introitus ad vitam, & similis exitus.
Propter hoc optavi: & datus est mihi sensus: in- 7
vocavi, & venit in me spiritus sapientiæ. Præ- 8
posui illam regnis, & sedibus: & divitias nihil
esse duxi in comparatione illius: Nec comparavi 9
illi lapidem (e) pretiosum: quoniam omne aurum
in comparatione illius arena est exigua, & tan-
quam lutū æstimabitur argentū in conspectu illius.
Super salutē, & speciē dilexi eam, & proposui pro 10
luce habere illam, quoniam inextinguibile est lumen
illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cū 11
illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Et 12
lætatus sum in omnibus, quoniam antecedebat ista
sapientia: & ignorabam, quoniam horum ipsa
**mater est. Et sine fictione didici, & sine invidia* 13
communico, honestatem illius non abscondo.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܙ * ܩܦܠܐܘܢ *

1 * ܡܛܠ ܕܐܦ ܐܢܐ ܐܢܫ ܡܝܘܬܐ ܐܢܐ. ܫܘܐ ܠܟܠܢܫ. ܒܪܗ ܕܩܕܡܝܐ ܒܪܝܐ ܕܐܪܥܐ.
2 * ܘܒܟܪܣܗ ܕܐܡܝ ܐܬܓܒܠܬ ܒܣܪܐ. ܘܥܣܪܐ ܝܪܚܝܢ ܩܪܫܬ ܒܕܡܐ. ܡܢ ܙܪܥܐ
3 ܕܓܒܪܐ. ܘܡܢ ܪܓܬܐ ܕܡܫܟܒܐ. * ܘܟܕ ܐܬܝܠܕܬ ܢܫܒܬ ܐܐܪ ܓܘܢܝܐ. ܘܐܝܟ ܟܠ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܥܠ ܐܪܥܐ
4 ܢܦܠܬ. ܘܩܠܐ ܩܕܡܝܐ. ܐܝܟ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝܢܫܐ ܒܟܝܬ. * ܘܒܥܙܪܘܪܐ. ܒܝܨܝܦܘܬܐ ܐܬܪܒܝܬ.
5 6 * ܠܐ ܓܝܪ ܡܠܟܐ ܐܘ ܫܠܝܛܐ ܐܚܪܢܐ ܗܘܐ ܠܗ ܫܘܪܝܐ ܕܡܘܠܕܐ. * ܚܕ ܗܘ ܓܝܪ ܡܥܠܢܐ
7 ܕܟܠܢܫ ܠܥܠܡܐ. ܘܡܦܩܢܐ ܫܘܐܝܬ ܚܕ. * ܡܛܠ ܗܢܐ ܨܠܝܬ. ܘܐܬܝܗܒ ܠܝ ܪܘܚܐ
8 ܕܚܟܡܬܐ. ܘܩܪܝܬ. ܘܐܬܬ ܥܠܝ ܪܘܚܐ ܕܝܕܥܬܐ. * ܘܨܒܝܬ ܒܗ ܝܬܝܪ ܡܢ ܫܒܛܐ ܘܟܘܪܣܘܬܐ.
9 ܘܠܐ ܦܚܡܬ ܥܡܗ ܥܘܬܪܐ. * ܘܠܐ ܕܡܝܬܗ ܠܟܐܦܐ ܕܛܝܡܐ ܝܩܝܪܐ. ܡܛܠ ܕܟܠܗ ܕܗܒܐ
10 ܠܘܩܒܠܗ. ܐܝܟ ܩܠܝܠ ܚܠܐ. ܘܐܝܟ ܛܝܢܐ ܚܫܝܒ ܟܣܦܐ ܠܘܩܒܠܗ. * ܘܪܚܡܬܗ ܝܬܝܪ
ܡܢ ܫܘܦܪܐ ܘܡܢ ܚܘܠܡܢܐ. ܘܓܒܝܬܗ ܝܬܝܪ ܡܢ ܢܘܗܪܐ. ܡܛܠ ܕܠܐ ܕܡܟ ܢܘܗܪܗ
11 ܕܚܟܡܬܐ. * ܐܬܝ ܠܝ ܕܝܢ ܟܠܗܝܢ ܛܒܬܐ ܐܟܚܕܐ ܥܡܗ. ܘܥܘܬܪܐ ܕܠܐ
12 ܡܢܝܢܐ ܒܐܝܕܝܗ. * ܘܐܬܒܣܡܬ ܒܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ. ܕܚܟܡܬܐ ܡܕܒܪܐ ܠܗܝܢ.
13 ܘܠܐ ܝܕܥܬ ܗܘܝܬ. ܕܩܕܡܝܬܐ ܗܝ ܕܟܠ. * ܕܠܐ ܢܟܠܐ ܝܠܦܬ. ܘܕܠܐ ܚܣܡܐ ܝܗܒܐ ܐܢܐ.
ܘܠܐ ܐܟܣܐ ܡܢܟܘܢ ܥܘܬܪܗ.

CAP. VII.

NAm ego etiam homo sum mortalis, 1
æqualis omnibus, primi terrigenæ filius.
Et in utero matris meæ coagulatus fui caro, 2
& decem mensium tempore in sanguine in-
fixus, ex semine viri & concupiscentia con-
cubitûs. Cúmque natus essem, communem 3
secui aërem, & omnium more hominū super
terram decidi; primâque voce, ut reliqui ho-
mines, plorare cœpi. Et fasciis fui solicitè 4
convolutus: Neque verò alia fuit unquam 5
nativitas ullius regis aut principis: Unus 6
enim est omnium ingressus in mundum, &
egressus æquè idem. Propterea oravi & da- 7
tus est mihi spiritus sapientiæ: invocavi, &
venit super me spiritus scientiæ. Placuit mihi 8
plusquam scepera & solia, opésque cum ea
minimè contuli, Nec eam comparavi cum 9
lapide gravissimi pretii. Nam aurum uni-
versum respectu illius ut parum pulveris
est, & argentum respectu ipsius quasi lu-
tum censetur. Adamavi eam plusquàm pul- 10
chritudinem & sanitatem, elegi eam po-
tiùs quàm lucem, quia lux ipsius sapien-
tiæ non dormiscit. Accesserunt autem mihi 11
cuncta bona simul cum ipsa, & opes in-
numeræ per ipsam. Delectatus sum his 12
omnibus, quòd ea regat sapientia, igno-
rabam autem eam esse omnium primam.
Sine dolo didici, & sine invidia trado, nec 13
celabo vos divitias ejus.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

• الفصل السابع •

1 2 * فاني انا انسان نظير الجماعة ولد ابن الارضي المخلوق اولا * جبلت في جوف امي بشرا •
3 ولبثت في الدم عشرة اشهر • من زرع الرجل واجتماع لذة النوم * فلما صرت مولودا
اجتذبت الهواء العامي • وسقطت على الارض المساوية المني • وجئت باكيا بالصوت
4 الاول المساوي كافة الناس * وربيت بالاقماط والاهتمامات * لان الملك ليس له بدء مولود
5 6 اخر * دخول واحد للكل الى العالم • وخروج للكافة بالسواء * فلهذا ابتهلت ومنحت
7 فطنة • دعوت فجاءني روح الحكمة * ففضلتها على الوية الملك ومنابره والغنا ما
8 احسبه شيا في مقايستها * ولا ساويتها بالجوهر الذي لا يثمن • لان كافة الذهب في
9 ناظرها كرمل يسير • والفضة بازائها تحسب كالطين * رغبت اليها اكثر من العافية
10 وحسن الصورة • واخترت ان تكون لي عوض النور • لان الشعاع اللامع منها غير خابي •
11 12 * جاءني الخيرات كلها معا • والثروة التي لا تحصى في يدها * وسررت بكل شي •
13 لان الحكمة تتقدم الاشياء كلها • ولم اعلم انها كون هذه كلها * فاذا علمت ذلك بلا غش
اعطيته بذاته بلا حسد • ثروتها لست اكتمها •

CAP. VII.

Sum equidem homo similis omnibus, 1
terrigenæ primò creati natus. In utero 2
matris meæ caro coagulatus sum, &
mensibus decem in sanguine mansi, ex
semine viri & conjunctione voluptatis
somni. Cúmque natus fuissem, communem 3
hausi aërem, & in terram dolores meos
reddentem æquales excidi, primamque
vocem omnibus hominibus æqualem plo-
rans edidi, In fasciis & curis sum edu- 4
catus. Nullus enim rex aliud habet in- 5
itium nascendi. Idem est omnibus in 6
mundum introitus, & exitus omnibus
æqualis. Quapropter obsecravi, & pru- 7
dentiam sum consecutus: invocavi, &
obvenit mihi spiritus sapientiæ. Regni 8
vexillis ejusque thronis eam anteposui,
& divitias nihili pendo in compara-
tione ipsius, Nec eam contuli cum gem- 9
mis inæstimabilis pretii: quoniam au-
rum omne respectu ejus quasi pauca est
arena, argentum ad rationem ipsius ut
lutum reputatur. Expetivi eam plusquam 10
sanitatem & pulchritudinem formæ, &
elegi ut esset mihi pro luce, quia splendor
emicans ex ea inocciduus est. Et adve- 11
nerunt mihi bona simul omnia, opesque
per ipsam innumeræ. Et lætitiam per- 12
cepi ex rebus omnibus, quòd sapientia res
omnes antecedat; nesciebamque eam esse
horum omnium existentiam. Cùm itaque 13
id citra fraudem didicerim, idem sine
invidia dono tribuo, divitias ejus mi-
nimè celo.

Versio VULG. LAT.

14 Infinitus enim thesaurus est hominibus : quo qui usi
sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei, propter disci-
15 plinæ dona commendati. Mihi autem dedit Deus di-
cere ex sententia, & præsumere digna horum quæ mihi
dantur : quoniam ipse sapientiæ dux est, & sapien-
16 tium emendator : In manu enim illius, & nos, &
sermones nostri, & omnis sapientia, & operum sci-
17 entia & disciplina. Ipse enim dedit mihi horum,
quæ sunt, scientiam veram : ut sciam dispositionem
18 orbis terrarum, & virtutes elementorum, Initium, &
consummationem, & medietatem temporum, vicis-
19 situdinum permutationes, & commutationes tempo-
20 rum, Anni cursus, & stellarum dispositiones, Na-
turas animalium, & iras bestiarum, vim ventorum,
& cogitationes hominum, differentias virgultorum,
21 & virtutes radicum, Et quæcunque sunt absconsa
& improvisa didici : omnium enim artifex docuit me
22 sapientia. Est enim in illa spiritus intelligentiæ, san-
ctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis,
incoinquinatus, certus, suavis, amans bonum, acu-
23 tus, quem nihil vetat, benefaciens, Humanus, be-
nignus, stabilis, certus, securus, omnem habens vir-
tutem, omnia prospiciens, & qui capiat omnes spi-
24 ritus : intelligibilis, mundus, subtilis. Omnibus
enim mobilibus mobilior est sapientia : attingit au-
tem ubique propter suam munditiam.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

14 † Ἀνεκλιπὴς γὰρ θησαυρός ἐστιν ἀνθρώποις, † ὃν οἱ (ζ) χρησάμενοι
πρὸς Θεὸν ἐστείλαντο φιλίαν † διὰ τὰς ἐκ παιδείας δωρεὰς συστα-
15 θέντες. † Ἐμοὶ δὲ δῴη ὁ Θεὸς εἰπεῖν κατὰ γνώμην, † καὶ ἐνθυμη-
θῆναι ἀξίως (η) τῶν δεδομένων, † ὅτι αὐτὸς καὶ τῆς σοφίας
16 ὁδηγός ἐστι, † καὶ τῶν σοφῶν διορθωτής. † Ἐν γὰρ χειρὶ αὐτοῦ καὶ
ἡμεῖς καὶ οἱ λόγοι ἡμῶν, † πᾶσά τε φρόνησις καὶ ἐργατειῶν ἐπιστήμη.
17 † Αὐτὸς γάρ μοι ἔδωκε τῶν ὄντων γνῶσιν ἀψευδῆ, † εἰδέναι σύ-
18 στασιν κόσμου καὶ ἐνέργειαν στοιχείων, † Ἀρχὴν καὶ τέλος καὶ μεσό-
19 τητα χρόνων, † τροπῶν ἀλλαγὰς καὶ μεταβολὰς καιρῶν, † (θ) Ἐνι-
20 αυτῶν κύκλους καὶ ἀστέρων θέσεις, † Φύσεις ζῴων καὶ θυμοὺς θηρίων,
† πνευμάτων βίας, καὶ διαλογισμοὺς ἀνθρώπων, † διαφορὰς φυτῶν καὶ
21 δυνάμεις ῥιζῶν, † Ὅσα τέ ἐστι κρυπτὰ καὶ ἐμφανῆ, ἔγνων.
22 † Ἡ γὰρ πάντων τεχνῖτις ἐδίδαξέ με σοφία. † (ι) Ἔστι γὰρ ἐν αὐτῇ
πνεῦμα νοερόν, ἅγιον, † μονογενές, πολυμερές, λεπτόν, † εὐκί-
νητον, τρανόν, ἀμόλυντον, † σαφές, ἀπήμαντον, φιλάγαθον, ὀξύ,
23 † ἀκώλυτον, εὐεργετικόν, φιλάνθρωπον, † βέβαιον, ἀσφαλές,
ἀμέριμνον, παντοδύναμον, (κ) πανεπίσκοπον, † καὶ διὰ πάντων
24 χωροῦν πνευμάτων † νοερῶν καθαρῶν λεπτοτάτων. † Πάσης γὰρ
κινήσεως κινητικώτερον σοφία, † διήκει δὲ καὶ χωρεῖ διὰ πάντων διὰ
τὴν καθαρότητα.

MS. A. (ζ) κτησάμενοι (η) τῶν λεγομένων, (θ) Ἐνιαυτοῦ (ι) Ἔστιν γὰρ
αὐτῇ (κ) παντεπίσκοπον,

Infinitus enim thesaurus est hominibus : quo qui 14
usi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei, pro-
pter disciplinæ dona commendati. Mihi autem 15
Deus (f) det dicere ex sententia, & præsumere
digna horum, quæ mihi sunt data : quoniam ipse, &
sapientiæ dux est, & sapientum emendator. In 16
manu enim illius & nos, & sermones nostri, &
omnis sapientia, & (g) operum scientia. Ipse enim 17
dedit mihi horum, quæ sunt, scientiam veram, ut
sciam dispositionem orbis terrarum, & (h) virtu-
tem elementorum, Initium, & consummationem, 18
& medietatem temporum, vicissitudinum permuta-
tiones, & mutationes temporum, Annorum cursus, 19
& stellarum dispositiones, Naturas animalium, & 20
iras bestiarum, vim ventorum, & cogitationes ho-
minum, differentias plantarum, & virtutes radi-
cum : Quæcunque sunt absconsa, & (i) evidentia, 21
didici. Omnium enim artifex docuit me sapien-
tia. Est enim in illa (k) spiritus intelligens, san- 22
ctus, unicus, multiplex, subtilis, bene mobilis, di-
sertus, immaculatus, manifestus, inviolabilis, bo-
num amans, acutus, quem nihil vetat, munificus,
Benignus, stabilis, securus, sine solicitudine, omni- 23
potens, omnia spectans, & per omnes penetrans spi-
ritus intelligibiles mundos subtilissimos. Omnibus 24
enim motibus mobilior est sapientia. Attingit au-
tem, & penetrat per omnia propter munditiam.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

14 * ܡܛܠ ܕܐܘܨܪܐ ܗܘ ܠܒܢܝܢܫܐ ܕܠܐ ܚܣܪ. ܗܢܘܢ ܕܩܢܘܗ̇. ܚܒܪܘ ܪܚܡܬܐ ܥܡ ܐܠܗܐ.
15 ܡܛܠ ܕܒܡܪܕܘܬܐ ܕܡܓܢ ܩܘܝܘ. * ܠܝ ܕܝܢ ܢܬܠ ܠܗ ܐܠܗܐ ܕܐܡܠܠ ܒܡܠܟܐ. ܘܐܬܪܥܐ
ܫܘܝܐܝܬ ܥܠ ܐܝܠܝܢ ܕܡܬܐܡܪܢ. ܡܛܠ ܕܗܘ ܗܘ ܡܕܒܪܢܐ ܕܚܟܡܬܐ. ܘܡܬܪܨܢܐ ܗܘ
16 ܕܚܟܝܡܐ. * ܘܒܐܝܕܗ ܐܢܚܢܢ ܐܝܟ ܡܠܝܢ. ܘܟܠ ܚܟܡܬܐ ܘܝܕܥܬܐ ܥܡ ܥܒܕܐ * ܘܗܘ ܝܗܒ
17 ܠܝ ܝܕܥܬܐ ܕܠܐ ܕܓܠܘܬܐ. ܠܡܕܥ ܐܝܟܢܐ ܩܡ ܥܠܡܐ. ܘܡܥܒܕܢܘܬܐ ܕܓܠܓܠܐ.
18 * ܫܘܪܝܐ ܘܫܘܠܡܐ ܘܡܨܥܬܗܘܢ ܕܙܒܢܐ. * ܫܘܚܠܦܐ ܕܨܒܘܬܐ. ܘܐܝܟܢܐ ܫܚܩܝܢ ܙܒܢܐ.
19
20 ܪܗܛܗܘܢ ܕܫܢܝܐ. ܘܫܠܡܘܬܗܘܢ ܕܟܘܟܒܐ. * ܟܝܢܐ ܕܚܝܘܬܐ. ܘܚܡܬܐ ܕܚܝܘܬܐ. ܚܛܘܦܝܐ
21 ܕܪܘܚܐ. ܘܡܚܫܒܬܗܘܢ ܕܒܢܝܢܫܐ. ܓܢܣܐ ܕܢܨܒܬܐ. ܘܚܝܠܗܘܢ ܕܥܩܪܐ. * ܘܟܠܡܕܡ ܕܟܣܐ
ܘܟܠܡܕܡ ܕܓܠܐ ܝܕܥܬ. ܡܛܠ ܕܗܝ ܕܟܠܡܕܡ ܐܘܡܢܐ. ܐܠܦܬܢܝ ܚܟܡܬܐ.
22 * ܐܝܬ ܒܗ̇ ܓܝܪ ܪܘܚܐ ܦܪܝܫܬܐ. ܩܕܝܫܬܐ. ܝܚܝܕܝܬܐ. ܩܛܝܢܬܐ. ܡܫܟܚܢܝܬܐ. ܡܬܬܙܝܥܢܝܬܐ
ܒܫܦܝܪ. ܢܨܝܚܬ ܫܡܐ. ܕܠܐ ܛܘܠܫܐ. ܚܟܝܡܬܐ ܘܫܪܝܪܬܐ. ܘܠܐ ܡܬܦܢܝܢܝܬܐ. ܪܚܡܬ ܛܒܬܐ.
23 ܘܣܘܟܠܬܢܝܬܐ. ܘܠܐ ܡܬܛܥܝܢܝܬܐ. ܡܘܬܪܢܝܬܐ. ܪܚܡܬ ܒܢܝܢܫܐ. ܚܝܠܬܢܝܬܐ. ܫܪܝܪܬܐ. ܘܠܐ ܪܢܝܐ
ܗܝ. ܚܝܠܬܢܝܬܐ. ܘܟܠ ܡܨܝܐ. ܣܥܘܪܬܐ. ܡܣܬܟܠܢܝܬܐ. ܕܟܝܬܐ. ܘܟܠ ܗܝ ܪܘܚܐ ܐܚܝܕܐ
24 ܩܛܝܢܐ. ܘܢܗܝܪܐ. * ܒܟܠ ܗܘ ܦܘܪܣܝܢ ܡܬܕܒܪܐ ܚܟܡܬܐ. ܘܡܬܗܕܪܐ. ܗܝ ܗܝ
ܕܐܚܝܕܐ ܠܟܠ. ܡܛܠ ܕܟܝܘܬܗ̇.

Ærarium enim est hominibus inexhaustum. 14
Qui possederint eam, amicitiam cum Deo
contraxerint, quòd in disciplina gratuita
perstiterint. Mihi verò tribuat Deus ut con- 15
sultè loquar, dignéque cogitem de his quæ
dicuntur : ipse námque est sapientiæ ductor,
ipséque dirigit sapientes : Et in manu ejus 16
sumus tam nos quàm sermones nostri. Omnis
sapientia & scientia, cum operibus. Ipse 17
enim dedit mihi scientiam haud fallibilem
ad sciendum quomodo constiterit mundus :
& operationem orbium cœlestium, Princi- 18
pium & finem mediúmque temporum, Vi- 19
cissitudines rerum, & quâ ratione tempora
labantur, cursum annorum, & immobilita-
tem siderum, Naturam animalium, & iram 20
belluarum, impetum ventorum, & cogita-
tiones hominum, genera plantarum, & vir-
tutem radicum, Quicquid *denique* occul- 21
tum, & quicquid manifestum est, cognovi;
quoniam ea quæ in rebus omnibus artifex
est sapientia, me docuit. Siquidem inest illi 22
spiritus sagax, sanctus, unicus, subtilis, mul-
tiplex, benè mobilis, famâ illustris, imacula-
tus, sapiens, & verax, atque inflexibilis,
amans bonorum, & prudens, & falli nesci-
us, utilis, Amans hominum, validus, firmus, 23
& minimè anxius, fortis, & omnipotens,
cunctáque visitans, intelligens, purus; omnes
denique spiritus, ipse complectitur; sub-
tilis est, ac perspicuus. Omnibus modis se 24
gerit sapientia, regítque. Hæc est quæ tenet
omnia propter suam puritatem.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

14 * لانها عند الناس كنز لا ينقص • والذين يستعملونه قد بلغوا بالحكمة الى الله • من
15 اجل الاشياء الذي تظهر الموهبة من الادب * فاما انا اعطاني الله ان اقول ما يخص بالعزم *
16 وافتكر افتكارا اهلا للمقولات • لانه هو المرشد الى الحكمة • والمثقف الحكماء * لان في
17 يده نحن واقوالنا • وكافة الفطنة ومعرفة الصنائع * هو منحني معرفة الموجودات لا كذبا
18 فيها • لاعرف نظام العالم وفعل الاستقصات * وابتداء الزمان ومنتهاه ووسطه * وتبدل
19
20 الاحوال • وتنقل الاوقات • وسعي السنة • ووضع النجوم * وطبايع الحيوان • وانفس
21 الوحوش • واعصاف الرياح • وافكار الناس • وتخالف الغروس • وقوى الاصول * وعرفت كلما
22 هو مكتوم وظاهر • لان الصانع كافة الاشياء علمني حكمة * لان فيها هو الروح العقلي
القدسي • الوحيد جوهره • الكثير الاقسام • اللطيف • السريع الحركة • الفصيح • الغير دنس •
23 الحكيم • الذي لا ينظر • المحب الصلاح • الجواد • الذي لا مانعا له • المحسن * الواد للانسان •
الوامق الحكمة • الفيلسوف • الحقيقي • الصاين • الفاقد الهم • القادر على كل شي • المراقب
24 الكل • الداخل في الارواح الطاهرة العقلية اللطيفة * لان الحكمة حركتها اسرع من كل
حركة • عمدة الى الكل وتنفذ الى الكل من اجل صفاء نقائها •

Est enim illa apud homines thesaurus 14
indeficiens, quo qui fuerint usi, per-
veniunt per sapientiam ad Deum, pro-
pter res quas donum à disciplina colla-
tum profert. Mihi verò dedit Deus 15
quod sententiæ respondeat, loqui, dignám-
que dictis cogitationem communicet: quo-
niam ipse est qui ad sapientiam indu-
cit, & sapientes dirigit. Nam in ma- 16
nu ejus sumus nos & sermones nostri,
omnis prudentia, & artium scientia.
Ipse mihi dedit cognitionem rerum ex- 17
istentium minimè fallacem, ut sciam
ordinem mundi, & effectum elemento-
rum, Initium, finem, & medium tem- 18
poris, Immutationem conditionum, tem- 19
porum vicissitudinem, anni fluxum, &
astrorum positionem, Naturas anima- 20
lium, ferarum affectus, ventorum impe-
tus, & cogitationes hominum, plantarum
differentiam, & radicum virtutem :
Adeóque didici quidquid est abstrusum 21
ac apertum : nam rerum omnium fabri-
cator sapientiam me docuit. Siquidem 22
inest illi spiritus intellectualis, sanctus,
unigenitus, multipartitus, subtilis, agilis
motu, dilucidus, incontaminatus, sapi-
ens, invisibilis, boni studiosus, liberalis,
prohiberi nescius, beneficus, Amans 23
hominis, sapientiam diligens, philoso-
phus, verax, cautus, expers curarum,
in omnia potens, omnium explorator,
spiritus mundos intellectuales atque
subtiles penetrans. Nam sapientiæ mo- 24
tus velocior est quocunque motu, ad o-
mnia se protendens, & in omnia per-
manans propter puritatis suæ nitorem.

Versio VULG. LAT.

25 Vapor est enim virtutis Dei, & emanatio quædam est
claritatis omnipotentis Dei sincera: ideò nihil inqui-
26 natum in eam incurrit. Candor est enim lucis æternæ,
& speculum sine macula Dei majestatis, & imago bo-
27 nitatis illius. Et cùm sit una, omnia potest: & in se per-
manens omnia innovat, & per nationes in animas san-
ctas se transfert, amicos Dei & prophetas constituit.
28 Neminem enim diligit Deus, nisi eum, qui cum sapi-
29 entia inhabitat. Est enim hæc speciosior sole, & super
omnem dispositionem stellarum, luci comparata inveni-
30 tur prior. Illi enim succedit nox, sapientiam autem
non vincit malitia.

CAP. VIII.

1 ATtingit ergo à fine usque ad finem fortiter, & dis-
2 ponit omnia suaviter. Hanc amavi, & exquisivi à
juventute mea, & quæsivi sponsam mihi eam assu-
3 mere, & amator factus sum formæ illius. Generosita-
tem illius glorificat, contubernium habens Dei: sed
4 & omnium Dominus dilexit illam. Doctrix enim est
5 disciplinæ Dei, & electrix operum illius. Et si divi-
tiæ appetuntur in vita, quid sapientia locupletius,
6 quæ operatur omnia? Si autem sensus operatur:
quis horum, quæ sunt, magis quàm illa est artifex?

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

25 † Ἀτμὶς γάρ ἐστι τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, † καὶ ἀπόῤῥοια τῆς τοῦ
παντοκράτορος δόξης (λ) εἰλικρινής· † διὰ τοῦτο οὐδὲν μεμιασμένον
26 εἰς αὐτὴν παρεμπίπτει. † Ἀπαύγασμα γάρ ἐστι φωτὸς ἀϊδίου, † καὶ
ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας, † καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθό-
27 τητος αὐτοῦ. † Μία δὲ οὖσα πάντα δύναται, † καὶ μένουσα ἐν (μ) αὐ-
τῇ τὰ πάντα καινίζει, † καὶ κατὰ γενεὰς εἰς ψυχὰς ὁσίας μεταβαίνουσα,
28 † φίλους Θεοῦ καὶ προφήτας κατασκευάζει. † (ν) Οὐθὲν γὰρ ἀγαπᾷ
29 ὁ Θεός, εἰ μὴ τὸν σοφίᾳ συνοικοῦντα. † Ἔστι γὰρ αὕτη εὐπρεπεστέρα ἡλίου,
† καὶ ὑπὲρ πᾶσαν (ξ) ἄστρων θέσιν, † φωτὶ συγκρινομένη εὑρίσκεται
30 προτέρα. † Τοῦτο μὲν γὰρ διαδέχεται νύξ, † (ο) σοφίας δὲ οὐκ ἀντισχύει
κακία.

MS.A. (λ) εἰλικρινείας (μ) ἑαυτῇ πάντα (ν) Οὐδὲν γὰρ ὁ Θεὸς ἀγαπᾷ, (ξ) ἀστέρων (ο) σοφίαν δὲ οὐ κατισχύει

ΚΕΦ. η'.

1 † Διατείνει δὲ ἀπὸ πέρατος (α) εἰς πέρας εὐρώστως, † καὶ (β) διοικεῖ
2 τὰ πάντα χρηστῶς. † Ταύτην ἐφίλησα καὶ ἐξεζήτησα ἐκ νεότητός
μου, † καὶ ἐζήτησα νύμφην ἀγαγέσθαι ἐμαυτῷ, † καὶ ἐραστὴς ἐγενόμην τοῦ
3 κάλλους αὐτῆς. † Εὐγένειαν δοξάζει συμβίωσιν Θεοῦ ἔχουσα, † καὶ
4 ὁ πάντων δεσπότης ἠγάπησεν αὐτήν. † Μύστις γάρ ἐστι τῆς τοῦ
5 Θεοῦ ἐπιστήμης, † καὶ αἱρετὶς τῶν ἔργων αὐτοῦ. † Εἰ δὲ πλοῦτός ἐστιν
ἐπιθυμητὸν κτῆμα ἐν βίῳ, † τί σοφίας πλουσιώτερον τῆς τὰ πάντα
6 ἐργαζομένης; † Εἰ δὲ φρόνησις ἐργάζεται, † τίς αὐτῆς τῶν ὄντων
μᾶλλόν ἐστι τεχνίτης;

MS.A. (α) ἐπὶ (β) διοικεῖται

Vapor enim est virtutis Dei, & emanatio omni- 25
potentis gloriæ sincera. Ideo nihil inquinatum in
illam incurrit. Splendor est enim, & speculum 26
sine macula operationis Dei, & imago bonitatis il-
lius. Et cum sit una, omnia potest, & in se perma- 27
nens omnia innovat, & per nationes in animas san-
ctas se transferens, amicos Dei, & prophetas con-
stituit. Neminem enim diligit Deus, nisi eum qui 28
cum sapientia inhabitat. Est enim hæc speciosior 29
Sole, & super omnem dispositionem stellarum, luci
comparata prior invenitur. Illi enim succedit nox: 30
sapientiam autem non vincit malitia.

CAP. VIII.

ATtingit ergò à fine ad finem fortiter, & dis- 1
ponit omnia suaviter. Hanc amavi, & ex- 2
quisivi à juventute mea, & quæsivi sponsam mihi
assumere, & amator factus sum formæ illius. Ge- 3
nerositatem glorificat, contubernium habens Dei,
& omnium Dominus dilexit illam. Doctrix enim 4
est disciplinæ Dei, & (a) electrix operum illius.
Et si divitiæ sunt desiderabilis possessio in vita; 5
quid sapientia locupletius, quæ operatur omnia?
Si autem sensus operatur; quis horum quæ sunt, 6
magis, quàm illa, est artifex?

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

25 [illegible]
26 [illegible]
[illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
[illegible]
30 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]

Halitus est virtutis divinæ, manetque in glo- 25
ria Dei omnipotentis: expers est falsitatis,
idcircò nihil pollutum cadit in illam. Splen- 26
dor lucis est sapientia, adeóque immarcesci-
bilis: gloriæ speculum est omnibus Dei ser-
vis, & imago bonitatis ejus. Una est, & o- 27
mnia potest; & permanens *cùm sit*, omnia
per ipsam renovantur: & in omni ævo
tranquillas reddit animas piorum: amicos
Dei, ac prophetas ipsa confirmat. Non enim 28
diligit Deus, nisi eos in quibus habitat ea-
dem sapientia. Est hæc sole speciosior, & 29
cunctis sideribus fixis: certavit cum lumi-
ne, & inventa est prior ipso. Et nox post 30
ipsam facta fuit; nam sapientiæ nulla do-
minatur malitia.

CAP. VIII.

EXtendit enim seipsam à finibus ad fines 1
usque firmiter, & cum rebus omnibus suavi-
viter se gerit. Hanc adamavi, & à pueritia 2
mea quæsivi, & sponsam mihi facere studui,
quia pulchritudinem ejus ego concupivi.
Gaudium, & gloria Dei est in ipsius consor- 3
tio; quoniam Deus est pater ejus, & omni-
um Dominus dilexit illam. Quoniam ipsa 4
do cruciarentur hoſtes eorum. Et quam- 5
vis invaſiſſet eos ira beſtiarum ſæva, &
diris ſerpentum morſibus conſumpti eſ-
ſent: Ira tamen tua non ad finem uſ- 6
que duravit; quandoquidem fuerunt ad
breve tempus perturbati, ut commonefie-
rent: ceſſitque id eis in ſignum ſalutis,
quod legis tuæ mandatum illis in memo-
riam reduceret. Qui enim ex eis con- 7
verſus eſt, nequaquam liberatus eſt ob id
quod vidit; ſed propter te ô Servator o-
mnium, ſervatus eſt. Ac per id hoſti- 8
bus perſuaſiſti te eum eſſe qui ſalutem
præſtes ab omni malo; Quòd illos lo- 9
cuſtarum et muſcarum ictus peremerunt,
nec inventum eſt animabus eorum reme-
dium; quippe digni erant qui hujuſmodi
rebus punirentur: Filiis verò tuis 10
haudquaquam nocuerunt dentes draco-
num ſpuentium venenum; enimverò mi-
ſericordia tua occurrens eis, ſanavit il-
los. Hæc autem guſtaverunt, ut ſermo- 11
nes tuos in memoriam revocarent: cele-
riterque ſervati fuerunt, ne in profundā
oblivionem prolapſi à memoria beneficio-
rum tuorum diſtinerentur. Neque enim 12
radicum mercator aut malagma ſana-
vit eos, ſed verbū tuum O ſanans omnia 13
Domine: Tibi ſiquidem eſt in vitam ac
mortem poteſtas, deprimis ad portas in-
ferni, & elevas. Homo quidem occidit 14
ſuo dolo, egreſſusque ſpiritus non rever-
titur, neque redit anima aſſumpta.

Versio VULG. LAT.

15 Sed tuam manum effugere impossibile est. Negantes
16 enim te nosse impii, per fortitudinem brachii tui flagellati sunt: novis aquis, & grandinibus, & pluviis
persecutionem passi, & per ignem consumpti. Quod
17 enim mirabile erat, in aqua, quæ omnia extinguit,
plus ignis valebat: vindex est enim orbis justorum.
18 Quodam enim tempore, mansuetabatur ignis, ne comburerentur quæ ad impios missa erant animalia: sed
ut ipsi videntes scirent, quoniam Dei judicio patiun-
19 tur persecutionem. Et quodam tempore in aqua supra virtutem ignis, exardescebat undique, ut iniquæ
20 terræ nationem exterminaret. Pro quibus angelorum
esca nutrivisti populum tuum, & paratum panem de
cœlo præstitisti illis sine labore, omne delectamentũ
21 in se habentem, & omnis saporis suavitatem. Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat: & deserviens uniuscujusque volunta-
22 ti, ad quod quisque volebat, convertebatur. Nix autem
& glacies sustinebant vim ignis, & non tabescebant:
ut scirent quoniam fructus inimicorum exterminabat
23 ignis ardens in grandine & pluvia coruscans. Hic
autem iterùm ut nutrirentur justi, etiam suæ virtutis
24 oblitus est. Creatura enim tibi Factori deserviens,
exardescit in tormentum adversùs injustos: & lenior
fit ad benefaciendum pro his, qui in te confidunt.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

15 16 Τὴν δὲ σὴν χεῖρα φυγεῖν ἀδύνατόν ἐστιν. † Ἀρνούμενοι γάρ σε εἰδέ-
ναι ἀσεβεῖς, † ἐν ἰσχύϊ βραχίονός σου ἐμαστιγώθησαν, † ξένοις ὑετοῖς καὶ
χαλάζαις καὶ ὄμβροις † διωκόμενοι ἀπαραιτήτοις, † καὶ πυρὶ καταναλι-
17 σκόμενοι. † Τὸ γὰρ παραδοξότατον, ἐν τῷ πάντα σβεννύντι ὕδατι
† πλεῖον ἐνήργει τὸ πῦρ, † ὑπέρμαχος γὰρ ὁ κόσμος ἐστὶ (η) δικαίων.
18 † Ποτὲ μὲν γὰρ ἡμεροῦτο φλόξ, † ἵνα μὴ καταφλέξῃ τὰ ἐπ᾽ ἀσεβεῖς
ἀπεσταλμένα ζῶα, (θ) † ἀλλ᾽ αὐτοὶ βλέποντες ἴδωσιν, ὅτι Θεοῦ κρίσει
19 (ι) ἐλαύνονται. † Ποτὲ δὲ καὶ μεταξὺ ὕδατος ὑπὲρ τὴν πυρὸς
δύναμιν φλέγει, † ἵνα ἀδίκου γῆς γεννήματα (κ) διαφθείρῃ.
20 † Ἀνθ᾽ ὧν ἀγγέλων τροφὴν ἐψώμισας τὸν λαόν σου, † καὶ ἕτοιμον
(λ) ἄρτον αὐτοῖς ἀπ᾽ οὐρανοῦ ἔπεμψας ἀκοπιάτως, † πᾶ-
σαν ἡδονὴν ἰσχύοντα καὶ πρὸς πᾶσαν ἁρμόνιον γεῦσιν. † Ἡ
21 μὲν γὰρ ὑπόστασίς σου τὴν (μ) σὴν γλυκύτητα πρὸς τέκνα
ἐνεφάνιζε, † τῇ δὲ τοῦ προσφερομένου ἐπιθυμίᾳ ὑπηρετῶν, † πρὸς ὅ
22 τις ἐβούλετο μετεκιρνᾶτο. † Χιὼν δὲ καὶ κρύσταλλος (ν) ὑπέμενε πῦρ,
καὶ οὐκ ἐτήκετο, † ἵνα γνῶσιν ὅτι τοὺς τῶν (ξ) ἐχθρῶν καρποὺς κατέφθειρε
πῦρ φλεγόμενον ἐν τῇ χαλάζῃ † καὶ ἐν τοῖς ὑετοῖς διαστράπτον.
23 † Τοῦτο (ο) πάλιν δ᾽ ἵνα τραφῶσι δίκαιοι, † καὶ τῆς ἰδίας (π) ἐπιλελῆσθαι
24 δυνάμεως. † Ἡ γὰρ (ρ) κτίσις σοὶ τῷ ποιήσαντι ὑπηρετοῦσα, † ἐπι-
τείνεται εἰς κόλασιν κατὰ τῶν ἀδίκων, † καὶ ἀνίεται εἰς εὐεργεσίαν ὑπὲρ
τῶν (σ) εἰς σὲ πεποιθότων.

MS. A. (η) δικαίοις. (θ) ἀλλὰ (ι) ἐλαύνωνται. (κ) καταφθείρῃ (λ) ἄρτον ἀπ᾽ οὐρανοῦ παρέσχες αὐτοῖς ἀκοπιάστως, (μ) σὴν πρὸς τέκνα ἐνεφάνιζεν γλυκύτητα, τῇ δὲ (ν) ὑπέμενε (ξ) ἐθνῶν (ο) δὲ πάλιν ἵνα (π) ἐπιλέλησται (ρ) κτίσεις (σ) ἐπὶ σοί.

Sed tuam manum effugere impossibile est. Nega- 15
tes enim nosse te impii, per fortitudinem brachii 16
tui flagellati sunt, novis pluviis, & grandinibus,
& imbribus persequutionem passi inevitabilibus, &
per ignem consumpti. Quod enim maximè mira- 17
bile erat, in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis
valebat. Vindex enim est orbis, justorum. Quo- 18
dam enim tempore mansuetabatur quidem ignis, ne
combureret, quæ ad impios missa erant, animalia;
sed ut ipsi videntes scirent, quoniam Dei judicio
patiuntur persequutionem. Quodam autem tem- 19
pore, & in aqua supra virtutem ignis ardebat, ut
iniquæ terræ germina exterminaret. Pro quibus 20
angelorum esca nutrivisti populum tuum, & para-
tum panem de cælo præstitisti illis sine labore, omne
delectamentum in se habentem, & accommodatum
ad omnem gustum. Substantia enim tua dulcedi- 21
nem tuam in filios ostendebat: & deserviens uni-
uscujusque voluntati, ad quod quisque volebat,
convertebatur. Nix autem & glacies sustine- 22
bant vim ignis, & non tabescebant, ut scirent,
quoniam fructus inimicorum exterminabat ignis
ardens, in grandine & in pluviis coruscans. Hic 23
autem iterùm, ut nutrirentur justi, etiam suæ
virtutis oblitus est. Creatura enim tibi facto- 24
ri deserviens, excandescit in tormentum adver-
sùs injustos, & lenior fit ad benefaciendum pro
his qui in te confidunt.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

15 16 ܘܐܢܫ ܠܐ ܡܫܟܚ ܠܡܥܪܩ ܡܢ ܐܝܕܝܟ܀ * ܘܥܘܠܐ ܓܝܪ ܕܟܦܪܘ ܒܟ܂ ܒܚܝܠܐ
ܕܕܪܥܟ ܢܓܕܬ ܐܢܘܢ܂ ܘܫܚܠܦܬ ܠܗܘܢ ܡܛܪܐ ܒܟܐܦܐ ܕܒܪܕܐ܂ ܘܟܕ ܠܐ ܡܦܨܐ ܪܕܦܬ
17 ܐܢܘܢ܂ ܘܒܢܘܪܐ ܐܘܩܕܬ ܐܢܘܢ܂ ܘܠܫܘܒܚܟ ܪܒܐ ܡܝܐ ܠܐ ܕܥܟܘܗ܀ * ܘܗܕܐ ܝܬܝܪܐ ܗܝ
ܕܒܡܝܐ ܕܡܕܥܟܝܢ ܠܢܘܪܐ܂ ܝܬܝܪ ܗܘܐ ܡܬܝܩܕ ܢܘܪܐ܂ ܡܛܠ ܕܟܠܗ
18 ܒܪܝܬܐ ܡܥܕܪܐ ܠܟܐܢܐ ܒܩܪܒܐ܀ * ܘܡܢ ܨܒܝܢܟ ܫܠܝܬ ܢܘܪܐ ܕܠܐ ܬܘܩܕ ܚܝܘܬܐ
19 ܕܫܕܪܬ ܥܠ ܥܘܠܐ܂ ܕܟܕ ܗܢܘܢ ܚܙܝܢ ܢܗܝܡܢܘܢ ܕܒܕܝܢܗ ܕܐܠܗܐ ܡܬܕܝܢܝܢ܀ * ܘܡܢ
20 ܨܒܝܢܟ ܐܦ ܢܘܪܐ ܒܡܝܐ ܝܩܕܐ܂ ܘܡܬܝܩܕܐ ܠܡܘܩܕܘ ܦܐܪܐ ܕܐܪܥܐ ܕܥܘܠܐ܀ * ܘܐܦ ܐܢܬ
ܒܡܐܟܘܠܬܐ ܕܡܠܐܟܐ ܬܪܣܝܬ ܠܥܡܟ܂ ܘܠܚܡܐ ܡܛܝܒܐ ܝܗܒܬ ܠܗܘܢ ܡܢ ܫܡܝܐ܂
21 ܕܠܐ ܠܐܘܬܐ܂ ܕܒܣܝܡ ܡܢ ܟܠ ܚܠܝܘܬܐ܂ ܘܒܣܝܡ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܛܥܡܐ܀ * ܘܬܘܩܢܝܟ
ܓܠܝܐܝܬ ܚܘܝܬ ܠܒܢܝܟ ܚܠܝܘܬܐ܂ ܘܐܝܟ ܪܓܝܓܬܗܘܢ ܫܡܫܬ ܐܢܘܢ܂ ܘܠܟܠ
22 ܚܕ ܐܝܟ ܕܨܒܐ ܗܘܐ ܡܬܡܙܓ ܗܘܐ܀ * ܒܬܠܓܐ ܘܒܓܠܝܕܐ ܩܡܬ ܢܘܪܐ܂ ܘܠܐ
ܐܬܦܫܪܘ܂ ܕܢܕܥܘܢ ܦܐܪܐ ܕܒܥܠܕܒܒܐ ܕܒܢܘܪܐ ܝܩܕܬܐ ܒܓܘ ܒܪܕܐ܂ ܡܢ ܡܛܪܐ
23 ܚܪܒܘ܀ * ܘܒܝܬ ܟܐܦܐ ܕܒܪܕܐ ܘܡܛܪܐ ܝܗܒܬ ܩܠܐ܂ ܡܛܠ ܕܢܬܦܪܫܘܢ ܙܕܝܩܐ܂ ܘܠܐ
24 ܢܛܥܘܢ ܚܝܠܟ܀ * ܡܛܠ ܕܟܠܗ ܒܪܝܬܐ ܠܟ ܡܫܬܥܒܕܐ܂ ܘܦܘܪܥܢܐ ܓܙܪܬ
ܠܡܪܫܝܥܐ܂ ܘܐܣܝܘܬܐ ܝܗܒܬ ܠܐܝܠܝܢ ܕܬܟܝܠܝܢ ܥܠܝܟ܀

Nemo autem effugere potest manus tuas. 15
Impios enim qui te negârunt, brachii tui ro- 16
bore flagellâsti, mutans eis pluviam in lapi-
des grandinis, nemine liberante exagitans
illos, igneque consumens, quem (ad magnam gloriam tuam) aquæ non extinxerunt.
Atque hoc præstantissimum est, quod in a- 17
quis ignem extinguere natis, magis inflam-
mabatur ignis: nimirum tota creatura justis
auxiliatur in bello. Te volente mitigatus 18
est ignis quin combureret animalia quæ in
impios immisisti: ita ut ipsi videntes, credi-
derint quòd sententiâ Dei judicabantur. Te 19
etiam volente exardescit ignis in aquis, &
inflammatur ad comburendos fructus terræ
scelestorum. Tu quoque angelorum escâ 20
refecisti populum tuum, & panem paratum
de cœlo dedisti eis citra laborem, omni dul-
cedine suaviorem, cunctisque saporibus ju-
cundiorem. Et apparatus tuos palàm de- 21
disti filiis tuis dulcedinem, & secundùm ap-
petitus eorum subservisti eis, & pro cujus-
que voluntate temperabatur ei. In nive & 22
glacie stetit ignis, nec liquefactæ sunt: ut
scirent fructus inimicorum igne intra gran-
dinem ardente vastatos. Inter lapides quo- 23
que grandinis & pluviam dedisti volumi-
na, ut secernerentur justi, nec oblivisceren-
tur potentiam tuam. Tibi enim tota crea- 24
tura tua subjecta est: & punitionem scele-
ratis decrevisti, & his qui tibi sunt freti,
dedisti sanitatem.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

15 16 * والهرب من يدك هو غير ممكن * واذا عرفت ان المنافقين يجحدونك جلدوا بقوة ساعدك
17 واضطهدوا بامطار غريبة • وبالبرد وبسيول لا اعفا منها • وابيدوا بالنار * لان الامر المعجز
في الماء الذي يطفي كل شي ان غلبت النار فيه اكثر • لان العالم هو موازر للمقسطين •
18 * لان اللهيب صار مره انيسا • لكيلا يلهب الحيوان المرسل على المنافقين • بل اذا راوا ذلك
19 هولاء يعلمون انهم بحكم الله يطردون * ودفعه في وسط الماء ساجج فوق النار المتزايده • لتباد
20 غلات الارض الظالمة * واطعمت شعبك عوضها طعام الملايكة • وارسلت لهم من السماء
21 خبزا معدا بلا تعب • اقوى من اللذه ومن كل مستلذ • وملايما كل مذاقة * لان شخصك
اظهر حلاوتك لاولادك • فكان يستقل طعمه لذي من يقدم له • ويخدم اكمال شهوته في مهما
22 اراد من الطعوم * وابدا الثلج والجليد ثابتا مع النار فلم يذوبا • ليعرفوا ان اثمار
23 الاعداء ابادها النار الموقده في البرد • والبارقة في الامطار * وهذا ايضا اذا اغتذي به
24 الصديقون يتناسون قوتهم * لان البرية خادمة لك ايها الباري • فتمتد لعقاب يرسل على
الظالمين • وتتكرم لاحسان يصل الى المتوكلين عليك •

At manum tuam effugere est impossibile. 15
Cúmque cognovisses quòd impii te ne- 16
garent, vi brachii tui flagellati sunt,
insolitis pluviis, grandinibus, imbribusque inevitabilibus exagitati, & igne
consumpti. Nam, quod mirum est, in 17
aquam quæ omnia extinguit, plus egit
ignis: quia nimirum mundus adjutor
justorum est. Flamma enim interdum 18
mitis est reddita, ne immissa in impios
bestias combureret; sed ut hoc isti vi-
dentes, discerent se judicio Dei exagita-
ri. Interdum autem mediam inter 19
aquam suprema vis ignis inflammaba-
tur, ut proventus impiæ telluris consu-
merentur. Populum verò tuum, pro his 20
rebus, Angelorum escâ cibâsti, & panem
de cælo sine labore paratum, suavitate
omnique re suavi potentiorem, & cuivis
gustui accommodatum, ipsis dimisisti.
Nam figura tua dulcedinem tuam præ- 21
buit liberis tuis, ejúsque sapor immuta-
batur apud eum cui offerebatur, & sub-
ministrabat ei summum appetitûs sui in
qualibuscunque saporibus exoptâsset.
Ostendit etiam nivem & glaciem fuis- 22
se cum igne subsistentes, nec liquatas
esse; ut scirent quòd ignis ardens inter
grandines, & inter pluvias coruscans,
fructus inimicorum absumpsisset: Et 23
per eundem rursus justi nutriti, virium
suarum obliviscerentur. Nam creatura 24
tibi ô Creator subserviens, extenditur
ad supplicium in impios immissum; contrahitur autem in beneficium fidentibus
te præstandum.

Versio VULG. LAT.

25 Propter hoc & tunc in omnia transfigurata, omnium
nutrici gratiæ tuæ deserviebat, ad voluntatem eorum, qui
26 à te desiderabant: Ut scirent filii tui, quos dilexisti
Domine, quoniam non nativitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos, qui in te crediderint, con-
27 servat. Quod enim ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat:
28 Ut notum omnibus esset, quoniam oportet prævenire
solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te a-
29 dorare. Ingrati enim spes tanquam hibernalis glacies
tabescet, & disperiet tanquam aqua supervacua.

CAP. XVII.

1 MAgna sunt enim judicia tua Dñe, & inenarrabilia
verba tua: propter hoc indisciplinatæ animæ errave-
2 runt. Dum enim persuasum habent iniqui posse dominari nationi sanctæ: vinculis tenebrarũ et longæ noctis
compediti, inclusi sub tectis, fugitivi perpetuæ pro-
3 videntiæ jacuerunt. Et dum putant se latere in obscuris peccatis, tenebroso oblivionis velamento dispersi
sunt, paventes horrendè, & cum admiratione nimia
4 perturbati. Neque enim quæ continebat illos spelunca, sine timore custodiebat: quoniam sonitus descendens perturbabat illos, & personæ tristes illis appa-
5 rentes pavorem illis præstabant. Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec siderum limpidæ flammæ illuminare poterant illã noctem horrendã.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

25 † Διὰ τοῦτο καὶ τότε εἰς πάντα (τ) μεταλλευομένη † τῇ παντοτρόφῳ σου
26 δωρεᾷ ὑπηρέτει, † πρὸς τὴν τῶν δεομένων θέλησιν· † Ἵνα μάθωσιν οἱ
υἱοί σου, οὓς ἠγάπησας, κύριε, † ὅτι οὐχ αἱ γενέσεις τῶν (υ) καρπῶν
τρέφουσιν ἄνθρωπον, † ἀλλὰ τὸ ῥῆμά σου τοὺς σοὶ πιστεύοντας
27 διατηρεῖ. † Τὸ γὰρ ὑπὸ πυρὸς μὴ φθειρόμενον, † ἁπλῶς ὑπὸ βρα-
28 χείας ἀκτῖνος ἡλίου θερμαινόμενον ἐτήκετο· † Ὅπως γνωστὸν ᾖ,
ὅτι δεῖ (φ) φθάνειν τὸν ἥλιον ἐπ' εὐχαριστίαν σου, † καὶ πρὸς ἀνατολὴν
29 φωτὸς ἐντυγχάνειν σοι. † Ἀχαρίστου γὰρ ἐλπὶς ὡς (χ) χειμέριος
πάχνη τακήσεται, † καὶ ῥυήσεται ὡς ὕδωρ ἄχρηστον.

MS.A. (τ) μεταλλευομένη (υ) ἀνθρώπων (φ) φθάνειν (χ) χειμερινὴ

ΚΕΦ. ιζ'.

1 † Μεγάλαι γάρ σου αἱ κρίσεις καὶ δυσδιήγητοι· † διὰ τοῦτο
2 ἀπαίδευτοι ψυχαὶ ἐπλανήθησαν. † Ὑπειληφότες γὰρ καταδυνα-
στεύειν ἔθνος ἅγιον ἄνομοι, † δέσμιοι σκότους καὶ μακρᾶς πεδῆται
νυκτὸς, † (α) κατακλεισθέντες ὀρόφοις, φυγάδες τῆς αἰωνίου προνοίας
3 ἔκειντο. † Λανθάνειν γὰρ νομίζοντες ἐπὶ κρυφαίοις ἁμαρτήμασιν,
† ἀφεγγεῖ λήθης παρακαλύμματι † (β) ἐσκορπίσθησαν, θαμβούμενοι δει-
4 νῶς † καὶ ἰνδάλμασιν ἐκταρασσόμενοι. † Οὐδὲ γὰρ ὁ κατέχων αὐτοὺς
(γ) μυχὸς ἀφόβους διεφύλασσεν, † ἦχοι δὲ καταράσσοντες αὐτοὺς
περιήχουν, καὶ φάσματα ἀμειδήτοις κατηφῆ προσώποις ἐνεφανίζετο.
5 † Καὶ πυρὸς μὲν οὐδεμία βία κατίσχυε φωτίζειν, † οὔτε ἄστρων ἔκλαμ-
προι φλόγες καταυγάζειν ὑπέμενον † τὴν στυγνὴν ἐκείνην νύκτα.

MS.A. (α) * κατακλεισθέντος (β) ἐσκοτίσθησαν (γ) * μυχὸς ἀφόβους διεφύλαττεν,

Cum Translatione LATINA.

Propter hoc & tunc in omnia transfigurata omnium 25
nutrici gratiæ tuæ deserviebat, ad voluntatem eorũ
qui desiderabant: Ut scirent filii tui, quos dile- 26
xisti Domine, quoniam non nativitates fructuum
pascunt hominem, sed sermo tuus hos qui in te crediderunt, conservat. Quod enim ab igne non po- 27
terat exterminari; statim ab exiguo Solis radio calefactum tabescebat: Ut notum esset, quoniam 28
oportet prævenire Solem ad benedictionem tuam, &
ad ortum lucis te adorare. Ingrati enim spes, tan- 29
quam hybernalis glacies, tabescet, & disperiet tanquam aqua supervacua.

CAP. XVII.

MAgna enim sunt judicia tua, & inenarrabi- 1
lia. Propter hoc indisciplinatæ animæ erraverunt.
Dum enim persuasum habent iniqui dominari nati- 2
oni (a) sanctæ; vinculis tenebrarum, & longæ noctis compediti, inclusi sub tectis, fugitivi perpetuæ
providentiæ, jacuerunt. Dum enim putant se latere 3
in obscuris peccatis; tenebroso oblivionis velamento dispersi sunt, paventes horrendè, & spectris conturbati. Neque enim quæ continebat illos spelunca, 4
sine timore custodiebat: sed sonitus cum impetu descendentes ipsis obstrepebant, & visiones tristes
mæstis vultibus apparebant. Et ignis quidem nul- 5
la vis poterat lumen præbere, nec syderum limpidæ
flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

25 * ܡܛܠ ܗܢܐ ܒܟܠ ܗܘ ܡܫܬܚܠܦܐ ܛܝܒܘܬܟ܂ ܘܡܦܪܢܣܐ ܠܟܠܚܕ ܐܝܟ ܨܒܝܢܗ
26 ܐܝܟ ܕܢܕܥܘܢ܂ * ܒܢܝܐ ܕܡܪܝܐ ܪܚܡ ܠܗܘܢ܂ ܕܠܐ ܗܘܐ ܦܐܪܐ ܕܝܠܝܕܐ ܡܬܪܣܐ ܒܪܢܫܐ܂
27 ܐܠܐ ܡܠܬܟ ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܗܝܡܢܝܢ ܒܟ ܢܛܪܐ ܠܗܘܢ܂ * ܙܒܢܝܢ ܣܓܝܐܢ ܐܬܬ ܢܘܪܐ ܘܠܐ
ܐܚܒܠܬ܂ ܘܐܝܠܝܢ ܕܡܢ ܢܘܪܐ ܠܐ ܐܬܦܫܪܘ܂ ܟܕ ܐܬܐ ܫܡܫܐ ܒܚܘܡܗ ܐܬܦܫܪܘ܂
28 * ܕܢܕܥܘܢ ܕܐܦ ܫܡܫܐ ܩܐܡ ܒܬܘܕܝܬܐ܂ ܘܡܕܢܚܐ ܕܢܘܗܪܗ ܡܩܕܡ ܠܟ܂ * ܣܒܪܐ
29 ܓܝܪ ܕܥܘܠܐ܂ ܐܝܟ ܓܠܝܕܐ ܕܣܬܘܐ ܢܬܦܫܪ܂ ܘܐܝܟ ܡܝܐ ܕܡܣܠܝܢ ܢܬܐܫܕ܂

* ܩܦܠܐܘܢ * ܝܙ *

1 * ܪܘܪܒܝܢ ܐܢܘܢ ܓܝܪ ܕܝܢܝܟ܂ ܘܠܡܬܡܗܘ ܐܢܘܢ ܒܡܫܬܥܝܢܘܬܐ܂ ܡܛܠ ܗܢܐ ܐܝܠܝܢ ܕܡܫܬܒܗܪܝܢ
2 ܒܢܦܫܗܘܢ ܛܥܘ܂ * ܚܛܝܐ ܓܝܪ ܕܣܒܪܝܢ ܗܘܘ ܕܢܫܬܥܒܕܘܢ ܠܥܡܟ ܩܕܝܫܐ܂ * ܒܩܡܨܐ
ܘܒܕܒܒܐ ܢܟܝܬܝܢ ܡܝܬܘ܂ ܐܣܘܪܐ ܕܚܫܘܟܐ ܘܡܘܟܠܐ ܕܠܠܝܐ ܟܕ ܡܬܚܫܒܝܢ ܗܘܘ ܒܢܦܫܗܘܢ
ܣܒܪܝܢ ܗܘܘ ܕܢܙܟܘܢ ܠܬܪܥܝܬܐ ܕܥܠܡܐ܂ ܘܣܒܪܝܢ ܗܘܘ ܕܢܛܫܘܢ ܚܛܗܝܗܘܢ ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܥܒܕܘ
3 ܐܬܟܬܫܘ ܐܬܒܕܪܘ܂ ܘܒܬܗܪܐ ܕܚܠܝܢ ܗܘܘ܂ ܘܐܬܕܠܚܘ ܘܐܬܪܡܝܘ܂ * ܘܚܫܘܟܐ ܕܐܚܕ ܗܘܐ ܠܗܘܢ
4 ܒܕܚܠܬܐ ܐܚܕ ܐܢܘܢ܂ ܘܩܠܐ ܕܠܘܛܬܐ ܩܒܠܗܘܢ܂ * ܘܡܚܕܐ ܚܫܟܝ ܥܝܢܝܗܘܢ܂ ܘܢܘܗܪܐ ܠܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ܂
ܘܒܚܘܡܬܐ ܕܢܘܪܐ ܐܬܒܕܪܘ܂ ܘܫܠܗܒܝܬܗܘܢ ܢܗܝܪܬܐ ܠܐ ܕܥܟܬ܂ * ܘܣܒܪܝܢ ܗܘܘ ܕܢܗܘܐ ܠܗܘܢ ܢܘܗܪܐ
5 ܒܚܫܘܟܐ ܕܠܠܝܐ ܗܘ܂

* Propterea in omnia se transformat & inser- 25
vit gratia tua, & unicuiq; pro ipsius volunta-
te dispensat: Ut filii quos Dñs diligit, disce- 26
rent quòd nequaquam fructuum progenies
alit hominem; sed verbum tuum sibi fidem
præstantes conservat. Frequenter advenit 27
ignis, nec damnũ pertulêre: qui verò ab igne
liquefacti minimè fuerunt, adveniente sole
cum æstu suo, liquefacti sunt: Ut scirent solé 28
etiam surgere cum gratiarum actione, & lu-
cis suæ ortu ad te prævenire. Nam spes ini- 29
quorum tanquam glacies hyemalis liquescet,
& ut vilis aqua effundetur.

CAP. XVII.

NEmpè magna sunt judicia tua, & narra- 1
tu admiranda; propterea qui de seipsis præ-
sumunt, erraverunt. Peccatores enim qui pu- 2
tabant populũ tuũ Sanctũ se subjecturos, iidẽ
locustis muscisq; morsi occubuerunt. Vincu-
la tenebrarum & vectes nocturnos, apud se co-
gitantes, arbitrati sunt opiniones mundi se
victuros. Et peccata se sua celaturos arbi- 3
trati, per ea quæ perpetrârunt accusati disper-
si sunt, & cum stupore paventes conturbati
sunt atq; dejecti. Et caligo quæ occupaverat 4
eos, horrendè conclusit illos, & vox maledi-
ctionis excepit eos, repentè obtenebrati sunt
oculi eorum, & lux non affuit eis. Ignis im- 5
petu dissipati sunt, & flamma eorum lucida
non extinguitur. Arbitrabantur lucem se ha-
bituros in tenebris noctis illius,

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

25 * فلهذا موهبتك حينئذ كانت تنقلب الى كل شي. وتخدم في كل طعام نحو مشية المحتاجين
26 اليه * ليعلم بنوك الذين احببتهم يا رب. ان الانسان ما تغذوه اجناس الاثمار. بل قولك
27 يحفظ المتوكلين عليك * لان ما لم تفسده النار. احماه اليسير من شعاع الشمس * ليكون
28 معلوما ان الشمس ينبغي ان تصل الينا. لنشكر لك ونبتهل اليك نحو مشرق الشمس * لان
29 رجاء من لا شكرا له يذوب كجليد شتوي. ويسيل كماء غير نافع.

الفصل السابع عشر

1 * لان احكامك عظيمة وعناص وصفها. فلذلك ضلت النفوس التي لا ادب لها * لان
2 الاثمة اذا اخذوا امة قديسة استاثروا عليها. والمقتدرون قيدوا بالظلام والليل الطويل. اذا
3 حبسوا تحت السقوف وحصلوا هاربين من السياسة الابدية * ظانين ان ما اخطاوا به في
الخافي ينكتم بغطاء النسيان الذي لا نور فيه. فدهشوا مبهوتين شديدا وقلقوا بالخيالات.
4 * لان الفاسق الذي امسكهم لم يمكنه يحفظهم غير خائفين. بل اصواتهم بمواصلة
5 لغطها كانت تجزعهم وخيالات غير مبتسمة اباذت من كان وجهه مقطبا * وضوء النار لم
يستطع يضي ولا مرة واحدة. ولا لمعانات النجوم البهية تبتت لتنير تلك الليلة المدلهمة.

Propterea donum tuum in rem quamli- 25
bet tunc immutabatur, & in omni cibo
pro indigentium voto subserviebat: Ut 26
filii tui quos dilexisti O Domine, di-
scerent, hominem nequaquam nutriri
fructuum generibus, sed eloquio tuo eos
qui te fidunt, conservari. Quod enim 27
non vastavit ignis, exiguus solis ra-
dius calefecit. Quo notum esset so- 28
lem ad nos usque pertingere oportere,
ut gratias tibi agamus, teque ad ortum
solis deprecemur. Nam spes ingrati cen 29
glacies hyemalis liquescet, & more in-
utilis aquæ diffluet.

CAP. XVII.

QUia maxima sunt judicia tua, & 1
narratu difficilia; propterea animæ in-
eruditæ erraverunt. Iniqui enim gen- 2
tem sanctam capientes, se prætulerunt
ei; & potentes tenebrarum longæque
noctis vinculis constricti fuerunt, sub
tectis inclusi; & profugi extiterunt
ab æterna providentia. Quod in oc- 3
cultis perpetrârunt, oblivionis velamine lucis experte latiturum arbitrati,
graviter attoniti dissipati sunt, & phan-
tasmatibus perturbati. Impius enim 4
qui detinuerat eos, non potuit illos
servare impavidos; sed propria ipso-
rum voces continuo cum strepitu con-
junctæ perterrebant eos, & phanta-
smata nequaquam hilaria eum cujus tri-
stis erat vultus, consumebant. Lumen 5
quoque ignis ne unã quidem vice lucere
poterat, neque coruscantes siderum fulgores perstiterunt ad atram illam no-
ctem illustrandam:

Versio VULG. LAT.

6 Apparebat autem illis subitaneus ignis, timore plenus: & timore perculsi illius, quæ non videbatur, faciei,
7 æstimabant deteriora esse quæ videbantur: Et magicæ artis appositi erant derisus, et sapientiæ gloriæ cor-
8 reptio cum contumelia. Illi enim qui promittebant timores & perturbationes expellere se ab anima languente, hi cum derisu pleni timore languebant. Nam
9 etsi nihil illos ex monstris perturbabat: transitu animalium & serpentium sibilatione commoti, tremebundi peribant: & aërem, quem nulla ratione quis
10 effugere posset, negantes se videre. Cùm sit enim timida nequitia, dat testimonium condemnationis: sem-
11 per enim præsumit sæva, perturbata conscientia. Nihil enim est timor nisi proditio cogitationis auxiliorũ.
12 Et dum ab intus minor est expectatio, majorem computat inscientiam ejus causæ, de qua tormentum præ-
13 stat. Illi autem qui impotentem verè noctem, & ab infimis, & ab altissimis inferis supervenientem, eun-
14 dem somnum dormientes, Aliquando monstrorum exagitabantur timore, aliquando animæ deficiebant traductione: subitaneus enim illis & insperatus timor supervenerat. Deinde si quisquam ex illis
15 decidisset, custodiebatur in carcere sine ferro reclusus.
16 Si enim rusticus quis erat, aut pastor, aut agri laborum operarius præoccupatus esset, ineffugibilem sustinebat necessitatem. Una enim catena tenebrarum
17 omnes erant colligati. Sive spiritus sibilans, aut inter spissos arborum ramos avium sonus suavis, aut vis aquæ decurrentis nimiùm,

Versio GRÆCA LXX. Interp.

6 † Διεφαίνετο δ' αὐτοῖς μόνον † αὐτομάτη πυρὰ φόβου πλήρης, † (δ) ἐκδειματέμενοι δὲ τῆς μὴ θεωρουμένης ἐκείνης ὄψεως,
7 † ἡγοῦντο χείρω τὰ βλεπόμενα. † Μαγικῆς δὲ ἐμπαίγματα (ε) καθείλκετο τέχνης, † καὶ τῆς ἐπὶ φρονήσει ἀλαζονίας ἔλεγχος
8 ἐφύβριστος. † Οἱ γὰρ ὑπισχνούμενοι δείματα καὶ ταραχὰς ἀπελαύνειν
9 ψυχῆς νοσούσης, † οὗτοι καταγέλαστον εὐλάβειαν ἐνόσουν. † Καὶ γὰρ εἰ μηδὲν αὐτοὺς ταραχῶδες ἐφόβει, † κνωδάλων παρόδοις καὶ ἑρπετῶν συριγμοῖς (ζ) ἐκσεσοβημένοι, † Διώλλυντο ἔντρομοι, † καὶ
10 τὸν μηδαμόθεν φευκτὸν ἀέρα προσιδεῖν ἀρνούμενοι. † Δειλὸν γὰρ ἰδίως πονηρία μαρτυρεῖ καταδικαζομένη, † ἀεὶ δὲ προσείληφε τὰ
11 χαλεπὰ συνεχομένη τῇ συνειδήσει. † (η) Οὐθὲν γάρ ἐστι φόβος, εἰ μὴ
12 προδοσία τῶν ἀπὸ λογισμοῦ βοηθημάτων. † Ἔνδοθεν δὲ οὖσα ἥττων ἡ προσδοκία, † πλείονα λογίζεται τὴν ἄγνοιαν τῆς παρεχούσης τὴν βά-
13 σανον αἰτίας. † Οἱ δὲ τὴν ἀδύνατον ὄντως νύκτα † καὶ ἐξ ἀδυνάτου
14 ᾅδου μυχῶν ἐπελθοῦσαν, † τὸν αὐτὸν ὕπνον κοιμώμενοι, Τὰ μὲν τέρασιν ἠλαύνοντο φαντασμάτων, † τὰ δὲ τῆς ψυχῆς παρελύοντο προδοσίᾳ· † αἰφνίδιος γὰρ αὐτοῖς καὶ ἀπροσδόκητος φόβος ἐπεχύ-
15 θη. † Εἶθ' οὕτως, ὃς δήποτ' οὖν ἦν ἐκεῖ καταπίπτων, † ἐφρουρεῖτο
16 εἰς τὴν ἀσίδηρον εἱρκτὴν κατακλεισθείς. † Εἴτε γὰρ γεωργὸς ἦν τις, ἢ ποιμὴν, † ἢ τῶν κατ' ἐρημίαν ἐργάτης μόχθων, † προληφθεὶς τὴν
17 (θ) δυσάλυκτον ἔμενεν ἀνάγκην· † Μιᾷ γὰρ ἁλύσει σκότους πάντες ἐδέθησαν. † Εἴτε πνεῦμα συρίζον, † ἢ περὶ ἀμφιλαφεῖς κλάδους † (ι) ὀρνέων ἦχος εὐμελὴς, † ἢ ῥυθμὸς ὕδατος πορευομένου βίᾳ,

MS. A. (δ) ἐκδειματέμενοί τε τῆς θεωρουμένης (ε) κατέκειτο (ζ) ἐκπεφοβημένοι, (η) Οὐδὲν (θ) δυσάλυκτον (ι) ὁ ὀρνέων

Cum Translatione LATINA.

Apparebat autem illis tantùm subitaneus ignis 6
timore plenus: & timore percussi illius, quæ non videbatur, speciei, æstimabant deteriora esse quæ videbantur. Magicæ autem artis illusiones jace- 7
bant, & jactantiæ de sapientia erat correptio cum contumelia. Illi enim qui promittebant timores, & 8
turbationes expellere ab anima languente, hi ridiculo timore languebant. Nam etsi nihil illos 9
(d) turbulentum terrefaciebat; transitu animalium, & serpentum sibilatione commoti, tremebundi peribant, etiam aërem, quem nulla ratione quis effugere posset, negantes videre. Cùm sit enim propriè 10
timida nequitia, (e) dat testimonium condemnata: semper autem præsumit sæva, perturbata per conscientiam. Nihil enim est timor; nisi proditio 11
auxiliorum, quæ à cogitatione: Et, dum ab intra 12
minor est expectatio, majorem computat inscientiam (d) præbentis tormentum causæ. Illi autem, qui impotentem verè noctem, & ex impotentis 13
inferni speluncis supervenientem, eundem somnum dormiebant, Partim monstris phantasmatum ex- 14
agitabantur, partim verò animæ deficiebant traditione. Subitaneus enim illis, & insperatus timor supervenerat. Deinde sic quicunque illic ce- 15
ciderat; custodiebatur in carcerem sine ferro conclusus. Sive enim rusticus quis erat, aut pastor, 16
vel operarius laborum qui in deserto, præoccupatus ineffugabilem sustinebat necessitatem. Una 17
enim catena tenebrarum omnes erant colligati: Sive spiritus sibilans, aut inter spissos ramos avium sonus suavis, aut rythmus aquæ decurrentis vi,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]

At ignis tantùm lucebat eis, cujus nec aspe- 6
ctum videbant. Acerbum erat spectaculum quod videbant. Arte magicâ uti cogitârunt, 7
sed in cogitatione superbiæ suæ læsi fuerunt contumeliâ, morsibus, & pavore. Animæ 8
eorum miserè ductæ fuerunt, & risu ac formidine ægrotârunt. Et monstra quæque ter- 9
ruerunt eos, muscæ quidem contaminando, & serpentia irritando; à volucrum autem conspectu corruerunt, ac tremebundi perierunt; & ab aëre qui nihil est, fugerunt fidei desertores, ne crederent. Sua enim 11
ipsorum malitia testatur adversùs eos, illósque condemnat, quòd scelera perpetrârint, & cogitationum suarum tenaces fuerint. Quid 12
est metus eorum, nisi proditio malitiæ cogitationum adjutricis? Qui intus residens, 13
minora se expectat, cùm ipse major sit quàm illa ignota. Eadem quoque *malitia* causa 14
est ignominiæ supervenientis, & noctis quæ nec potest nec valet ab inferis, ob vincula sua venire; atque hujus somno ii sunt sopiti. In tuo somno cerneres teipsum ad eam *no-* 15
ctem abduci, & in quicquid cerneres, spirares; Et citra vincula vinctus tibi videre- 16
ris, & carcere detentus. Et sive rusticus es- 17
ses, sive pastor, sive agriculturam exercens, diffluères; & in necessitate quam non sperabas, versareris.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

6 بل ظهرت لهم فقط نار من ذاتها * غير خائفة بالجملة من ذلك الوجه الذي لم يرى * أي
7 الذي كان أشر من الوجوه المبصرة * إذ وضع ألعاب الصناعة السحرية والتعاظم بالفطنة
8 توبيخا للمعيرين * لأن الذين وعدوا أن يطردوا قلق النفس السقيمة وجزعها * هؤلاء أسقمهم
9
10 ذعرا مضحكا * لأنهم إن كان ما أخافهم شيء مقلق * فتقاطر الدواب الذميمة وصفير الهوام
11 هزمهم مطرودين جزعين * وأعفوا معاينة الهواء المهزومين من كل جهة * لأن الشر خاصيته
الجبانة * التي بها يشهد له ويحكم عليه * وهو يأخذ الأشياء الصعبة الملتوية دائما * ويحدق
12
13 بالضيق * لأن الخوف ليس هو شيئا * إلا توقع العقوبات من الفكر * فإذا كان الانتظار
14 الباطل قليلا * تحسب الغباوة كثيرا * الملكة العذاب سبب وحجة * فأولئك لما شملهم الليلة
التي لا يمكن احتمالها حقا * الواردة من طابق الجحيم * التي لا يطاق احتمالها * كانوا نياما
15 هذا النوم نفسه * فدهمتهم الأفاريع * بعضها كان يستاقهم بخراج الخيالات * ومنها يحل انتظار
16 النفس * وفاجأهم على غفلة خوفا لم يتوقعوه * فهكذا كل من كان هناك إذا كان من كان
17 قد سقط أو من كان قد حبس * وحله في الحبس مقيدا بحديد وبلا حديد * ولأن كان
أحدهم يكون فلاحا أو راعيا * أو فاعلا يتعب في الأرض مقيما في البرية * فقد صابر تلك
الشدة التي لا غاية لها وكفته *

Sed ignis tantùm ultrò apparuit eis, 6
nullo modo timens vultum illum qui non cernitur, qui scilicet erat vultuum visibilium pessimus: Ludos artis magicæ & 7
jactantiam prudentiæ humilians, in correptionem blasphemorum. Nam qui se pro- 8
mittebant laborantis animi perturbationes pavoremque depulsuros, hos ridiculi timoris morbo affecit. Nam etsi nihil eis 9
turbulentum territâsset, Vitiosarum ta- 10
men belluarum stipationes, & insectorum sibili propulsatos illos pavidosque profligârunt; adeóque aëris intuitum, ex omni parte fugati recusârunt. Improbitatis 11
enim proprietas est formido, quâ testimonium fertur in illam atque damnatur: eademque res arduas ac perversas semper præsumit, & conscientiam occupat. Nihil enim est metus, nisi puni- 12
tionum expectatio à cogitatione. Cúmque 13
vana spes minor fuerit, major censetur stultitia quæ tormentum propriæ angustiæ causam præbet. Ergò illi, cùm occupâs- 14
set eos nox illa quæ verè tolerari non potest, ex intolerabilis inferni crypta proveniens, hunc eundem somnum dormiebant: Et offuscârunt eos terriculamenta, 15
quorum quædam exterminabant eos spectrorum portentis, alia spem animi dissolvebant. Et de repentè supervenit eis timor insperatus. Et hoc modo quicunque 16
illic aderat, quisquis tandem ille fuisset, tam qui corruerat, quàm qui carcere detentus erat, æternùm manebat in carcere, 17
ferro ac citra ferrum constrictus. Et sive agricola quis eorum esset, sive pastor, sive operarius terram colens, degens in deserto, hanc infinitam passus est calamitatem, eáque tactus:

Versio VULG. LAT.

18 Aut sonus valid' præcipitatarum petrarum, aut luden-
tium animalium cursus invisus, aut mugientium valida
bestiarum vox, aut resonans de altissimis montibus E-
19 cho; deficientes faciebant illos præ timore. Omnis
enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine,
20 & non impeditis operibus continebatur. Solis autem
illis superposita erat gravis nox, imago tenebrarum,
quæ superventura illis erat. Ipsi ergo sibi erant gra-
viores tenebris.

CAP. XVIII.

1 SAnctis autem tuis maxima erat lux, & horum qui-
dem vocem audiebant, sed figuram non videbant. Et
quia non & ipsi eadem passi erant, magnificabant te:
2 Et qui antè læsi erant, quia non lædebantur, gratias
3 agebant: & ut esset differentia, donum petebant. Pro-
pter quod ignis ardentem columnam ducem habue-
runt ignotæ viæ, & solem sine læsura boni hospitii præ-
4 stitisti. Digni quidem illi carere luce, & pati carce-
rem tenebrarum, qui inclusos custodiebant filios tuos,
per quos incipiebat incorruptum legis lumen seculo
5 dari. Cùm cogitarent justorum occidere infantes: &
uno exposito filio, & liberato, in traductionem illo-
rum, multitudinem filiorum abstulisti, & pariter illos
perdidisti in aqua valida.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

18 † Ἢ κτύπος ἀπηνὴς (κ) καταῤῥιπτομένων πετρῶν, † ἢ σκιρτώντων
ζώων δρόμος ἀθεώρητος, † ἢ ὠρυομένων (λ) ἀπηνεστάτων θηρίων
φωνή, † ἢ ἀντανακλωμένη (μ) ἐκ κοιλοτάτων ὀρέων ἠχώ, † (ν) παρέ-
19 λυσεν αὐτοὺς ἐκφοβοῦντα. † Ὅλος γὰρ ὁ κόσμος λαμπρῷ κατελάμ-
20 πετο φωτὶ, † καὶ ἀνεμποδίστοις συνείχετο ἔργοις. † Μόνοις δὲ
ἐκείνοις (ξ) ἐπετέτατο βαρεῖα νύξ, † εἰκὼν τοῦ μέλλοντος αὐτοὺς
διαδέχεσθαι σκότους, † ἑαυτοῖς δὲ ἦσαν βαρύτεροι σκότους.

MS. A. (κ) καταρριπτομένων (λ) ἀπηνέστατος (μ) ἐκ κοιλότητος (ν) παρέλυεν (ξ) ἐπέτατο

ΚΕΦ. ιη'.

1 † Τοῖς δὲ ὁσίοις σου μέγιστον ἦν φῶς, † ὧν φωνὴν μὲν ἀκούοντες,
μορφὴν δὲ οὐχ ὁρῶντες, ὅτι μὲν (α) οὐ κἀκεῖνοι ἐπεπόνθεισαν, ἐμα-
2 κάριζον, † Ὅτι δὲ οὐ βλάπτουσι προηδικημένοι, (β) εὐχαριστοῦσι, † καὶ τοῦ
3 διενεχθῆναι χάριν ἐδέοντο. † Ἀνθ' ὧν πυριφλεγῆ στῦλον, ὁδηγὸν μὲν
ἀγνώστου ὁδοιπορίας, † ἥλιον δὲ ἀβλαβῆ φιλοτίμου (γ) ξενιτείας παρέ-
4 σχες. † Ἄξιοι μὲν γὰρ (*) ἐκεῖνοι στερηθῆναι φωτὸς, καὶ φυλακισθῆναι (δ) ἐν
σκότει, † οἱ κατακλείστους φυλάξαντες τοὺς υἱούς σου, † δι' ὧν ἤμελλε
5 τὸ ἄφθαρτον νόμου φῶς τῷ αἰῶνι δίδοσθαι. † Βουλευσαμένους
δ' αὐτοὺς τὰ τῶν ὁσίων ἀποκτεῖναι νήπια, † καὶ ἑνὸς ἐκτεθέντος
τέκνου, καὶ σωθέντος, † εἰς ἔλεγχον (ε) τὸ αὐτῶν ἀφείλω πλῆθος
τέκνων, † καὶ ὁμοθυμαδὸν ἀπώλεσας ἐν ὕδατι σφοδρῷ.

MS. A. (α) ἃ (β) ηὐχαρίστουν, (γ) ξενητείας (*) ἐκεῖνοι (δ) σκότι, (ε) τὸν αὐτῶν ἀφίλου

Aut sonus validus præcipitantium petrarum, aut 18
ludentium animalium cursus invisibilis, aut mu-
gientium sævarum bestiarum vox, aut repercussa
ex cavis montibus Echo, deficientes faciebant illos
præ timore. Omnis enim orbis terrarum limpido 19
illuminabatur lumine, & non impeditis contineba-
tur operibus: Solis autem illis superposita erat 20
gravis nox, imago tenebrarum, quæ superventuræ
illis erant. Ipsi autem sibi erant graviores tene-
bris.

CAP. XVIII.

SAnctis autem tuis maxima erat lux: quorum 1
quidem vocem audientes, sed figuram non videntes,
quoniam quidem & illi (a) passi erant, magnifica-
bant, Et quia antè læsi non nocent, gratias (b) age- 2
bant, & ut esset differentia, donum petebant.
Pro quibus ignis ardentem columnam ducem qui- 3
dem ignotæ viæ, Solem autem sine læsura boni ho-
spitii præstitisti. Digni siquidem illi carere lumine,
& pati carcerem tenebrarum, qui inclusos custo- 4
diebant filios tuos, per quos (c) incipiebat incor-
ruptum legis lumen seculo dari. Cum autem cogi-
tassent justorum occidere infantes, & uno exposito 5
filio, & liberato, in traductionem illorum multitu-
dinem filiorum abstulisti, & pariter perdidisti in
aqua valida.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

18 * ܚܕ ܗܘ ܡܥܠܢܗ ܕܚܫܘܟܐ. ܘܟܠ ܡܨܠܝܢ ܥܠܘܗܝ. ܒܚܕܐ ܓܝܪ ܫܫܠܬܐ ܕܚܫܘܟܐ
19 ܟܠܗܘܢ ܐܬܐܣܪܘ. * ܐܘ ܪܘܚܐ ܕܡܫܪܩܐ. ܐܘ ܩܠܐ ܕܓܦܐ ܕܦܪܚܬܐ ܡܫܒܚܬܐ ܩܠܐ ܢܥܝܡܐ. ܐܘ
ܩܠܐ ܕܡܝܐ ܕܪܗܛܝܢ ܒܚܪܝܦܘܬܐ. ܐܘ ܩܠܐ ܕܟܐܦܐ ܕܡܬܓܠܓܠܝܢ ܥܠ ܟܐܦܐ. ܐܘ ܩܠܐ ܕܚܝܘܬܐ ܕܪܗܛܝܢ ܘܡܫܘܪܝܢ.
ܕܠܐ ܡܬܚܙܝܢ. ܐܘ ܩܠܐ ܕܚܝܘܬܐ ܒܪܝܬܐ ܕܢܗܡܢ. ܐܘ ܩܠܐ ܕܒܪܐ ܩܠܐ ܡܢ ܡܨܥܬ ܛܘܪܐ ܡܥܢܝܐ
20 ܠܗܘܢ ܡܢ ܕܚܠܬܐ. * ܟܠܗ ܓܝܪ ܒܪܝܬܐ ܒܢܘܗܪܐ ܢܗܝܪܐ ܡܬܚܙܝܐ ܗܘܬ. ܘܒܥܒܕܐ ܕܠܐ
21 ܡܬܟܠܝܢ. * ܥܠܝܗܘܢ ܕܝܢ ܒܠܚܘܕ ܗܘܐ ܠܠܝܐ ܝܩܝܪܐ. ܕܡܘܬܗ ܕܚܫܘܟܐ ܕܥܬܝܕ ܗܘܐ ܕܢܐܬܐ
ܥܠܝܗܘܢ. ܗܘܐ ܥܠܝܗܘܢ ܠܠܝܐ ܝܩܝܪܐ. * ܩܦܠܐܘܢ * ܝܚ
1 * ܠܙܕܝܩܐ ܕܝܢ ܕܝܠܟ ܢܘܗܪܐ ܢܨܝܚܐ. ܣܓܝ ܗܘܐ. ܕܩܠܗ ܡܫܡܥܝܢ ܗܘܘ. ܘܕܡܘܬܗ ܠܐ ܚܙܝܢ ܗܘܘ.
2 * ܘܐܦ ܗܢܘܢ ܐܬܢܓܕܘ ܘܐܬܒܪܟܘ. ܡܛܠ ܕܡܘܕܝܢ ܗܘܘ ܕܐܬܕܪܫܘ ܡܛܝܒܐܝܬ ܗܘܘ.
3 ܡܛܠ ܕܗܢܘܢ ܩܕܡ ܐܒܐܫܘ. * ܘܟܕ ܒܥܝܢ ܗܘܘ ܡܢܟ. ܕܥܡܘܕܐ ܕܢܘܗܪܐ ܢܚܘܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ
4 ܐܘܪܚܐ. ܘܝܩܪܐ ܝܗܒܬ ܠܗܘܢ ܕܝܬܝܪ ܡܢ ܫܡܫܐ ܕܡܫܚܢ. * ܘܒܥܠܕܒܒܝܗܘܢ ܐܬܚܪܡܘ ܡܢ ܢܘܗܪܐ.
ܘܒܚܫܘܟܐ ܐܬܚܒܫܘ. ܡܛܠ ܕܗܢܘܢ ܒܐܣܘܪܐ ܐܬܢܛܪܘ. ܣܘܓܐܐ ܕܒܢܝܟ ܕܒܗܘܢ ܥܬܝܕ
ܗܘܐ ܠܡܢܗܪܘ ܢܘܗܪܐ ܕܢܡܘܣܐ. ܕܠܐ ܚܘܣܪܢ ܠܥܡܐ ܕܒܥܠܕܒܒܝܗܘܢ.
5 * ܐܬܚܫܒܘ ܠܡܩܛܠ ܛܠܝܐ. ܘܙܟܝܐ. ܚܕ ܕܝܢ ܒܪܐ ܩܕܝܫܐ ܕܐܬܢܛܪ. ܠܡܟܣܢܘܬܗܘܢ.
ܘܠܣܘܓܐܐ ܕܒܢܝܗܘܢ ܥܡ ܒܥܠܕܒܒܐ ܕܥܡܟ ܠܡܘܒܕܘ. ܟܠܗܘܢ ܐܟܚܕܐ ܐܘܒܕ ܒܡܝܐ ܥܫܝܢܐ.

Unus est tenebrarum aditus, & omnes orant 18
pro ipso. Siquidem omnes unâ tenebrarum
catenâ constricti sunt. Sive venti sibilantes, 19
sive sonit' alarum volucris dulces sonos emit-
tentium, sive murmur aquarum rapidè flu-
entium, sive saxorum fragor super saxa ruen-
tium, sive invisibilium belluarum vox cur-
rentium atque saltantium, sive rugientium
sævissimarum ferarum fremitus, sive vox echo
è medio montium *erumpens*, illos timore dis-
solvebat. Omnes enim creaturæ lucis pul- 20
chritudine perlustrabantur, cunctaque opera
sine perturbatione erant: Solis illis gravis 21
nox incumbebat: instar tenebrarum quæ su-
perventuræ illis erant, nox eis erat gravis.

CAP. XVIII.

JUstis verò tuis lux erat fulgens amplissima, 1
cujus quidem vocem audiebant, formam au-
tem non videbant. Et ipsi quoque flagella-
ti sunt, tum benedicti, quia gratias agebant 2
quòd benignè flagellarentur: ipsi enim an-
teà sceleratè gesserant. Téque rogantibus 3
ut columna lucis viam sibi monstraret, hono-
rem exhibuisti solis calore superiorem. Ho- 4
stes autem eorum lumine privati, tenebra-
rum carcere detenti fuêre. Illi enim in vin-
culis asservati sunt, multitudo *scilicet* filio-
rum tuorum, per quos futurum erat ut splen-
desceret lumen legis, quod inimicorum eo-
rum populo sine læsione impertiebatur. In- 5
fantes ac innoxios interimere cogitârunt, sed
filius unus sanctus qui ad eos castigandos, &
multitudinem filiorum eorum unà cum ini-
micis populi tui exterminandum, asservatus
est; omnes simul in aquis immanibus perdidit.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

18 * لأن جماعتهم ربطوا بسلسلة واحدة سلسلة الظلمة * وإن شبه ما نالهم برياح تصفر. أو صوت
19 أغصان حسن اللحن من أشجار متكاثفة مظللة. أو خرير ماء جاري بإفتسار. أو وجبة صعبة
صخور متدحرجة. أو جري حيوانات متطافرة لا يبصر سعيها. أو صوت وحوش زائير
صعب زئيرها. أو صوت من تجويفات الجبال يجاوب بعض دوية بعضا. كذلك المصاب الذي
20 فسخهم وأفزعهم * لأن العالم كله كان يتلألأ بالنور البهي. حاويا أعماله غير ممنوعة * وأولئك
21 وحدهم قد شملهم ليل ثقيل. صورة الظلمة العتيدة أن تعقبهم. إذ كانوا أثقل من
1 الظلام لأنفسهم. * الفصل الثامن عشر. * وأبرارك كان عندهم نور عظيم.
2 الذين كان أولئك يسمعون صوتهم. ولا يبصرون صورهم * لأن أولئك كانوا يطربون الذين
تاقوا إليهم. وقد كانوا يشكرون إنهم لم يضروا المظلومين. بل واستبشروا بالإنعام الذي
3 أوعزوه * ومنحتهم عوض عمود يضيء بالنار مرشدا في سفر غير معروف. شمسا لا تضر المغرب
4 المأسور * لأن أولئك كانوا مستحقين أن يفقدوا النور ويحبسوا في الظلمة. إذ اعتقلوا
بنيك محبوسين. الذين بهم كان نور الشريعة الذي لا يبلى عتيدا أن يعطى للدهر
5 المقبل * وإذ أرادوا أن يقتلوا أطفال الأبرار. لما طرح أحد الأطفال وتخلص لتوبيخهم
أهلكت به بلا إشفاق كثرة أولادهم. وجماعتهم في الماء العزيز.

Unâ enim catenâ omnes erant vincti, 18
catenâ scilicet tenebrarum. Et sive 19
compareretur quod eis accidit, ventis si-
bilantibus, sive canoro ramorum sono è
densis umbrosisque arboribus emisso,
sive murmuri aquarum impetu curren-
tium, & immani fragori cum saxis sese
volutantibus, sive cursitationi anima-
lium furentium quorum invisibilis sit
incessus, sive bestiarum teterrimo rugi-
tu frementium voci, sive emergentibus
è montium cavernis vocibus, quarum
altera alterius sono respondeat: talis
fuit casus qui dissolvit ac perterruit eos.
Totus enim mundus clarâ luce splende- 20
bat, opera sua tenens haud impedita:
Illos autem solos gravis nox involve- 21
bat, imago tenebrarum quæ ipsos comi-
tatura erant, dum essent ipsi sibi tene-
bris graviores.

CAP. XVIII.

AT apud sanctos tuos maxima lux 1
erat, quorum vocem audiebant illi qui-
dem, formam autem non videbant. Ibi 2
enim eos beabant quos expetivêre, &
gratias agebant quòd oppressos non læsis-
sent: imò beneficio in se collata sunt fini- 3
ti. Et vice columnæ igne micantis, iti-
neris ignoti ducis, præbuisti solem opta-
tissimæ peregrinationi minimè infensum.
Nam illi digni erant qui luce privaren- 4
tur, & tenebrarum custodiis tenerentur;
cùm conclusos detinuissent filios tuos, per
quos incorruptum legis lumen dandum 5
erat seculo venturo. Quumque ejus
fuissent opinionis ut innocentes puerulos
occiderent, per unum expositum puerü-
lum & ad redargutionem eorum serva-
tum, perdidisti sine clementia multitu-
dinem filiorum eorum, omnésque ipsos in
aqua copiosissima.

Versio VULG. LAT.

6 Illa enim nox antè cognita est à patribus nostris, ut ve-
rè scientes quibus juramentis crediderunt, animæqui-
7 ores essent. Suscepta est autem à populo tuo sanitas
8 quidem justorum, injustorum autem exterminatio. Si-
cut enim læsisti adversarios: sic & nos provocans ma-
gnificasti. Absconsè enim sacrificabant justi pueri
9 bonorum, & justitiæ legem in concordia disposu-
erunt: similiter & bona & mala recepturos ju-
10 stos, patrum jam decantantes laudes. Resonabat
autem inconveniens inimicorum vox, & flebilis
11 audiebatur planctus ploratorum infantium. Simi-
li autem pœna servus cum domino afflictus est, &
12 popularis homo regi similia passus. Similiter ergo
omnes, uno nomine mortis, mortuos habebant innu-
merabiles. Nec enim ad sepeliendū vivi sufficiebant:
quoniam uno momento, quæ erat præclarior natio il-
13 lorum, exterminata est. De omnibus enim non cre-
dentes propter veneficia, tunc verò primùm cùm fuit
exterminium primogenitorum, spoponderunt popu-
14 lum Dei esse. Cùm enim quietum silentium contine-
ret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet,
15 Omnipotens sermo tuus de cœlo à regalibus sedibus,
durus debellator in mediā exterminii terrā prosilivit,
16 Gladius acutus insimulatū imperium tuum portans, &
stans replevit omnia morte, & usq; ad cœlū attingebat
17 stans in terra. Tunc continuò visus somniorum malorū
turbaverunt illos, & timores supervenerunt insperati.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

6 † Ἐκείνη ἡ νὺξ προεγνώσθη πατράσιν ἡμῶν, † ἵνα ἀσφαλῶς εἰδότες
7 οἷς ἐπίστευσαν ὅρκοις, ἐπευθυμήσωσι. † Προσεδέχθη δὲ ὑπὸ λαοῦ σου
8 † σωτηρία μὲν δικαίων, ἐχθρῶν δὲ ἀπώλεια. † (ζ) Ὡ γὰρ ἐτιμωρήσω
τοὺς ὑπεναντίους, † τούτῳ ἡμᾶς προσκαλεσάμενος ἐδόξασας.
9 † Κρυφῇ γὰρ (η) ἐθυσίαζον ὅσιοι παῖδες ἀγαθῶν, † καὶ τὸν τῆς θειότητος
νόμον ἐν ὁμονοίᾳ διέθεντο, † τῶν αὐτῶν ὁμοίως καὶ ἀγαθῶν καὶ κιν-
δύνων μεταλήψεσθαι τοὺς ἁγίους, † πατέρων ἤδη (θ) προαναμελ-
10 πόντων αἴνους. † Ἀντήχει (ι) δ' ἀσύμφωνος ἐχθρῶν βοή, † καὶ
11 οἰκτρὰ (κ) διεφέρετο θρηνουμένων παίδων. † Ὁμοίᾳ δὲ δίκῃ δοῦλος
ἅμα δεσπότῃ κολασθείς, † καὶ δημότης βασιλεῖ τὰ αὐτὰ πάσχων.
12 † Ὁμοθυμαδὸν δὲ πάντες ἐν ἑνὶ ὀνόματι θανάτου † νεκροὺς εἶχον
ἀναριθμήτους, † οὐδὲ γὰρ πρὸς τὸ θάψαι οἱ ζῶντες ἦσαν ἱκανοί,
† ἐπεὶ πρὸς μίαν ῥοπὴν ἡ ἐντιμοτέρα γένεσις αὐτῶν (λ) διεφθάρη.
13 † Πάντα γὰρ ἀπιστοῦντες διὰ τὰς φαρμακείας, † ἐπὶ τῷ τῶν πρωτοτόκων
14 ὀλέθρῳ, ὡμολόγησαν θεοῦ υἱὸν λαὸν εἶναι. † Ἡσύχου γὰρ σιγῆς περιε-
15 χούσης τὰ πάντα, † καὶ νυκτὸς ἐν ἰδίῳ τάχει μεσαζούσης, † Ὁ
παντοδύναμός σου λόγος ἀπ' οὐρανῶν ἐκ θρόνων βασιλείων, † ἀπό-
16 τομος πολεμιστής, εἰς μέσον τῆς ὀλεθρίας ἥλατο γῆς. † Ξίφος
ὀξὺ τὴν ἀνυπόκριτον (μ) ἐπιταγήν σου φέρων, † καὶ στὰς ἐπλήρωσε τὰ
17 πάντα θανάτου· † καὶ οὐρανοῦ μὲν ἥπτετο, † βεβήκει δ' ἐπὶ γῆς. † Τότε
παραχρῆμα φαντασίαι μὲν ὀνείρων (ν) δεινῶς ἐξετάραξαν αὐτούς,
† φόβοι δὲ ἐπέστησαν ἀδόκητοι.

MS.A. (ζ) Ὡς γὰρ (η) ἐθυσίαζον παῖδες (θ) προαναμέλποντες (ι) δὲ (κ) διεφέρετο φωνὴ θρηνουμένων (λ) διέφθαρτο. (μ) ἐπιταγὴν (ν) δεινῶν.

Illa nox antè cognita est à patribus nostris, ut se- 6
curè scientes, quibus juramentis crediderunt, ani-
mæquiores essent. Suscepta est autem à populo tuo, 7
sanitas quidem justorum, inimicorum autem ex-
terminatio. (d) Quo enim læsisti adversarios, hoc 8
nos provocans magnificasti. Absconsè enim sacri- 9
ficabant justi pueri bonorum, & divinitatis legem
in concordia disponebant, tandem similiter & bona,
& pericula recepturos (e) justos, patrias jam de-
cantantes laudes. Resonabat autem inconveniens 10
inimicorum vox, & flebilis (f) audiebatur plo-
ratorum puerorum. Simili autem pœna servus 11
cum domino afflictus est, & popularis homo regi
similia passus. Similiter ergò omnes uno nomine 12
mortis mortuos habebant innumerabiles. Nec enim
ad sepeliendum vivi sufficiebant; quoniam uno mo-
mento, quæ erat præclarior natio illorum extermi-
nabatur. De omnibus enim non credentes propter 13
veneficia, tunc cùm fuit exterminium primogenito-
rum, confessi sunt Dei filium populum esse. Cùm 14
enim quietum silentium contineret omnia, & nox
in suo cursu medium iter haberet; Omnipotens 15
sermo tuus de cælo à regalibus sedibus durus bella-
tor in mediam exterminii terram prosiliit, Gladius 16
acutus insimulatum tuum imperium portans: &
stans replevit omnia morte: & cælum quidem tan-
gebat, descenderat autem in terram. Tunc conti- 17
nuò visus quidem somniorum (g) graviter turbave-
runt illos, & timores supervenerunt insperati:

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

6 * ܘܠܠܝܐ ܗܘ ܝܕܝܥ ܗܘܐ ܠܐܒܗܝܢ. ܕܟܕ ܝܕܥܝܢ ܗܘܘ ܫܪܝܪܐܝܬ ܕܠܡܢ ܗܝܡܢܘ ܢܬܢܛܪܘܢ.
7 * ܘܥܡܟ ܚܝܐ ܝܗܒܬ ܠܙܕܝܩܐ. ܘܠܒܥܠܕܒܒܐ ܐܒܕܢܐ. * ܘܒܥܠܕܒܒܐ ܡܢ ܬܒܥܬ.
8
9 ܠܢ ܕܝܢ ܩܪܝܬ ܘܩܕܫܬ ܘܫܒܚܬ. * ܡܛܫܝܐܝܬ ܓܝܪ ܡܫܡܫܝܢ ܗܘܘ ܥܒܕܝܟ ܚܣܝܐ
ܒܛܝܒܘܬܟ. ܘܢܡܘܣܐ ܕܩܘܫܬܐ. ܐܟܚܕܐ ܣܝܡܝܢ ܗܘܘ. ܐܟܚܕܐ ܠܛܒܬܐ ܘܠܒܝܫܬܐ
10 ܕܢܩܒܠܘܢ ܩܕܝܫܐ. ܘܡܢ ܗܝ ܫܥܬܐ ܢܬܠܘܢ ܫܘܒܚܐ ܠܐܒܐ. * ܘܐܬܐ ܥܠ ܒܥܠܕܒܒܐ
11 ܫܢܩܐ ܕܠܐ ܦܘܚܡܐ. ܘܡܬܐܟܠܝܢ ܗܘܘ ܚܠܦ ܒܢܝܗܘܢ. * ܘܒܕܝܢܐ ܫܘܝܐ ܗܘܐ ܬܒܥܬܐ
12 ܡܢ ܥܒܕܐ ܘܡܢ ܡܪܗ. ܘܡܠܟܐ ܘܡܣܟܢܐ ܐܟܚܕܐ ܚܫܘ. * ܟܠܗܘܢ ܐܟܚܕܐ ܒܚܕ ܡܘܬܐ
ܡܝܬܘ. ܘܡܢܝܢܐ ܠܐ ܗܘܐ ܠܗܘܢ. ܘܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܗܘܘ ܚܝܐ. ܠܡܩܒܪ ܠܡܝܬܐ.
13 ܐܝܟ ܪܦܦ ܥܝܢܐ ܓܝܪ. ܫܦܝܪܐ ܕܒܢܝܗܘܢ ܐܒܕܘ. * ܘܠܐ ܗܝܡܢܘ ܒܟܠܗܝܢ ܗܠܝܢ
14 ܡܛܠ ܚܪܫܘܬܗܘܢ. ܘܒܐܒܕܢܐ ܕܒܘܟܪܝܗܘܢ ܐܘܕܝܘ. ܕܥܡܐ ܗܘ ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ. * ܟܕ ܫܠܝܐ
15 ܘܫܠܝܐ ܗܘܐ ܟܠ. ܘܦܠܓܗ ܕܠܠܝܐ ܗܘܐ ܕܚܠܬܐ. * ܡܠܬܟ ܕܟܠ ܐܚܝܕܐ. ܡܢ
ܫܡܝܐ ܐܬܬ. ܡܢ ܟܘܪܣܝܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܚܝܠܬܐ. ܠܩܪܒܬܢܐ ܡܨܥܝܐ ܐܪܡܝܬ ܥܠ ܐܪܥܐ.
16 * ܣܝܦܐ ܚܪܝܦܐ ܫܘܠܛܢܟ ܕܠܐ ܢܟܠ ܐܝܬܝ. ܘܩܡ ܘܫܡܠܝ ܟܠ ܒܦܘܩܕܢܐ. ܠܫܡܝܐ
17 ܡܛܐ ܗܘܐ. ܘܩܐܡ ܥܠ ܐܪܥܐ. * ܗܝܕܝܢ ܡܢ ܫܠܝܐ. ܚܙܘܐ ܕܚܠܡܐ ܒܝܫܐ ܕܠܚܘ ܐܢܘܢ.
ܘܙܘܥܐ ܕܠܐ ܣܒܪܐ ܠܒܫ ܐܢܘܢ.

Nota fuit autem nox illa patribus nostris, ut 6
verè scientes cui credidissent, servarentur. Et 7
populo tuo, *nempe* justis vitam dedisti: ini-
micis autem interitum. Et hostes quidem 8
punivisti; nos autem vocâsti, sanctificâsti,
& glorificâsti. Clàm enim ministrabant ser- 9
vi tui sancti per gratiam tuam, & legem ve-
ritatis concorditer disponebant bonis simul
ac malis; ut acciperentur sancti, & ex ea-
dem hora gloriam Patri darent. Hostibus 10
autem supervenit miseria incomparabilis, &
in compensationem prò liberis suis, devora-
bantur. Nam pari judicio vindicta sumpta 11
fuit à servo ejusque domino: & rex pariter
ac pauper passi sunt: Omnes simul eâdem 12
morte mortui sunt: non erat eis numerus,
nec poterant vivi sepelire mortuos; quoni-
am quasi ictu oculi honestissima *quæque* pro-
les eorum interierat. His autem omnibus 13
propter magiam suam non credentes, in
primogenitorum suorum interitu populum
illum Dei filium esse confessi sunt. Cùm e- 14
nim quies ac silentium teneret omnia, &
mediâ nocte terror factus esset, Omnipo- 15
tens verbum tuum è cœlo veniens è tremen-
di regni solio, bellatores medium in exitium
super terram dejecit. Gladius acutus impe- 16
rium tuum simulationis expers adduxit, &
stans, omnia ex mandato perfecit: ad cœ-
lum usque pertingebat, & stabat super ter-
ram. Tunc subitò dira somniorum visa con- 17
turbârunt eos, et inopinatus terror invasit
illos.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

6 * تلك الليلة عرفها اباونا لكيما اذا عرفوا الاقسام التي وثقوا بها عليهم يتذكروها باستيثاق
7 * فقبل شعبك خلاصا للمقسطين وهلاكا للمعاندين * لانك كما عاقبت المقاومين بنظير ذلك
8
9 اذ دعوتنا شرفتنا * لان عبيدك الابرار كانوا يذبحون ذبيحة النعم بالخيرات ووضعوا في ذهنهم
شريعة اللاهوت باتفاق وعلى هذه الصورة نفسها اورثت الخيرات والمصاعب للذين استحقوها *
10 فاباونا كانوا يكررون التهليل مسبحين * ويقابل اصواتهم ضجيج الاعداء غير متفق مخالطة
11 صوت الغلمان المنتحبين المحسر * وعذب العبد مع السيد بطائلة متساوية والشرطي مع
12 الملك اصابهم هذه العوارض نفسها * وكلهم اجمعون ماتوا بموت شبيه واحد وكان لهم موتى
لا يحصون لان الاحياء ما كانوا اكفاء ان يدفنوا الموتى اذ في مقدار لحظة واحدة باد ولدهم
13 المكرم وفسد * لانهم من اجل الاسحار لم يصدقوا كافة النوائب التي اصابتهم وفي اباده
14 الابكار اعترفوا ان الشعب ابن الله هو * لانه لما اشتمل كافة البرايا سكون السكوت وانتصف
15 تلك الليلة * طفر كلمتك المحارب الصارم القادر على كل شي من السموات الى وسط الاعداء
16 ذوي المملكات لابادتهم من الارض * متقلد امريتك الفاقدة المراياة سيفا مرهفا واذا وقف
بهم ملا كافة اصقاعهم موتى * ولانهم اعتقدوها سحرا فلامسهم من السماء واركب الارض *
17 فافلقهم حينيذ بخيالات المنامات الصعبة واشملهم مخاوف لم يظنوها *

Noctem illam patres nostri prænoverant, 6
ut scientes quibus juramentis astricti
erant, illorum securè meminissent. Ade- 7
òque, populus tuus justis salutem, adver-
sariis autem perditionem obtinuit. Ut 8
enim adversarios punivisti, econtra nos
accersitos illustrâsti. Innocentes enim ser- 9
vi tui sacrificabant victimam oblectati-
onis in bonis operibus, & legem divini-
tatis in animum suum concorditer indi-
derant: & hoc eodem modo bona atque pe-
ricula iis exhibuisti qui ea mereban-
tur. Unde patres nostri hymnum canentes
prædicabant; Vocibus autem eorum op- 10
ponebatur clamor hostium inconditus, cui
vox puerorum plorantium miserabilis im-
miscebatur. Fuitque servus cum domi- 11
no pari pœnâ punitus, & satelliti unà
cum rege hæc eadem accidentia con-
tigêre. Denique omnes simul ejusdem 12
generis morte occubuerunt, & mortuos
habuerunt innumerabiles: quoniam vivi
sepeliendis mortuis non sufficiebant,
quum unius momenti spatio honestissima
proles ipsorum periisset & consumpta es-
set. Nam propter veneficia non credentes 13
omnibus calamitatibus quæ sibi accide-
rant, ad cladem primogenitorum fassi sunt
populum filium Dei esse. Cùm enim crea- 14
turas omnes silentii quies occuparet, &
nox illa media esset, Sermo tuus bellator, 15
præsidens, in omnia potens è cælis desili-
it medios inter hostes regnorum dominos,
ut illos è terra perderet, Tuo mandato si- 16
mulationis nescio quasi gladio acumina-
to præcinctus; qui adstans illis, universas
regiones eorum mortuis implevit. Et quia
hæc veneficium arbitrati fuerant, tetigit
eos de cælo, terrámque est aggressus. Ac 17
tunc sævis somniorum spectris exagita-
vit illos, & inopinati pavores occupave-
runt eos;

Versio VULG. LAT.

18 Et alius alibi projectus semivivus, propter quam mo-
19 riebatur, causam demonstrabat mortis. Visiones enim,
quæ illos turbaverunt, hæc præmonebant, ne inscii,
20 quare mala patiebantur, perirent. Tetigit autem tunc
& justos tentatio mortis, & commotio in eremo facta
21 est multitudinis: sed non diu permansit ira tua. Pro-
perans enim homo sine querela deprecari pro popu-
lis, proferens servitutis suæ scutum, orationem & per
incensum deprecationem allegans, restitit iræ, & finem
imposuit necessitati, ostendens quoniá tuus est famu-
22 lus. Vicit autem turbas, non in virtute corporis, nec
armaturæ potentia, sed verbo illum, qui se vexabat,
subjecit, juramenta parentum, & testamentum com-
23 memorans. Cùm enim jam acervatim cecidissent su-
per alterutrum mortui, interstitit, & amputavit impe-
24 tum, & divisit illam quæ ad vivos ducebat viam. In
veste enim podéris, quam habebat, totus erat orbis
terrarum: & parentum magnalia in quatuor ordini-
bus lapidú erant sculpta, & magnificentia tua in dia-
25 demate capitis illius sculpta erat. His autem cessit qui
exterminabat, & hæc extimuit: erat enim sola tentatio
iræ sufficiens.

CAP. XIX.

1 IMpiis autem usque in novissimum sine misericordia
ira supervenit. Præsciebat enim & futura illorum:
2 Quoniam cùm ipsi permisissent ut se educerent, & cum
magna solicitudine præmisissent illos, consequebantur
illos pœnitentia acti.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

18 † Καὶ ἄλλος ἀλλαχῇ (ξ) ῥιφεὶς ἡμιθνὴς, † δι' ἣν (ο) ἔθνησκεν
19 αἰτίαν ἐνεφάνιζεν. † Οἱ γὰρ ὄνειροι θορυβήσαντες αὐτοὺς, τοῦτο
(π) προεμήνυσαν, † ἵνα μὴ ἀγνοοῦντες δι' ὃ κακῶς πάσχουσιν, ἀπό-
20 λωνται. † Ἥψατο δὲ καὶ δικαίων πεῖρα θανάτου, † καὶ θραῦσις ἐν
21 ἐρήμῳ ἐγένετο πλήθους· † ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πολὺ ἔμεινεν ἡ ὀργή. † Σπεύ-
σας γὰρ ἀνὴρ ἄμεμπτος προεμάχησε· † τὸ τῆς ἰδίας λειτουργίας ὅπλον,
προσευχὴν καὶ θυμιάματος ἐξιλασμὸν κομίσας, † ἀντέστη τῷ θυμῷ,
καὶ πέρας ἐπέθηκε τῇ συμφορᾷ, † δεικνὺς ὅτι σός ἐστι θεράπων.
22 † Ἐνίκησε δὲ τὸν ὄχλον οὐκ ἰσχύϊ τοῦ σώματος, οὐχ ὅπλων ἐνεργείᾳ,
† ἀλλὰ λόγῳ τὸν κολάζοντα ὑπέταξεν, † ὅρκους πατέρων καὶ δια-
23 θήκας ὑπομνήσας. † Σωρηδὸν γὰρ ἤδη πεπτωκότων ἐπ' ἀλλήλων
νεκρῶν, † μεταξὺ στὰς, ἀνέκοψε τὴν ὀργὴν, καὶ διέσχισε τὴν πρὸς τοὺς
24 ζῶντας ὁδόν. † Ἐπὶ γὰρ ποδήρους ἐνδύματος ἦν ὅλος ὁ κόσμος,
† καὶ πατέρων δόξαι ἐπὶ (ρ) τετραστίχου λίθου γλυφῆς, † καὶ μεγαλωσύνη
25 σου ἐπὶ διαδήματος κεφαλῆς αὐτοῦ. † Τούτοις εἶξεν ὁ (σ) ὀλο-
θρεύων, ταῦτα δὲ ἐφοβήθη· † ἦν γὰρ μόνη ἡ πεῖρα τῆς ὀργῆς ἱκανή.

MS.A. (ξ) ῥιφθεὶς (ο) ἔθνησκεν αἰτίαν ἐνεφάνιζεν. (π) προεμήνυσε (ρ) τετραστίχου λίθων (σ) ὀλεθρεύων, ταῦτα δὲ ἐφοβήθη.

ΚΕΦ. ιθ'.

1 † Τοῖς δὲ ἀσεβέσι μέχρι τέλους ἀνελεήμων θυμὸς ἐπέστη· † προῄδει
2 γὰρ αὐτῶν καὶ τὰ μέλλοντα, † Ὅτι αὐτοὶ (α) ἐπιτρέψαντες τὸ ἀπιέναι,
† καὶ μετὰ σπουδῆς προπέμψαντες αὐτοὺς, † διώξουσι μεταμεληθέντες.

MS.A. (α) ἐπιστρέψαντες

Et alius alibi projectus semivivus, propter quam 18
causam moriebatur, demonstrabat. Visiones enim 19
quæ illos turbaverunt, hoc præmonebant, ne inscii, 20
quare mala patiebantur, perirent. Tetigit (h) au-
16 تُسْلِفْ مَنْ هُوَ أَقْوَى مِنْكَ * فَإِنْ أَسْلَفْتَهُ فَاحْسِبْهُ كَالضَّائِعِ * لَا تَضْمَنْ لِمَنْ هُوَ أَقْوَى مِنْكَ *
17 وَإِنْ أَنْتَ ضَمِنْتَ فَوَطِّنْ نَفْسَكَ أَنَّكَ تُوفِي * لَا تُجَالِسِ ٱلْحَاكِمَ ٱلْجَائِرَ * لِئَلَّا تَحْكُمَ بِرَأْيِهِ
18 وَهَوَاهُ * لَا تَصْحَبِ ٱلشَّاطِرَ * لَعَلَّهُ يُكْثِرُ بَلَاءَكَ * وَلَا تَتْبَعْ رَأْيَهُ * وَأَنْتَ بِصُحْبَتِكَ إِيَّاهُ
19 تَهْلِكُ بِجَهْلِهِ * لَا تُصَاحِبِ ٱلْأَثِيمَ * وَلَا تُصَالِحْهُ فِي ٱلْخَلَاءِ * لِأَنَّ إِهْرَاقَ دَمِكَ هَيِّنٌ عَلَيْهِ * وَإِنْ لَمْ
20 21 يَكُنْ لَكَ مُنْقِذًا فَيَقْتُلُكَ * لَا تُطْلِعِ ٱلْجَاهِلَ عَلَى أَمْرِكَ وَسِرِّكَ * لِأَنَّهُ لَا يَقْدِرُ أَنْ يَكْتُمَهُ * لَا تُظْهِرْ
مَا فِي قَلْبِكَ لِكُلِّ أَحَدٍ * لِئَلَّا يَمُنَّ عَلَيْكَ بِذَلِكَ *

* ٱلْفَصْلُ ٱلتَّاسِعُ *

1 2 * لَا تُرِي ٱمْرَأَتَكَ أَنَّكَ شَدِيدُ ٱلْإِعْجَابِ بِهَا * لِئَلَّا تَعْمَلَ عَلَيْكَ حِيَلَ ٱلسُّوءِ * لَا تُذِلَّ نَفْسَكَ
3 لِلْإِمْرَأَةِ * فَتُسَلِّطَهَا عَلَى مَا فِي يَدَيْكَ * لَا تُحَدِّثِ ٱلزَّانِيَةَ * لِئَلَّا تَقَعَ فِي شِبَاكِهَا *

Sapientum sermonem ne contemnas, sed 9
esto cupidus proverbiorum eorum: ut sci- 10
entiam acquiras ab illis, & præstò sit re-
sponsum tuum apud principem. Sermones 11
senum, quos nomine majorum suorum re-
ferunt, ne fastidias: ut discas ex iis eru- 12
ditionem tempore quo opus erit responsum
reddere. Ne sis socius malefactoris, ut ne 13
conflagres flammâ ignis ejus. Ne mu- 15
tuum des ei qui te fortior est: quòd si mu-
tuum ei dederis, habeas pro amisso. Po- 16
tentiori te ne spondeas : quòd si spondeas,
persuasum tibi sit quòd sis soluturus.
Cum iniquo judice ne consederis, ne ex 17
sententia & animo ipsius judices. Scele- 18
rosum ne comiteris, ne forte multiplicet
ærumnas tuas: ejusque mentem ne sequa-
ris, ne tu comitando illum, per stultitiam
ejus intereas. Ne societatem ineas cum 19
facinoroso, neque cum eo vixeris in de-
serto : quoniam effusio sanguinis tui fa-
cilis est apud ipsum, & nisi fuerit qui te
liberet, occidet te. Negotium & secretum 20
tuum ne declares insipienti: non enim po-
terit illud celare. Ne cuivis aperias quod 21
habes in animo, ne te propter hoc insultet.

CAP. IX.

NE ostendas uxori tuæ esse te magno- 1
perè de illa contentum, ne struat adver-
sùm te dolos malos. Ne subdas teipsum 2
uxori, ut potestatem tribuas ei super his
quæ habes in manibus tuis. Cum mere- 3
trice ne colloquaris, ne in retia ejus
incidas :

Versio VULG. LAT.

4 Cum saltatrice ne assiduus sis: nec audias illam, ne fortè per-
5 eas in efficacia illius. Virginem ne conspicias, ne fortè
6 scandalizeris in decore illius. Ne des fornicariis animam tu-
7 am in ullo, ne perdas te, & hæreditatē tuam. Noli circum-
spicere in vicis civitatis, nec oberraveris in plateis illius.
8 Averte faciem tuam à muliere compta, & ne circumspicias
9 speciem alienam. Propter speciem mulieris multi perie-
10 runt: & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. O-
11 mnis mulier, quæ est fornicaria, quasi stercus in via concul-
cabitur. Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi
12 facti sunt, colloquiū enim illius quasi ignis exardescit. Cum
aliena muliere ne sedeas omnino, nec accumbas cum ea super
13 cubitum: Et non alterceris cum illa in vino, ne fortè decli-
net cor tuum in illam, & sanguine tuo labaris in perditio-
14 nem. Ne derelinquas amicum antiquum: novus enim non
15 erit similis illi. Vinum novum, amicus novus: veterascet,
16 & cum suavitate bibes illud. Non zeles gloriam & opes pec-
17 catoris: non enim scis quæ futura sit illius subversio. Non
placeat tibi injuria injustorum, sciens quoniam usque ad in-
18 feros non placebit impius. Longè abesto ab homine pote-
statem habente occidendi, & non suspicaberis timorem mor-
19 tis. Et si accesseris ad illum, noli aliquid committere, ne
20 fortè auferat vitam tuam. Communionem mortis scito:
quoniam in medio laqueorum ingredieris, & super dolen-
21 tium arma ambulabis. Secundùm virtutem tuam cave te à
22 proximo tuo, & cum sapientibus & prudentibus tracta. Vi-
ri justi sint tibi convivæ, & in timore Dei sit tibi gloriatio,
23 Et in sensu sit tibi cogitatus Dei, & omnis enarratio tua in
præceptis Altissimi.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

4 †Μετὰ ψαλλούσης μὴ ἐνδελέχιζε, †μήποτε ἁλῷς ἐν τοῖς ἐπιχει-
5 ρήμασιν αὐτῆς. †Παρθένον μὴ καταμάνθανε, †μήποτε σκανδα-
6 λισθῇς ἐν τοῖς ἐπιτιμίοις αὐτῆς. †Μὴ δῷς πόρναις τὴν ψυχήν σου,
7 †ἵνα μὴ ἀπολέσῃς τὴν κληρονομίαν σου. †Μὴ περιβλέπου ἐν ῥύμαις
8 πόλεως, †καὶ ἐν ταῖς ἐρήμοις αὐτῆς μὴ πλανῶ. †Ἀπόστρεψον ὀφθαλ-
μὸν ἀπὸ γυναικὸς εὐμόρφου, †καὶ μὴ καταμάνθανε κάλλος ἀλλό-
9 τριον. †Ἐν κάλλει γυναικὸς πολλοὶ ἐπλανήθησαν, †καὶ ἐκ τούτου φιλία
12 ὡς πῦρ ἀνακαίεται. †Μετὰ ὑπάνδρου γυναικὸς μὴ κάθου τὸ σύνολον,
13 †Καὶ μὴ συμβολοκοπήσῃς μετ᾽ αὐτῆς ἐν οἴνῳ, †μήποτε ἐκκλίνῃ ἡ
ψυχή σου ἐπ᾽ αὐτήν, †καὶ τῷ πνεύματί σου (α) ὀλισθήσῃς εἰς ἀπώλειαν.
14 †Μὴ ἐγκαταλίπῃς φίλον ἀρχαῖον, †ὁ γὰρ πρόσφατος οὐκ ἔστιν (ᵃ) ἔφι-
15 σος αὐτῷ. †Οἶνος νέος, φίλος νέος, †ἐὰν παλαιωθῇ, μετ᾽ (β) εὐ-
16 φροσύνης πίεσαι αὐτόν. †Μὴ ζηλώσῃς δόξαν ἁμαρτωλοῦ, †οὐ γὰρ
17 οἶδας τί ἔσται ἡ καταστροφὴ αὐτοῦ. †Μὴ εὐδοκήσῃς (γ) ἐν εὐδοκίᾳ
18 ἀσεβῶν, †μνήσθητι ὅτι ἕως ᾅδου οὐ μὴ δικαιωθῶσιν. †Μακρὰν ἄπεχε
ἀπὸ ἀνθρώπου ὃς ἔχει ἐξουσίαν τοῦ φονεύειν, †καὶ οὐ μὴ ὑποπτεύσῃς
19 φόβον θανάτου. †Κἂν προσέλθῃς, μὴ πλημμελήσῃς, †ἵνα μὴ
20 (δ) ἀφέληται τὴν ζωήν σου. †Ἐπίγνωθι ὅτι ἐν μέσῳ (ε) παγίδων
21 διαβαίνεις, †καὶ ἐπὶ ἐπάλξεων πόλεων περιπατεῖς. †Κατὰ τὴν ἰσχύν
23 σου στόχασαι (ζ) τοὺς πλησίον, †καὶ μετὰ σοφῶν συμβουλεύου. †Καὶ μετὰ
συνετῶν ἔστω ὁ διαλογισμός σου, †καὶ πᾶσα (η) διήγησίς σου ἐν νόμῳ
22 ὑψίστου. †Ἄνδρες δίκαιοι ἔστωσαν σύνδειπνοί σου, †καὶ ἐν φόβῳ κυρίου
ἔστω τὸ καύχημά σου.

MS. A. (α) ὀλισθήσῃ (ᵃ) ἴσος (β) εὐφροσύνῃ (γ) εὐδοκίᾳ (δ) ἀφε-
λῇ (ε) παγίδος (ζ) τὸν πλησίον, καὶ μετὰ σοφῶν βουλεύου. Μετὰ συνε-
τῶν (η) ἡ διήγησις

Cum psaltrice ne assiduus sis; ne fortè capiaris 4
in (a) tentationibus ejus. Virginem ne aspicias; 5
ne fortè scandalizeris in decoribus ejus. Ne des 6
fornicariis animam tuam; ne perdas hæreditatem tuam. Noli circumspicere in vicis civita- 7
tis; nec oberraveris in desertis illius. Averte 8
oculum à muliere formosa, & ne circumspicias
speciem alienam. Propter speciem mulieris mul- 9
ti aberraverunt: & ex hoc concupiscentia, quasi
ignis, exardescit. Cum aliena muliere non sedeas 12
(b) omnino, Neque agites convivia cum illa in 13
vino: ne fortè declinet cor tuum in illam, &
spiritu tuo labaris in perditionem. Ne dereli- 14
quas amicum antiquum: novus enim non est si-
milis illi. Vinum novum, amicus novus: 15
inveteraverit; cum suavitate bibes illud. Non 16
zeles gloriam peccatoris: non enim scis, quæ sit
illius subversio. Non (c) benè sentias de bene- 17
placito impiorum: memento, quoniam usque ad
inferos non justificabuntur. Longè abesto ab ho- 18
mine potestatem habente occidendi: & non su-
spicaberis timorem mortis: Et, si accesseris, 19
noli delinquere; ne auferat vitam tuam. Scito 20
quoniam in medio laqueorum ingrederis, & su-
per pinnacula civitatum ambulas. Secundùm 21
virtutem tuam conjecta de proximis: & cum
sapientibus consulta. Et cum intelligentibus sit 23
colloquutio tua, & omnis enarratio tua in lege
altissimi. Viri justi sint tibi convivæ: & in 22
timore Domini sit gloriatio tua.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
[illegible]
[illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
[illegible]

Cum cantatrice ne confabuleris, ne fortè su- 4
is te perdat sermonibus. Virginem ne con- 5
templeris, ne ad duplicem ejus dotē damne-
ris. Ne dedas meretrici teipsum, ne amit- 6
tas hæreditatem opum tuarum. Ignominiā 7
afficiaris in plateis urbis, & adulterio crimi-
num ascribaris. Cum hera domûs ne appli- 10
ces cubitum tuum, néve temperes cum ea vi-
num vetus: Ne fortè ad eam inclinet ani- 11
mus tuus, & reus mortis prolabaris in infer-
num. Facies tua mulierem pulchram ne re- 8
spiciat, & ne contempleris pulchritudinem
quæ non est tua. Nam pulchritudine muli- 9
eris multi perierunt, & amor ejus in modum
ignis exardescit. Cum muliere maritata ne
multiplices sermonem, neque protrahas cum
illa confabulationes tuas: ne fortè declinet
ad eam cor tuum, & sanguine noxio ruas in
infernum. Ne deseras amicum tuum vete- 12
rem, quia recens non adæquatur illi. Ami- 13
cus recens similis est vino recenti, quod cùm
inveteratum fuerit, bibes. Ne invideas ho- 14
mini impio; nescis enim quis sit futurus ejus
exitus. Ne invideas scelerato prospero: 15
memento ad mortem usque neminem esse im-
munem. Recede ab homine qui potestatem 16
habet occidendi, & metum mortis haud for-
midabis: Quòd si accesseris, ne ream reddas 17
auram (i. *vitam*) tuam: Verùm scias inter 18
laqueos te gradi, & super retia te ambulare.
Pro viribus tuis opitulare proximo tuo, & 19
cum sapientibus confer secretum. Cum ti-
mente Deum sint cogitationes tuæ, & omnes
viæ tuæ in timore Domini. Homines probi 20
sint edentes mensam tuam, & in religione
Domini esto gloriatio tua.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

4 * ولا تطل الكلام مع الزامرة • لئلا تجلبك اليها بقصائدها * لا تلاعب العذرى • لئلا تلزم
5 بصعب مهرها * لا تبذل نفسك للزانية • فتضيع مالك وتترك ابنك * فتسم في ازقة المدينة
6
7 وتثبت في ديوان الفجور والزنا * لا تتكي مع ربة البيت • ولا تسارها العتيق * لعل تملك
10
11 هواها • وتنزل الهاوية وقد سلبت * لا تحد ببصرك الى امراة جميلة • ولا تلحظ الى حسن
غيرك * لان جمال النساء قد اهلك قوما كثيرا وعشقهن مثل النار المشعلة • لا تكثر
9 الكلام مع المحصنة • ولا تطيل الحديث معها • لعل تملك تحن اليها وتنزل الهاوية مسكوبا •
12 * لا ترفض صديقك القديم • لان الاخير لا ثبات له * الصديق الحديث مثل الخمر الحديث
13
14 واذا عتق طاب شربه * لا تغبط المنافق • لانك لا تعلم اخر مصيره * لا تحسد الاثيم اذا
15
16 حسنت حاله • لانه حي الى الموت لا ينجو الانسان * ابرح ممن كان له مقدرة على القتل • ولا تخاف
17
18 حبائل الموت * وان اتيت دونه • فلا تضعف نفسك * واعلم انك انما تتخطى بين الفخاخ • وتمشي
19 بين الشباك والمصايد * ابسط صاحبك طاقتك • وليكن اهل سرك الحكماء • ومعاملتك مع
20 الاتقياء • وجميع سبلك تكون في خشية الله تعالى * لا تتوكل الا على الاتقياء • وبمخافة الله افتخر •

Et ne protrahas sermonem cum psaltria, 4
ne te suis ad se trahat cantilenis. Ne jo- 5
ceris cum virgine, ne ad geminatā ipsius
dotem obligeris. Ne committas teipsum 6
scortatrici, ut amittas tuam substantiā,
& filium tuum destituas, Contumeliis 7
appetaris in vicis urbis, & referaris in
album adulterii & scortationis. Ne ac- 10
cumbas cum hera domûs, nec bibas cum
ea vinum vetus. Ne fortè discupiat il- 11
lam cor tuum, & ruas in præcipitium
attractus. Ne divertas aciem tuam ad 8
mulierem formosam, nec intuearis pul-
chritudinem alienam: Quia mulierum 9
forma gentes multas perdidit, et amor il-
larum est velut ignis ardens. Ne multi-
plices sermonem cum nupta, neque collo-
quium cum ea producas, ne fortè emolli-
atur erga eam cor tuum, & raptatus in 12
præcipitium labaris. Amicum tuum pri-
stinum ne derelinquas, quia posterior non 13
habet firmitatem. Amicus recens est in-
star vini recentis; quod inveteratum, sua- 14
vis est haustûs. Ne bees impium, quoniā 15
ignoras extremum ejus exitum. Ne invi-
deas iniquo cùm prosper fuerit status e-
jus, quoniam usque ad mortem haud im- 16
munis est homo. Procul absiste ab eo qui
potestatem habet necis, & terrores mor- 17
tis ne reformides. Quòd si accesseris, 18
ne debilis sis animo. Et scito inter la-
queos te gradi, intérque retia & plagas
ambulare. Subveni amico tuo pro viri- 19
bus tuis. Sint autem arcanorum tuorum
conscii sapientes, & negotiatio tua cum 20
religiosis, omnésque viæ tuæ sint in ti-
more Dei excelsi. Ne fidas nisi religiosis,
& in timore Dei gloriare.

Versio VULG. LAT.

24 In manu artificum opera laudabuntur, & princeps populi in
sapientia sermonis sui, in sensu verò seniorum verbum. Ter-
25 ribilis est in civitate sua homo linguosus : & temerarius in
verbo suo odibilis erit.

CAP. X.

Judex sapiens judicabit populum suum, & principatus sen-
1 sati stabilis erit. Secundùm judicem populi, sic & ministri
2 ejus: & qualis rector est civitatis, tales & inhabitantes in ea.
Rex insipiens perdet populum suum : & civitates inhabita-
3 buntur per sensum potentium. In manu Dei potestas terræ :
4 & utilem rectorem suscitabit in tempus super illam. In ma-
5 nu Dei prosperitas hominis, & super faciem scribæ imponet
6 honorem suum. Omnis injuriæ proximi ne memineris, &
nihil agas in operibus injuriæ. Odibilis coram Deo est, &
7 hominibus superbia: & execrabilis omnis iniquitas gentiũ.
8 Regnum à gente in gentem transfertur propter injustitias,
& injurias, & contumelias, & diversos dolos. Avaro autem
9 nihil est scelestius. Quid superbit terra & cinis? Nihil est
10 iniquius quàm amare pecuniam : hic enim & animam su-
am venalem habet : quoniam in vita sua projecit intima sua.
11 Omnis potentatus brevis vita. Languor prolixior gravat
12 medicum. Brevem languorem præcidit medicus : sic & rex
13 hodiè est & cras morietur. Cùm enim morietur homo, hæ-
14 reditabit serpentes, & bestias, & vermes. Initium superbiæ
15 hominis, apostatare à Deo : Quoniam ab eo, qui fecit illum,
recessit cor ejus, quoniam initium omnis peccati est super-
bia : qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis, & sub-
vertet eum in finem.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

24 † Ἐν χειρὶ τεχνιτῶν ἔργον (ϑ) ἐπαινεσθήσεται, † καὶ ὁ ἡγούμενος
25 λαοῦ σοφὸς ἐν λόγῳ αὐτοῦ. † Φοβερὸς ἐν πόλει αὐτοῦ ἀνὴρ γλωσ-
σώδης, † καὶ ὁ (ι) προπετὴς ἐν λόγῳ αὐτοῦ μισηθήσεται.

MS.A. (ϑ) ἐπαινεθήσεται (ι)* προπετὴς

ΚΕΦ. ι'.

1 † Κριτὴς σοφὸς παιδεύσει τὸν λαὸν αὐτοῦ, † καὶ ἡγεμονία συνετοῦ
2 τεταγμένη ἔσται. † Κατὰ τὸν κριτὴν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ οὕτως (α) καὶ οἱ
λειτουργοὶ αὐτοῦ, † καὶ κατὰ τὸν ἡγούμενον τῆς πόλεως πάντες οἱ κατοι-
3 κοῦντες αὐτήν. † Βασιλεὺς ἀπαίδευτος ἀπολεῖ τὸν λαὸν αὐτοῦ,
4 † καὶ πόλις οἰκισθήσεται ἐν συνέσει δυναστῶν. † Ἐν χειρὶ κυρίου
(β) ἐξουσία τῆς γῆς, † καὶ τὸν χρήσιμον ἐγερεῖ εἰς καιρὸν ἐπ' αὐτῆς.
5 † Ἐν χειρὶ κυρίου εὐοδία ἀνδρὸς, † καὶ προσώπῳ γραμματέως
6 ἐπιθήσει δόξαν αὐτοῦ. † Ἐπὶ παντὶ ἀδικήματι μὴ (γ) μηνιάσῃς
7 τῷ πλησίον, † καὶ μὴ πρᾶσσε μηδὲν ἐν ἔργοις ὕβρεως. † Μισητὴ
ἔναντι κυρίου καὶ ἀνθρώπων ὑπερηφανία, † καὶ ἐξ ἀμφοτέρων
8 (δ) πλημμελήσεις ἄδικα. † Βασιλεία ἀπὸ ἔθνους εἰς ἔθνος μετάγεται,
9 † διὰ ἀδικίας καὶ ὕβρεις καὶ χρήματα. † Τί ὑπερηφανεύεται γῆ καὶ
10 σποδός; Ὅτι ἐν ζωῇ ἔρριψα τὰ ἐνδόσθια αὐτοῦ. † Μακρὸν
11 ἀρρώστημα σκώπτει ἰατρὸς, καὶ βασιλεὺς σήμερον, καὶ αὔριον τε-
λευτήσει. † Ἐν γὰρ τῷ ἀποθανεῖν ἄνθρωπον, κληρονομήσει ἑρπετὰ
12 καὶ θηρία καὶ σκώληκας. † Ἀρχὴ ὑπερηφανίας, ἀνθρώπου ἀφισταμένου
13 ἀπὸ κυρίου, † Καὶ ἀπὸ τοῦ ποιήσαντος αὐτὸν ἀπέστη ἡ καρδία αὐτοῦ.
14 † Ὅτι ἀρχὴ (ε) ὑπερηφανίας ἁμαρτία, † καὶ ὁ κρατῶν αὐτῆς ἐξ-
15 ομβρήσει βδέλυγμα.

MS.A. (α) οἱ λειτουργοὶ (β) ἡ ἐξουσία (γ)* μηνίσῃς (δ) πλημμελήσῃ ἀδικίᾳ. (ε) ὑπερηφανία ἁμαρτίας,

Cum Translatione LATINA.

In manu artificum, opus laudabitur : & prin- 24
ceps populi sapiens in sermone suo. Terribilis 25
in civitate sua homo linguosus : & temerarius
in verbo suo odibilis erit.

CAP. X.

Judex sapiens erudiet populum suum : 1
& principatus sensati (a) ordinatus erit. Se- 2
cundùm judicem populi (b) sui, sic & ministri
ejus : & qualis rector est civitatis, tales omnes
inhabitantes in ea. Rex insipiens perdet popu- 3
lum suum : & civitas habitabitur per sensum
potentium. In manu Domini potestas terræ : 4
& utilem suscitabit in tempus super illam. In 5
manu Domini prosperitas hominis : & super
personam scribæ imponet gloriam ipsius. In omni 6
injuria ne succenseas proximo, & nihil agas in
operibus contumeliæ. Odibilis coram Domino 7
est, & hominibus, superbia : & ex utrisque
(c) delinquet injusta. Regnum à gente in gen- 8
tem transfertur, propter injustitias, & contu-
melias & (d) pecunias. Quid superbit terra 9
& cinis? (e) Quoniam in vita projecit intima 10
ejus. In prolixum languorē cavillatur medicus:
& rex hodiè est, & cras morietur. Cùm enim 11
morietur homo; hæreditabit serpentes, & bestias, 12
& vermes. Initium superbiæ hominis, cùm
apostatavit à Deo: Et ab eo, qui fecit eum, reces- 13
sit cor ejus. Quoniam (f) principium super- 14
biæ peccatum : &, qui tenuerit eam; profun- 15
det (g) abominationem.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

21 * ܒܚܟܡܬܗ ܕܕܝܢܐ ܡܬܩܢܐ ܡܕܝܢܬܐ. ܘܡܫܠܛ ܒܥܡܗ ܚܟܝܡ ܘܡܣܬܟܠ. * ܕܚܝܠ
22 ܒܡܕܝܢܬܐ. ܓܒܪܐ ܠܫܢܢܐ. ܘܕܐܟ ܦܘܡܗ ܢܣܒ ܡܬܠܐ ܡܣܬܢܐ. * ܦܣܩܐ * ܝ *
1 * ܕܝܢܐ ܚܟܝܡܐ ܢܪܕܐ ܠܥܡܗ. ܘܫܠܝܛܐ ܚܟܝܡܐ ܢܬܩܢ ܡܕܝܢܬܗ. * ܐܝܟ ܕܝܢܐ ܕܥܡܐ
2
3 ܗܟܢܐ ܡܫܡܫܢܘܗܝ. ܘܐܝܟ ܪܫܐ ܕܡܕܝܢܬܐ. ܗܟܢܐ ܥܡܘܪܝܗ. * ܡܠܟܐ ܥܘܠܐ ܢܘܒܕ
4 ܥܡܗ. ܘܡܬܝܬܒܐ ܡܕܝܢܬܐ. ܒܚܟܡܬܐ ܕܪܘܪܒܢܝܗ. * ܒܐܝܕܘܗܝ ܕܡܪܝܐ. ܫܘܠܛܢܐ
5 ܕܐܪܥܐ. ܘܓܒܪܐ ܕܘܢܐ ܢܩܝܡ ܥܠܝܗ ܒܙܒܢܗ. * ܒܐܝܕܘܗܝ ܕܡܪܝܐ ܫܘܠܛܢܐ ܕܟܠ. ܘܠܡܢ ܕܕܚܠ ܠܗ
6 ܢܬܠ ܐܝܩܪܗ. * ܒܟܠ ܚܘܣܪܢܝܟ ܠܐ ܬܒܐܫ ܠܚܒܪܟ. ܘܠܐ ܬܗܠܟ ܒܐܘܪܚܐ ܕܫܘܝܛܐ. ܟܠ
7 ܚܛܗܐ ܘܕܓܠܘܬܐ ܪܚܩ. ܘܠܐ ܬܗܠܟ ܒܪܘܚܐ ܪܡܬܐ. * ܣܢܝܐ ܓܝܪ ܩܕܡ ܐܠܗܐ
8 ܘܩܕܡ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܫܘܝܛܘܬܐ. ܘܠܘܬ ܬܪܝܗܘܢ ܚܛܘܦܝܐ ܘܥܘܫܩܐ. * ܡܠܟܘܬܐ ܡܢ ܥܡ
9 ܠܥܡ ܡܬܥܒܪܐ. ܡܛܠ ܚܛܗܐ ܘܫܘܝܛܘܬܐ ܘܡܡܘܢܐ. * ܡܢܐ ܡܫܬܒܗܪ ܥܦܪܐ
11 ܘܩܛܡܐ. ܕܒܚܝܘܗܝ ܪܚܫܐ ܪܚܫܝܢ ܒܓܒܘܗܝ. * ܘܡܥܘܗܝ ܢܦܣܘܩ ܐܣܝܐ. ܘܡܢ ܕܝܘܡܢܐ
12 ܡܗܠܟ. ܘܡܚܪ ܡܐܬ. * ܟܕ ܡܐܬ ܒܪ ܐܢܫܐ ܣܡܐ ܗܘ ܦܘܪܥܢܗ. ܘܪܚܫܐ ܩܕܡܘܗܝ ܪܚܫ.
13 * ܪܫܐ ܕܣܟܠܘܬܗܘܢ ܕܒܢܝ ܐܢܫܐ ܫܘܝܛܘܬܗܘܢ. ܘܡܥܒܕܝܗܘܢ ܡܫܛܝܢ ܠܒܗܘܢ. * ܡܛܠ
14
15 ܕܡܒܘܥܐ ܕܚܛܝܬܐ ܫܘܝܛܘܬܐ. ܘܙܢܝܘܬܐ ܡܒܘܥܐ ܕܬܪܬܝܗܝܢ. * ܡܛܠ ܗܢܐ ܦܪܫ
ܐܠܗܐ ܬܟܬܘܫܝܗܘܢ. ܘܡܚܝ ܐܢܘܢ ܡܚܘܬܐ ܓܡܝܪܬܐ.

Sapientiâ judicis urbs stabilitur, & qui do- 21
minatur in populum suum, sapiens est atque
cordatus. Formidandus est in civitate vir 22
linguax; & qui secundùm os ejus sumpserit
exemplar, odio habebitur.

CAP. X.

Judex cordatus docebit populum suum, & 1
princeps sapiens stabiliet civitatem suam.
Qualis est judex populi, tales ministri ejus: & 2
qualis princeps urbis, tales habitatores ejus.
Rex iniquus perdet populum suum : & urbs 3
incolis frequentatur prudentiâ procerum su-
orum. In manibus Dñi est potestas orbis ter- 4
rarum, & *hominem* utilem opportunè præfi-
ciet illi. In manib⁹ Domini est rerũ omnium 5
dominium, & colentib⁹ se tribuet gloriã suã.
In quibusvis læsionibus tuis ne noceas ami- 6
co tuo, néve ambules in via superborum.
Omnia peccata, & mendacium devita, & ela-
to spiritu ne ambules: Odiosa est enim apud 7
Deum & apud homines superbia ; & apud
utrumque, rapina & oppressio. Regnum à 8
populo ad populum traducitur propter pec-
cata, & superbiam, atque mammonam. Cur 9
superbiat pulvis ac cinis, cujus latera, dum vi-
vit, vermes perrepunt? Cujus intestina sectu- 11
rus est medicus? *qui* hodie gradietur, & cras
morietur? Moriente homine, tinea erit sors 12
illius, & vermis ejus coram ipso perreptat.
Initium delictorum hominũ est sua ipsorum 13
superbia, & propriæ actiones dementant cor
eorum. Fons enim peccati est superbia, scor- 14
tatio autem fons utriusque. Propterea vari- 15
avit Deus certamina eorum, & plagâ omni-
modâ percussit illos.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

21 * بحكمة الوالي وبرّ يعمر المدينة * وبعفة حاكمها يصلح امرها * الجاهل مرهوب في القرية
22
1 ويبغض من يحكي كلامه * الفصل العاشر * القاضي الحكيم يعلم شعبه
2 والسلطان العاقل يعمر قريته * كشبه الوالي خدامه * ومن رئيس المدينة سكانها * الملك
3
4 الفاسق يهلك شعبه * ويعمر القرية بحكمة ولاتها * ملك الدنيا بيد الرب * ويولي كل زمان ما
5 يوافقه * والسلطان كله بيد الرب * ويوتي اتقياءه كرامته * في جميع فعلك لا تظلم صديقك
6
7 ولا تسلك في سبيل المسرفين * واجتنب كل خطية وغدر * ولا تسر بنفس متجبر * لان
8 الاسراف مبغوض عند الله وعند الناس جميعا * وعلى كليهما الغصب والظلم * انما ينزع
9 الملك من قوم ويدفع الى غيرهم * من اجل الخطايا والاسراف وحب الورق * لماذا يستكبر
11 الرم والرماد الذي يدب الدود منه في حياته * ويبط الطبيب جنبه وبطنه * اليوم
12 قد عاش وغدا لقد مات * اذا مات الانسان فالتراب حصته * والذبان يسير بين يديه * وان
13
14 خطايا الناس بالاسراف تعمي قلوبهم * لان ينبوع الخطية هو الاسراف بعينه * والكبر والزنا
15 فان الاسراف ركنه كليهما * ولذلك احسن الله جهادهم * وعاقبهم عقوبة موجعة *

Per prudentiam præfecti ejusque justiti- 21
am urbs frequens est populo, & per judicis
ejus temperantiam res ejus prosperè suc-
cedunt. Stultus est formidabilis in civi- 22
tate ; & quicunque loquitur sermones
ejus, odio habetur.

CAP. X.

Judex sapiens erudit populum suum, & 1
præfectus prudens extruit civitatem su-
am. Qualis est præses, tales ministri 2
ejus : & qualis est princeps urbis, tales
etiam ejus incolæ. Rex perversus perdit 3
populum suum : ac extruitur civitas sa-
pientiâ præfectorum suorum. Regnum ter- 4
ræ in manu Domini, & cuivis tempori
præstat quod competit ipsi. Tota etiam po- 5
testas in manu Domini, dabitque timen-
tibus se gloriam suam. In quovis opere tuo 6
ne fraudes amicum tuum : & in via fa-
stuosorum ne incedas: omne peccatum ac
dolum defugito : & animo pervicaci ne
incedas. Execrandus est enim fastus 7
apud Deum simul & apud homines ; &
apud utrumq; violentia & tyrannis. Au- 8
fertur quidem regnum ab una gente, alii-
que traditur propter peccata, fastum, & a-
morem argenti. Cur superbit pulvis ac ci- 9
nis, è quo vermes scaturiunt dum vivit?
Cujus latus ac ventrem secabit medic⁹? 11
qui hodiè vivit, & cras moriturus est?
Cùm morietur homo, pulvis erit sors ejus, 12
& muscæ ambulabũt in conspectu ipsius.
Et verò peccata hominum cum fastu ex- 13
cæcant ipsorũ corda. Quandoquidem fons 14
peccati est idem fastus, & superbiæ simul
atq; fornicationis robur est fastus. Idcir- 15
co approbavit Deus certamen illorum,
eósque tormento dolore pleno excruciavit.

Versio VULG. LAT.

16 Propterea exhonoravit Dominus conventus malorum, &
17 destruxit eos usque in finem. Sedes ducum superborum de-
18 struxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Radices gentium
superbarum arefecit Deus, & plantavit humiles ex ipsis
19 gentibus. Terras gentium evertit Dominus, & perdidit eas
20 usque ad fundamentum. Arefecit ex ipsis, & disperdidit eos,
21 & cessare fecit memoriam eorum à terra. Memoriam super-
borum perdidit Deus, & reliquit memoriam humilium sen-
22 su. Non est creata hominibus superbia; neque iracundia
23 nationi mulierum. Semen hominum honorabitur hoc, quod
timet Deum: semen autem hoc exhonorabitur, quod præter-
24 it mandata Domini. In medio fratrum rector illorum in
25 honore: & qui timent Dominum, erunt in oculis illius. Glo-
ria divitum, honoratorum, & pauperum, timor Dei est:
26 Noli despicere hominem justum pauperem, & noli magnifi-
27 care virum peccatorem divitem. Magnus, & judex, & po-
tens est in honore: & non est major illo, qui timet Deum.
28 Servo sensato liberi servient: & vir prudens & disciplina-
tus non murmurabit correptus, & inscius non honorabi-
29 tur. Noli extollere te in faciendo opere tuo, & noli cun-
30 ctari in tempore angustiæ. Melior est qui operatur, & abun-
31 dat in omnibus, quàm qui gloriatur, & eget pane. Fili, in
mansuetudine serva animam tuam, & da illi honorem se-
32 cundùm meritum suum. Peccantem in animam suam quis
justificabit? & quis honorificabit exhonorantem animam
suam?

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

16 †Διὰ τοῦτο παρεδόξασε κύριος τὰς ἐπαγωγὰς, †ϗ κατέστρεψεν
17 εἰς (*)τέλος αὐτούς. †Θρόνους ἀρχόντων καθεῖλεν ὁ κύριος,
18 †ϗ ἐκάθισε πρᾳεῖς ἀντ' αὐτῶν. †Ῥίζας ἐθνῶν ἐξέτιλεν ὁ κύ-
19 ριος, †ϗ ἐφύτευσε ταπεινοὺς ἀντ' αὐτῶν. †Χώρας ἐθνῶν κατ-
έστρεψεν ὁ κύριος, †ϗ ἀπώλεσεν αὐτὰς ἕως θεμελίων γῆς.
20 †(ζ) Ἐξήρανεν ἐξ αὐτῶν ϗ ἀπώλεσεν αὐτοὺς, †ϗ κατέπαυσεν
22 ἀπὸ γῆς τὸ μνημόσυνον αὐτῶν. †Οὐκ ἔκτισται ἀνθρώποις ὑπερη-
23 φανία, †οὐδὲ ὀργὴ θυμοῦ γεννήμασι γυναικῶν. †Σπέρμα ἔντι-
μον ποῖον; σπέρμα ἀνθρώπου. †σπέρμα ἔντιμον ποῖον; οἱ φο-
βούμενοι τὸν κύριον. †σπέρμα ἄτιμον ποῖον; σπέρμα ἀνθρώπου.
24 †σπέρμα ἄτιμον ποῖον; οἱ παραβαίνοντες ἐντολάς. †Ἐν μέσῳ
ἀδελφῶν ὁ ἡγούμενος αὐτῶν ἔντιμος, †ϗ οἱ φοβούμενοι κύριον ἐν
25 ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. †Πλούσιος ϗ ἔνδοξος ϗ πτωχὸς, †τὸ καύχημα
26 αὐτῶν φόβος κυρίου. †Οὐ δίκαιον ἀτιμάσαι πτωχὸν συνετὸν,
27 †ϗ οὐ (η) καθήκει δοξάσαι ἄνδρα ἁμαρτωλόν. †Μεγιστὰν ϗ
κριτὴς ϗ δυνάστης δοξασθήσεται· †ϗ οὐκ ἔστιν αὐτῶν τις μείζων
28 (θ) τοῦ φοβουμένου τὸν κύριον. †Οἰκέτῃ σοφῷ ἐλεύθεροι λειτουργή-
29 σουσι, †ϗ ἀνὴρ ἐπιστήμων οὐ γογγύσει. †Μὴ σοφίζου ποιῆσαι τὸ
30 ἔργον σου, †ϗ μὴ δοξάζου ἐν καιρῷ στενοχωρίας σου. †Κρείσσων
ἐργαζόμενος (ι) ἐν πᾶσιν, †ἢ περιπατῶν, ἢ δοξαζόμενος ϗ
31 (κ) ἀπορῶν ἄρτων. †Τέκνον, ἐν πραΰτητι δόξασον τὴν ψυχήν σου,
32 †ϗ δὸς αὐτῇ τιμὴν κατὰ τὴν ἀξίαν αὐτῆς. †Τὸν ἁμαρτάνοντα εἰς
(λ) τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίς δικαιώσει; †ϗ τίς δοξάσει τὸν ἀτιμάζοντα
τὴν ζωὴν αὐτοῦ;

MS.A. (*) τέλος (ζ) Ἐξῆρεν αὐτοὺς (η) καθήκει (θ) τῶν φοβουμένων (ι) ϗ περισσεύων ἐν πᾶσιν, (κ) ὑστερῶν (λ) ψυχὴν

Propter hoc incredibiles fecit Dominus (h) subla- 16
ctiones: & destruxit eos in finem. Sedes ducum 17
destruxit Dominus, & sedere fecit mites pro eis.
Radices gentium evulsit Dominus, & plantavit 18
humiles pro eis. Terras gentium evertit Domi- 19
nus, & perdidit eas usque ad fundamenta terræ.
(i) Arefecit ex ipsis, & disperdidit eos, & ces- 20
sare fecit memoriam eorum à terra. Non est cre- 22
ata hominibus superbia, neque ira furoris gene-
rationibus mulierum. (k) Semen honoratum 23
quale? semen hominis. Semen honoratum
quale? ii qui timent Dominum. Semen inho-
noratum quale? semen hominis. Semen inhono-
ratum quale? qui prætereunt mandata. In me- 24
dio fratrum rector illorum in honore: & qui ti-
ment Dominum; in oculis (l) illius. Dives, 25
& honoratus, & pauper, gloriatio eorum, ti-
mor Domini. Non justum est despicere pauperem 26
sensatum: & non decet magnificare hominem
peccatorem. Magnus, & judex, & potens hono- 27
rificabitur: & non est eorum aliquis major illo,
qui timet Dominum. Servo (m) sapienti liberi 28
servient: & vir prudens (n) non murmurabit.
Noli excusando cunctari in faciendo opere tuo: 29
& noli te extollere in tempore angustiæ tuæ.
Melior est, qui operatur (o) in omnibus, quàm 30
qui ambulat, aut gloriatur, & eget pane. Fili, 31
in mansuetudine glorifica animam tuam: & da
illi honorem secundùm meritum ejus. Peccan- 32
tem in animam suam, quis justificabit? &
quis honorabit exhonorantem vitam suam?

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

16 ܟܘܪܣܘܬܐ ܕܫܒܝܚܐ ܗܦܟ ܡܪܝܐ. ܘܐܘܬܒ ܡܟܝܟܐ ܒܕܘܟܬܗܘܢ. * [illegible]
17
18 [illegible]
19
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
[illegible]
23
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
[illegible]

Thronum superborum evertit Dominus, & 17
eorum loco sedere fecit humiles. Radicem
superborum evulsit Dominus, & pro iis plan-
tavit humiles. Vestigia superborum exstir- 18
pavit Dominus, perdiditq; de terra memori-
am eorum. Perdidit eos, eradicavit eos, & 19
deturbavit eos, Et funditùs abolevit ex ho- 20
minibus memorias ipsorum. Non enim dis- 21
tributa est superbia inter filios hominum,
neque cordis elatio inter natos mulieris. Se- 22
men honorificum, quando seritur ab homi-
ne; ille *inquam* semen est honorificum, qui
Deum reveretur: ille semē est honorificū, qui
servat mandatum. Semen infame, cùm seri-
tur ab homine; ille *inquam* infame, qui non
exequitur mandatū. Inter fratres natu major 23
est honoratus; at qui Deum reveretur,
honoratior est ipso. Hospitis peregrini qui 25
pauper & afflictus est, gloriatio, est religio
Dei. Non est quòd pauper justus ignominiâ 26
afficiatur, nec quòd dives iniquus honore-
tur. Magnatem, principem ac judicem ho- 27
nora: at non est major eo qui reverentem
Deum honorat. Servo cordato liberi mi- 28
nistrabunt: & vir prudens, cùm eruditur,
non fremet. Ne torpescas in opere tuo per- 29
agendo, & tempore miseriæ tuæ ne glorieris.
Præstantior est vir qui operatur & abundat 30
divitiis, quàm is qui gloriatur & annonæ
penuriâ laborat. Fili mi, pietate honorem 31
concilia animæ tuæ, & *tali* imbue illam sa-
pore, qualis expedit ei. Fili mi, eum qui se 32
condemnat, quis justificet? aut quis honoret
eum qui seipsum dehonestat?

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

16 يكب الرب منبر المسرفين * وينصب المتواضعين بدلهم * * استاصل الرب اصل المستكبرين *
17
18 وغسل ذكرهم عن جديد الارض * اكبهم واهلكهم * ودمر عليهم * واباد نسلهم من
19
20 بين الناس * لان الاسراف والكبرياء لم يقسما للناس * وكبر النفس لاولاد المراه * الزرع
21
22 الكريم انما كرامته خشيه الله * لان النسل الكريم هو حافظ الوصيه * فاما الزرع المفتخر اذا ما
23 زرعه الرجل فهو النسل الزهم الذي لا يحفظ السنه ولا ما امرها * اكبر الاخوه عليهم *
25 ومن اتقا الرب هو اكرم منه * الغريب المحتاج الحزين انما مدحه خشيه الله * لا ينبغي
26
27 ان يهان المسكين اذا كان معدما * ولا تكرم غنيا فاسقا * الكرامه تحق للكبير
28 والوالي والحاكم * ولا كرامه تفوق كرامه من يتقي الله * العبد الحكيم يخدمونه الاحرار *
29 ولا يحقد ذو العفه اذا وبخ * لا تكسل عن فعلك اذا ما اكرمك فعلك * ولا يمنعك الحياء
30 اذا كنت محتاجا عما ينفعك * لانه خير لك ان تعمل وتكسب الخبز * اخير من ان تابى
31 من العمل وانت محتاج * اكرم نفسك في الغربه * وكن عاقلا رزينا كما ينبغي * يا ابني من
32
يرفع استخف بنفسه * ومن يكرم من لا خير فيه اهان نفسه *

Subvertit Dominus sedem fastuosorum, 16
humilésque pro iis erigit. Exstirpa- 17
vit Dominus radicem superborum, & 18
memoriam eorum è solo terræ delevit.
Subvertit eos, & perdidit eos, & inva- 19
sit illos, Et semen eorum abolevit ab 20
hominibus. Fastus enim ac superbia 21
non fuerunt hominibus divisa, nec ani-
mi pertinacia filiis mulieris. Nobilis 22
seminis decus est timor Dei, quia nobilis
prosapia custodit mandatum: at verò
semen superbum, cùm quis illud semi-
nat est prosapia fœtida, quæ nec legem
nec quæ in ea præcipiuntur, custodit.
Major natu inter fratres, præstat illis: 23
sed qui Dominum timet, honorabilior est
ipso. Peregrini egentis ac mœsti laus est 25
timor Dei. Non est æquum despici pau- 26
perem cùm fuerit inops, néve impendas
honorem diviti scelerato. Debetur qui- 27
dem honor magnati, præfecto, ac judi-
ci: at nullus est honor qui superet hono-
rem timentis Deum. Servo sapienti 28
ministrabunt liberi: & qui moderatus
est, non succenset cùm admonetur. Ne 29
sis ignavus in opere tuo, cùm opus tuum
est honorem tibi conciliaturum: nec im-
pediat te pudor, cùm fueris egenus, ab
his quæ tibi prosunt. Nam consultius 30
est tibi operari te ac panem lucrari, con-
sultius inquam quàm opus dedignari
& esse inopem. Honora teipsum in pe- 31
regrinatione, & esto prudens & gravis,
ut decet. Fili mi, qui se extollit, idem 32
despicitur: & qui honorat eum in quo
non est gratitudo, seipsum parvipendit.

Versio VULG. LAT.

Pauper gloriatur per disciplinam & timorem suum :, & est
33 homo qui honorificatur propter substantiam suam. Qui au-
34 tem gloriatur in paupertate, quantò magìs in substantia? Et
qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur.

CAP. XI.

1 SApientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio ma-
2 gnatorum consedere illum faciet. Non laudes virum in spe-
3 cie sua, neque spernas hominem in visu suo. Brevis in vola-
4 cilibus est apis, & initium dulcoris habet fructus illius. In
vestitu ne glorieris unquam, nec in die honoris tui extolla-
ris: quoniam mirabilia opera Altissimi solius, & gloriosa,
5 & absconsa, & invisa opera illius. Multi tyranni sederunt
6 in throno, & insuspicabilis portavit diadema. Multi po-
tentes oppressi sunt validè, & gloriosi traditi sunt in manus
7 alterorum. Priusquàm interroges, ne vituperes quenquam:
8 & cùm interrogaveris, corripe justè. Priusquàm audias,
ne respondeas verbum: & in medio sermonum ne ad-
9 jicias loqui. De ea re, quæ te non molestat, ne certeris: &
10 in judicio peccantium ne consistas. Fili, ne in multis sint
actus tui: & si dives fueris, non eris immunis à delicto:
si enim secutus fueris, non apprehendes: & non effugies,
11 si præcucurreris. Est homo laborans, & festinans, & do-
lens impius, & tantò magis non abundabit.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum

33 † Πτωχὸς δοξάζεται δι' ἐπιστήμην αὐτοῦ, † καὶ πλούσιος δοξάζεται
34 διὰ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ. † Ὁ (μ) δὲ δοξαζόμενος ἐν πτωχείᾳ, καὶ ἐν
πλούτῳ ποσαχῶς; † καὶ ὁ ἄδοξος ἐν πλούτῳ, καὶ ἐν πτωχείᾳ ποσα-
χῶς;

MS. A. (μ) δεδοξασμένος

ΚΕΦ. ια'.

1 † ΣΟφία ταπεινοῦ (α) ἀνύψωσε κεφαλήν, † καὶ ἐν μέσῳ μεγιστά-
2 νων (β) καθίσει αὐτόν. † Μὴ (*) αἰνέσῃς ἄνδρα ἐν κάλλει αὐτοῦ,
3 † καὶ μὴ βδελύξῃ ἄνθρωπον ἐν ὁράσει αὐτοῦ. † Μικρὰ ἐν πετεινοῖς
4 μέλισσα, † καὶ ἀρχὴ γλυκασμάτων ὁ καρπὸς αὐτῆς. † Ἐν περι-
βολῇ ἱματίων μὴ καυχήσῃ, † καὶ ἐν ἡμέρᾳ δόξης μὴ ἐπαίρου,
† ὅτι θαυμαστὰ τὰ ἔργα κυρίου, † καὶ κρυπτὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ (γ) ἐν
5 ἀνθρώποις. † Πολλοὶ τύραννοι ἐκάθισαν ἐπὶ ἐδάφους, † ὁ δὲ ἀνυ-
6 πονόητος ἐφόρεσε διάδημα. † Πολλοὶ δυνάσται ἠτιμάσθησαν σφό-
7 δρα, † καὶ ἔνδοξοι παρεδόθησαν εἰς χεῖρας ἑτέρων. † (δ) Πρὶν ἐξε-
8 τάσῃς μὴ μέμψῃ· † νόησον πρῶτον καὶ τότε ἐπιτίμα. † (ε) Πρὶν
ἢ ἀκοῦσαι μὴ ἀποκρίνου, † καὶ ἐν μέσῳ λόγων μὴ παρεμβάλλου.
9 † Περὶ πράγματος οὗ οὐκ ἔστι (ζ) σοι χρεία, μὴ ἔριζε, † καὶ ἐν κρίσει
10 ἁμαρτωλῶν μὴ συνέδρευε. † Τέκνον, μὴ περὶ πολλὰ ἔστωσαν αἱ
πράξεις σου. † ἐὰν πληθύνῃς, οὐκ (η) ἀθῳωθήσῃ· † καὶ ἐὰν διώ-
11 κῃς, οὐ μὴ καταλάβῃς, † καὶ οὐ μὴ ἐκφύγῃς διαδράς. † Ἔστι κο-
πιῶν καὶ πονῶν καὶ σπεύδων, † καὶ (θ) τόσῳ μᾶλλον ὑστερεῖται.

MS. A. (α) ἀνυψώσει κεφαλὴν αὐτοῦ, (β) καθίσει (*) αἰνέσῃς (γ) ἀνθρώποις. (δ) Πρὶν ἢ (ε) Πρὶν ἀκοῦσαι (ζ) σοι, μὴ ἔριζε, (η) ἀθῳωθήσῃ· (θ) πόσῳ

Translatione LATINA.

Pauper honorificatur per scientiam suam: & 33
dives honorificatur propter substantiam suam.
Qui autem glorificatur in paupertate; quantò 34
magìs in substantia? & (p) qui est inglorius in
substantia; quantò magis in paupertate?

CAP. XI.

SApientia humiliati exaltavit caput, & in 1
medio magnatorum consedere illum faciet.
Non laudes virum in specie sua: neque spernas 2
hominem in visu suo. Brevis in volatilibus apis: 3
& principium dulcorum, fructus ejus. In cir- 4
cumjectione vestimentorum ne glorieris: nec in
die honoris extollaris. Quoniam mirabilia opera
Domini, & absconsa opera illius in hominibus.
Multi tyranni sederunt in (a) solo: & insuspi- 5
cabilis portavit diadema. Multi potentes ex- 6
honorati sunt valdè: & gloriosi traditi sunt in
manus alterorum. Priusquàm interroges; ne 7
vituperes: intellige primùm, & tunc corripe.
Priusquàm audias; ne respondeas: & in me-
dio sermonum ne interloquaris. De re, quâ tibi 8
opus non est, ne certaveris: & in judicio pec-
cantium ne consideas. Fili, ne circa multa sint 9
actus tui. Si enim multiplicaveris; non eris 10
immunis à delicto. Et si secutus fueris; non
apprehendes: & non effugies; si præcucurreris.
Est laborans, & dolens, & festinans: & tantò 11
magìs ipsi deest.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

33 ܐܝܬ ܡܣܟܢܐ ܕܡܝܩܪ ܡܛܠ ܚܟܡܬܗ. ܘܐܝܬ ܥܬܝܪܐ ܕܡܝܩܪ ܡܛܠ ܥܘܬܪܗ. *
34 ܕܡܝܩܪ ܒܡܣܟܢܘܬܗ. ܒܥܘܬܪܗ ܟܡܐ. ܘܕܨܥܝܪ ܒܡܣܟܢܘܬܗ. ܒܥܘܬܪܗ ܟܡܐ. *
* ܩܦܠܐܘܢ * ܝܐ *
1 ܚܟܡܬܗ ܕܡܣܟܢܐ ܬܪܝܡ ܪܫܗ. ܘܒܝܬ ܫܠܝܛܢܐ ܬܘܬܒܝܘܗܝ. * ܠܐ ܬܫܒܚ *
2
3 ܠܓܒܪܐ ܕܫܦܝܪ ܒܚܙܘܗ. ܘܠܐ ܬܣܠܐ ܠܓܒܪܐ ܕܣܢܐ ܒܚܙܘܗ. * ܡܛܠ
4 ܕܫܝܛܐ ܗܝ ܒܦܪܚܬܐ ܕܒܘܪܬܐ. ܘܪܝܫ ܥܠܠܬܐ ܒܣܝܡܐ ܦܐܪܗ. * ܒܡܐܢ
ܕܒܠܝܢ ܘܡܫܚܬܐ. ܠܐ ܬܒܙܚ. ܘܠܐ ܬܫܘܛ ܠܓܒܪܐ ܕܡܪܝܪܝܢ ܨܘܪܘܗܝ. ܡܛܠ
5 ܕܦܪܝܫܝܢ ܐܪܙܘܗܝ ܕܐܠܗܐ. ܘܡܛܫܝܢ ܥܒܕܘܗܝ ܡܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ. * ܣܓܝܐܐ
ܫܝܛܐ ܕܝܬܒܘ ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ ܕܡܠܟܘܬܐ. ܘܕܠܐ ܣܠܩܝܢ ܗܘܘ ܥܠ ܠܒܐ. ܠܒܫܘ
6 ܠܒܘܫܐ ܕܐܝܩܪܐ. * ܣܓܝܐܐ ܡܠܟܐ ܕܐܬܬܫܝܛܘ ܐܟܚܕܐ. ܘܡܝܩܪܐ ܕܐܬܒܨܪܘ ܡܢ
7 ܐܝܩܪܗܘܢ. * ܥܕܠܐ ܬܒܩܐ. ܠܐ ܬܫܬܘܬܦ. ܒܩܝ ܠܘܩܕܡ. ܘܗܝܕܝܢ ܣܝܡ ܫܬܐܣܬܐ.
8 * ܥܕܠܐ ܬܫܡܥ. ܠܐ ܬܦܢܐ ܦܬܓܡܐ. ܘܒܝܬ ܡܫܥܝܬܐ ܠܐ ܬܡܠܠ. * ܐܢ ܐܝܬ ܠܟ ܚܝܠܐ.
9
10 ܠܐ ܬܬܚܪܐ. ܘܒܝܬ ܥܘܠܐ ܠܐ ܬܣܓܐ ܛܠܘܡܝܟ. * ܒܪܝ. ܕܠܡܐ ܬܣܓܐ ܒܝܫܬܟ. ܕܐܢ ܪܕܦܬ
11 ܠܡܣܓܝܘܗ. ܠܐ ܙܟܐ ܐܢܬ. * ܒܪܝ ܐܢ ܠܐ ܪܕܦܬ ܠܐ ܬܕܪܟ. ܘܐܢ ܠܐ ܒܥܝܬ ܠܐ ܡܫܟܚ ܐܢܬ. * ܐܝܬ
ܕܪܗܛ ܘܠܐܐ ܘܡܬܚܦܛ. ܘܒܟܠܗܘܢ ܗܘ ܡܬܡܟܟ.

* Est pauper qui propter sapientiam suam ho- 33
nore afficitur, est etiam dives qui honore af-
* ficitur ob divitias suas. Qui honoratur in 34
paupertate, quantò magis in divitiis? & qui
turpis est in paupertate sua, quantò magis in
divitiis suis?

CAP. XI.

* SApientia pauperis exaltabit caput ejus, & 1
inter principes collocabit eum. Ne laudes 2
hominem pulchrum aspectu, neque vitupe-
res hominem aspectu fœdum. Abjecta est 3
enim inter volucres apis; attamen præcipua
inter omnes proventus jucunditas, est fructus
ejus. Pannis indutum ne derideas, & homi- 4
nem cujus amaræ sunt fauces, ne aspernare:
abstracta sunt enim Dei mysteria, & abscon-
dita ab hominibus opera ejus. Multi de- 5
specti, qui super solio regni sederunt: &
qui nemini in mentem veniebant, gloriæ
vestes induerunt. Multi reges, qui ignominiâ 6
simul affecti sunt: & honesti, qui ex honore
suo detracti sunt. Priusquàm experiaris, ne 7
communices: explora priùs, ac tum prima
jace fundamenta. Priusquàm audiveris, ne 8
responsum reddas: & medias inter narra-
tiones, ne loquaris. Etiamsi polleas viribus, 9
ne contendas: & in medio iniquitatis ne
multiplices oppressionem tuam. Fili mi, ne 10
fortè multiplicetur malum tuum: qui enim
currit ad eam multiplicandam, non erit im-
punis. Fili mi, nisi curras, haud assequêris;
& nisi quæras, haud invenies. Est qui cur- 11
rat, fatagat, ac laboret, qui tamen in omni-
bus retardetur.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

33 * وفي الناس هو مسكين ويكرم لكثرة عقله وحكمته ومن الناس من هو غني ويكرم لكثرة
34 ماله * الذي يكرم وهو فقير كم بالحري اذا هو غني ومن كان ارعنا وهو لا يملك فكم احرى
اذا هو غني *
* الفصل الحادي عشر *
1
2 * حكمة المسكين تشرفه وتجعله من جلساء السلاطين * لا تمدح من كان جميلا بحسنه
3 ولا تزدري رجلا قبيح المنظر * لان النحل احقر من جميع الطيور وثمرها اطيب من جميع
4 الغلات * لا تسخر بلباس خلق ولا تهين من لجأ اليك لان اسرار الله تعالى خفية مباينة
5 واعماله مكتومة عن الناس * كثير من الارذال جلسوا عن يمين الملك والذي لم يخطر على
6 بال لبس لباس الكرامة * وملوك كثيرة هينوا وذلوا وكثير من المكرمين زالت عنهم كرامتهم
7
8 * لا تشارك حتى تجرب * افحص وفتش جيدا ثم اصنع الاساس * لا ترد الجواب قبل ان تسمع
9 ولا تقطع حديث غيرك فتنطق * ان كنت قويا فلا تناحر لامكان قوتك * ولا تكثر
10 الظلم والاثم * يا بني اطعني لئلا يكثر شرك * لان من سعى في كثرة الشر والسوء
11 لا يفلت * يا بني ان لم تحرص لم تنل وان لم تطلب لم تجد * وفي الناس من
يتعب ويكل وينصب ويكون في جميع اعماله نصب *

Præterea inter homines reperitur pau- 33
per qui propter abundantiam prudentiæ
& sapientiæ suæ honoratur: reperitur
etiam inter homines dives qui propter
opum suarum copiam honoratur. Qui 34
dum pauper est, honoratur, quantò magis
si dives esset? & qui stultus est dum
nil possidet, quantò magis si dives esset?

CAP. XI.

SApientia pauperis nobilitabit eum, 1
efficiétque illum ex considentibus cum
potentibus. Ne laudes eum qui formo- 2
sus est in pulchritudine sua, néve con-
temnas hominem vultu deformem. Apes 3
enim vilissimæ sunt omnium volucrum,
earum tamen fructus est omnium pro-
ventuum jucundissimus. Ne illudas 4
vestem laceram, néve despexeris eum
qui ad te confugerit: quoniam secreta
Dei excelsi occulta sunt ac separata,
& actiones ejus hominibus latentes.
Multi ex ignobilibus sederunt ad dexte- 5
ram regis: & qui in mentem nulli
venerat, indutus est vestibus honoris.
Item reges multi despecti fuerunt atque 6
contempti, & à multis honestis proprius
honor abscessit. Sodalitatem ne con- 7
trahas, donec tentaveris: inquire & ex-
actè pervestiga, ac tum extrue funda-
mentum. Responsum ne reddas ante- 8
quam audias, nec alterius sermonem lo-
quendo interpelles. Si fueris potens, 9
noli propter potentiam virium tuarum
contendere, & ne multiplices oppressio-
nem & iniquitatem. O fili mi, obedi mihi, 10
ne multiplicetur malum tuum: quoniam
qui in multitudine scelerum & crimi-
num incedit, non effugiet. Fili mi, nisi sa-
tagas, haud consequeris: & nisi quæras,
haud invenies. Est autem inter homines 11
qui laboret, desudet, ac fatigetur, & sit in
cunctis operibus suis defessus;

Versio VULG. LAT.

12 Est homo marcidus egens recuperatione, plus deficiens vir-
13 tute, & abundans paupertate: Et oculus Dei respexit illum
in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius, & exaltavit ca-
put ejus: et mirati sunt in illo multi, & honoraverunt Deum.
14 Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas à Deo
15 sunt. Sapientia & disciplina, & scientia legis apud Deum.
16 Dilectio, & viæ bonorum apud ipsum. Error & tenebræ
peccatoribus concreata sunt: qui autem exultant in malis,
17 consenescunt in malo. Datio Dei permanet justis, & pro-
18 fectus illius successus habebit in æternum. Est qui locuple-
19 tatur parcè agendo, & hæc est pars mercedis illius. In eo
quod dicit; Inveni requiem mihi, & nunc manducabo de bo-
20 nis meis solus: Et nescit quòd tempus præteriet, & mors
21 appropinquet, & relinquat omnia aliis, & morietur. Sta in
testamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mandato-
22 rum tuorum veterasce. Ne manseris in operibus peccato-
23 rum. Confide autem in Deo, & mane in loco tuo. Facile est
24 enim in oculis Dei subitò honestare pauperem. Benedictio
Dei in mercedem justi festinat, & in hora veloci processus il-
25 lius fructificat. Ne dicas; Quid est mihi opus, & quæ erunt
26 mihi ex hoc bona? Ne dicas; Sufficiens mihi sum: & quid
27 ex hoc pessimabor? In die bonorum ne immemor sis ma-
28 lorum: & in die malorū ne immemor sis bonorum: Quoniam
facile est coram Deo in die obitûs retribuere unicuique se-
29 cundùm vias suas. Malitia horæ oblivionem facit luxuriæ
30 magnæ, & in fine hominis denudatio operum illius. Ante
mortem ne laudes hominem quenquam, quoniam in filiis
suis agnoscitur vir.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

12 † Ἔστι νωθρὸς (ι) καὶ προσδεόμενος ἀντιλήψεως, † ὑστερῶν ἰσχύϊ
13 καὶ πτωχείᾳ περισσεύει, † Καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπέβλεψαν αὐτῷ
εἰς ἀγαθά, † καὶ ἀνώρθωσεν αὐτὸν ἐκ ταπεινώσεως αὐτοῦ, † καὶ
ἀνύψωσε κεφαλὴν αὐτοῦ· † καὶ ἀπεθαύμασαν ἐπ' αὐτῷ πολλοί.
14 † Ἀγαθὰ καὶ κακά, ζωὴ καὶ θάνατος, † πτωχεία καὶ πλοῦτος παρὰ
17 κυρίου ἐστί. † Δόσις κυρίου παραμένει εὐσεβέσι, † καὶ ἡ εὐδοκία αὐ-
18 τοῦ εἰς τὸν αἰῶνα εὐοδωθήσεται. † Ἔστι πλουτῶν ἀπὸ προσοχῆς καὶ
19 σφιγγίας αὐτοῦ, † καὶ αὕτη ἡ μερὶς τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ. † Ἐν τῷ εἰπεῖν
αὐτόν, Εὗρον ἀνάπαυσιν, † καὶ νῦν (κ) φάγομαι ἐκ τῶν ἀγαθῶν μου,
20 † Καὶ οὐκ οἶδεν τίς καιρὸς παρελεύσεται, † καὶ καταλείψει αὐτὰ ἑτέροις,
21 καὶ ἀποθανεῖται. † Στῆθι ἐν διαθήκῃ σου καὶ ὁμίλει ἐν αὐτῇ, † καὶ ἐν
22 τῷ ἔργῳ σου παλαιώθητι. † Μὴ θαύμαζε ἐν ἔργοις ἁμαρτωλοῦ,
23 † πίστευε (λ) τῷ κυρίῳ, καὶ ἔμμενε τῷ πόνῳ σου· † Ὅτι κοῦφον ἐν
24 ὀφθαλμοῖς κυρίου διὰ τάχους † ἐξάπινα (ᵈ) πλουτίσαι πένητα. † Εὐ-
λογία κυρίου (μ) ἐν μισθῷ εὐσεβοῦς, † καὶ ἐν ὥρᾳ ταχινῇ ἀναθάλλει
25 εὐλογίαν αὐτοῦ. † Μὴ εἴπῃς, Τίς ἐστί μου χρεία; † καὶ τίνα ἀπὸ τοῦ
26 νῦν ἔσται μου τὰ ἀγαθά; † Μὴ εἴπῃς, Αὐτάρκη μοί ἐστι, † καὶ τί
27 ἀπὸ τοῦ νῦν κακωθήσομαι; † Ἐν ἡμέρᾳ (ν) ἀγαθῶν ἀμνησία κα-
28 κῶν, † καὶ ἐν ἡμέρᾳ κακῶν οὐ μνησθήσεται ἀγαθῶν. † Ὅτι κοῦφον
(ξ) ἔναντι κυρίου ἐν ἡμέρᾳ τελευτῆς † ἀποδοῦναι ἀνθρώπῳ κατὰ τὰς
29 ὁδοὺς αὐτοῦ. † Κάκωσις ὥρας ἐπιλησμονὴν ποιεῖ τρυφῆς, † καὶ
30 ἐν συντελείᾳ ἀνθρώπου ἀποκάλυψις ἔργων αὐτοῦ. † Πρὸ τελευτῆς μὴ
μακάριζε μηδένα, † καὶ ἐν τέκνοις αὐτοῦ (ο) γνωσθήσεται ἀνήρ.

MS.A. (ι) προσδεόμενος (κ) φάγομαι (λ) ἐν κυρίῳ, (ᵈ) πλουτῆσαι (μ) ἐμμισθῷ (ν) ἀγαθῇ (ξ) ἐν ὀφθαλμοῖς κυρίου (ο) γνωσθήσεται. Μὴ

Cum Translatione LATINA.

Est marcidus, & egens recuperatione, deficiens 12
virtute, et (b) abundat paupertate: Et oculi 13
Domini respexerunt illum in bona, et erexit eum
ab humilitate ipsius, & exaltavit caput ejus:
et mirati sunt in illo (c) multi. Bona et mala, 14
vita et mors, paupertas et honestas à (d) Domino
sunt. Datio Domini permanet piis: et benepla- 17
citum ejus bonos successus habebit in æternum.
Est, qui locupletatur, attentè, et parcè agendo: 18
et hæc est pars mercedis illius. In eo, quod dicit; 19
Inveni requiem, et nunc manducabo de bonis
(e) meis; Et nescit, quod tempus pertransiet, 20
et relinquet ea aliis, et morietur. Sta in testa- 21
mento tuo: et in illo colloquere: et in opere tuo
veterasce. Ne mireris in operibus peccatoris: 22
confide in Domino, et mane in labore tuo.
Facile est enim in oculis Domini, velociter 23
subitò honestare pauperem. Benedictio Domini in 24
mercede pii: et in hora veloci exoriri facit
benedictionem suam. Ne dicas; Quid est mihi 25
(f) opus? et quæ erunt mihi ex hoc nunc bona? Ne
dicas; Sufficientia mibi sunt, et quid ex hoc 26
nunc pessimabor? In die bonorum, oblivio malo- 27
rum, et in die malorum non erit memoria bo-
norum. Quoniam facile est coram Domino in 28
die obitûs retribuere homini secundùm vias e-
jus. Malitia horæ oblivionem facit luxuriæ; 29
et in fine hominis, denudatio operum illius. Ante 30
mortem ne beatifices quenquam: et in filiis suis
agnoscetur vir.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
[illegible]

Est qui laboret ac fatigetur, defectúque 12
corporis, & omnium rerum penuriâ laboret,
paupertate verò abundet; erga quem sermo
Domini fit beneficus, & à pulvere ac cinere
liberet eum: Caput ejus erigat attollátque, 13
& multi demirentur illum. Bonum & ma- 14
lum, vita & mors, dives & pauper paria sunt
coram Domino. Sapientia, & temperantia, ac 15
legis peritia à Domino est: charitas & viæ
bonorum operum ab eodem sunt. Error ac 16
tenebræ peccatoribus creatæ sunt: & cum
his qui in malitia nutriuntur, malitia cum
iisdem consenescit. Donum Domini cultori- 17
bus ejus perseverat, & placitum ejus in
æternum manebit. Est qui ex paupertate sua 18
ditescat: est etiam quem propriæ divitiæ
non comitentur. Qui cùm ait, Inveni mihi 19
requiem, en inposterùm comedam de facul-
tatibus meis; & ignorat quis futurus sit exi-
tus ejus: nam aliis relinquet eas, & morie-
tur. Fili mi, persiste in via tua, eíque in- 20
nitere, & in exercitiis ejus progredere &
consenesce. Ne mireris facta scelesti, sed Do- 21
minum expecta, & in ejus lumine persevera.
Promptum est enim apud Dominum pau- 22
perem brevi ditare. In fundo diei reperies 23
bonum, & finis hominis manebit super
ipsum. Antequam aliquem experiaris, ne 29
laudaveris eum: in suo enim fine lauda-
tur homo. Non est quòd quemvis homi- 30
nem introducas in ædes tuas; quoniam insi-
diæ dolosi multæ sunt.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

12 * وذلك الانسان يكون حريصا خبيثا * وهو ضعيف الجسم مضطر شديد الخلة. قول الرب
13 يحسن اليه. وينفض عنه التراب والرماد * يرفع راسه ويسرفه حتى يتعجب منه الناس.
14 * الخير والشر. والحيوة والموت. والغناء والفقر. يبذلهما الله تعالى للناس سريعا * اخذ الحكمة
15
16 والعفاف. وعلم السنة من قبل الرب. الود وسبيل الاعمال الصالحة من لدنه * الظلالة
17 والظلام حظ الخطاة. الذين يلبثون في الشر تكثر معهم * عطية الرب تدوم لاتقيائه.
18 وتدوم مسرته فيهم الي الابد * في الناس من هو غني في مسكنته لعقله وحسن تدبيره.
19 وفي الناس من لا ينتفع بماله لبخله وسوء تدبيره * وحين يقول قد احببت الراحة. فابداء الان
20 فانعم بخيراتي. ولا يعلم ما اخر مصيره. وانه يموت ويخلفها لغيره * يا بني قم علي طريقك.
21 واثبت عليها واعتصم بها ما حييت * ولا يعجبك اعمال الاثم. بل ارجوا الرب ودم علي
22 وده * لان الرب قادر ان يغني الفقير سريعا * ان كنت تقيا اصبت لنفسك خيرا. ومصيرك
28
29 لما قدمت * لا تمدح رجلا قبل ان تجربه. لان مدحة المرء في اخر امره * لا تدخل منزلك
30 فاجرا. لان حيل المكر كثيرة.

Præterea ejusmodi homo sit ambitiosus, 12
improbus, idémque corpore imbecillus,
necessitate & summâ paupertate labo-
rans; cui tamen sermo Domini benefa-
ciat, excutiátque ab eo pulverem ac ci-
nerem, Caput ejus attollat, adeóque no- 13
bilitet eum, ut homines mirentur eum.
Bonum & malum, mortē ac vitam, divi- 14
tias ac paupertatem Deus excelsus citò
dat hominibus. Acquisitio sapientiæ, tem- 15
perantiæ, ac scientiæ legis à Domino est:
dilectio, & via operum bonorum ab ipso
sunt. Error, & caligo sors peccatorū: cum 16
perseverantibus in malo ea multiplica-
buntur. Donum Domini permanet apud 17
pios ejus, & constans est in ipsis volun-
tas ejusdem in æternū. Inter homines re- 18
peritur qui dives est in paupertate sua,
ob suam ipsius prudentiā rectámque vi-
vendi rationē: reperitur etiam inter ho-
mines qui nullum percipit emolumentū è
suis opibus, ob avaritiam suam & im-
probam vivendi rationem: Et cùm di- 19
cit, Jam dilexi requiem, incipiam modò
frui bonis meis, nescit quid tandem de se
futurū sit, cumque moriturū, atque aliis
ea relicturum. O fili mi, sta viæ tuæ, in 20
ea persevera, eiq; adhære quandiu vixe- 21
ris: Nec admirationem tibi moveant ope-
ra iniqua: sed Dominum spera, & in ejus
amore persevera. Potest enim Dominus 22
pauperem quàm citissimè ditare. Si fue-
ris pius, obtinebis animæ tuæ bonum, &
votum tuum in rebus quas aggredieris. 29
Ne laudes quenquam priusquam tenta-
veris eum; quia laus viri in postremis 30
ejus actis consistit. Ne introducas do-
mum tuam scelerosum; quoniam artes
doli multæ sunt.

Versio VULG. LAT.

31 Non omnem hominem inducas in domum tuam: multæ
32 enim sunt insidiæ dolosi. Sicut enim eructant præcordia
fœtentium, & sicut perdix inducitur in caveam, & ut ca-
prea in laqueum: sic & cor superborum, & sicut pro-
spector videns casum proximi sui. Bona enim in mala
33 convertens insidiatur, & in electis imponet maculam. A
34 scintilla una augetur ignis, & ab uno doloso augetur san-
guis: homo verò peccator sanguini insidiatur. Attende
35 tibi à pestifero, fabricat enim mala: ne fortè inducat su-
per te subsannationem in perpetuum. Admitte ad te alie-
36 nigenam, & subvertet te in turbine, & abalienabit te à tuis
propriis.

CAP. XII.

1 Si benè feceris, scito cui feceris, & erit gratia in bonis
2 tuis multa. Benè fac justo, & invenies retributionem ma-
3 gnam: & si non ab ipso, certè à Domino: Non est enim
ei benè qui assiduus est in malis, & eleëmosynas non dan-
ti: quoniam & Altissimus odio habet peccatores, & mi-
sertus est pœnitentibus. Da misericordi, & ne suscipias
4 peccatorem: & impiis & peccatoribus reddet vindictam,
5 custodiens eos in diem vindictæ. Da bono, & non rece-
6 peris peccatorem. Benefac humili, & non dederis impio:
7 prohibe panes illi dari, ne in ipsis potentior te sit: Nam
duplicia mala invenies in omnibus bonis, quæcunque fece-
ris illi: quoniam & Altissimus odio habet peccatores, & im-
8 piis reddet vindictam. Non agnoscetur in bonis amicus,
9 & non abscondetur in malis inimicus. In bonis viri, inimi-
ci illius in tristitia: & in malitia illius, amicus agnitus est.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

31 †Μὴ πάντα ἄνθρωπον εἴσαγε εἰς τὸν οἶκόν σου, †πολλὰ γὰρ τὰ ἔνεδρα
32 τοῦ δολίου. †Πέρδιξ θηρευτὴς ἐν καρτάλλῳ, †οὕτως καρδία ὑπερη-
33 φάνου, †καὶ ὡς ὁ κατάσκοπος ἐπιβλέπει πτῶσιν. †Τὰ γὰρ ἀγαθὰ
εἰς κακὰ μεταστρέφων ἐνεδρεύει, †καὶ ἐν τοῖς (π) αἱρετοῖς ἐπιθήσει μῶ-
34 μον. †Ἀπὸ σπινθῆρος πυρὸς πληθύνεται ἀνθρακιά, †καὶ ἄνθρω-
35 πος ἁμαρτωλὸς εἰς αἷμα ἐνεδρεύει. †Πρόσεχε ἀπὸ κακούργου,
36 πονηρὰ γὰρ τεκταίνει, †μήποτε μῶμον εἰς τὸν αἰῶνα δῷ σοι. †Ἐνοί-
κισον ἀλλότριον, καὶ διαστρέψει σε ἐν ταραχαῖς, †καὶ ἀπαλλοτριώσει
19 ῥόδου ἐν Ἱεριχῷ. † (*) Ὡς ἐλαία εὐπρεπὴς ἐν πεδίῳ, † καὶ ἀνυψώ-
20 θην ὡς πλάτανος. † Ὡς κιννάμωμον καὶ ἀσπάλαθος ἀρωμάτων
δέδωκα ὀσμήν, † καὶ ὡς σμύρνα ἐκλεκτὴ (λ) διέδωκα εὐωδίαν·
21 † (μ) Ὡς χαλβάνη καὶ ὄνυξ καὶ στακτή, † καὶ ὡς λιβάνου ἀτμὶς ἐν
22 σκηνῇ. † Ἐγὼ (ν) ὡς τερέμινθος ἐξέτεινα κλάδους μου, † καὶ οἱ
23 κλάδοι μου κλάδοι δόξης καὶ χάριτος. Ἐγὼ ὡς ἄμπελος
(ξ) βλαστήσασα χάριν, † καὶ τὰ ἄνθη μου καρπὸς δόξης καὶ πλούτου.
26 † (ο) Προσέλθετε πρός με οἱ ἐπιθυμοῦντές μου, καὶ ἀπὸ τῶν (π) γεν-
27 νημάτων μου ἐμπλήσθητε. † Τὸ γὰρ μνημόσυνόν μου ὑπὲρ (ρ) μέλι γλυ-
29 κύ, † καὶ ἡ κληρονομία μου ὑπὲρ (*) μέλιτος κηρίον. † Οἱ ἐσθίοντές
30 με ἔτι πεινάσουσι, † καὶ οἱ πίνοντές με ἔτι διψήσουσιν. † Ὁ ὑπα-
κούων μου οὐκ αἰσχυνθήσεται, † καὶ οἱ ἐργαζόμενοι ἐν ἐμοὶ οὐχ ἁμαρτή-
32 σουσιν. † Ταῦτα πάντα βίβλος διαθήκης Θεοῦ ὑψίστου, † νόμον ὃν
ἐνετείλατο (σ) Μωϋσῆς, † κληρονομίαν συναγωγαῖς Ἰακώβ.
35 † Ὁ (τ) πιμπλῶν ὡς Φισὼν σοφίαν, † καὶ ὡς Τίγρις ἐν ἡμέραις
36 νέων. † Ὁ ἀναπληρῶν ὡς Εὐφράτης σύνεσιν, † καὶ ὡς Ἰορδάνης
ἐν ἡμέραις θερισμοῦ.

MS. A. (ι) ἐξουσίαν μου. (κ) ὄρει (*) Καὶ ὡς (λ) δέδωκα (μ) Καὶ ὡς χαλβάνη (ν) δὲ ὡς τερέβινθος (ξ) ἐβλάστησα (ο) Προσέλθατε (π) γεννημάτων (ρ) τὸ μέλι τὸ γλυκύ, (*) μέλιτος καὶ κηρίον. Οἱ ἐσθίοντες (σ) ἡμῖν Μωϋσῆς (τ) πιπλῶν

Et sic in Sion firmata sum. In civitate (b) dilecta 15
similiter quiescere me fecit: & in Hierusalem
potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, 16
in parte Domini, hæreditatis ejus. Quasi 17
cedrus exaltata sum in Libano, & quasi
cupressus in montibus Aermon. Quasi pal- 18
ma exaltata sum in (c) littoribus, &
quasi plantæ rosæ in Hiericho. Quasi o- 19
liva speciosa in campo: & quasi platanus
(d) exaltata sum. Sicut cinnamomum, & (e) a- 20
spalathus aromatum dedi odorem: & tanquam
myrrha electa dedi suavitatem odoris. Quasi 21
Galbanum, & ungula, & gutta, & quasi libani
vapor in tabernaculo. Ego quasi terebinthus ex- 22
pandi ramos meos: & rami mei, (f) rami honoris
& gratiæ. Ego quasi vitis fructificavi gratiam: 23
& flores mei, fructus honoris & (g) honestatis.
Accedite ad me, qui concupiscitis me, & à ge- 26
nerationibus meis adimplemini. Memoria enim 27
mea super mel dulcis, & hæreditas mea super
mellis (h) favum. Qui edunt me; adhuc esu- 29
rient: & qui bibunt me; adhuc sitient. Qui 30
audit me; non confundetur: & qui operantur in
me; non peccabunt. Hæc omnia, liber testa- 32
menti Dei altissimi: legem, quam mandavit Moy-
ses, hæreditatem synagogis Jacob. Qui implet 35
quasi Phison sapientiam, & sicut Tigris in die-
bus novorum. Qui adimplet quasi Euphrates 36
sensum, & quasi Jordanes in diebus messis.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]

Tum etiam in Sion ego mansi; in civitate 11
æquè ac ego ipsi chara quievi; & in Jerusa-
lem fuit dominatus meus: Enutrita sum inter 12
populum honorandum inter Domini sortem,
& in medio hæreditatis ejus Israel. Quasi 13
cedrus in Libano crevi, & quasi arbor olei
in Sonir monte nivis. Quasi palma crevi 14
in In-gad, & quasi planta rosæ in Jericho.
Sicut olea crevi in campo, & crevi sicut pla- 15
tanus secus aquas. Tanquam cinnamo- 16
mum, & thus aromaticum, & tanquam myr-
rha optima olevi fragrantiam meam. Et ut 17
incensum, & galbanum, ungula, & gutta,
utque unguentum optimum emisi odorem
meum. Ego ut rhododaphne fixi radices 18
meas, & rami mei rami gloriæ sunt atque
honoris. Ego similis sum viti speciosissimæ 19
pulchritudinis, & pampini mei pampini sunt
nitoris ac magnificentiæ. Deflectite ad me 22
quicunque me cupitis, & ex proventibus
meis optimis voluptatem capietis. Nam 23
doctrina mea melle dulcior est, & his qui
me possident, favo. Comedentes me, ite- 24
rum me esurient; & bibentes me, iterum
me sitient. Qui me audierit, nequaquam 25
cadet; & nulla ejus opera corrumpentur.
Hæc omnia in libro fœderis Domini scripta 26
sunt. Lex quam præcepit nobis Moses, hæ- 27
reditas est congregationis Jacob. Plena est 28
enim quasi flumen Phison sapientiâ, & qua-
si Tigris in diebus proventuum ejus. Pro- 29
fundit in modum Euphratis intelligentiam,
& in modum Jordanis diebus Nisan.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

11 ويصهيون ايضا انا اقمت * واسترحت في القرية الطاهرة المحبوبة اليه * وكان امري انا نافذا
12 باورسليم * ونشات بين شعب كريم في حصة الرب وفي ميراث اسرائيل * وعذات مثل الصنوبر في
13 لبنان * ومثل شجر الدهن في سانير جبل الثلج * وكالنخل في عين جاد * وكاشجار الورد بريحا *
14 عذات مثل الزيتون في القاع * وظللت مثل الدلب على شط الماء * ومثل الدارصيني
15 والبخور الطيب * وفاح ريحي مثل المسك الفايق * ومثل اللبني والمحلب والاظفار واللبان * فاح
16 ريحي مثل الدهن الفايق * وثبت اصلي مثل الدفلي * وشجري شجر المدحة والكرامة *
17 وانا مثل الجفنة الحسنة * وقضباني قضبان البهاء والمجد * ميلوا الي يا معشر المشتاقين * وتفهموا
18 كلامي الطيب * لان علمي احلا من العسل * وهو عند ورثتي احلا حلاوة من الشهد * من اكلني
19 عاد جايعا الي * ومن شربني ازداد لي ظما * ومن اطاعني لا يسقط ابدا * ولا يعاب شيا من فعاله *
22 هذه الاشيا كلها مكتوبة في كتاب عهد الله * السنة التي امرنا بها موسي ميراثا
23 لجميع ال يعقوب * ولا تكتم حكمتك * لان الحكمة فايضة بصورة النهر * ومثل الدجلة
24 في ايام غلاتها * وتطفح الفقه مثل الفرات * ومثل الاردن ايام الربيع العلم *
25
26
27
28
29

Et in Sion etiam ego permansi, & quievi 11
in civitate puraipsi dilecta, fuitq; im-
perium meum peremptorium in Jerusa-
lem. Inter populum nobilem crevi, in 12
parte Domini, & in hæreditate Israelis.
Et velut abietes in Libano excrevi, & 13
velut arbor olei in Sanir monte nivis.
Et instar palmarum in fonte Gad, & 14
tanquam arbores rosarum in Jericho.
Crevi tanquam olivæ in planitie, & 15
umbram præstiti velut platani ad aquæ
littus consitæ. Et sicut cinnamomum, & 16
thus suavissimum: spiravitq; odor meus
velut muscus præstantissimus. Et velut 17
galbanum, & mahalep, & ungula, &
thus: efflavit odor meus velut unguen-
tum præstantissimum. Radicem meam ut 18
rhododaphne firmavi, & arbores meæ
sunt arbores laudis atque honoris. Ego 19
etiam similis sum viti pulcherrimæ, &
palmites mei sunt palmites splendoris
atq; gloriæ. Divertite ad me omnes cu- 22
pidi, & percipite sermonem meum jucun-
dissimum. Disciplina siquidem mea dul- 23
cior est melle, eademq; apud hæredes meos
suavioris est dulcedinis quàm favus. Qui 24
me comederit, adhuc esuriet me; & qui
me biberit, majore mei siti laborabit. Qui 25
mihi obedierit, nunquam labetur; nec
vituperabitur ullum ex operibus ejus.
Res istæ omnes scriptæ sunt in libro testa- 26
menti Dei, Lege scilicet quam præcepit 27
nobis Moses hæreditariam universæ pro-
sapiæ Jacobi. Sapientiam tuam ne ce- 28
laveris, quia sapientia exuberans est in
modum fluminis, & instar Tigridis in
diebus fructuum ejus. Redundátq; mo- 29
destiâ tanquam Euphrates, & ceu Jor-
danis verno tempore scientiâ.

Versio VULG. LAT.

37 Qui mittit disciplinam sicut lucem, & assistens quasi Ge-
38 hon in die vindemiæ. Qui perficit primus scire ipsam, &
39 infirmior non investigabit eam. A mari enim abundavit
40 cogitatio ejus, & consilium illius ab abysso magna. Ego
41 sapientia effudi flumina. Ego quasi trames aquæ immen-
sæ de fluvio, ego quasi fluvii Dioryx, & sicut aquæductus
42 exivi de paradiso. Dixi; Rigabo hortum meum planta-
43 tionum, & inebriabo prati mei fructum. Et ecce factus
est mihi trames abundans, & fluvius meus appropinquavit
44 ad mare: Quoniam doctrinam quasi antelucanum illumi-
45 no omnibus, & enarrabo illam usque ad longinquum: Pe-
netrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes
dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino.
46 Adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam, & relin-
quam illam quærentibus sapientiam: & non desinam in
47 progenies illorum usque in ævum sanctum. Videte quo-
niam non soli mihi laboravi, sed omnibus exquirentibus
veritatem.

CAP. XXV.

1 IN tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata co-
2 ram Deo & hominibus: Concordia fratrum, & amor pro-
3 ximorum, & vir & mulier benè sibi consentientes. Tres
species odivit anima mea, et aggravor valdè animæ illorum:
4 Pauperem superbum: divitem mendacem: senem fatuum
5 & insensatum. Quæ in juventute tua non congregâsti, quo-
6 modò in senectute tua invenies? Quàm speciosum caniti-
7 ei judicium, & presbyteris cognoscere consilium! Quàm
speciosa veteranis sapientia, & gloriosis intellectus, &
8 consilium! Corona senum multa peritia, & gloria illo-
9 rum timor Dei. Novem insuspicabilia cordis magnificavi,
& decimum dicam in lingua hominibus:

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

37 † Ὁ ἐκφαίνων ὡς φῶς παιδείαν, † ὡς Γηὼν ἐν ἡμέραις τρυγητοῦ.
38 † Οὐ συνετέλεσεν ὁ πρῶτος γνῶναι αὐτὴν, † καὶ οὕτως ὁ ἔσχατος
39 οὐκ ἐξιχνίασεν αὐτήν. † Ἀπὸ γὰρ θαλάσσης ἐπληθύνθη (υ) δια-
41 νόημα αὐτῆς, † καὶ ἡ βουλὴ (φ) αὐτῆς ἀπὸ ἀβύσσου μεγάλης. † Κἀγὼ
ὡς διῶρυξ ἀπὸ ποταμοῦ, † καὶ ὡς ὑδραγωγὸς ἐξῆλθον εἰς παράδεισον.
42 † Εἶπα, (χ) Ποτιῶ μου τὸν κῆπον, † καὶ μεθύσω μου τὴν πρασιάν·
43 † Καὶ ἰδοὺ ἐγένετό (ψ) μοι ἡ διῶρυξ εἰς ποταμὸν, † καὶ ὁ ποταμός
44 μου ἐγένετο εἰς θάλασσαν. † Ἔτι παιδείαν ὡς ὄρθρον φωτιῶ, † καὶ
46 (*) ἐκφανῶ αὐτὰ ἕως εἰς μακράν. † Ἔτι διδασκαλίαν ὡς προφη-
47 τείαν ἐκχεῶ, καὶ καταλείψω αὐτὴν εἰς (ω) γενεὰς αἰώνων. † Ἴδετε
ὅτι οὐκ ἐμοὶ μόνῳ ἐκοπίασα, † ἀλλὰ πᾶσι τοῖς ἐκζητοῦσιν
αὐτήν.

MS. A. (υ) διανοήματα (φ)* αὐτοῦ (χ) Ποτίσω (ψ) μου (*) ἐμφανῶ (ω) τῶν αἰών

ΚΕΦ. κέ.

1 † ΕΝ τρισὶν ὡραΐσθην, καὶ ἀνέστην ὡραία ἔναντι Κυρίου καὶ ἀνθρώ-
2 πων· † Ὁμόνοια ἀδελφῶν, καὶ φιλία τῶν πλησίον, καὶ γυνὴ καὶ ἀνὴρ
3 ἑαυτοῖς συμπεριφερόμενοι. † Τρία δὲ εἴδη ἐμίσησεν ἡ ψυχή μου, † καὶ
4 (α) προσώχθισα σφόδρα τῇ ζωῇ αὐτῶν· † Πτωχὸν ὑπερήφανον, καὶ
5 πλούσιον ψεύστην, † γέροντα μοιχὸν ἐλαττούμενον συνέσει. † (*) Ἐν
6 νεότητι οὐ συναγήοχας, † καὶ πῶς ἂν εὕροις ἐν τῷ γήρᾳ σου; † Ὡς
7 ὡραῖον πολιαῖς κρίσις, † καὶ πρεσβυτέροις ἐπιγνῶναι βουλήν; † Ὡς
ὡραία γερόντων σοφία, † καὶ δεδοξασμένοις διανόημα καὶ βουλή.
8 † Στέφανος γερόντων πολυπειρία † καὶ τὸ καύχημα αὐτῶν φόβος
9 Κυρίου. † Ἐννέα ὑπονοήματα ἐμακάρισα ἐν (β) καρδίᾳ, † καὶ τὸ
δέκατον ἐρῶ (γ) ἐπὶ γλώσσης·

MS. A. (α)* προσώχθισε (*) Ἃ ἐν (β) τῇ καρδίᾳ μου, (γ) ἀπὸ

Qui emittit disciplinam, sicut lucem, quasi Ge- 37
hon in diebus vindemiæ. Non consummavit pri- 38
mus scire ipsam: & sic ultimus non investigavit
eam. A mari enim abundavit cogitatio ejus, & 39
consilium ejus ab abysso magna. Et ego, sicut 41
fossa de flumine, & sicut aquæductus exivi in
paradisum. Dixi; Potabo hortum (i) meum: & 42
inebriabo pratum meum. Et ecce facta est mihi
fossa in fluvium: & fluvius meus factus est in 43
mare. (k) Adhuc doctrinam quasi antelucanum, 44
illuminabo, & ostendam ea usque in longinquum.
Adhuc doctrinam, quasi prophetiam effundam: 46
& relinquam illam in generationes seculorum.
Videte, quoniam non soli mihi laboravi, sed 47
omnibus exquirentibus eam.

CAP. XXV.

IN tribus decora facta sum; & surrexi decora 1
coram Domino, & hominibus: Concordia fra- 2
trum; & amicitia proximorum: & vir &
mulier sibi benè consentientes. Tres autem species 3
odivit anima mea, & indignata sum valde vitæ
illorum: Pauperem superbum, & divitem men- 4
dacem, senem adulterum diminutum intellectu.
In juventute tua non congregâsti: & quomodò in 5
senectute tua invenies? Quàm speciosum cani- 6
tiei judicium, & presbyteris cognoscere consi-
lium? Quàm speciosa veteranis sapientia, & 7
gloriosis intellectus, & consilium? Corona se- 8
num multa peritia: & gloria illorum timor Do-
mini. Novem cogitationes beatificavi in corde, 9
& decimam dicam in lingua:

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

30 ܘܡܦܩܐ ܐܝܟ ܢܗܪܐ ܡܪܕܘܬܐ. ܘܐܝܟ ܓܝܚܘܢ ܒܝܘܡܝ ܩܛܦܐ. * ܠܐ ܐܫܬܡܠܝܘ ܩܕܡܝܐ
31 ܚܟܡܬܐ. ܘܐܚܪܝܐ ܠܐ ܢܕܪܟܘܢܗ. * ܡܛܠ ܕܡܢ ܝܡܐ ܪܒܐ ܣܓܝܐܐ ܚܟܡܬܐ.
32 ܘܡܚܫܒܬܐ. ܡܢ ܬܗܘܡܐ ܪܒܐ. * ܐܦ ܐܢܐ ܐܝܟ ܢܗܪܐ ܕܡܫܩܐ. * ܘܐܝܟ ܡܒܘܥܐ ܕܡܝܐ
33 ܕܢܓܕ ܠܓܢܬܐ. * ܐܡܪܬ ܕܐܫܩܐ ܠܓܢܬܝ. ܘܐܪܘܐ ܠܦܪܕܝܣܝ. * ܘܗܐ ܐܦ ܗܘ ܗܘܐ ܠܝ
34 ܢܚܠܐ. ܘܢܗܪܝ ܡܛܐ ܠܝܡܐ. * ܬܘܒ ܡܪܕܘܬܝ ܒܨܦܪܐ ܐܢܗܪ. ܘܐܫܒܩܝܗ ܠܕܪܐ
35 ܣܓܝܐܐ. * ܬܘܒ ܡܪܕܘܬܝ ܒܢܒܝܘܬܐ ܐܡܪ. ܘܥܕܡܐ ܠܪܘܚܩܐ ܣܘܦܗ.
36
37
38

* ܩܦܠܐܘܢ * ܟܗ *

1 * ܬܠܬ ܨܒܬ ܢܦܫܝ ܘܫܦܝܪܢ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܘܩܕܡ ܒܢܝ ܐܢܫܐ. * ܐܚܘܬܐ
2 ܕܐܚܐ. ܘܪܚܡܘܬܐ ܕܪܚܡܐ. ܘܓܒܪܐ ܘܐܢܬܬܗ ܟܕ ܫܠܡܝܢ. * ܬܠܬܐ ܓܢܣܝܢ
3 ܣܢܝܬ ܢܦܫܝ. ܘܚܝܝܗܘܢ ܣܓܝ ܥܩܬ ܠܝ. * ܠܡܣܟܢܐ ܪܡܐ. ܘܠܥܬܝܪܐ ܕܓܠܐ. ܘܠܣܒܐ
4 ܣܟܠܐ ܘܚܣܝܪ ܪܥܝܢܐ. * ܒܛܠܝܘܬܟ ܠܐ ܟܢܫܬ ܚܟܡܬܐ. ܐܝܟܢܐ ܬܫܟܚܝܗ ܒܣܝܒܘܬܟ.
5 * ܡܐ ܝܐܐ ܠܣܒܐ ܕܝܢܐ. ܘܠܩܫܝܫܝ ܝܘܡܬܐ ܣܘܟܠܐ. * ܡܐ ܝܐܝܐ ܠܪܘܪܒܢܐ
6 ܚܟܡܬܐ. ܘܠܡܝܩܪܐ ܪܥܝܢܐ ܘܡܠܟܐ. * ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܣܒܐ ܣܘܓܐܐ ܕܡܠܟܐ. ܘܕܚܠܬܗ
7 ܕܐܠܗܐ ܫܘܒܚܗܘܢ. * ܬܫܥ ܕܠܐ ܣܠܩ ܥܠ ܠܒܝ ܫܒܚܬ. ܘܥܣܪ ܕܠܐ ܡܠܠܬ.
8
9

Profundit quasi fluvius eruditionem, & qua- 30
si Gihon diebus vindemiæ. Pristini haud 31
exhauserunt sapientiam, nec postremi asse-
quentur illam. Nam mari maximo abundan- 32
tior est sapientia, & cogitatio abysso va-
stissimâ. Ego quoque tanquam fluvius irri- 33
gans, Et veluti fons aquarum dilabens in 34
hortos; Dixi, Horto meo potum dabo, & 35
areolas meas irrigabo. Et ecce etiam ipse 36
factus est mihi torrens, & fluvius meus ad
mare devênit. Tum doctrinam meam ma- 37
nè pronuntiabo, eamque multis ævis relin-
quam. Tum eruditionem meam propheticè 38
dicam, ejusque terminus usque ad remotissi-
ma loca.

CAP. XXV.

TRia expetivit anima mea, eaque speciosa 1
sunt coram Deo & coram hominibus. Frater- 2
nitas fratrum, & amicitia amicorum, & vir
ejusque uxor cùm sunt concordes. Tria ge- 3
nera odit anima mea, eorumque vita summo
mihi tædio est: Pauperem arrogantem, & 4
divitem mendacem, senémque stultum ac
mentis impotem. In juventute tua sapientiam 5
non congessisti, quomodo reperies eam in se-
nectute tua? Quàm decorum est senibus ju- 6
dicium, & antiquis dierum intellectus!
Quàm decens est magnatibus sapientia, & 7
honestis sensus atque consilium! Honor se- 8
niorum est abundantia consilii, & religio
Dei gloria ipsorum. Novem quæ in animum 9
meum haud introierunt, laudavi: & decem,
quæ non sum prolocutus:

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

30 * مثل البحر الطافح * ومثل جيحان وقت القطاف * لا ينتهي الاولون منها الحكمة *
31 ولا يدركها الآخرون * لان الحكمة انسكبت * وزادت على البحر الاعظم * والفطنة على الغمر
32 الاكبر * وانا ايضا مثل النهر الكبير المشرب * كشبه ساقية الماء التي تسقي الجنان *
33 * وقلت اسقي بستاني * واروي اشجاره * وكان لي وادي * وبلغ الى البحر نهري * افيض علمي
34 باكرا * واجعله لاحقاب كثيرة * ايضا اسني علمي بالنبوة * ولا ينقطع الى آخر الدهر *
35
36
37
38

* الفصل الخامس والعشرون *

1 * اشتاقت نفسي الى ثلثة خصال * وهن حسان قدام الله وقدام خلقه * اخاء الاخوة * وود
2 الاوداء * والرجل وامراته اذا كانا متفقين * لقد ابغضت نفسي ثلثة خصال * واملها جدا *
3 * المسكين المسرف * والغني الكذاب * والخليع الجاهل الناقص العقل * في صباك لم
4 تطلب الحكمة * فكيف تقدر عليها في كبر سنك * ما احسن العدل في الاشياخ * والبقاء
5 عند طول الاعمار * ما اجمل الحكمة بالاشراف المكرمين * العقل والبلاغة * كرامة الاشياخ
6 دقة البصر * وفخرهم خشية الله * لقد حمدت تسعة خصال * لم تكن خطرت لي على بال *
7 والعاشرة لم انطق بها *
8
9

Ut mare inundans, & ut Gihon tempo- 30
re vindemiæ. Non attigerunt prisci ter- 31
minum sapientiæ, nec assequentur eam
posteriores. Effluet enim sapientia & 32
excedit mare maximum, & prudentia
gurgitem superat immensum. Et qui- 33
dem similis ego sum fluvio maximo irri-
ganti; Similis rivo aquæ hortum irri- 34
ganti. Et dixi; Hortum meum irriga- 35
bo, & arbores ejus inebriabo. Et fa- 36
ctus est mihi torrens, & pervenit ad
mare flumen meum. Scientiam meam 37
manè profundam, multísque generatio-
nibus relinquam eam. Meam quoque 38
scientiam cum prophetia proferam, nec
deficiet ad finem seculi.

CAP. XXV.

TRes mores exoptavit anima mea, 1
itque speciosi sunt coram Deo & coram
creaturis ejus. Fraternitas fratrum, 2
& amor amicorum, & vir ejúsque uxor
cùm fuerint consentientes. Tres qui- 3
dem mores execratur anima mea, vehe-
mentérque detestatur: Pauperem inso- 4
lentem, & divitem mendacem, & senem
stultum rationis expertem. In pueritia 5
tua non quæsisti sapientiam, quomodo po-
teris ad eam in grandiore ætate tua? 6
Quàm speciosa est æquitas in senibus, 7
& religio apud longævos! Quàm pul-
chra est sapientia in nobilibus honora- 8
tis, & ratio ac judicium! Honor senum
est acumen prudentiæ, & gloria eorum 9
timor Dei. Novem laudavi mores quos
animo non concepi, & decimum non pe-
netravi:

Versio VULG. LAT.

10 Homo, qui jucundatur in filiis, vivens & videns subversio-
11 nem inimicorum suorum. Beatus qui habitat cum muliere
sensata, & qui linguâ suâ non est lapsus, & qui non servivit
12 indignis se. Beatus, qui invenit amicum verum, & qui
13 enarrat justitiam auri audienti. Quàm magnus, qui in-
venit sapientiam, & scientiam! sed non est super timen-
14 tem Dñm. Timor Dei super omnia superposuit: Bea-
15 tus homo, cui donatum est habere timorem Dei: qui te-
16 net illum, cui assimilabitur? Timor Dei initium dile-
ctionis ejus: fidei autem initium agglutinandum est ei.
Omnis plaga, tristitia cordis est: & omnis malitia, ne-
17 quitia mulieris. Et omnem plagam, & non plagam vi-
18 debit cordis: Et omnem nequitiam, & non nequitiam mu-
19 lieris: Et omnem obductum, & non obductum odientium:
20 Et omnem vindictam, & non vindictam inimicorum. Non
21 est caput nequius super caput colubri: Et non est ira su-
22 per iram mulieris. Commorari leoni & draconi placebit,
23 quàm habitare cum muliere nequam. Nequitia mulieris
24 immutat faciem ejus: & obcæcat vultum suum tanquam
ursus: & quasi saccum ostendit. In medio proximorum
25 ejus Ingemuit vir ejus, & audiens suspiravit modicúm.
26 Brevis omnis malitia super malitiam mulieris, sors pecca-
27 torum cadat super illam. Sicut ascensus arenosus in pedibus
28 veterani, sic mulier linguata homini quieto. Ne respicias in
mulieris speciem, & non concupiscas mulierem in specie.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

10 † Ἄνθρωπος εὐφραινόμενος ἐπὶ τέκνοις, † ζῶν καὶ βλέπων ἐπὶ
11 πτῶσιν ἐχθρῶν. † Μακάριος ὁ συνοικῶν γυναικὶ συνετῇ, † καὶ ὃς
ἐν γλώσσῃ οὐκ ὠλίσθησεν, † καὶ ὃς οὐκ ἐδούλευσεν ἀναξίῳ (δ) αὐτοῦ.
12 † Μακάριος ὃς εὗρε φρόνησιν, † καὶ (ε) ὁ διηγούμενος εἰς ὦτα
13 ἀκουόντων. † Ὡς μέγας ὁ εὑρὼν σοφίαν, † ἀλλ᾽ οὐκ ἔστιν ὑπὲρ τὸν
14 φοβούμενον τὸν κύριον. † Φόβος κυρίου ὑπὲρ πᾶν ὑπερέβαλεν,
15 † Ὁ κρατῶν αὐτοῦ τίνι ὁμοιωθήσεται; † Πᾶσαν πληγὴν καὶ
18 μὴ πληγὴν καρδίας, † Καὶ πᾶσαν πονηρίαν καὶ μὴ πονηρίαν
19 γυναικός· † (ζ) Πᾶσαν ἐπαγωγὴν καὶ μὴ ἐπαγωγὴν μισούν-
20 των, † Καὶ πᾶσαν ἐκδίκησιν καὶ μὴ ἐκδίκησιν ἐχθρῶν.
21 † Οὐκ ἔστι κεφαλὴ ὑπὲρ κεφαλὴν ὄφεως. † Καὶ οὐκ ἔστι θυμὸς ὑπὲρ θυ-
22 μὸν ἐχθροῦ. † Συνοικῆσαι λέοντι καὶ δράκοντι (η) εὐδοκήσω, † ἢ
23 ἐνοικῆσαι μετὰ γυναικὸς πονηρᾶς. † Πονηρία γυναικὸς ἀλλοιοῖ
24 τὴν ὅρασιν αὐτῆς, † καὶ σκοτοῖ τὸ πρόσωπον αὐτῆς ὡς (θ) σάκκον.
25 † Ἀναμέσον τῶν πλησίον αὐτοῦ ἀναπεσεῖται ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, † καὶ ἀκούσας
26 ἀνεστέναξε πικρά. † Μικρὰ πᾶσα κακία πρὸς κακίαν γυναικός·
27 † κλῆρος ἁμαρτωλοῦ ἐπιπέσοι αὐτῇ. † Ἀνάβασις ἀμμώδης ἐν
28 ποσὶ πρεσβυτέρου, † οὕτως γυνὴ γλωσσώδης ἀνδρὶ ἡσύχῳ.
Μὴ προσπέσῃς ἐπὶ κάλλος γυναικός, † καὶ γυναῖκα (ι) μὴ ἐπι-
ποθήσῃς.

MS. A. (δ) ἑαυτοῦ. (ε) * ὁ διηγούμενος (ζ) Καὶ πᾶσαν (η) εὐδόκησε, ἢ συνοικῆσαι (θ) ἄρκος. (ι) ἐν κάλλει μὴ

Cum Translatione LATINA.

Homo, qui jocundatur in filiis: vivens, & vi- 10
dens subversionem inimicorum: Beatus, qui ha- 11
bitat cum muliere sensata: et qui in lingua non
est lapsus: et qui non servivit indigno se:
Beatus qui invenit (a) prudentiam: et qui 12
narrat in aures audientium. Quàm magnus 13
est, qui invenit sapientiam? sed non est super
timentem Dominum. Timor Domini (b) super 14
omnia se superposuit: Qui tenet illum, cui 15
(c) assimilabitur? Omnem plagam, et non pla- 18
gam cordis, Et omnem nequitiam, et non nequi-
tiam mulieris: Omnem obductionem, et non 19
obductionem odientium, Et omnem vindictam, 20
et non vindictam inimicorum. Non est caput 21
super caput colubri: Et non est ira super iram 22
inimici. Commorari leoni et draconi placebit 23
mihi, quàm habitare cum muliere nequam.
Malitia mulieris immutat faciem ejus, et ob- 24
cæcat vultum ejus quasi (d) saccum. In medio
proximorum suorum Concidet vir ejus, et 25
audiens suspiravit amarè. Brevis omnis ma- 26
litia ad malitiam mulieris: sors peccatoris
cadat super illam. (e) Ascensus arenosus in 27
pedibus veterani; sic mulier linguata viro qui-
eto. Ne procidas ad speciem mulieris, et non 28
concupiscas mulierem.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
16 [illegible]
15 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]

* Vir qui de exitu suo lætatur, dum vivit, ca- 10
sum inimicorum suorum videbit. Beatus bo- 11
næ uxoris maritus, qui non duxit aratrum in
bove & asino simul. Beatus quem propria
non perturbavit lingua, & minori se non ser-
vivit. Beatus vir qui gratiam adeptus est, 12
& apud aurem auscultantem edisserit. Bea- 13
tus vir quem non fregit paupertas, nec pro-
fligavit inopia. Religio Dei hæc omnia su- 14
perat. Initium religionis Domini, est illum 16
diligere; & initium fidei, sequi illum. Appre- 15
hende eum fili mi, & ne deseras illum; quia
nihil est ipsi comparandum. Omnis *quidem* 17
plaga *acerba est*, sed non ut plaga cordis. Et
omnes malitiæ sunt *execrabiles*, at non ut
malitia mulieris. Et omnes adversitates *atro-* 18
ces, sed non ut adversitas osoris. Et omnes
ultiones *molestæ*, sed non ut ultio inimici.
Nullum caput amarius est capite serpentis, & 19
nulla inimicitia amarior quàm mulieris. Con- 20
sultius est apud leonem & prope draconem
habitare, quàm cum improba muliere intra
domum habitare. Improbæ mulieris nequi- 21
tia pallidum efficit vultum mariti, atrumque
reddit quasi colorem cilicii. Inter sodales 22
suos sedet stultæ maritus, & invitus suspi-
rat. Plurima est malitia, at non adæquat 23
minimam partem malitiæ mulieris: sors sce-
lerum accidet illi. Quod ascensus arenosus 24
pedibus hominis grandævi, hoc est mulier
longæ linguæ apud maritum mitem. Ne al- 25
liciaris pulchritudine malæ mulieris, &
quanvis habeat facultates, ne expetas eam.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

10 * رجل فرح في آخر عمره * وفي حياته يرى عقوبة اعدايه * طوبا لزوج امراة حسنة * لانه
11 لم يحرث بالثور والحمار جميعا * طوبا لرجل اصاب الرحمة * ويحدث بها اذنا سامعة * طوبا
12 لمن لم يسمه الحاجة والغربة * خشية الله اعلا من هذه الاشياء * اصل تقوا الله محبته
13 واول الايمان رضاه * واحفظ يا بني ولا ترفضه * لانه ليس له نظير * كل وجع فليس
14 مثل وجع القلب وضربته * وكل شر وليس مثل شر الامراة * وكل عذاب ولا عذاب
16 ظفر العدو * وكل جزاء ولا جزاء اللسان المبغض * لم يخلق الله شي امر من راس الحية
15 ولا اعدا عداوة من الامراة * الماوي مع الاسد والتنين اهون من النزول مع الامراة
17 السوء * خبث امراة خبيثة يصفر وجه زوجها * ويسوده مثل سواد المسح * زوج
18 الجاهلة جالس بين اصحابه * ويتنفس صعداء بلا هواه * ما اكثر الشر في الدنيا * غير انه
19 لا يبلغ شي شر المراة * فرعة السفهاء والخطايا تسقط عليها * كسبه رابية الرمل الذي
20 يصعدها الشيخ * كذلك المراة السليطة عند الرجل المتواضع * لا تغير بجمال مراة سوء
21 ولا تخدع لها ولو كثر مالها *

Virum lætum in suprema sua ætate, qui 10
dum in vivis est, videt pœnam inimico-
rum suorum. Fælicem bonæ uxoris ma- 11
ritum, quòd in bove simul ac asino mini-
mè araverit. Fælicem virum qui miseri- 12
cordiam assecutus est, eámque auri audi-
enti enarrat. Fælicem quem non infe- 13
stavit egestas & peregrinatio. Timor Dei 14
his rebus sublimior est. Radix religio- 16
nis Dei est amor ejusdem, & principium
fidei placere illi. Cave igitur fili mi, & 15
ne deseras eum; quia non est ei similis.
Omnis dolor vehemens est, at nullius 17
est qui comparetur dolori plagæque cor-
dis. Et malignitas quælibet atrox, at
non ut malignitas mulieris. Et omnis 18
cruciatus tolerabilis, præter cruciatum
victoriæ inimici. Et omnis retributio
toleranda, præter retributionem linguæ
odio prosequentis. Non creavit Deus 19
quicquam amarius capite serpentis, nec
inimicitiam infensiorem inimicitiæ quàm
mulieris. Habitare cum leone & draco- 20
ne facilius est quam morari cum muliere
improba. Malæ mulieris improbitas 21
pallidam reddit faciem mariti, eámque
nigram efficit quasi nigredinem cilicii.
Stultæ mulieris maritus sedet inter ami- 22
cos suos, & invitus longa trahit suspi-
ria. Quàm multæ sunt in orbe nequitiæ, 23
attamen nihil est quod æquiparetur ne-
quitiæ mulieris: sors imprudentium
& facinora cadent super illam. Qualis 24
est collis arenosus quem conscendat se-
nex, talis est mulier linguax apud vi-
rum mansuetum. Ne æmuleris venustatem 25
malæ mulieris, & ne decipiaris ab ea eti-
iamsi divitiis abundet.

Versio VULG. LAT.

29
30 Mulieris ira, & irreverentia, & confusio magna. Mulier
31 si primatum habeat, contraria est viro suo. Cor humile, &
32 facies tristis, & plaga cordis, mulier nequam. Manus de-
biles, & genua dissoluta, mulier quæ non beatificat virum
33 suum. A muliere initium factum est peccati, & per illam
34 omnes morimur. Non des aquæ tuæ exitum, nec modi-
35 cum; nec mulieri nequam veniam prodeundi. Si non am-
bulaverit ad manum tuam, confundet te in conspectu inimi-
36 corum. A carnibus tuis abscinde illam, ne semper te abu-
tatur.

CAP. XXVI.

1 Mulieris bonæ beatus vir: numerus enim annorum illi-
2 us duplex. Mulier fortis oblectat virum suum, & annos
3 vitæ illius in pace implebit. Pars bona, mulier bona, in
4 parte timentium Deum dabitur viro pro factis bonis: Di-
vitis autem & pauperis cor bonum, in omni tempore vultus
5 illorum hilaris. A tribus timuit cor meum, & in quarto
6 facies mea metuit: Delaturam civitatis, & collectionem
7 populi, Calumniam mendacem, super mortem omnia gra-
8 via: Dolor cordis & luctus, mulier zelotypa. In muli-
9 ere zelotypa flagellum linguæ, omnibus communicans.
10 Sicut boum jugum, quod movetur, ita & mulier nequam:
11 qui tenet illam quasi qui apprehendit scorpionem. Muli-
er ebriosa, ira magna: & contumelia, & turpitudo illius
12 non tegetur. Fornicatio mulieris in extollentia oculorum,
& in palpebris illius agnoscetur.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

30 † Ὀργὴ καὶ ἀναίδεια καὶ αἰσχύνη μεγάλη, Γυνὴ ἐὰν ἐπιχορηγῇ τῷ
31 ἀνδρὶ αὐτῆς. † Καρδία ταπεινὴ καὶ πρόσωπον σκυθρωπὸν καὶ
32 πληγὴ καρδίας γυνὴ πονηρά. † Χεῖρες παρειμέναι καὶ γόνατα
33 παραλελυμένα, (ζ) ἥτις οὐ μακαριεῖ τὸν ἄνδρα αὐτῆς. † Ἀπὸ γυναι-
34 κὸς ἀρχὴ ἁμαρτίας, † καὶ δι᾽ αὐτὴν ἀποθνήσκομεν πάντες. † Μὴ
35 δῷς ὕδατι διέξοδον, † μηδὲ γυναικὶ πονηρᾷ (κ) ἐξουσίαν. † Εἰ
36 μὴ πορεύεται κατὰ χεῖρά σου, † Ἀπὸ τῶν σαρκῶν σου ἀπότεμε αὐτήν.

ΚΕΦ. κϛʹ. MS.A.(κ) παῤῥησίαν.

1 † Γυναικὸς ἀγαθῆς μακάριος ὁ ἀνήρ, † καὶ (α) ἀριθμὸς τῶν ἡμερῶν
2 αὐτοῦ (β) διπλάσιος. † Γυνὴ ἀνδρεία εὐφραίνει τὸν ἄνδρα αὐτῆς,
3 † καὶ τὰ ἔτη αὐτοῦ πληρώσει ἐν εἰρήνῃ. † Γυνὴ ἀγαθὴ μερὶς ἀγαθή,
4 † ἐν μερίδι φοβουμένων (γ) κύριον δοθήσεται. † Πλουσίου δὲ καὶ πτω-
5 χοῦ καρδία ἀγαθή, † ἐν παντὶ καιρῷ πρόσωπον ἱλαρόν. † Ἀπὸ
τριῶν (δ) εὐλαβήθη ἡ καρδία μου, † καὶ ἐπὶ τῷ τετάρτῳ
6 προσώπῳ (ε) ἐδεήθην. † Διαβολὴν πόλεως, καὶ ἐκκλησίαν
7 ὄχλου, † Καὶ καταψευσμόν, ὑπὲρ θάνατον πάντα μοχθηρά.
8 † Ἄλγος καρδίας καὶ πένθος † γυνὴ ἀντίζηλος ἐπὶ γυναι-
9 κί, † καὶ μάστιξ γλώσσης πᾶσιν ἐπικοινωνοῦσα. † Βοοζύγιον σαλευ-
10 όμενον γυνὴ πονηρά, † ὁ κρατῶν αὐτῆς ὡς (ζ) ὁ δρασσόμενος
11 σκορπίου. † Ὀργὴ μεγάλη γυνὴ μέθυσος, † καὶ ἀσχημοσύνην αὐ-
12 τῆς (ι) οὐ συγκαλύψει. † Πορνεία γυναικὸς ἐν μετεωρισμοῖς ὀφθαλ-
μῶν, † καὶ ἐν τοῖς βλεφάροις αὐτῆς γνωσθήσεται.

MS.A.(α) ὁ ἀριθμὸς (β) διπλάσιον. (γ) τὸν κύριον (δ) ηὐλαβήθη καρδία (ε) ἐφοβήθην. (ζ) δρασσόμενος (ι) οὐ μὴ

Ira, & irreverentia, & confusio magna. Mu- 29
lier, si subministret viro suo. Cor humile, & 30
facies tristis, & plaga cordis mulier nequam. 31
Manus debiles, & genua dissoluta: (f) quæ
non beatificabit virum suum. A muliere ini- 32
tium peccati: & per illam omnes morimur. 33
Ne des aquæ exitum, nec mulieri nequam, (g) 34
potestatem. Si non ambulaverit ad manum tu- 35
am, A carnibus tuis abscinde illam. 36

CAP. XXVI.

Mulieris bonæ beatus vir: & nume- 1
rus annorum illius duplex. Mulier fortis oble- 2
ctat virum suum: & annos illius implebit in
pace. Pars bona mulier bona: in parte timentium 3
Dominum dabitur. Divitis autem & pauperis 4
cor bonum; in omni tempore vultus hilaris. A 5
tribus timuit cor meum: & in quarto facie (a)
supplicavi: Delaturam civitatis, & collecti- 6
onem turbæ, Et calumniam mendacem: super 7
mortem omnia gravia. Dolor cordis & luctus, 8
mulier Zelotypa in mulierem (b) zelotypam: 9
& flagellum linguæ omnibus communicans. Bo- 10
um jugum, quod commovetur, mulier nequam:
qui tenet illam, quasi qui apprehendit scorpionem.
Ira magna, mulier (c) ebriosa: & turpitudi- 11
nem suam non conteget. Fornicatio mulieris in 12
extollentia oculorum, & in palpebris illius a-
gnoscetur.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
[illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
[illegible]

1 [illegible]
3 [illegible]
2 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
[illegible]

Nam servitus dura, & ignominia pessima est 26
mulier ferociens in maritum suum, cujus et-
iam cor est dissimulatum. Tenebræ & plaga 27
cordis, est mulier improba. Remissio manu- 28
um, & fractio genuum est mulier quæ non
honorat nec glorificat maritum suum. A mu- 29
liere cœpêre peccata, & ejusdem causâ o-
mnes morimur. Ne præbeas aquis erum- 30
pendi locum, neque mulieri scelerosæ vul-
tum *hilarem* & potestatem. Nam quemad-
modum aditus aquarum progreditur & am-
plior evadit, ita mulier scelerosa procedit
peccando. Quòd si te minimè sequatur, 31
Carnem tuam reseca, da illi, eamque è do- 32
mo tua dimittito.

CAP. XXVI.

Probæ mulieris beatus est maritus; nam 1
dies vitæ ipsius conduplicati sunt. Muli- 3
er bona dabitur viro timenti Dominum
propter bona ipsius opera. Mulier strenua 2
exhilarat maritum suum, & is annos vitæ
suæ jucundè transiget. Sivè *enim* dives sit, 4
sivè pauper, cor ejus omni tempore bonum
est, & vultus ejus lucidus. Tria expavescit 5
cor meum, & quatuor vehementer exhor-
resco: Murmurationem turbæ inter popu- 6
lum frequentem, et plagam linguæ, hæc omnia
æquè. Jugum durissimum est mulier impro- 10
ba; & qui sustinet eam, scorpium prehen-
dit. Ira maxima est mulier ebriosa & stu- 11
pida, quæ turpitudinem suam minimè celat.
Scortatio mulieris ex elatione oculorum & 12
ex superciliis ejus cognoscitur.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

26 * لان اصعب الاشياء واشدها عارا امراة تخون زوجها وتنكس براس عشيرتها * ظلمة
27 البصر ووجع القلب امراة سوء * وارتعاش اليدين وانكسار الركب المراة اذا لم
28
29 تكرم زوجها ولم توقره * من الامراة ابتدت الخطية * ومن اجلها علقنا الموت * لا تصير
30 للماء مسيلا ومخرجا * ولا تعط للمراة السوء وجها وقدرة * فانه مثل ينبوع الماء الذي
31 ينبع * كذلك الامراة الفاسقة تكثر الذنوب * فان لم تكون تتبع هواك * فاقطع
32 لحمك واوفها مهرها * وحل سبيلها *

* الفصل السادس والعشرون *

1 * طوبا لزوج امراة صالحة * لان ايام حياته مضاعفة * تزويج امراة عفيفة صالحة من
3 رجل خير من مكافاة لاعماله الصالحة * الامراة القوية البار تنعم زوجها * ويتم عمره
2 بفرح * غني كان ام فقير * فقلبه ناعم ابدا * ووجهه مستنير * ثلثة خصال فزع قلبي
4 منها * وحسبت الرابعة جدا * تذمر الجماعة في وسط شعب كثير * وضربة اللسان * هذه
5 كلها امر من الموت * نيرا شديدا امراة السوء * ومن احتملها كالذي قد امسك عقربا *
6 * غضبا شديدا امراة سكيرة متاهبة * لانها لا تستر سرها * زنا الامراة برفع لحاظها
10 ومن رفع حاجبها يعرف *
11
12

Quoniam asperrima atque turpissima 26
rerum est mulier fallens maritum suum,
& familiæ suæ caput demittens. Ob- 27
scuritas oculorum, & dolor cordis est
mulier improba. Tremor manuum, & 28
fractio genuum est mulier quæ marito
suo nec honorem nec reverentiam exhi-
bet. A muliere initium duxit pecca- 29
tum, & propter ipsam mors invasit nos.
Ne facias aquæ effluendi & exeundi lo- 30
cum, neque mulieri improbæ vultum be-
nignum & potestatem præbeas; quia ut
fons aquæ quæ scatet, ita mulier adulte-
ra multiplicat flagitia. Quòd si volun- 31
tatem tuam minimè sequatur, Abscin- 32
de carnem tuam, redde illi dotem ipsius,
ejúsque vitæ institutum dimitte.

CAP. XXVI.

Foelicem maritum bonæ mulieris; dies 1
enim vitæ ipsius sunt conduplicati. Ma- 3
trimonium cum muliere casta & proba,
donum est viri probi, in præmium bono-
rum operum ipsius. Mulier fortis ac 2
justa oblectat maritum suum, sique æta-
tem suam lætanter finiet. Sivè dives 4
fuerit, sivè pauper, cor ejus semper est
hilare, & vultus ejus splendens. Tres 5
mores pertimescit cor meum, & quar-
tum vehementer formido: Murmura- 6
tionem cœtûs in medio populi frequen-
tis, & flagellum linguæ, hæc omnia
sunt morte graviora. Jugum durum est 10
mulier improba, & qui tolerat eam, per-
inde facit ac qui apprehendit scorpio-
nem. Indignatio magna est mulier ebri- 11
osa & accincta; quoniam scelus suum
minimè contegit. Scortatio mulieris 12
ex elatione oculorum & ex elatione su-
percilii sui cognoscitur.

Versio VULG. LAT.

13 In filia non avertente se, firma custodiam : ne inventâ oc-
14 casione utatur se. Ab omni irreverentia oculorum ejus ca-
15 ve, & ne mireris si te neglexerit. Sicut viator sitiens, ad
fontem os aperiet, & ab omni aqua proxima bibet, & con-
tra omnem palum sedebit, & contra omnem sagittam ape-
16 riet pharetram donec deficiat. Gratia mulieris sedulæ dele-
17 ctabit virum suum, & ossa illius impinguabit. Disciplina
18 illius, datum Dei est. Mulier sensata & tacita, non est im-
19 mutatio eruditæ animæ. Gratia super gratiam, mulier san-
20 cta & pudorata. Omnis autem ponderatio non est digna
21 continentis animæ. Sicut Sol oriens mundo in altissimis
Dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domûs ejus.
22 Lucerna splendens super candelabrum sanctum, & species
23 faciei super ætatem stabilem. Columnæ aureæ super bases
argenteas, & pedes firmi super plantas stabilis mulieris.
24 Fundamenta æterna supra petram solidam, & mandata Dei
25 in corde mulieris sanctæ. In duobus contristatum est cor
26 meum, & in tertio iracundia mihi advénit. Vir bellator de-
27 ficiens per inopiam : & vir sensatus contemptus : Et qui
transgreditur à justitia ad peccatum, Deus paravit eum ad
28 rhomphæam. Duæ species difficiles & periculosæ mihi ap-
paruerunt : difficilè exuitur negotians à negligentia : &
non justificabitur caupo à peccatis labiorum.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

13 † Ἐπὶ θυγατρὶ ἀδιατρέπτῳ στερέωσον φυλακήν, † ἵνα μὴ εὑροῦσα
14 ἄνεσιν ἑαυτῇ χρήσηται. † Ὀπίσω ἀναιδοῦς ὀφθαλμοῦ φύλαξαι, καὶ
15 μὴ θαυμάσῃς ἐὰν εἰς σὲ (ε) πλημμελήσῃ. † Ὡς διψῶν ὁδοιπόρος
(η) τὸ σόμα ἀνοίγει, † καὶ ἀπὸ παντὸς ὕδατος τοῦ σύνεγγυς πίε-
ται, † κατέναντι παντὸς πασσάλου καθίσεται, † καὶ ἔναντι βέλους ἀνοί-
16 ξει φαρέτραν. † Χάρις γυναικὸς τέρψει (θ) τὸν ἄνδρα αὐτῆς, † καὶ
17 τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ πιανεῖ. Ἡ ἐπιστήμη αὐτῆς. † Δόσις κυρίου γυνὴ σι-
18 γηρά, † καὶ οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα πεπαιδευμένης ψυχῆς. † Χάρις
19 ἐπὶ χάριτι γυνὴ αἰσχυντηρά, † Καὶ οὐκ ἔστι σταθμὸς πᾶς ἄξιος
20 ἐγκρατοῦς ψυχῆς. † Ἥλιος ἀνατέλλων ἐν ὑψίστοις κυρίου, † καὶ
21 κάλλος ἀγαθῆς γυναικὸς ἐν κόσμῳ οἰκίας (ι) αὐτοῦ. † Λύχνος
22 ἐκλάμπων ἐπὶ λυχνίας ἁγίας, † καὶ κάλλος προσώπου ἐπὶ ἡλικίᾳ
23 στασίμῃ. † Στύλοι (κ) χρύσεοι ἐπὶ βάσεως ἀργυρᾶς, † καὶ πόδες
25 ὡραῖοι ἐπὶ στέρνοις εὐσταθοῦς. † Ἐπὶ δυσὶ λελύπηται ἡ καρδία μου,
26 † καὶ ἐπὶ τῷ τρίτῳ θυμός μοι ἐπῆλθεν· † Ἀνὴρ πολεμιστὴς ὑστερῶν
27 δι᾽ ἔνδειαν, † καὶ ἄνδρες συνετοὶ ἐὰν σκυβαλισθῶσιν· † Ἐπανά-
γων ἀπὸ δικαιοσύνης ἐπὶ ἁμαρτίαν, † ὁ κύριος ἑτοιμάσει εἰς ῥομ-
28 φαίαν αὐτόν. † Μόλις ἐξελεῖται ἔμπορος ἀπὸ πλημμελείας, † καὶ
οὐ δικαιωθήσεται κάπηλος ἀπὸ ἁμαρτίας.

MS. A. (ε) πλημμελήσει. (η) σόμα ἀνοίξει, (θ) ἄνδρα (ι) αὐτῆς. (κ) χρύσειος

Cum Translatione LATINA.

In filia (d) non avertente se firma custodiam; 13
ne inventâ remissione utatur se. Post irreveren- 14
tem oculum cave; & non mireris, si in te deli-
querit. Sicut viator sitiens, os aperit, & ab 15
omni aqua proxima bibet, contra omnem palum
sedebit, & contra sagittam aperiet pharetram.
Gratia mulieris delectabit virum suum : & 16
ossa illius impinguabit. Scientia ipsius. Datum 17
Domini est Mulier taciturna : & non est com- 18
mutatio eruditæ animæ. Gratia super gratiam
mulier pudorata : Et non est pondus omne di- 19
gnum continentis animæ. Sol exoriens in al- 20
tissimis Domini, et species mulieris bonæ in or- 21
namento domûs suæ. Lucerna lucens super can- 22
delabrum sanctum, et species faciei in ætate
stabili. Columnæ aureæ super basim argenteam, 23
et pedes decori in pectoribus (e) stabilis. In 25
duobus contristatum est cor meum : et in tertio
iracundia mihi advênit : Vir bellator defi- 26
ciens per inopiam : et viri sensati, si conte-
mnantur. Regrediens à justitia ad peccatum, 27
Dominus parabit eum ad romphæam. Difficile 28
exuetur negotians à delicto : et non justificabi-
tur caupo à peccato.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

[illegible]

* Inverecundæ multos adhibe custodes; nulla 13
enim est illi quies, donec furetur. Post eam 14
quæ impudentibus est oculis, curre, nec
moram interponas; ne te decipiat. Qua- 15
lis est sitibundus accedens è via, cujus os a-
pertum est aquis frigidis, & quamvis aquam
bibit, cuicunque ligno innititur, & cuilibet
sagittæ patet ipsius pharetra; Talis est mu- 16
lier adultera, cujus vulva patet unicuique.
Donum Dei est mulier bona : nec ullum est 17
pretium parsimoniæ gutturis. Gratia super 18
gratiam est mulier verecunda. Nec ullum 19
est pondus temperantiæ oris. Qualis est 20
sol lucens in firmamento cœli, talis est pul-
chritudo probæ mulieris dum sedet domi
suæ. Similis est lucernæ splendenti super 21
candelabrum sanctuarii, pulchritudo muli-
eris bonæ dum sedit domi suæ. Ut epistylia 22
aurea scapo argenteo superposita, formosi
sunt gressus ejus in dispositione domûs suæ.
Fili mi, cautè conserva tempus juventutis 23
tuæ, & ne des alieno robur tuum. Quære 24
sortem tuam ex omni terra agri optimi, ad se-
rendum fidentèr semen tuum in propriis ge- 25
nerationibus : Atque ita fructus, tui erunt,
nec erit ubicunque soboles tua. Mulier adul- 26
tera nihili æstimatur : mulier autem marita-
ta, ut mortis propugnaculum his qui se con-
junxerint illi, reputatur. Mulier impia in 27
partem iniqui hominis dabitur; pia verò
mulier timenti Deum dabitur. Mulierem in- 28
verecundam atteret ignominia; filia verò ho-
nesta vel maritum suum verebitur. Cæterùm 29
mulier inverecunda, ut canis reputabitur;
quæ autem reveretur Dominum, pudore præ-
dita est.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

13 * اكثر الحفاظ على الجارية. لئلا تفر وتفجر * الحق السفيهة ولا تغفل. لعلها تخونك.
14
15 * مثل العطشان القادم من السفر وهو تايق الشرب البارد فيشرب من كل ماء. ويسند
16 على كل خشبة. وجعبته مفتوحة لقبول كل نبل * كذلك المراة الزانية تبذل فرجها لكل
17 من طلبها * عطية الرب المراة الحسنة. ولا تحصي ثمن امراة جيدة كافة الخلق.
18
19 * نعمة على نعمة امراة شديدة الانفة والحياء * وليس شيئا يعادل الاقتصار * مثل الشمس
20
21 الطالعة في اديم السما. كذلك حسن المراة بجلوسها في بيتها * مثل السراج على منارة
23 التطهير. كذلك حسن المراة الحسنة بقعودها في بيتها * يا بني احفظ نفسك في شبابك.
24 واياك ان تبذل قوتك للغرباء * اطلب حصتك من ارض بقعة جيدة. وازرع زرعك في
25 عشيرتك وانت واثق مطمان * كذلك تنموا غلاتك. ولا تكون عشيرتك في كل موضع.
26 * المراة الفاجرة لا تعدها شيئا. فاما المحصنة اذا فجرت فهي شبه البرج الساقط على
27 من يدنو اليه * والمراة الفايضة تقع في حظ الفاجر. والورعة تزوج من رجل تقي.
28 * والذي لا تستحي تبلي الشتيمة جسدها. فاما الابنة الحيية فهي تستحي من زوجها.
29
* وايضا التي لا تحتشم تنزل منزلة الكلب. والتي تتقي الله تاتب وتستحي.

Multiplica custodes super filiam, ne ex- 13
iliat, perpetretq; flagitia. Stultam pro- 14
piùs sequere, & ne negligas; ne te deci-
piat. Quemadmodum sitibundus ad- 15
veniens ex itinere, potúmque frigi-
dum exoptans, omnem aquam bibit,
cuilibet ligno innititur, ejusque phare-
tra ad quamcunque sagittam suscipi-
endum est aperta; Ita mulier fornica- 16
ria vulvam suam cuivis petenti pro-
stituit. Munus Domini est mulier 17
proba, & creaturæ omnes non sup-
putabunt pretium bonæ mulieri. Gra- 18
tia gratiæ superaddita est mulier gran-
dis modestiæ & verecundiæ. Et nihil 19
est quod temperantiam coæquet. Quod 20
sol fulgens in firmamento cœli, hoc
est pulchritudo mulieris domi suæ
sedentis. Quod lucerna super cande- 21
labrum expiationis, hoc est pulchri-
tudo probæ mulieris domi suæ seden-
tis. O fili mi, custodi teipsum in 23
juventute tua, & cave ne des ro-
bur tuum alienis. Quære sortem tu- 24
am è terra boni agri, & sere semen
tuum in familia tua tutus ac securus.
Hoc modo crescent proventus tui, nec 25
erit stirps tua quolibet in loco. Mu- 26
lierem adulteram nihili æstimes : at verò
maritata cùm adulterium committit,
similis est turri corruenti super eum qui
propiùs accedit ad ipsam. Mulier ferox 27
cadet in sortem scelerosi; pia verò in
matrimonium ducetur à viro religioso.
Mulieris impudentis corpus contumelia 28
tabescet; verùm filia pudica maritum
suum veretur. Præterea eam quæ non est 29
verecunda, quasi canem reputa; quæ verò
Deum timet, pudica est ac verecunda.

Versio VULG. LAT.

CAP. XXVII.

1 PRopter inopiam multi deliquerunt : & qui quærit locu-
2 pletari, avertit oculum suum. Sicut in medio compaginis
lapidum palus figitur, sic & inter medium venditionis &
3 emptionis angustiabitur peccatum. Conteretur cum delin-
4 quente delictum. Si non in timore Domini tenueris te in-
5 stanter, citò subvertetur domus tua. Sicut in percussura cri-
bri remanebit pulvis, sic aporia hominis in cogitatu illius.
6 Vasa figuli probat fornax, & homines justos tentatio tribu-
7 lationis. Sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius,
8 sic verbum ex cogitatu cordis hominis. Ante sermonem
9 non laudes virum : hæc enim tentatio est hominum. Si se-
quaris justitiam, apprehendes illam : & indues quasi po-
dérem honoris, & inhabitabis cum ea, & proteget te in
sempiternum, & in die agnitionis invenies firmamentum.
10 Volatilia ad sibi similia conveniunt : & veritas ad eos,
qui operantur illam, revertetur.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

ΚΕΦ. κζ´.

1 †Χάριν ἀδιαφόρου πολλοὶ ἥμαρτον, † καὶ ὁ ζητῶν πληθῦναι, ἀπο-
2 στρέψει ὀφθαλμόν. †Ἀναμέσον ἁρμῶν λίθων παγήσεται πάσσαλος,
† καὶ ἀναμέσον πράσεως καὶ ἀγορασμοῦ (συντριβήσεται) ἁμαρτία.
4 †Ἐὰν μὴ ἐν φόβῳ κυρίου κρατήσῃ κατὰ σπουδήν, † ἐν τάχει κατα-
5 στραφήσεται αὐτοῦ ὁ οἶκος. Ἐν σείσματι κοσκίνου διαμένει κοπρία,
6 † οὕτως σκύβαλα ἀνθρώπου ἐν λογισμῷ αὐτοῦ. † Σκεύη κερα-
μέως (*) δοκιμάζει κάμινος, † καὶ πειρασμὸς ἀνθρώπου ἐν (α) δια-
7 λογισμῷ αὐτοῦ. † Γεώργιον ξύλου ἐκφαίνει ὁ καρπὸς αὐτοῦ, οὕτως
8 λόγος ἐνθυμήματος (β) καρδίας ἀνθρώπου. † Πρὸ λογισμοῦ
μὴ (γ) ἐπαινέσῃς ἄνδρα, † οὗτος γὰρ πειρασμὸς ἀνθρώπων.
9 † Ἐὰν διώκῃς τὸ δίκαιον, καταλήψῃ, † καὶ ἐνδύσῃ αὐτὸ ὡς
10 ποδήρη δόξης. † Πετεινὰ πρὸς τὰ ὅμοια (δ) αὐτοῖς καταλύσει,
† καὶ ἀλήθεια πρὸς τοὺς ἐργαζομένους αὐτὴν ἐπανήξει.
MS.A. (*) δοκιμάσει (α) λογισμῷ (β) καρδία (γ) ἐπαίνει (δ) αὐτῶν

CAP. XXVII.

PROPTER indifferens multi deliquerunt : 1
& qui quærit locupletari ; avertet oculum. In 2
medio compaginis lapidum palus figetur : & in-
ter medium venditionis & emptionis angustia-
bitur peccatum. Si non in timore Domini tenuerit 4
se instanter ; citò subvertetur domus ejus. In 5
percussura cribri remanet fimus : sic quisquilia
hominis in cogitatione ejus. Vasa figuli pro- 6
bat fornax : & tentatio hominis in sermocina-
tione ejus. Culturam ligni ostendit fructus ip- 7
sius : sic verbum excogitatum, hominis cor.
Ante sermonem non laudes virum : hæc enim 8
tentatio est hominum. Si sequaris justitiam, 9
apprehendes, & indues illam, quasi poderem
honoris. Volatilia ad sibi similia divertent : & 10
veritas ad eos, qui operantur ipsam, revertetur.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
[illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
[illegible]
1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]

Mulier quæ maritum suum honorat, sapiens 30
ab unoquoque judicabitur ; impia verò quæ
contumeliosa est in superbia sua, ab omnibus
cognoscetur. Bonæ mulieris beat⁹ est maritus, 31
numerus enim annorum vitæ ipsius duplex
est. Jurgium mulieris est cum lenitate, & 32
quasi tenuis febricula, sic esse videtur. Rixo-
sa mulier & linguax, ut tuba ad bellum ex-
citans reputatur. Animus autem cujusvis 33
hominis existentis, his omnibus dejicitur :
in tumultu *enim* bellico vita miserè ducitur.
Duabus de rebus angitur cor meum, & terti- 34
am molestè admodùm fero : De viro inge- 35
nuo in paupertatem & inopiam redacto : &
de hominibus celebris nominis è gloria sua
decidentibus ; & de illo qui se retrahit à re-
ligione Dei. Facinorosum trade ad diem 36
cædis. Summa cum difficultate eximitur 37
mercator è peccatis : *nam* si non in ista, sal-
tem in illa re offendet. Caupo verò peccatis
non vacaverit.

CAP. XXVII.

Multi sunt qui peccaverunt, quòd timore 1
carerent : & qui vult multiplicare peccata,
oculos suos avertit. Inter lapidem & alte- 2
rum intrat paxillus, & inter emptorem ac
venditorem vires acquirunt peccata. Fili mi, 3
si timorem Dei *vel* minimùm prætergredia-
ris, multum tempus amittes. Quemadmo- 5
dum multus fumus incumbit igni, ita ser-
mones hominis cogitationi. Quemadmodum 6
arboris cultura fructus ejus producit, sic ho-
minum cogitationes erga mentes ipsorum.
Si quæras veritatem, reperies illam, & tan- 8
quam vestem gloriæ indues eam. Volucres 9
cœli apud ejusdem generis *volucres* habi-
tant, & veritas ad exercentes illam se re-
cipit.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

30 * والمراه التي تكرم زوجها * فتري للناس اجمعين انها حكيمه * والمنافقه والسرابه
31 المسرفه تعرف من فعالها * طوبا لزوج امراه صالحه * فان سني عمره مضاعفه * مساجرة
32 الامراه بالسكون والموده * وعنادها شبيه بالمليله التي تجهد صاحبها * والسحابه السليطه
33 فعدها مثل صوت القرن في يوم القتال * هذه الامور التي اخبرك بها مر على انفس جميع
34 الناس * اذا اربح القتال بالسعه والشده يكون العيش نكدا * انكسر قلبي بخصلتين *
35 وتعبت على الثالثه جدا * على رجل حر اصابته الحاجه والفقر * وعلى اناس دوي كرامه
36 زالت عنهم كرامتهم * وعلى كل من يرجع عن خشية الله * ارفع صاحب الشر في يوم
37 القتل * وبشده شديده ينجو التاجر من الخطيه * لانه ان لم يكن ذميم في هذه
الخصله اثم في اخرى * والخمار لا يتبرر * الفصل السابع والعشرين *
1
2 * كثير من الناس اذنب لقلة علمه * من تولى عن خطاياه يكثرها * فيما بين الحجرين
3 يدخل الوتد * وفيما بين البيع والمبتاع تكثر الخطايا * يا بني ان انت تعديت
5 خشية الله قليلا ينقصك الخير زمانا * مثل الدخان الكثير فوق النار . كذلك كلام الناس
6 عند الحساب * شبه الاشجار التي اذا اصلحت كثر اثمارها . كذلك حساب الناس على
8 قلوبهم * ان طلبت الحق ادركته * ولبسته كثوب المدحه * طاير السماء انما يسكن
9 مع شبهه * والحق يقصد الى عماله *

Mulier quæ maritum suum honorat, sa- 30
piens habebitur ab omnibus hominibus ;
impia verò, bibax, & arrogans, ab ope-
ribus suis cognoscetur. Beatus est bonæ 31
uxoris maritus, nam anni ætatis ejus
sunt conduplicati. Rixa mulieris quie- 32
ta est ac moderata, ejúsque contumacia
similis est febri ossibus indicæ quæ la-
borantem excruciat. Gulosam & lin-
guacem, reputa quasi tubæ sonitum in
die certaminis. Res istæ quas tibi nar- 33
ro, amaræ sunt animis omnium homi-
num. Quando prælium cum calamitate 34
& angustia movetur, difficilis est vi-
ctus. Duobus de nominibus confractum
est cor meum, & de tertio vehementer
laboravi : De viro nobili cui accidit 35
egestas & paupertas ; & de hominibus
honoratis qui privantur honore suo ;
déque omni eo qui se retrahit à timore
Dei. Tolle flagitiosum in die occisio- 36
nis. Prætereà, summa cum difficulta- 37
te mercator peccatum evitat, quoniam
si non sit reus hac in re, in altera delin-
quet : & caupones haud justificabun-
tur.

CAP. XXVII.

Multi ex hominibus deliquerunt ob 1
scientiæ penuriam. Qui peccata sua ne- 2
lexerit, multiplicabit illa. Inter duos
lapides ingreditur clavus, & inter ven-
ditionem & emptionem multiplicantur
peccata. O fili mi, si tu Dei timorem pau- 3
lulùm transgrediaris, diu tibi deerit bo-
num. Qualis est fumus copiosus super 5
ignem, talia hominum verba temperera-
tionis. Quemadmodum arbores quæ re- 6
parantur, copiosos producunt fructus ;
ita hominum ratio in cordibus eorum.
Si quæsieris veritatem, assequêris illam, 8
& ut vestem gloriæ indues illam. Vo- 9
lucres quidem cœli cum sibi consimili-
bus habitant, & veritas ad operantes
eam contendit.

Versio VULG. LAT.

11 Leo venationi insidiatur semper ; sic peccata operantibus
12 iniquitates. Homo sanctus in sapientia manet sicut Sol :
13 nam stultus sicut luna mutatur. In medio insensatorum
serva verbum tempori : in medio autem cogitantium assi-
14 duus esto. Narratio peccantium odiosa, & risus illorum in
15 deliciis peccati. Loquela multùm jurans horripilationem
16 capiti statuet : & irreverentia ipsius obturatio aurium. Ef-
fusio sanguinis in rixa superborum : & maledictio illorum
17 auditus gravis. Qui denudat arcana amici, fidem perdit,
18 & non inveniet amicum ad animum suum. Dilige proxi-
19 mum, & conjungere fide cum illo. Quòd si denudaveris
20 absconsa illius, non persequèris post eum. Sicut enim ho-
mo, qui perdit amicum suum, sic & qui perdit amici-
21 tiam proximi sui. Et sicut qui dimittit avem de manu
sua, sic dereliquisti proximum tuum, & non eum capies.
Non illum sequaris, quoniam longè abest : effugit enim
22 quasi caprea de laqueo : quoniam vulnerata est anima
23 ejus. Ultrà eum non poteris colligare. Et maledicti est
24 concordatio : Denudare autem amici mysteria, desperatio
25 est animæ infœlicis. Annuens oculo fabricat iniqua, &
26 nemo eum abjiciet : In conspectu oculorum tuorum con-
dulcabit os suum, & super sermones tuos admirabitur :
novissimè autem pervertet os suum, & in verbis tuis da-
27 bit scandalum. Multa odivi, & non coæquavi ei, & Do-
28 minus odiet illum. Qui in altum mittit lapidem, super
caput ejus cadet : & plaga dolosa, dolosi dividet vulnera.
29 Et qui foveam fodit, incidet in eam : & qui statuit lapi-
dem proximo, offendet in eo : & qui laqueum alii ponit,
peribit in illo.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

11 † Λέων θήραν ἐνεδρεύει, † οὕτως (ε) ἁμαρτίαι ἐργαζομένοις ἄδικα.
12 † Διήγησις (ζ) εὐσεβοῦς διαπαντὸς σοφία, † ὁ δὲ ἄφρων ὡς
13 σελήνη ἀλλοιοῦται. † Εἰς μέσον ἀσυνέτων συντήρησον και-
14 ρὸν, † εἰς μέσον δὲ διανοουμένων ἐνδελέχιζε. † Διήγησις μω-
ρῶν (η) προσόχθισμα, † καὶ ὁ γέλως αὐτῶν ἐν σπατάλῃ ἁμαρ-
15 τίας. † Λαλιὰ πολυόρκου (θ) ὀρθώσει τρίχας, † καὶ ἡ μάχη αὐτῶν
16 (ι) ἐμφραγμὸς ὠτίων. † Ἔκχυσις αἵματος μάχη ὑπερηφάνων,
17 † καὶ ἡ διαλοιδόρησις αὐτῶν ἀκοὴ μοχθηρά. † Ὁ ἀποκαλύπτων
μυστήρια ἀπώλεσε πίστιν, † καὶ οὐ μὴ εὕρῃ φίλον πρὸς τὴν ψυχὴν
18 αὐτοῦ. † Στέρξον φίλον, καὶ πιστώθητι μετ᾽ αὐτοῦ. † Ἐὰν δὲ ἀποκα-
19 λύψῃς τὰ μυστήρια αὐτοῦ, † (κ) οὐ μὴ καταδιώξῃς ὀπίσω αὐτοῦ. † Καθ-
20 ὼς γὰρ ἀπώλεσεν ἄνθρωπος τὸν ἐχθρὸν αὐτοῦ, † οὕτως ἀπώλεσας τὴν
21 φιλίαν τοῦ (*) πλησίον. † Καὶ ὡς πετεινὸν ἐκ χειρός σου ἀπέλυσας,
22 † οὕτως ἀφῆκας τὸν πλησίον, καὶ οὐ θηρεύσεις αὐτόν. † Μὴ αὐτὸν
διώξῃς, ὅτι μακρὰν ἀπέστη, † καὶ ἐξέφυγεν ὡς δορκὰς ἐκ παγίδος.
23 † ὅτι (λ) τραῦμά ἐστι καταδῆσαι, † καὶ λοιδορίας ἐστὶ διαλλαγή·
24 † Ὁ δὲ ἀποκαλύψας μυστήρια (μ) ἀπήλπισεν. † Διανεύων ὀφθαλμῷ
25 τεκταίνει κακὰ, † καὶ οὐδεὶς (ν) αὐτὸν ἀποστήσει ἀπ᾽ (ξ) αὐτοῦ.
26 † Ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν σου γλυκανεῖ (ο) στόμα σου, † καὶ ἐπὶ τῶν
λόγων σου ἐκθαυμάσει, † ὕστερον δὲ διαστρέψει τὸ στόμα αὐτοῦ, † καὶ ἐν
27 τοῖς λόγοις σου δώσει σκάνδαλον. † Πολλὰ ἐμίσησα καὶ οὐχ ὡμοίω-
28 σα (π) αὐτῷ, καὶ ὁ κύριος μισήσει αὐτόν. † Ὁ βάλλων λίθον
εἰς ὕψος ἐπὶ κεφαλὴν αὐτοῦ βάλλει, † καὶ πληγὴ δολία διελεῖ
29 τραύματα. † Ὁ ὀρύσσων βόθρον εἰς αὐτὸν ἐμπεσεῖται, † καὶ ὁ ἱστῶν
παγίδα ἐν αὐτῇ ἁλώσεται.

MS.A. (ε) ἁμαρτία (ζ) σοφοῦ (η) καὶ προσόχθισμα, (θ) ἀνορθώσει (ι) ἐνφραγμὸς (κ) μὴ (*) πλησίον. (λ) τραῦμά (μ) ἀφήλπισεν. Καὶ οὐδεὶς μὴ (ν) αὐτὰ (ξ) αὐτῶν. (ο) τὸ στόμα αὐτοῦ, (π) αὐτοῖς, καὶ ὁ κύριος ἐμίσησεν αὐτόν. Βάλλων

Leo venationi insidiatur : sic peccata operanti- 11
bus iniqua. Narratio pii semper sapientia : 12
stultus autem, ut luna, mutatur. In medio in- 13
sensatorum serva tempus : in medio autem co-
gitantium assiduus esto. Narratio fatuorum, 14
odiosa : & risus eorum in deliciis peccati. Lo- 15
quela multùm jurantis arriget capillos : & jur-
gium eorum, obturatio aurium. Effusio sanguinis, 16
rixa superborum, & maledictio illorum, auditus
gravis. Qui denudat arcana ; fidem perdidit ; 17
& non inveniet amicum ad animum suum. Di- 18
lige amicum, & conjungere fide cum illo. Si au- 19
tem denudaveris absconsa illius ; non persequa-
ris post eum. Sicut enim perdidit homo inimi- 20
cum suum ; sic qui perdidit amicitiam proximi.
Et, sicut qui dimisit avem de manu sua ; sic di- 21
misisti proximum, & non eum capies. Non il- 22
lum sequaris quoniam longè discessit : & effugit
quasi caprea de laqueo. Quoniã vulnus est Col- 23
ligare : & maledicti est concordatio : Qui autem 24
denudavit mysteria ; (a) desperavit. Annuens o- 25
culo fabricat iniqua : & (b) nemo ipsum remove-
bit ab ipso. In conspectu oculorum tuorum in- 26
dulcabit os (c) tuum, & super sermones tuos ad-
mirabitur. Novissimè autem pervertet os suum,
& in verbis tuis dabit scandalum. Multa odivi, 27
& non coæquavi ei : & Dominus odiet illum.
Qui in altum mittit lapidem ; super caput suum 28
mittit : & plaga dolosa dividet vulnera. Qui 29
foveam fodit ; incidet in eam : & qui statuit
laqueum ; in eo (d) capietur.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

10 13 *ܐܪܝܐ ܠܨܝܕܐ ܟܡܢ. ܗܟܢܐ ܥܘܠܐ ܠܥܒ̈ܕܝ ܒܝܫܬܐ. * ܒܝܬ ܣܟ̈ܠܐ ܛܪ ܙܒܢܐ.
11 ܘܒܝܬ ܚܟ̈ܝܡܐ ܐܡܝܢܐܝܬ ܡܡܠܠ. * ܫܘܥܝ̈ܬܗܘܢ ܕܚܟ̈ܝܡܐ ܒܚܟܡܬܐ ܐܝܬܝܗ̇ܝܢ
13 ܒܟܠܙܒܢ. ܘܣܟܠܐ ܐܝܟ ܣܗܪܐ ܡܫܬܚܠܦ. * ܫܘܥܝ̈ܬܗܘܢ ܕܣܟ̈ܠܐ ܣܢ̈ܝܢ ܐܢܝܢ.
14 ܘܓܘܚܟܗܘܢ ܡܪܚܘܬܐ ܗܝ. * ܡܘܗܒܬܗ ܕܥܘܠܐ ܡܩܦܩܦܐ ܣܥܪ̈ܐ ܕܒܣܪܐ. ܘܐܫܘܕ ܕܡܐ
15 16 ܫܡܥ ܡ̈ܠܐ ܕܥܘܠܐ. * ܥܡ ܥܘ̈ܠܐ ܠܐ ܬܬܒ. ܘܟܕ ܓܚܟܝܢ ܣܟܘܪ ܐܕ̈ܢܝܟ. * ܕܡܓܠܐ ܐܪܙܐ
17 ܗܝܡܢܘܬܗ ܡܘܒܕ. ܘܠܐ ܢܫܟܚ ܠܗ ܪܚܡܐ ܐܝܟ ܢܦܫܗ. * ܢܣܝ ܪܚܡܟ. ܘܗܝܡܢ
18 19 ܒܗ. * ܘܐܢ ܢܓܠܐ ܐܪܙܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܠܐ ܬܪܕܘܦ ܒܬܪܗ. * ܐܝܟ ܓܒܪܐ ܕܐܘܒܕ
20 ܡܢܬܗ. ܗܟܢܐ ܐܘܒܕܬ ܪ̈ܚܡܘܬܗ ܕܪ̈ܚܡܝܟ. * ܘܐܝܟ ܦܪܚܬܐ ܡܢ ܐܝ̈ܕܝܟ ܐܦܪܚܬܝܗܝ.
21 ܘܠܐ ܬܨܘܕܝܘܗܝ. * ܘܠܐ ܬܪܕܘܦ ܒܬܪܗ. ܡܛܠ ܕܐܝܟ ܛܒܝܐ ܡܢ ܢܫܒܐ. ܘܐܝܟ ܨܦܪܐ
22 23 ܡܢ ܦܚܐ. * ܡܛܠ ܕܠܡܚ̈ܘܬܐ ܐܝܬ ܚܒܘܫܐ. ܘܠܚܪܝܢܐ ܐܝܬ ܬܪܥܘܬܐ. * ܠܡܓܠܐ ܕܝܢ
24 26 ܐܪܙܐ ܦܣܩ ܣܒܪܐ ܗܘ. * ܘܕܪܡܐ ܥܝܢܗ. ܢܦܠ ܠܬܒܪܗ. * ܣܓܝ̈ܐܢ ܣܢܝܬ. ܘܠܐ ܐܟܘܬܗ.
27 ܘܐܦ ܐܠܗܐ ܢܣܢܝܘܗܝ ܘܢܠܘܛܝܘܗܝ. * ܕܫܕܐ ܟܐܦܐ ܒܪܫܗ ܢܦܠܐ. ܘܕܡܚܐ ܒܛܘܫܝܐ
28 29 ܠܐܒܕܢܐ ܢܫܬܠܡ. * ܕܚܦܪ ܓܘܡܬܐ ܒܡܘܫܚܬܗ ܢܡܠܝܗ̇. * ܘܕܦܪܣ ܦܚ̈ܐ ܒܗܘܢ ܢܬܨܝܕ.

Leo prædæ insidiatur, sic iniquitas facino- 10
rosis. Inter insipientes observandum est 12
tempus, at inter sapientes semper loquen-
dum. Narrationes sapientum semper sunt 11
cum sapientia, insipiens autem ut luna muta-
tur. Narrationes stultorum sunt exosæ, & 13
risus eorum impudentia. Munus impii eri- 14
git comæ capillos ; & qui sanguinem fundit,
auscultat verba iniquitatis. Inter impios ne 15
sederis, & cùm rident, aures tuas obtura.
Qui revelat secretum, fidem perdit, nec in- 16
veniet sibi amicum pro animi voto. Ami- 17
cum tuum experire, tum illi confide. Verùm 18
si fidei arcanum patefaciat, ne consecteris
eum. Ut enim vir qui sortem suam perdidit, 19
sic tu amici tui amicitiam perdidisti ; Et quasi 20
volucrem è manibus tuis avolare fecisti, nec
venaberis eum. Et ne secteris eum, quoni- 21
am ut caprea è reti, & ut avis è laqueo au-
fugit. Nam vulneribus est alligatio, & rixæ 22
reconciliatio ; At aperire secretum desperata 23
res est. Cujus elatus est oculus, cedet in 24
fractionem ipsius. Multa *quidem* odio, sed 26
nihil æquè ac talem ; quia etiam Deus odio
habebit eum, & maledicet illi. Qui lapi- 27
dem jecerit, in ipsum recidet : & qui clàm
percutit, *(id est, obtrectator)* perditioni
tradetur. Qui effodit foveam, suâ ipsius sta- 28
turâ replebit illam : Et qui laqueos tendit, 29
iisdem capietur.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

10 12 * إنما يكمن الأسد للفريسة ليفترسها * كذلك الإثم يكمن لهلاك أصحاب الذنوب * إذا
11 جلست بين الجهال الزم الصمت * فأما بين الحكماء فتكلم بكل حق * لأن كلام الحكماء
13 بالحكمة كل حين * الجاهل يتغير مثل القمر * كلام الجهال ردي جدا * وضحكهم من قبح
14 المرح * عطية المنافق تقيم شعر الجسد * والذي يهرق الدماء يحب يسمع كلام الفجار
15 16 * لا تجالس المنافقين * وإذا ضحكوا سد مسامعك * والذي يفشي السر يهلك أمانته * ولا
17 18 يصادف صديقا كما يحب * جرب صاحبك ثم اتكل عليه * فإن أظهر سرك
19 فاحذره * لأن مثل الرجل المضيع نصيبه * كذلك أهلكت صداقة صديقك
20 21 * وأطرته عنك مثل الطائر * فلا تطلبه * ولا تتشخص في أثره * لأنه أفلت مثل
22 الطائر المصيد من المصيدة * ومثل العصفور من الفخ * لأن للضربة دواء وضماد
23 24 وللعتاب والسخف وصاف * أما إظهار السر فهو انقطاع الرجاء * ومحتال العين يسرع
26 هريمه * أبغضت أشياء كثيرة * ولكن ليس كبغض الأحتيال * والله له مبغضا
27 28 * الذي يرمي الحجر يرجع إليه * والذي يضرب صاحبه سوف ينزل به العقوبة * من
29 حفر بئرا لغيره وقع فيها * والذي ينصب فخاخه يصاد بها

Leo quidem prædæ capiendæ insidia- 10
tur, ita scelus insidiatur exitio scele-
storum. Cùm sederis inter stultos, in- 12
siste silentio ; inter sapientes verò,
omni cum veritate loquere. Nam ver- 11
ba sapientum sunt semper cum sapien-
tia, stultus mutatur ut luna. Sermo 13
stultorum pravus admodùm est, & ri-
sus eorum ex turpi joco. Munus im- 14
pii pilos corporis arrigit ; & qui
sanguinem fundit, amat audire sermo-
nem sceleratorum. Cum impiis ne con- 15
sideas, & cum riserint, obstrue aures
tuas. Qui promulgat arcanum, amit- 16
tit fidem suam ? nec inveniet amicum
qualem exoptat. Tenta amicum tu- 17
um, ac tum illi te crede. Quòd si ar- 18
canum tuum enuntiaverit, caveas ab
illo. Nam ut vir qui suam sortem 19
amittit, ita amici tui amicitiam ami-
sisti. Et velut avem à te abegisti. 20
Ne igitur quæras eum, néve per ve- 21
stigia ejus peragres ; quoniam ut vo-
lucris capta evasit è reti, & ut avis
è laqueo. Nam plagæ reperitur medi- 22
cina & fomentum, & querimoniæ at-
que irritamento reconciliatio ; Verùm 23
secreti declaratio desperatio est. Ela- 24
ti oculi cita erit ruina. Odio res 26
multas prosequor, sed nullum est qua-
le odium superbiæ, quam & Deus odit.
In eum qui lapidem jacit, idem reci- 27
det : & qui proximum suum percusse-
rit, pœnas luet. Qui puteum foderit 28
ad offendiculum, incidet in eum : Et 29
qui laqueos suos tetenderit, iisdem ca-
pietur.

Versio VULG. LAT.

30 Facienti nequissimum consilium, super ipsum devolvetur,
31 & non agnoscet undè adveniat illi. Illusio,& improperium
32 superborum,& vindicta sicut leo insidiabitur illi. Laqueo
peribunt qui oblectantur casu justorum: dolor autem con-
33 sumet illos antequàm moriantur. Ira & furor, utraque exe-
crabilia sunt,& vir peccator continens erit illorum.

CAP. XXVIII.

1 Qui vindicari vult, à Domino inveniet vindictam, &
2 peccata illius servans servabit. Relinque proximo tuo no-
3 centi te: & tunc deprecanti tibi peccata solventur. Homo
4 homini reservat iram, & à Deo quærit medelam? In ho-
minem similem sibi non habet misericordiam, & de pecca-
5 tis suis deprecatur? Ipse cùm caro sit, reservat iram, &
6 propitiationem petit à Deo? quis exorabit pro delictis
7 illius? Memento novissimorum & desine inimicari: Ta-
8 bitudo enim & mors imminent in mandatis ejus. Memora-
9 re timorem Dei, & non irascaris proximo. Memorare te-
10 stamentum Altissimi, & despice ignorantiam proximi. Abs-
11 tine te à lite, & minues peccata: Homo enim iracun-
dus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, &
12 in medio pacem habentium immittet inimicitiam. Secun-
dùm enim ligna sylvæ, sic ignis exardescit: & secundùm
virtutem hominis, sic iracundia illius erit, & secundùm
13 substantiam suam exaltabit iram suam. Certamen festina-
tum incendit ignem: & lis festinans effundit sanguinem:
14 & lingua testificans adducit mortem. Si sufflaveris in
scintillam, quasi ignis exardebit: & si expueris super il-
lam, extinguetur: utraque ex ore proficiscuntur.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

30 †Ὁ ποιῶν πονηρὰ εἰς αὐτὸν κυλισθήσεται, †καὶ οὐ μὴ ἐπιγνῷ πόθεν
31 ἥκει αὐτῷ. †Ἐμπαιγμὸς καὶ ὀνειδισμὸς ὑπερηφάνων, †καὶ ἡ ἐκ-
32 δίκησις ὡς λέων ἐνεδρεύσει αὐτόν. †Παγίδι ἁλώσονται οἱ εὐ-
φραινόμενοι πτώσει εὐσεβῶν, †καὶ ὀδύνη καταναλώσει αὐτοὺς πρὸ
33 τοῦ θανάτου αὐτῶν. †Μῆνις καὶ ὀργή, καὶ ταῦτά ἐστι βδελύγματα,
†καὶ ἀνὴρ ἁμαρτωλὸς ἐγκρατὴς ἔσται αὐτῶν.

ΚΕΦ. κη΄.

1 †Ὁ ἐκδικῶν παρὰ κυρίου εὑρήσει ἐκδίκησιν, †καὶ τὰς ἁμαρ-
2 τίας αὐτοῦ (α) διατηρῶν διατηρήσει. †*Ἄφες ἀδίκημα τῷ πλη-
σίον σου, †καὶ τότε δεηθέντος σου αἱ ἁμαρτίαι σου λυθήσονται.
3 †*Ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ συντηρεῖ ὀργήν, †καὶ παρὰ κυρίου ζητεῖ
4 ἴασιν. †Ἐπ' ἄνθρωπον ὅμοιον αὐτῷ οὐκ ἔχει ἔλεος, †καὶ περὶ
5 τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ δεῖται. †Αὐτὸς σὰρξ ὢν διατηρεῖ μῆνιν, †τίς
6 ἐξιλάσεται τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ; †Μνήσθητι τὰ ἔσχατα, καὶ παῦ-
7 σαι ἐχθραίνων· †Καταφθορὰν καὶ θάνατον, καὶ ἔμμενε ἐντολαῖς.
8 †Μνήσθητι ἐντολῶν, καὶ μὴ μηνίσῃς τῷ πλησίον· †Καὶ δια-
9 θήκην ὑψίστου, καὶ πάριδε ἄγνοιαν. †Ἀπόσχου ἀπὸ μάχης, καὶ ἐλατ-
10 τώσεις ἁμαρτίας· †*Ἄνθρωπος γὰρ θυμώδης ἐκκαύσει μάχην·
11 καὶ ἀνὴρ ἁμαρτωλὸς ταράξει φίλους, †καὶ ἀναμέσον εἰρηνευόν-
των (*)ἐμβαλεῖ διαβολήν. †Κατὰ τὴν ὕλην τοῦ πυρὸς οὕτως ἐκκαυθή-
12 σεται, †(β)κατὰ τὴν ἰσχὺν τοῦ ἀνθρώπου ὁ θυμὸς αὐτοῦ ἔσται, †καὶ κατὰ τὸν
πλοῦτον ἀνυψώσει ὀργὴν αὐτοῦ, †(γ)καὶ κατὰ τὴν στερέωσιν τῆς μάχης ἐκ-
καυθήσεται. †*Ἔρις κατασπευδομένη ἐκκαίει πῦρ, †καὶ μάχη κα-
13 τασπεύδουσα ἐκχεεῖ αἷμα. †Ἐὰν φυσήσῃς (δ) σπινθῆρα ἐκκαή-
14 σεται, †καὶ ἐὰν πτύσῃς (ε) ἐπ' αὐτὸν σβεσθήσεται· †καὶ ἀμφότερα
ἐκ τοῦ στόματός σου (ζ) ἐκπορεύεται.

MS.A. (α)διαστηρῶν διαστηρήσει. (*)ἐμβαλεῖ (β)καὶ κατὰ τὴν στερέωσιν τῆς μάχης ἐκκαυθήσεται· κατὰ τὴν ἰσχὺν (γ)*Ἔρις κατασπευδομένη (δ) εἰς σπινθῆρα (ε) εἰς (ζ) ἐξελάσεται.

Qui facit mala; super ipsum volventur: & non 30
agnoscet undè adveniant sibi. Illusio, & impro- 31
perium superborum; & vindicta, sicut leo insi-
diabitur illi. Laqueo capientur, qui oblectantur 32
casu justorum: & dolor consumet illos, ante-
quàm moriantur. Ira & furor etiam hæc sunt 33
abominationes: & vir peccator, continens erit
illorum.

CAP. XXVIII.

Qui vindicat, à Domino inveniet vindictam: 1
& peccata illius (a) servans servabit. Remitte 2
injuriam proximo tuo: & tunc deprecanti tibi
peccata solventur. Homo homini reservat iram, 3
& à Deo quærit medelam. In hominem similem 4
sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis
deprecatur. Ipse, cùm caro sit, reservat iram: quis 5
propitiabit peccata illius? Memento novissimo- 6
rum, & desine inimicari: (b) Tabitudinis, & 7
mortis: & permane in mandatis. Memorare 8
mandata, & ne irascaris proximo, Et testamen- 9
tum Altissimi: & despice ignorantiam. Abstine 10
à lite, & minues peccata. Homo enim iracun- 11
dus incendet litem: Et vir peccator turbabit
amicos, et in medio pacem habentiū (c) immittit
calumniam. Secundùm materiam ignis, sic ex- 12
ardescet: secundùm virtutem hominis, iracun-
dia illius erit: & secundùm substantiam ex-
altabit iram suam: & secundùm (d) firmitatem
rixæ exardescet. Contentio festinata incendit 13
ignem: & rixa festinans effundit sanguinem.
Si sufflaveris scintillam; exardescet: et si ex- 14
pueris super illam; extinguetur: et utraque ex
ore tuo proficiscuntur.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

30 [illegible]
31
32 [illegible]
[illegible]
[illegible]
1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
5
6 [illegible]
7
8 [illegible]
9 [illegible]
10
11 [illegible]
12 [illegible]
[illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]

Qui malum molitur, in illud incidet, nec sciet 30
unde sibi malum adveniat. Laquei & retia 31
hujusmodi, his qui eorundem conscii sunt,
ingruent; eadémque comitabuntur eos usque
ad diem mortis ipsorum. Simultas & ira, 32
ipsa quoque sunt execrabilia.

CAP. XXVIII.

Homo fraudulentus perdit viam suam, & 1
ultionem à Deo consequetur; quòd omnia
peccata ejus sedulò eidem asserventur. Re- 2
mitte quod est in corde tuo, ac deindè ora,
omniáq; peccata tua remittentur tibi. Homo 3
qui alit irā adversùs hominem, quorsum po-
stulet à Deo sanitatem? Ipse qui homo est, 5
non vult dimittere, ecquis dimittat ei pecca-
ta ipsius? Memor esto mortis, & depone ini- 6
micitias; Et inferni atque exitii, & abstine 7
à peccando. Memento præcepti, & ne ode- 8
ris proximum tuum coram Deo: Imò da illi 9
id quo eget. Abscede à jurgio, & absce- 10
dent à te peccata: Quia sceleratus homo qui 11
amat litem, inimicitias injicit inter fratres.
Quicquid projeceris in ignem, ardebit: & 12
quantum exaggerabis litem, tanto magis cre-
scet. Quanta est gloria manuum hominis,
tanta est ejusdem ira: & quanta est copia
divitiarum ejus, tantum intumescit spiritus
ejus. Terebinthus & pix ignem accendunt, 13
& rixæ frequentes effundunt sanguinem. Si suf- 14
flaveris in ignem, accendetur; sin aquam
super eum spargas, extinguetur: & verò
utrumque ex te pendet.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

30 * والذي يصنع الشر فيه يسقط • ولا يشعر من اين تدركه العقوبة * هذه الفخاخ
31
32 والمصايد عثرة لناصبيها • وتلصق بهم الى يوم مماتهم * الضغينة والغضب هما نجسان •

• الفصل الثامن والعشرون •

1 * المرء الخائن تضل سبله • وانه ليصيب الجزاء من عند ربه • لان جميع خطاياه تحفظ له •
2
3 * اترك ما في قلبك من الضغينة • ثم تصلي ويغفر لك ذنوبك كلها * ان كان يحقد على
4
5 صاحبه ولا يعفو • فكيف يطلب الغفران والبر من عند الله * ان كان هذا الذي هو انسان
6
7 لا يغفر لصاحبه • فله من يغفر خطاياه * اذكر الموت • واصرف العداوة عنك * والهاوية
8 والهلاك • وكف عن الخطايا * اذكر الوصية • ولا تبغض صاحبك قدام الله * واوسع
9
10 عليه في فقره * اقصوا عن الهوان • وتباعدوا عن الخطايا * لان الفاجر المحب الخصومة
11
12 يلقي العداوة بين الاخوة * كلما يلقى في النار يحرق • كذلك الشر والخصومة ان تحث
عليها كثرت • كنسبة مدحة الانسان كذلك غضبه • وبقدر كثرة ماله يعظم نفسه •
13 * الصنوبر والقطران ملهبان النار • وكثرة الخصومة تدفق الدم * ان تنفخ النار تلتهب
14 وان انت صببت عليها ماء طفئت • وكلاهما في يدك •

Et qui malum architectatur, incidet in 30
illud, nec sciet unde sibi ingruat puni- 31
tio. Hujusmodi laquei & retia erunt
offendiculo tendentibus ea, quos & co-
mitabuntur ad diem mortis usque. O- 32
dium & furor sunt vilia.

CAP. XXVIII.

Hominis dolosi viæ aberrabunt, & 1
is proculdubiò retributionem consequa-
tur à Domino suo; quandoquidem cun-
cta ipsius peccata asservantur ei. Di- 2
mitte odium quod est in corde tuo, tum
tibi oranti dimittentur omnes culpæ 3
tuæ. Si quis odium fervet in pro- 4
ximum suum, nec parcat, quomodo ve-
niam & justitiam postulet à Deo? Si 5
iste qui homo est, proximo suo nequa-
quam parcat, ipsi quis condonet pecca-
ta ipsius? Memento mortis, & amove 6
inimicitias à te; Et inferni atque in- 7
teritûs, & à peccatis abstine. Memen- 8
to præcepti, nec odio prosequare proxi-
mum tuum coram Deo: Sed largè sup- 9
pedites illi tempore paupertatis ejus.
Recedite à contemtu, & à peccatis pro- 10
cul abscedite: Flagitiosus enim amans 11
litis immittit inimicitias inter fratres.
Quidquid injicitur in ignem, combure- 12
tur: ita malum & lis, si urgeas illa,
crescunt. Pro portione honoris alicujus
hominis est ira ipsius, & pro multitudi-
ne opum suarum seipsum magnificat.
Pinus & pix inflammant ignem, & 13
frequentia litis effundit sanguinem. Si 14
ignem insuffles, inflammabitur; quòd si
aquam illi superimponas extinguetur:
utrumque autem tuæ potestatis est.

Versio VULG. LAT.

15 Susurro & bilinguis maledictus: multos enim turbabit
16 pacem habentes. Lingua tertia multos commovit, & di-
17 spersit illos de gente in gentem. Civitates muratas divi-
18 tum destruxit, & domos magnatorum effodit. Virtutes po-
19 polorum concidit, & gentes fortes dissolvit. Lingua ter-
tia mulieres viratas ejecit, & privavit illas laboribus suis.
20 Qui respicit illam, non habebit requiem, nec habebit ami-
21 cum, in quo requiescat. Flagelli plaga livorem facit: pla-
22 ga autem linguæ comminuet ossa. Multi ceciderunt in ore
gladii, sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam.
23 Beatus qui tectus est à lingua nequam, qui in iracundi-
am illius non transivit, & qui non attraxit jugum illius,
& in vinculis ejus non est ligatus: Jugum enim illius,
24 jugum ferreum est: & vinculum illius, vinculum æreum est.
25 Mors illius, mors nequissima: & utilis potiùs infernus quàm
26 illa. Perseverantia illius non permanebit, sed obtinebit
vias injustorum: & in flamma sua non comburet justos.
27 Qui relinquunt Deum, incident in illam, & exardebit in
illis, & non extinguetur, & immittetur in illos quasi leo,
28 & quasi pardus lædet illos. Sepi aures tuas spinis, linguam
29 nequam noli audire, & ori tuo facito ostia & seras. Aurum
tuum & argentum tuum confla, & verbis tuis facito state-
30 ram, & frænos ori tuo rectos: Et attende ne fortè labaris
in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium
tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem.

CAP. XXIX.

1 Qui facit misericordiam, fœneratur proximo suo: & qui prævalet manu, mandata servat.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

15 † Ψίθυρον καὶ δίγλωσσον (ε) καταράσθε, † πολλοὺς γὰρ εἰρηνεύοντας
16 (η) ἀπώλεσε. † Γλῶσσα τρίτη πολλοὺς ἐσάλευσεν, † καὶ διέστησεν αὐτοὺς
17 ἀπὸ ἔθνους εἰς ἔθνος, † Καὶ πόλεις ὀχυρὰς καθεῖλε, † καὶ οἰκίας
19 μεγιστάνων κατέστρεψε. † Γλῶσσα τρίτη γυναῖκας ἀνδρείας ἐξέ-
20 βαλε, † καὶ (θ) ἐστέρησεν αὐτὰς τῶν πόνων αὐτῶν. † Ὁ προσέχων αὐτῇ
οὐ μὴ εὕρῃ ἀνάπαυσιν, † οὐδὲ κατασκηνώσει μεθ' ἡσυχίας.
21 † Πληγὴ μάστιγος ποιεῖ (ι) μώλωπας, † πληγὴ δὲ γλώσσης
22 συγκλάσει ὀστᾶ. † Πολλοὶ ἔπεσον ἐν στόματι μαχαίρας,
23 † καὶ οὐχ ὡς (κ) οἱ πεπτωκότες διὰ γλῶσσαν. † Μακάριος ὁ σκε-
πασθεὶς ἀπ' αὐτῆς, † ὃς οὐ διῆλθεν ἐν τῷ θυμῷ αὐτῆς, † ὃς οὐχ
εἵλκυσε τὸν ζυγὸν αὐτῆς, † (λ) καὶ ἐν τοῖς δεσμοῖς αὐτῆς οὐκ ἐδέθη.
24 † Ὁ γὰρ ζυγὸς αὐτῆς ζυγὸς σιδηροῦς, † καὶ οἱ δεσμοὶ αὐτῆς δεσμοὶ
25 χάλκεοι. † Θάνατος πονηρὸς ὁ θάνατος αὐτῆς, † καὶ λυσιτελὴς
26 μᾶλλον ὁ ᾅδης αὐτῆς. † Οὐ μὴ κρατήσῃ εὐσεβῶν, † καὶ ἐν τῇ
27 φλογὶ αὐτῆς (μ) οὐ καήσονται. † Οἱ καταλείποντες Κύριον ἐμπεσοῦνται εἰς
αὐτὴν, † καὶ ἐν αὐτοῖς ἐκκαήσεται, καὶ οὐ μὴ σβεσθῇ· † (ν) ἐξαπο-
σταλήσεται ἐπ' αὐτοῖς ὡς λέων, † καὶ ὡς πάρδαλις λυμανεῖται αὐτούς·
28 † Ἴδε περίφραξον τὸ κτῆμά σου ἀκάνθαις, † Τὸ ἀργύριόν σου καὶ τὸ
29 χρυσίον κατάδησον. † καὶ τοῖς λόγοις σου ποίησον ζυγὸν καὶ σταθ-
30 μὸν, † καὶ τῷ στόματί σου ποίησον θύραν καὶ μοχλόν. † Πρόσεχε
μήπως (ξ) ὀλισθήσῃς ἐν αὐτῇ, † μὴ πέσῃς κατέναντι ἐνεδρεύοντος.

MS. A. (ε) καταράσασθε, (η) ἀπώλεσεν. (θ) * ἐστέρησε (ι) μώλωπα, (κ) ὁ πεπτωκὼς (λ) καὶ τοῖς (μ) οὐ μὴ (ν) ἐπαποσταλήσεται αὐτοῖς· (ξ) ὀλισθῇς

ΚΕΦ. ΚΘ'.

1 † Ὁ ποιῶν ἔλεος δανειεῖ τῷ πλησίον, † καὶ ὁ ἐπισχύων τῇ χειρὶ αὐτοῦ (α) τηρεῖ ἐντολάς.
MS. A. (α) ποιεῖ

Susurronem & bilinguem (e) maledicere: multos enim pacem habentes perdiderunt. Lingua (f) tertia multos commovit, & dispersit illos de gente in gentem: Et civitates munitas destruxit, & domos magnatorum subvertit. Lingua tertia mulieres viriles ejecit, & privavit illas laboribus suis. Qui attendit illi; non inveniet requiem, nec habitabit cum requie. Flagelli plaga livorem faciet: plaga autem linguæ comminuet ossa. Multi ceciderunt in ore gladii: & non ut ii qui ceciderunt per linguam. Beatus qui tectus est ab ea: qui in iracundia illius non transivit: qui non traxit jugum illius, & in vinculis illius non est ligatus. Jugum enim illius, jugum ferreum est; & vincula illius, vincula ærea. Mors illius, mors nequissima, & utilis potiùs infernus, quàm illa. Non obtinebit pios: & in flamma illius non comburentur. Qui relinquunt Dominum; incident in illam: & exardebit in illis, & non extinguetur. Immittetur in illos quasi leo, & quasi pardus perdet eos. Ecce sepi (g) possessionem tuam spinis, Et argentum tuum, & aurum alliga: & verbis tuis fac jugum, & stateram: & ori tuo fac ostium, & vectem. Attende, ne fortè labaris in ea; ne cadas in conspectu insidiantis. 15 16 17 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30

αὐτοῖς· (ξ) ὀλισθῇς

CAP. XXIX.

Qui facit misericordiā; fœnerabitur proximo: & qui prævalet manu suā; mandata servat. 1

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

15 * ܘܐܦ ܠܫܢܐ ܬܠܝܬܝܐ ܠܝܛ ܗܘܐ. ܕܩܛܠܐ ܣܓܝܐܐ ܐܪܡܝ. * ܠܫܢܐ ܬܠܝܬܝܐ ܠܫܒܝܬܐ
16 ܐܦܩ ܐܢܘܢ. ܘܒܕܪ ܐܢܘܢ ܡܢ ܥܡܐ ܠܥܡܐ. * ܘܐܦ ܠܐܢܫܐ ܡܫܒܚܐ ܕܒܡܕܝܢܬܐ. ܡܢ
17 ܒܬܝܗܘܢ ܛܪܕ. ܘܒܬܐ ܕܡܠܟܐ ܥܩܪ ܡܢ ܫܬܐܤܝܗܘܢ. * ܠܫܢܐ ܬܠܝܬܝܐ ܣܓܝܐܐ ܠܫܒܝܬܐ ܐܦܩ.
18 ܘܐܪܚܩ ܐܢܘܢ ܡܢ ܩܢܝܢܗܘܢ. * ܡܚܘܬܐ ܕܫܒܛܐ. ܥܒܕܐ ܫܘܡܬܐ. ܘܡܚܘܬܐ ܕܠܫܢܐ
20 ܓܪܡܐ ܡܬܒܪܐ. * ܣܓܝܐܐ ܐܢܘܢ ܕܡܝܬܝܢ ܒܚܪܒܐ. ܒܪܡ ܠܐ ܐܝܟ ܡܝܬܝܢ ܒܠܫܢܐ. * ܛܘܒܘܗܝ
21 ܠܓܒܪܐ. ܕܐܬܦܨܝ ܡܢܗ. ܘܒܚܡܬܗ ܠܐ ܐܬܥܪܒ. * ܛܘܒܘܗܝ ܠܓܒܪܐ. ܕܠܐ ܢܓܕ
22 ܢܝܪܗ. ܘܒܐܣܘܪܘܗܝ ܠܐ ܐܬܐܣܪ. * ܡܛܠ ܕܢܝܪܐ ܩܫܝܐ ܢܝܪܗ. ܘܐܣܘܪܘܗܝ ܐܣܘܪܐ ܐܝܟ
23 ܕܦܪܙܠܐ. * ܡܘܬܐ ܒܝܫܐ. ܡܘܬܗ. ܘܢܝܚܐ ܐܝܬ ܒܫܝܘܠ. ܝܬܝܪ ܡܢ ܕܥܡܗ. * ܠܐ ܬܐܩܕ
24 ܒܙܕܝܩܐ. ܘܫܠܗܒܝܬܐ ܕܢܘܪܐ ܠܐ ܢܘܩܕܢܟ. * ܟܠ ܕܫܒܩܝܢ ܕܚܠܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܢܦܠܘܢ ܒܗ.
25 ܘܒܗܘܢ ܬܐܩܕ ܢܘܪܐ. ܘܠܐ ܬܕܥܟ. ܘܬܫܠܛ ܒܗܘܢ. ܐܝܟ ܐܪܝܐ. ܘܐܝܟ ܢܡܪܐ ܬܚܒܠ ܐܢܘܢ.
26 * ܐܝܟܢܐ ܕܟܪܡܐ ܕܝܠܟ ܐܝܟ ܕܣܝܓ ܒܣܝܓܐ. ܗܟܢܐ ܐܦ ܠܦܘܡܟ ܥܒܕ ܬܪܥܐ ܘܡܘܟܠܐ.
27 * ܠܣܐܡܟ ܘܠܕܗܒܟ. ܐܝܟ ܥܒܕ ܚܬܡܐ. ܘܠܡܠܝܟ. ܥܒܕ ܡܣܐܬܐ. * ܐܙܕܗܪ ܕܠܐ
28 ܬܬܩܠ. ܘܠܐ ܬܬܡܟܟ ܩܕܡ ܣܢܐܟ.
29 * ܦܩܠܐ * ܕܟܛ *
30
1 * ܢܨܒܬܐ ܛܒܬܐ ܢܨܒ. ܡܢ ܕܡܘܙܦ ܠܚܒܪܗ. ܘܐܚܝܕ ܒܐܝܕܐ. ܢܛܪ ܦܘܩܕܢܐ ܗܘ.

Item lingua triplex sit maledicta, quòd plurimas cædes adduxerit. Lingua triplex mul- 15 16
tos in captivitatem expulit, eósque de gente in gentem dispersit. Quinetiam homines 17
in urbe honestissimos propriis domibus ejecit, & regum ædes funditùs evertit. Lingua 18
triplex multos in captivitatem adegit, suísq; à divitiis summovit. Ictus baculi vibicem ex- 20
citat, sed ictus linguæ ossa confringit. Multi 21
sunt gladio cæsi, non tamen quot linguâ occisi. Beatus vir qui exemptus est ab ea, & 22
in furorem ejus non immiscuit sese. Beatus 23
vir qui non traxit jugum ipsius, nec vinculis ejus fuit constrictus. Nam jugum illius ju- 24
gum est durissimum, & vincula ejus vincula sunt ferrea. Mors acerba est mors ipsius, 25
& quies reperitur in inferis major quàm apud ipsam. Ne exardescas in pios, & flam- 26
mæ ignis nequaquam te comburent. Qui- 27
cunque Dei religionem deserunt, incident in illam; in eos exardebit ignis, nec extinguetur; dominabitur in eos quasi leo, & ceu pardus dilaniabit illos. Quemadmodum enim 28
vineam tuam rhamnis circunsepis, ita etiam ori tuo fac januas & seras. Argento & auro 29
tuo sigillum adhibes, sermoni quoque tuo trutinam adhibeto. Cave ne labaris, ne co- 30
ram osore tuo corruas.

CAP. XXIX.

DEbitiones optimas constituit qui mutuum dat proximo suo: & qui manu *alterum* sustentat, observator est mandati. 1

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

15 16 * والانسان الثالث هو الانسان الدعار فيكون ملعونا. لانه قد صرع قتلى كثيرا * الانسان النمام
17 اخرج ناسا كثيرا في السبي * وفرقهم من شعب الى شعب * وطرد اشراف المدن من منازلهم وخرب
18 بيوت كثيرة من بيوت الملوك * الانسان الثالث وهو الواشي لقد اجلا كثيرا من الناس
20 21 وابعدهم من اموالهم * ضربة العصا تجرح جرحا في الجسد * وضربة اللسان تدق العظم * ما
22 اكثر المقتولين في السيف. ولكن ليس كقتلى اللسان * طوبا لرجل نجي منه * ولم يختلط به
23 24 وفي سخطه * ثم لرجل لم يقع عصاه عليه * ولم يشد برباطه * لان عصاه عصا شديد *
25 26 ورباطه اشد من رباط الحديد * موته موت سوء * وفي الهاوية راحة تفوق راحته ودعته * لا تحرق
27 بالصديقين * ولا يحرقك لهيب النار * كل من رفض عبادة الرب * فجسده يسقط في البهتان *
28 وببهتان هولاء تشتعل النار فلا تطفى * لانه كما يسيج الكرم بالشوك * كذلك ايضا فاجعل
29 لفمك ابواب واغلاق * انك تختم فضتك وذهبك بخاتمك * كذلك صنع لكلامك ميزانا *
30 * احذر لئلا تسقط * ولا تقع بين يدي شانئك *

الفصل التاسع والعشرون *

1 انه يسبغ ايادي *
احسنه الذي يقرض صاحبه * والذي يصل طريقه في الشدة فهو حافظ الوصية *

Homo triplex, id est homo scelerosus, erit maledictus, quòd plurimos cæsos prostraverit. Homo delator multos homines in captivitatem ejecit, & de gente in gentem dispersit: Magnates urbium è domiciliis eorum fecit extorres, multásq; ædes ex ædibus regum evertit. Homo triplex, nempe delator, multos homines ablegavit, & à possessionibus eorum procul amandavit. Ictus baculi vulnus infligit corpori, at ictus linguæ ossa comminuit. Quàm multi sunt gladio occisi! verùm linguâ cæsis non sunt comparandi. Beatus vir qui eam devitavit, & nec illi nec furori ejus sese immiscuit. Beatus etiam vir super quem non cecidit jugum ejus, nec vinctus est loris illius. Jugum enim ejus jugum est durum, & lorum ejus vinculis ferreis gravius. Mors ejus mors dira est, & est in inferis quies superans quietem & tranquillitatem ipsius. Ne comburaris erga justos, & non comburet te flamma ignis. Corpus cujusvis deserentis cultum Domini incidet in ignominiam; & in talium ignominia conflagrabit ignis, nec extinguetur. Nam quemadmodum spinis circumsepitur vinea, pari quoque modo fac ori tuo januas vectésq;. Argentum sanè & aurum tuum annulo tuo obsignas, eodem modo verbis tuis adhibe libram. Attende ne cadas, & coram osore tuo minimè succumbes. 15 16 17 18 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30

CAP. XXIX.

Optima quidem beneficia præmittit qui fœneratur amico suo: & qui benevolentiam exercet in afflictione, observator est præcepti. 1

Versio VULG. LAT.

2 Fœnerare proximo tuo in tempore necessitatis illius, & ite-
3 rùm redde proximo in tempore suo. Confirma verbum,
& fideliter age cum illo: & in omni tempore invenies
4 quod tibi necessarium est. Multi quasi inventionem æstima-
verunt fœnus, & præstiterunt molestiam his qui se adju-
5 verunt. Donec accipiant, osculantur manus dantis, & in
6 promissionibus humiliant vocem suam: Et in tempore red-
ditionis postulabit tempus, & loquetur verba tædii & mur-
7 murationum, & tempus causabitur: Si autem potuerit red-
dere, adversabitur, solidi vix reddet dimidium, & compu-
8 tabit illud quasi inventionem. Sin autem, fraudabit illum
9 pecuniâ suâ, & possidebit illū inimicum gratis: Et convitia
& maledicta reddet illi, & pro honore & beneficio reddet
10 illi contumeliam. Multi non causâ nequitiæ non fœnerati
11 sunt, sed fraudari gratis timuerunt. Veruntamen super
humilem animo fortior esto, & pro eleëmosyna non trahas
12 illum. Propter mandatum assume pauperem: & propter
13 inopiam ejus ne dimittas eum vacuum. Perde pecuniam
propter fratrem & amicum tuum: & non abscondas illam
14 sub lapide in perditionem. Pone thesaurum tuum in præ-
15 ceptis Altissimi, & proderit tibi magis quàm aurum. Con-
16 clude eleëmosynam in corde pauperis, & hæc pro te exo-
17 rabit ab omni malo. Super scutum potentis, & super lan-
18 ceam adversùs inimicum tuum pugnabit. Vir bonus fi-
19 dem facit pro proximo suo: & qui perdiderit confu-
sionem, derelinquet sibi.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

2 † Δάνεισον τῷ πλησίον ἐν καιρῷ χρείας αὐτοῦ, † καὶ πάλιν ἀπόδος
3 τῷ πλησίον (β) εἰς τὸν καιρόν. † Στερέωσον λόγον, καὶ πιστώθητι
4 μετ᾽ αὐτοῦ, † καὶ ἐν παντὶ καιρῷ εὑρήσεις τὴν χρείαν σου. † Πολλοὶ
ὡς εὕρεμα ἐνόμισαν δάνος, † καὶ παρέσχον (γ) πόνον τοῖς βοη-
5 θήσασιν αὐτοῖς. † Ἕως οὗ λάβῃ, καταφιλήσει χεῖρας αὐτοῦ, † καὶ
6 ἐπὶ τῶν χρημάτων τοῦ πλησίον ταπεινώσει φωνήν· † Καὶ ἐν καιρῷ
ἀποδόσεως παρελκύσει χρόνον, † καὶ ἀποδώσει λόγους ἀκηδίας, † καὶ
7 τὸν καιρὸν αἰτιάσεται. † Ἐὰν ἰσχύσῃ, μόλις (δ) κομίσεται τὸ ἥμισυ,
8 καὶ λογιεῖται αὐτὸ ὡς εὕρεμα· † Εἰ δὲ μή, ἀπεστέρησεν αὐτὸν τῶν χρη-
9 μάτων αὐτοῦ, † καὶ ἐκτήσατο αὐτὸν ἐχθρὸν δωρεάν. † Κατάρας καὶ λοι-
δορίας ἀποδώσει αὐτῷ, † καὶ ἀντὶ δόξης ἀποδώσει αὐτῷ ἀτιμίαν.
10 Πολλοὶ (ε) χάριν πονηρίας ἀπέστρεψαν, † ἀποστερηθῆναι δωρεὰν
11 εὐλαβήθησαν. † Πλὴν ἐπὶ ταπεινῷ μακροθύμησον, † καὶ (ζ) ἐπ᾽
12 ἐλεημοσύνῃ μὴ παρελκύσῃς αὐτόν. † Χάριν ἐντολῆς ἀντι-
λαβοῦ πένητος, † καὶ κατὰ τὴν ἔνδειαν αὐτοῦ μὴ ἀποστρέψῃς αὐτὸν
13 κενόν. † Ἀπόλεσον ἀργύριον (η) δι᾽ ἀδελφὸν καὶ φίλον, † καὶ
14 μὴ ἰωθήτω ὑπὸ τὸν λίθον εἰς ἀπώλειαν. † Θὲς τὸν θησαυρόν σου
κατ᾽ ἐντολὰς ὑψίστου, † καὶ λυσιτελήσει σοι μᾶλλον ἢ τὸ χρυσίον.
15 † Σύγκλεισον ἐλεημοσύνην ἐν τοῖς (θ) ταμιείοις σου, † καὶ αὕτη
16 ἐξελεῖταί σε ἐκ πάσης κακώσεως. † Ὑπὲρ ἀσπίδα κράτους, καὶ
ὑπὲρ δόρυ (ι) ἀλκῆς † κατέναντι ἐχθροῦ πολεμήσει ὑπὲρ σοῦ.
19 † Ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐγγυήσεται τὸν πλησίον, καὶ ὁ ἀπολωλεκὼς αἰσχύνην
(κ) καταλείψει αὐτόν.

MS.A. (β) εἰς καιρόν (γ) κόπον (δ) κομιεῖται (ε) οὐ χάριν (ζ) ἐπὶ ἐλεημοσύνῃ (η) διὰ (θ) ταμιείοις (ι) ὁλκῆς (κ) ἐγκαταλείψει

Cum Translatione LATINA.

Fœnerare proximo in tempore necessitatis illius: 2
& rursus redde proximo in tempore. Confirma 3
verbum, et fideliter age cum illo; & in omni tem-
pore invenies quod tibi necessarium est. Multi 4
quasi inventionem æstimaverunt fœnus, & præ-
stiterunt molestiam iis qui se adjuverunt. Donec 5
accipiat, osculabitur manum ejus; & in pecu-
niis proximi humiliabit vocem. Et in tempore 6
redditionis protrahet tempus: & reddet verba
acediæ, & tempus causabitur. Si potuerit, vix 7
reddet dimidium; & computabit illud, quasi in-
ventionem. (a) Sin autem; fraudavit illum pe- 8
cuniis ejus, & possedit illum inimicum (b) gra-
tis: Maledicta & convitia reddet illi: & pro ho- 9
nore reddet illi inhonorationem. (c) Multi propter 10
nequitiam averterunt: (d) fraudari gratis timu-
erunt. Veruntamen super humilem longanimis 11
esto: & pro eleemosyna non protrahas illum. Pro- 12
pter mandatum, assume pauperem: & secundùm
inopiam ejus ne dimittas eum vacuum. Perde 13
pecuniam propter fratrem, & amicum; & (e) non
contrahat rubiginem sub lapide in perditionem.
Pone thesaurum tuum secundùm præcepta Altis- 14
simi: & proderit tibi magis, quàm aurum. Con- 15
clude eleemosynam in (f) cellis tuis: & hæc eruet
te ex omni malo. Super scutum potentiæ, & 16
super lanceam (g) roboris adversùs inimicum pu-
gnabit pro te. Vir bonus fidejubet pro proximo: 19
et qui perdidit verecundiam; derelinquet illum.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]

Da mutuum proximo tuo tempore necessita- 2
tis ejus. Promittens etiam proximo tuo, præ-
fixo tempore comproba verbū tuum; Confir- 3
ma sermonē tuū fidúmq; te præsta proximo
tuo; ut omni tempore vota tua consequaris
ab ipso. Multi quidem mutuitantes, postula- 4
to mutuo, molestiam exhibuêre fœneratori-
bus suis. Nam quo tempore mutuatur, mu- 5
tuantis manum exosculatur, & de socii sui
opibus vocem attollit: Quo verò tempore 6
mutuum reportat, inflat sese, & post longum
tempus reddit illud; Ut, si possit, dimidium 7
tantùm restituat: æstimátque illud merè re-
pertitium. Quare emergunt manus illius pro- 8
priis opibus vacuæ, & inimicum sibi compa-
rat; utinam autem gratis: *Verùm* lites & 9
convitia rependit illi, & pro honore contu-
meliam. *Hinc est ut* multi nequaquam ex 10
improbitate, sed gratuitam litem metuentes,
mutuatione abstineant. Veruntamē erga pau- 11
perem patientiâ utitor. Et mandati obser- 12
vandi gratiâ recrea illum: & quamvis inter-
sit jactura, ne adjicias animum. Pecuniam tu- 13
am pro fratre & proximo tuo amittas, potiùs
quàm sub lapidem aut parietē, recondas il-
lam. Conde tibi thesaurum per justitiam & 14
charitatem, eritque tibi utilior omnibus quæ
possides. In fascem coge eleëmosynam, & in 15
ærarium tuū reponito, ipsáq; te ex omni ad-
versitate liberabit. Scutum validissimum, & 16
lancea, atque murus erit ad bellum; & ad-
versùs plurimos ipsa te reddet securum. Vir 17
bonus est qui pro socio suo spondet, & qui
amittit pudorem sponsorem suum evitat.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

2 * أقرض صاحبك إن كان محتاجا • وأوعد صاحبك • وإذا بلغ الوقت فليكن لميعادك
3 وفاء * وليثبت قولك • ودم لصاحبك في الشدة والرخاء • ليتبع مسرتك في كل حين *
4 5 * كثيرون ممن طلبوا القرض • فلما أقرضوا عذبوا الذين أقرضوهم * ساعة يطلب
6 القرض يقبل يدي المقرض • ويرفع صوته بالمدحة * وإذا رد ما أخذه • رده بفخر وبطول *
7 ويرده بعد زمان طويل * وإن قدر على صاحبه قضاه على النصف • ويعد كأنه غنيمة
8 9 وجده * وربما خرج من ماله صفرا عطلا • ويبقى عدوا • وليته مجانا فقط * بل ويجزيه بدل
10 ما اتسع عليه الشغب والشتيمة • وبدل الكرامة الذل والهوان * كثير من الناس لم
يمتنعوا من أن يقرضوا من البخل والشح إلا تخوفا من الخصومة والشغب والمجازاة بالباطل •
11 12 * ولكن المسكين تأنّ له واصبر له * ولحال حفظ الوصية فرج عنه • وإن دخل عليك
13 الضيم فلا تبالي * فرق مالك وبذر على أخيك وصاحبك • ولا تطمن تحت الصخر
14 15 والجدار * ادخر لنفسك ذخيرة البر والحب • وهي أخير لك من جميع مالك * صر الصدقة
16 وضمها في خزائنك • وهي تخلصك من كل بأس * الترس الشديد والرمح والحصن الوثيق نعم
17 لأصحاب القتال • كذلك الصدقة تكون لك منعة • وتوقيك من كل شر * نعم الرجل من
ضمن صاحبه • ومن لم يكن له حياء ولا أنفة يهرب من ضمينه *

Mutuum da amico tuo, si fuerit egens: 2
Amico item tuo pollicere, & adveniente tempore, fac solvas promissum tuum;
Et constans sit sermo tuus, & constanter persevera cum amico tuo tam in ad- 3
versitate quàm prosperitate, ut volun-
tatem tuam sequatur omni tempore. Mul- 4
ti ex his qui mutuum postulârunt, accepto mutuo, vexârunt eos qui mutuum
dederant. Cùm mutuum postulat, fæ- 5
neratoris manus osculatur, vocemque
suam cum laude extollit: Cùm autem 6
restituit quod acceperat, cum arrogantia
& cunctatione restituit, & post longum
tempus restituit: Et si possit is ami- 7
cum suum, dimidium restituet ei, du-
cétque perinde ac si ipsemet reperisset
illud. Imò interdum è pecunia sua va- 8
cuus & inanis emergit, fitque inimi-
cus; & O utinam gratis tantùm: Ve- 9
rùm pro liberalitate quâ usus est erga
ipsum, molestiam & convitium rependit
illi, & pro honore despectum atque con-
tumeliam. Multi ex hominibus mutuū 10
dare recusârunt, non ex tenacitate &
avaritiâ, sed litem, & molestiam, im-
meritámque compensationem metuentes.
Attamen erga pauperem longanimus esto, 11
& expecta eum patienter, Et propter 12
observantiam mandati refocilla eum:
& licèt damnum in te refundatur, ne
cures. Distribue, imò dissipa opes tuas 13
erga fratrem et amicum tuum; ac ne ab-
condas eas subter lapidem aut pariete.
Repone tibi thesaurum justitiæ & cha- 14
ritatis; erit enim tibi utilior cunctis o-
pibus tuis. Collige eleemosynam, & in 15
cellam tuam coge; ipsáque te eximet ex
omni adversitate. Ut scutum validum, 16
& hasta, atque arx munita tutum sunt
bellatoribus præsidium: ita eleemosyna
erit tibi asylum, protegétque te ab omni
malo. Laudandus est vir qui fidejusse- 17
rit pro amico suo; & qui nullo pudore
atque honestate præditus est, refugit fi-
dejussorem suum.

Versio VULG. LAT.

20 Gratiam fidejussoris ne obliviscaris: dedit enim pro te ani-
21 mam suam. Repromissorem fugit peccator & immundus.
22 Bona repromissoris sibi ascribit peccator: & ingratus sensu
23 derelinquet liberantem se. Vir repromittit de proximo suo:
24 & cum perdiderit reverentiam, derelinquetur ab eo. Repro-
missio nequissima multos perdidit dirigentes, & commovit
25 illos quasi fluctus maris. Viros potentes gyrans migrare fe-
26 cit, & vagati sunt in gentibus alienis. Peccator transgredi-
ens mandatum Domini, incidet in promissionem nequam: &
27 qui conatur multa agere, incidet in judicium. Recupera
proximum secundùm virtutẽ tuam, & attende tibi ne inci-
28 das. Initium vitæ hominis, aqua & panis, & vestimentum,
29 & domus protegens turpitudinem. Melior est victus paupe-
ris sub tegmine asserum, quàm epulæ splendidæ in peregrè
30 sine domicilio. Minimum pro magno placeat tibi, & impro-
31 perium peregrinationis non audies. Vita nequam hospitan-
di de domo in domum: & ubi hospitabitur, non fiducialiter
32 aget, nec aperiet os. Hospitabitur, & pascet, & potabit ingra-
33 tos, & ad hæc amara audiet. Transi, hospes, & orna men-
34 sam: & quæ in manu habes, ciba cæteros. Exi à facie hono-
ris amicorum meorum: necessitudine domûs meæ hospitio
35 mihi factus est frater. Gravia hæc homini habenti sensum;
Correptio domûs, & improperium fœneratoris.

CAP. XXX.

1 Qui diligit filium suum, assiduat illi flagella, ut lætetur in novissimo suo, & non palpet proximorum ostia.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

20 † Χάριτας ἐγγύου μὴ ἐπιλάθῃ, † ἔδωκεν γὰρ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ σοῦ.
22 † Ἀγαθὰ ἐγγύου ἀνατρέψει ἁμαρτωλὸς, † Καὶ ἀχάριστος ἐν διανοίᾳ
24 (λ) ἐγκαταλείψει ῥυσάμενον. † Ἐγγύη πολλοὺς ἀπώλεσε κατευ-
25 θύνοντας, καὶ ἐσάλευσεν αὐτοὺς ὡς κῦμα θαλάσσης. † Ἄνδρας δυνα-
26 τοὺς ἀπῴκισε, † καὶ ἐπλανήθησαν ἐν ἔθνεσιν ἀλλοτρίοις. † Ἁμαρ-
τωλὸς (μ) ἐμπεσὼν εἰς ἐγγύην, † καὶ διώκων ἐργολαβείας ἐμ-
27 πεσεῖται εἰς κρίσεις. † Ἀντιλαβοῦ τοῦ πλησίον κατὰ δύναμίν σου, † καὶ
28 πρόσεχε σεαυτῷ μὴ ἐμπέσῃς. † Ἀρχὴ ζωῆς (ν) ὕδωρ, καὶ ἄρτος,
29 καὶ ἱμάτιον, † καὶ οἶκος καλύπτων ἀσχημοσύνην. † Κρείσσων βίος
πτωχοῦ ὑπὸ σκέπην δοκῶν, ἢ ἐδέσματα λαμπρὰ ἐν ἀλλοτρίοις.
30 † Ἐπὶ μικρῷ καὶ μεγάλῳ εὐδοκίαν ἔχε. † Ζωὴ πονηρὰ ἐξ οἰκίας εἰς
31 οἰκίαν, † καὶ οὗ (ξ) παροικήσει, οὐκ ἀνοίξει στόμα. † Ξενιεῖς καὶ πο-
32 τιεῖς (ο) εἰς ἀχάριστα, † καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις πικρὰ ἀκούσῃ.
33 † Πάρελθε πάροικε, κόσμησον τράπεζαν, † καὶ εἴ τι ἐν τῇ χειρί
34 σου ψώμισόν με. † Ἔξελθε πάροικε ἀπὸ προσώπου δόξης, † ἐπε-
35 ξένωταί μοι ὁ ἀδελφὸς, χρεία τῆς οἰκίας. † Βαρέα
ταῦτα ἀνθρώπῳ ἔχοντι φρόνησιν, † ἐπιτίμησις οἰκίας καὶ
ὀνειδισμὸς δανειστοῦ.

MS. A. (λ) ἐγκαταλείψει (μ) ἐμπεσεῖται (ν) ἀνθρώπου ἄρτος, καὶ ὕδωρ, (ξ) παροικήσει, οὐκ ἀνοίξει (ο) ἀχάριστα,

ΚΕΦ. λ'.

ΠΕΡΙ ΤΕΚΝΩΝ.

1 † Ὁ ἀγαπῶν τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ἐνδελεχήσει μάστιγας αὐτῷ, † ἵνα εὐφρανθῇ ἐπ' ἐσχάτῳ αὐτοῦ.

Cum Translatione LATINA.

Gratiam fidejussoris ne obliviscaris: dedit enim 20
pro te animam suam. (h) Bona fidejussoris ever- 22
tet peccator: (i) & ingratus sensu derelinquet li-
berantem se. Fidejussio multos perdidit dirigen- 24
tes, & commovit illos, quasi fluctus maris. Viros 25
potentes migrare fecit: & vagati sunt in genti-
bus alienis. Peccator (k) incidens in fidejussio- 26
nem, & sectans (l) redemptiones, incidet in judi-
cia. (m) Recupera proximum secundùm virtutem 27
tuam: & attende tibi, ne (n) incidas. Initium vi- 28
tæ, aqua, & panis, & vestimentum, & domus te-
gens turpitudinẽ. Melior est victus pauperis sub 29
tegmine asserum, quàm epulæ splendidæ in alienis.
(o) Super minimum & magnum placeat tibi. 30
Vita nequam de domo in domum: & ubi hospita- 31
bitur, non aperiet os. Hospitio suscipies, & pota- 32
bis (p) ad ingratas & præterẽ in his amara au-
dies: Transi, hospes, orna mensam; &, si quid in 33
manu tua, ciba me: Exi, hospes, à facie honoris: 34
advenit mihi hospitio suscipiendus frater: opus
est domo. Gravia hæc homini habenti sensum, 35
Increpatio domûs, & improperium fœneratoris.

CAP. XXX.

DE LIBERIS.

Qui diligit filium suum; assiduabit illi 1
flagella; ut lætetur in novissimo suo.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

18 * ܛܝܒܘܬܗ ܕܥܪܒܐ ܢܛܥܐ ܚܛܝܐ. ܘܕܛܥܐ ܠܒܪܘܝܗ. ܛܥܐ ܠܦܪܘܩܗ. * ܥܪܒܘܬܐ ܠܣܓܝܐܐ
21 ܐܘܒܕܬ. ܘܫܒܩܘ ܢܟܣܝܗܘܢ ܐܝܟ ܓܠܠܐ ܕܝܡܐ. * ܐܦ ܥܬܝܪܐ ܣܓܝܐܐ ܣܦܩܬ. ܘܠܥܡܐ
22 ܢܘܟܪܝܐ ܐܬܟܢܫܘ. * ܚܛܝܐ ܕܥܒܪ ܥܠ ܦܘܩܕܢܘܗܝ ܕܡܪܝܐ. ܒܥܪܒܘܬܐ ܢܦܠ. ܘܕܪܕܦ
23 ܠܡܫܩܠ ܚܛܗܐ. ܒܕܝܢܘܗܝ ܢܦܠ. ܚܛܗܐ ܣܓܝܐܐ ܝܠܕܐ ܥܪܒܘܬܐ. ܘܕܡܫܬܥܒܕ ܡܓܢ
24 ܚܪܝܢܐ ܡܫܟܚ. * ܥܪܘܒ ܥܠ ܚܒܪܟ ܐܝܟ ܡܐ ܕܡܛܝܐ ܐܝܕܟ ܒܚܝܠܟ. ܘܦܨܝ ܢܦܫܟ ܡܢ
25 ܥܦܝܦܐ. * ܪܫ ܚܝܘܗܝ ܕܒܪܢܫܐ ܠܚܡܐ ܘܡܝܐ ܘܬܟܣܝܬܐ. ܘܒܝܬܐ ܕܡܟܣܐ ܥܪܛܠܝܘܬܐ. * ܛܒ
26 ܗܘ ܓܝܪ ܚܝܘܗܝ ܕܡܣܟܢܐ ܬܚܝܬ ܛܠܠܐ ܕܩܪܝܬܗ. ܡܢ ܥܘܬܪܐ ܣܓܝܐܐ ܒܐܟܣܢܝܘܬܐ.
27 * ܐܢ ܣܓܝ ܘܐܢ ܒܨܝܪ ܡܐ ܕܐܝܬ ܠܗ. ܐܢܫ ܠܐ ܝܕܥ. ܘܡܕܡ ܕܥܒܕ ܒܓܘ ܒܝܬܗ. ܐܢܫ ܠܐ ܚܙܐ ܠܗ.
28 * ܚܝܐ ܒܝܫܐ ܡܢ ܒܝܬ ܠܒܝܬ. ܘܡܢ ܕܝܢܐ ܪܘܪܒܐ ܠܐ ܢܫܟܚ ܠܡܦܬܚ ܦܘܡܗ. * ܐܟܣܢܝܐ
29
30 ܐܢܬ. ܘܫܛܐ ܬܫܬܐ. ܘܬܘܒ ܡܪܝܪܬܐ ܬܫܡܥ. * ܐܟܣܢܝܐ ܐܢܬ. ܙܠ ܣܕܪ ܦܬܘܪܐ.
31 ܘܡܕܡ ܕܐܝܬ ܒܐܝܕܟ ܐܟܘܠ. * ܦܘܩ ܡܢ ܩܕܡ ܐܝܩܪܐ. ܐܟܣܢܝܐ ܓܝܪ ܐܬܐ ܠܝ. * ܝܩܝܪܢ
32 ܗܠܝܢ ܠܓܒܪܐ ܚܟܝܡܐ. ܟܐܒܐ ܘܡܘܟܣܐ ܘܪܒܝܬܐ ܘܡܙܦܝܢܘܬܐ. ܦܪܘܣ ܦܪܘܣ ܠܡܣܟܢܐ.
ܘܡܢ ܡܐ ܕܒܐܝܕܟ ܐܘܟܠܝܗܝ. ܘܐܢ ܥܪܛܠܝ ܗܘ ܐܠܒܫܝܗܝ. ܒܣܪܟ ܓܝܪ ܡܟܣܐ ܐܢܬ.
ܘܠܐܠܗܐ ܗܘ ܡܘܙܦ ܐܢܬ. ܘܗܘ ܦܪܥ ܠܟ ܚܕ ܒܫܒܥܐ. * ܫܠܡ * ܩܠܠܐ *
1 * ܕܪܚܡ ܒܪܗ. ܢܣܓܐ ܡܚܘܬܗ. ܕܢܬܒܣܡ ܒܚܪܬܗ.

Beneficium sponsoris deseret scelerosus, & 18
qui deserit creatorem suum, liberatorem su-
um deserit. Sponsio multos perdidit, & reli- 21
querunt opes suas ut fluctus maris. Etiam 22
opulentissimos exhausit, & ad gentem alie-
nam se recepêre. Peccator qui Domini præ- 23
cepta transgreditur, in sponsionem incidet;
& qui peccata in se suscipere contendit, in
judicia illius incidet. Peccata multa generat
sponsio. Qui se gratis astringit, litem quoq;
reperiet. Sponde pro socio tuo pro ratione 24
virium tuarum, & à duplo libera teipsum.
Præcipua victûs humani sunt panis, aqua, & 25
vestitus, atque domus tegens ignominiam.
Melior est enim victus pauperis sub tecto tra- 26
bium suarum, quàm plurimæ divitiæ in pe-
regrinatione. Sive multis, sive paucis rebus 27
victitet, nemo novit; & quid agat intra do-
mum suam, nemo videt. Vita misera est è 28
domo in domum *migrare*, & de summis ju-
diciis (*i. injuriis*) os suum aperire non posse.
Inquilinus es, ergò bibes contumeliam, & 29
præterea acerba audies. Inquilinus es, vade, 30
mensam extrue, & quod ad manum est, com-
ede. Exi è conspectu honoris, (*i. viri hono-* 31
randi,) hospes enim advenit mihi. Gravia 32
sunt hæc viro cordato, objurgatio, & usura,
atq; mutuum fœneratorum. Largissimè ero-
ga pauperi, & ex his quæ præ manibus habes,
esum des illi. Si nudus est, indue eum; tuam
enim carnem tegis, & Deo quidem fœnera-
ris, qui septuplum tibi rependet.

CAP. XXX.

Qui amat filium suum, repetat *crebrò* acu- 1
leos ejus, ut ad extremum fruatur *ipso*.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

18
21 * لا يفكر الفاجر عمن يتكفل به • والذي يكفر بصاحبه يجحد شكر خالقه * لقد اهلك
22 الضمان بشرا كثيرا • وتركوا اموالهم كامواج البحر * وافلست اصحاب الاموال • وهربوا الى شعب
23 غريب * الخاطي المتعدي على وصايا الرب • حسبه ان يوحل في الضمان • والذي يجتهد في
24 طلب الخطايا يكسب الكفاية * اضمن صاحبك بقدر قوتك • وخلص نفسك من الضمان
25 المضاعف على رقبتك * راس معيشة الانسان الخبز والماء واللباس • والبيت يغطي العورات •
26
27 * حياة الفقير صالحة تحت سقف بيته • اخير من غنى كثير في الغربة * لان الفقير لا يعلم الناس
28 قليلا له ام كثيرا • وليس يرى احد ولا يظهر على فعاله * شر النقلة من بيت الى بيت • ويرد
29 به الامور العظام • ولا يقدر ان يفتح فاه * يقال له انت غريب فاحتمل الذل • وبعد هذا
30
31 تسمع ما هو اشد منه * يقال هذا غريب فقم عنا حتى نوضع المائدة • وكل بين يديك * وقم
32 انصرف عن كرامة اهل المجلس • لان لنا ضيف * ما اشد هذه الاشياء على العاقل • الانتهار
والربا والقرض • لتعطي المسكين جدا جدا • واطعمه ما رزقت • وان كان عاريا فاكسوه • فانك
انما تكسوا لحمك ودمك • وتقرض العلي الوفي الله • فهو يجزيك عوض الواحد سبعة •
1 الفصل الثلاثون • * من احب ولده فليتخذ له القضبان • لانه ان ادبه فرح به في اخر عمره •

Non cogitat scelerosus de illo qui pro se 18
fidejussit: at qui negat amicum suum, ne-
gat gratiam creatoris sui. Multos homi- 21
nes perdidit fidejussio, & reliquerunt opes
suas ut fluctus maris. Adeòque ad ino- 22
piam redacti sunt opulenti, & ad gentem
peregrinam fugerunt. Peccator præcepta 23
Domini transgrediens, in fidejussionem ut
in lutum demergendus est: & qui peccata
sectari studet, compensationem acquiret.
Fidejube pro amico tuo pro portione po- 24
tentiæ tuæ, & erue teipsum à fidejussione
super collo tuo conduplicanda. Summa 25
victûs humani est panis, & aqua, atque
vestitus; cæterùm dom⁹ tegit ignominias.
Bona est vita pauperis sub laqueari do- 26
mûs ej⁹, melior divitiis multis in peregri-
natione. Ignorãt enim homines parùmne an 27
multũ possideat pauper, et nemo videt aut
conscius est operum ejus. Infœlicitas est 28
migratio de domo in domum: occurrent e-
nim huic ardua negotia, nec poterit ape-
rire os suum. Dicetur illi, Peregrinus es, 29
igitur contemptum patitor: & insuper his
duriora audies. Dicetur, Hic externus est, 30
recede à nobis, ut mensam apponamus; tu
verò inter manus tuas comede: Surge, abs- 31
cede à magnificentia convivarum, hospitẽ
eum habemus. Quàm duræ sunt res istæ 32
prudenti, Increpatio, & usura, atque mu-
tuũ! Largire pauperi summâ liberalitate,
eumq; ciba ex his quæ tibi concessa fue-
rint. Et si fuerit nudus, vesti eum; enim-
verò carnem tuam & sanguinem tuũ ve-
sties, altissimoq; Deo remuneratori fœnera-
beris, qui tibi septem pro uno rependet.

CAP. XXX.

Qui amat filium suum, adhibeat ei 1
virgas; quoniam si erudierit eum, læta-
bitur de eo supremâ ætate suâ.

Versio VULG. LAT.

2 Qui docet filium suum, laudabitur in illo, & in medio do-
3 mesticorum in illo gloriabitur. Qui docet filium suum, in
zelum mittit inimicum, & in medio amicorum gloriabitur
4 in illo. Mortuus est pater ejus, & quasi non est mortuus: si-
5 milem enim reliquit sibi post se. In vita sua vidit, & læta-
tus est in illo: in obitu suo non est contristatus, nec confu-
6 sus est coram inimicis. Reliquit enim defensorem domûs
7 contra inimicos, & amicis reddentem gratiam. Pro anima-
bus filiorum colligabit vulnera sua, & super omnem vocem
8 turbabuntur viscera ejus. Equus indomitus evadit durus, &
9 filius remissus evadet præceps. Lacta filium, & paventem te
10 faciet: lude cum eo, & contristabit te. Non corrideas
11 illi, ne doleas, & in novissimo obstupescent dentes tui. Non
des illi potestatem in juventute, & ne despicias cogitatus
12 illius. Curva cervicem ejus in juventute, & tunde latera
ejus dum infans est, ne fortè induret, & non credat tibi, &
13 erit tibi dolor animæ. Doce filium tuum, & operare in
14 illo, ne in turpitudinem illius offendas. Melior est pauper
sanus, & fortis viribus, quàm dives imbecillis & flagella-
15 tus malitiâ. Salus animæ in sanctitate justitiæ, melior est
omni auro & argento, & corpus validum, quàm census
16 immensus. Non est census super censum salutis corporis:
17 & non est oblectamentum super cordis gaudium. Melior
est mors quàm vita amara: & requies æterna quàm languor
18 perseverans. Bona abscondita in ore clauso, quasi appositio-
19 nes epularum circumpositæ sepulchro. Quid proderit li-
20 batio idolo? nec enim manducabit, nec odorabit. Sic qui
effugatur à Domino, portans mercedes iniquitatis:

Versio GRÆCA LXX. Interp.

2 †Ὁ παιδεύων τὸν υἱὸν αὐτοῦ ὀνήσεται ἐπ' αὐτῷ, †καὶ ἀναμέσον γνω-
3 ρίμων ἐπ' αὐτῷ καυχήσεται. †Ὁ διδάσκων τὸν υἱὸν αὐτοῦ παραζη-
4 λώσει τὸν ἐχθρὸν, †καὶ ἔναντι φίλων ἐπ' αὐτῷ ἀγαλλιάσεται. †Ἐτε-
λεύτησεν αὐτοῦ ὁ πατὴρ, καὶ (α) ὡς οὐκ ἀπέθανεν, †ὅμοιον γὰρ αὐτῷ
5 κατέλιπε (β) μετ' αὐτόν. †Ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ εἶδε καὶ (γ) εὐφράν-
6 θη, †καὶ ἐν τῇ τελευτῇ αὐτοῦ οὐκ ἐλυπήθη. †Ἐναντίον ἐχθρῶν κατ-
7 έλιπεν ἔκδικον, †καὶ τοῖς φίλοις ἀνταποδιδόντα χάριν. †Περιψύ-
χων υἱὸν καταδεσμεύσει τραύματα αὐτοῦ, †καὶ ἐπὶ πάσῃ βοῇ ταρα-
8 χθήσεται σπλάγχνα αὐτοῦ. †Ἵππος ἀδάμαστος (δ) ἀποβαίνει σκλη-
9 ρὸς, †καὶ υἱὸς ἀνειμένος ἐκβαίνει προαλής. †Τιθήνησον τέκνον καὶ
10 ἐκθαμβήσει σε, †(ε) σύμπαιξον αὐτῷ καὶ λυπήσει σε. †Μὴ
συγγελάσῃς αὐτῷ ἵνα μὴ συνοδυνηθῇς, καὶ ἐπ' (ζ) ἐσχάτῳ γομφιάσεις
11 τοὺς ὀδόντας σου. †Μὴ δῷς αὐτῷ ἐξουσίαν ἐν νεότητι. †Θλάσον
12 τὰς πλευρὰς αὐτοῦ, (η) ὡς ἔστι νήπιος, †μήποτε σκληρυνθεὶς
13 ἀπειθήσῃ σοι. †Παίδευσον τὸν υἱόν σου, καὶ ἔργασαι ἐν αὐτῷ, ἵνα
11 μὴ ἐν τῇ ἀσχημοσύνῃ (θ) σου προσκόψῃ. Καὶ μὴ παρίδῃς τὰς
12 ἀγνοίας αὐτοῦ. Κάμψον τὸν τράχηλον αὐτοῦ ἐν νεότητι. ΠΕΡΙ
ΥΓΙΕΙΑΣ. †Κρείσσων πτωχὸς ὑγιὴς καὶ ἰσχύων τῇ ἕξει, ἢ
14
15 πλούσιος μεμαστιγωμένος εἰς σῶμα αὐτοῦ. †(ι) Ὑγεία καὶ εὐεξία
βέλτιον παντὸς χρυσίου, καὶ σῶμα εὔρωστον ἢ ὄλβος ἀμέτρητος.
16 †Οὐκ ἔστι πλοῦτος βελτίων (κ) ὑγείας σώματος, †καὶ οὐκ ἔστιν
17 εὐφροσύνη ὑπὲρ χαρὰν καρδίας. †Κρείσσων θάνατος ὑπὲρ ζωὴν
18 πικρὰν, †ἢ ἀῤῥώστημα (λ) ἔμμονον. †Ἀγαθὰ ἐκκεχυμένα ἐπὶ
στόματι κεκλεισμένῳ, †θέματα βρωμάτων παρακείμενα ἐπὶ
19 τάφῳ. †Τί συμφέρει κάρπωσις εἰδώλῳ; †οὔτε γὰρ ἔδεται οὔτε μὴ
20 ὀσφρανθῇ. †Οὕτως ὁ ἐκδιωκόμενος ὑπὸ κυρίου.

MS.A. (α) οὐκ ὡς (β) μεθ' (γ) ηὐφράνθη, (δ) ἐκβαίνει (ε) σύμπαιξον (ζ) ἐσχάτων (η) ἕως (θ) αὐτοῦ προσκόψῃς. Κρείσσων πτωχὸς (ι) Ὑγεία καὶ εὐεξία βέλτιον (κ) ὑγιείας (λ) ἔμμονον.

Translatione LATINA.

Qui erudit filium suum; (a) lucrabitur in illo: 2
& in medio notorum in illo gloriabitur. Qui do- 3
cet filium suum; in zelum mittet inimicum: &
in medio amicorum gloriabitur in illo. Mortuus
est pater ejus, & quasi non est mortuus: similem 4
enim sibi reliquit post se. In vita sua vidit, & læ-
tatus (b) est: & in obitu suo non est contristatus. 5
Contra inimicos reliquit defensorem, & amicis 6
reddentem gratiam. (c) Refrigerans filium, col-
ligabit vulnera illius: & ad omnem clamorem 7
turbabuntur viscera sua. Equus indomitus eva-
dit durus: & filius remissus evadit præceps. 8
Lacta filium, & paventem te faciet: lude cum
illo, & contristabit te. Ne corrideas illi, ne simul 9
doleas: & in novissimo quaties dentes tuos. Non 10
des illi potestatem in (d) juventute: Tunde latera 11
illius, dum infans est: ne fortè induratus non cre- 12
dat (e) tibi. Erudi filium tuum, & operare in 13
illo: ne in turpitudinem (f) tuam offendat. (g) Et 11
ne despicias ignorantias illius: Curva cervicem
ejus in juventute. DE SANITATE. Me- 12
lior est pauper sanus, & fortis viribus, quàm di- 14
ves flagellatus in corpore suo. Sanitas, & bona 15
habitudo melior est omni auro; & corpus validū,
quàm census immensus. Non est census melior sani-
tate corporis: et non est oblectamentū super cordis 16
gaudiū. Melior est mors, quàm vita amara, aut lan- 17
guor perseverans. Bona (h) offusa ad os clausū, ap-
positiones epularū appositæ super sepulchrū: Quid 18
prodest oblatio idolo? nec enim manducabit, nec 19
odorabitur. Sic qui persequutionē patitur à Dño. 20

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17
18 [illegible]
19 [illegible]
[illegible]

Qui erudit filium suum, fruetur illo, & inter 2
te esse Deum fortissimum perduraturum
in secula seculorum. Omnes quidem escas 20
recipit animus, attamen sunt quædam
escæ aliis delicatiores ac suaviores.
Os gustat saporem escæ, & corda sapi- 21
entum gustant sermones iniquorum.
Cor occultum curis abundat, prudens 22
autem has res omnes inspicit. Pulchri- 24
tudo mulieris laudat vultum ipsius, o-
mnésque oculi concupiscentias ipsa qui-
dem superat.

Versio VULG. LAT.

26 Qui possidet mulierem bonam, inchoat possessionem: ad-
27 jutorium secundùm illum est, & columna ut requies. Ubi
non est sepes, diripietur possessio: & ubi non est mulier,
28 ingemiscit egens. Quis credit ei, qui non habet nidum, &
deflectens ubicunque obscuraverit, quasi succinctus latro
exiliens de civitate in civitatem?

CAP. XXXVII.

1 Omnis amicus dicet; Et ego amicitiam copulavi: sed est
amicus solo nomine amicus. Nónne tristitia inest usque ad
2 mortem? Sodalis autem & amicus ad inimicitiam conver-
3 tentur. O præsumptio nequissima, undè creata es cooperire
4 aridam malitiâ, & dolositate illius? Sodalis amico conju-
cundatur in oblectationibus, & in tempore tribulationis
5 adversarius erit. Sodalis amico condolet causâ ventris, &
6 contra hostem accipiet scutum. Non obliviscaris amici tui
in animo tuo, & non immemor sis illius in opibus tuis.
7 Noli consiliari cum eo qui tibi insidiatur, & à zelantibus
8 te absconde consilium. Omnis consiliarius prodit consili-
9 um, sed est consiliarius in semetipso. A consiliario serva
animam tuam: priùs scito quæ sit illius necessitas: & ipse
10 enim animo suo cogitabit: Ne fortè mittat sudem in ter-
11 ram, & dicat tibi; Bona est via tua: & stet è contrario vi-
12 dere quid tibi eveniat. Cum viro irreligioso tracta de san-
ctitate, & cum injusto de justitia, & cum muliere de ea quæ
æmulatur: cum timido de bello, cum negotiatore de tra-
jectione, cum emptore de venditione, cum viro livido de
gratiis agendis,

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

26 † Ὁ κτώμενος γυναῖκα ἐνάρχεται κτήσεως, † βοηθὸν κατ' αὐτὸν καὶ
27 στῦλον (λ) ἀναπαύσεως. † Οὗ οὐκ ἔστι φραγμὸς διαρπαγήσεται κτῆμα,
28 † καὶ οὗ οὐκ ἔστι γυνὴ στενάξει πλανώμενος. † Τίς γὰρ πιστεύσει εὐζώνῳ
λῃστῇ (μ) † σφαλλομένῳ ἐκ πόλεως εἰς πόλιν; † οὕτως ἀνθρώπῳ
μὴ ἔχοντι νοσσιὰν † καὶ καταλύοντι οὗ ἐὰν ὀψίσῃ.

MS. A. (λ) ἀναπαύσεως. (μ) ἀφαλλομένῳ

ΚΕΦ. λζʹ.

1 † Πᾶς φίλος ἐρεῖ, Ἐφιλίασα (α) αὐτῷ κἀγώ· † ἀλλ' ἔστι φίλος
2 ὀνόματι μόνον φίλος. † οὐχὶ λύπη ἔνι ἕως θανάτου, † Ἑταῖρος
3 καὶ φίλος τρεπόμενος εἰς (β) ἔχθραν; † Ὦ πονηρὸν ἐνθύμημα,
4 πόθεν ἐνεκυλίσθης † καλύψαι τὴν ξηρὰν ἐν δολιότητι; † Ἑταῖρος
φίλου ἐν εὐφροσύνῃ ἥδεται, † καὶ ἐν καιρῷ θλίψεως ἔσται ἀπέναντι.
5 † Ἑταῖρος φίλῳ συμπονεῖ χάριν γαστρὸς, (γ) † ἔναντι πολέμου
6 λήψεται ἀσπίδα. † Μὴ (δ) ἐπιλάθῃ φίλου ἐν τῇ ψυχῇ σου, † καὶ μὴ
8 ἀμνημονήσῃς (ε) αὐτοῦ ἐν χρήμασί σου. † Πᾶς σύμβουλος ἐξαίρει
βουλὴν, † ἀλλ' ἔστι συμβουλεύων εἰς ἑαυτόν. † Ἀπὸ συμβούλου φύλαξον
9 τὴν ψυχήν σου, † καὶ γνῶθι πρότερον τίς αὐτοῦ χρεία· † καὶ γὰρ
10 αὐτὸς ἑαυτῷ βουλεύσεται· † Μήποτε βάλῃ ἐπὶ σοὶ κλῆρον, † καὶ
11 εἴπῃ σοι, Καλὴ ἡ ὁδός σου, † καὶ στήσεται ἐξ ἐναντίας ἰδεῖν τὸ
7 συμβησόμενόν σοι. † Μὴ βουλεύου μετὰ τοῦ ὑποβλεπομένου σε, † καὶ ἀπὸ
12 τῶν ζηλούντων σε κρύψον βουλήν. † Μετὰ γυναικὸς περὶ (ζ) ἀντιζήλου
αὐτῆς, † καὶ μετὰ δειλοῦ περὶ πολέμου· † μετὰ ἐμπόρου περὶ μεταβολίας,
† καὶ μετὰ ἀγοράζοντος περὶ πράσεως· † μετὰ βασκάνου περὶ εὐχαριστίας,

MS. A. (α) κἀγώ· (β) ἐχθρούς; (γ) ἀπέναντι (δ) ἐπιλάθῃ (ε) αὐτῷ (ζ) τῆς ἀντιζήλου

Qui possidet mulierem; inchoat possessionem, adjutricem secundùm se, & columnam requietis, 26
ubi non est sepes; diripietur possessio: & ubi 27
non est mulier; ingemiscet errans. Quis enim 28
credet succincto latroni (i) erranti de civitate in civitatem? sic homini non habenti nidum, & deflectenti, ubicunque obscuraverit.

CAP. XXXVII.

Omnis amicus dicet; Et ego cum illo amicitiam copulavi: sed est amicus solo nomine amic⁹. 1
Nónne tristitia (a) inest usque ad mortē, Sodalis & 2
amicus convertens se ad inimicitiam? O præsum- 3
ptio nequissima, unde devoluta es cooperire aridam in dolositate? Sodalis amico (b) conjo- 4
cundatur in oblectatione: & in tempore tribulationis contrarius erit. Sodalis amico (c) con- 5
dolet causâ ventris: contra (d) bellum accipiet scutum. Ne obliviscaris amici in animo tuo: 6
& non immemor sis illius in opibus (e) tuis. Omnis consiliarius extollit consilium: sed est 8
qui consulit sibi ipsi. A consiliario serva ani- 9
mam tuam: & scito priùs, quæ sit illius necessitas: etenim ipse sibi consulet: Ne fortè mit- 10
tat super te sortem, & dicat tibi; Bona est via 11
tua: & stabit è contrario videre, quid tibi eveniat. Noli consiliari cum eo, qui te suspectum 7
habet, & à zelantibus te absconde consilium:
Cū muliere de æmula ejus, & cū timido de bello: 12
cū negotiatore de permutatione, & cum emptore de venditione: cū invido de gratiis reddendis,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]

Inter præcipuas possessiones tuas posside uxorē bonam; adjumentū est enim tibi simile, & columna ex adversio tuî. Ubi non adest sepes, racemabuntur vineæ: & ubi non adest uxor, *omnia* detecta sunt ac dilapidata. Quis enim credat adolescenti capreolo simili, ab urbe in urbem saltanti? Ita vir qui non habet uxorem, quocunque inciderit, morietur. 26 27 28

CAP. XXXVII.

Is etiam amico suo dicit, Equidem amo: 1
verùm est amicus nomine tenus amicus, qui
non pervenit ad mortem usque. Verus ami- 2
cus, ut anima tua sit tibi. Inimicus & scele- 3
ratus quorsum creati sunt, nisi ad implendam
terram operibus facinorosis? Malus est ami- 4
cus qui ad mensam proximus est, tempore
autem calamitatis stat procul. Bonus est ami- 5
cus qui arrepto scuto pugnat adversùs inimi-
cum. Ne laudes amicum præsentem, neve po- 6
testatem ei tribuas in domum tuam. Omnem 8
consiliarium vide; sed est consilium rectè fa-
ctum. A consiliario iniquo cave tibi, & 9
nosce priùs quid requirat, (nam ipse quoque
aliquid animo suo cogitat) Neque dolo ma- 10
lo te circumveniat, dicátque; Quam rectum
est tuum institutum, atque *interim* stans ex
adverso spectet ignominiam tuam. Ne con- 11
silium ineas cum osore tuo, eundémque cela
secretum tuum: *Neque* cum muliere, ne ad- 12
ulterium cum illa committas; neque cum inimico, ne rixeris; cum mercatore de mercibus ejus, cum emptore de venditione sua, aut cum scelerato de bene agendo, & cum eo qui nullam habet misericordiam, de præstanda misericordia.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

26 * في ملك مالك اقتني امراة صالحة لانها عون مثلك واسطوانة مقابلك * حيث لا يكون
27 الحيطان يسرق عنب الكرم * كذلك بيت ليس فيه امراة فانه ضايع مبدد * من يطمن الي
28 الشاب الاعزب الذي ليس له امراة حيث ما ادركه الموت مات غريبا * الفصل السابع والثلثون
1 * ولصديقه يقول اني احببت ولكن في الناس من يري صديقه وصاحبه * ولا يثبت في الشدة
2 الي الموت ولا يدوم حبه * فاما صديقك الحقيقي فاتركه مثل نفسك * لماذا خلق الله العدو الخبيث
4 الا ليملا الارض من فعال الاثم * بئس الصديق الذي يحضر المايدة وعند الشدة يتنحي * نعم
6 الصديق الذي بيده الترس يقاتل العدو * لا تمدح صديقك في حضوره ولا تسلطه علي بيتك *
8 اسمع من كل من يشير عليك لان رب مشورة علي الصواب * احذر مشورة الفاجر وكن اولا عالما
10 بطلبه لانه ايضا يفكر في نفسه * لعله يمكر بك مكر سوء ويقول لك نعم رايك
11 وفي اخر ذلك يقوم حذاك ويضحك منك * لا تستشير عدوك في شي * اكتم سرك * اكتم
12 سرك عن المراة لئلا تفجر بها * ومن عدوك لئلا يقاتلك * ومن التجار علي تجاراتهم * ومن
البايع لبيعه * ولا تصنع المعروف عند الاثمة * ولا ترحم من ليس له رحمة *

Initio opum tuarum posside uxorem bonam, cum ipsa sit simile tibi subsidium & columna è regione tuî. Ubi non sunt parietes, uva vineæ diripitur: eodem modo, domus in qua non est uxor, perit ac dissipatur. Ecquis fidat juveni cælibi uxore carenti, qui ubicunque mors apprehenderit eum, moritur inquilinus: 26 27 28

CAP. XXXVII.

Amico etiam suo inquit; Equidem diligo: sed est inter homines, qui videtur esse amicus & familiaris ejus, tamen in adversitate ad mortem usque non persistit, nec constans est amicitia illius. 1
Amicum verò fidum ut animam tuam reputa. 2
Ad quid creavit Deus inimicum improbum, nisi ut repleat terram operibus iniquis? 3
Malus est amicus qui adest mensæ, & in adversitate se subtrahit. 4
Bonus est amicus qui scutum manu tenens inimicum oppugnat. 5
Ne laudes amicum tuum in præsentia sua, neque des illi potestatem in domum tuam. 6
Audi omnem consilium tibi dantem, aliquod enim consilium erit rectum. 8
Cave à consilio scelerati, & certior fias priùs quid sibi quærat; nam ipse etiam curam habet suiipsius. 9
Cave ne te decipiat dolo malo, dicátque tibi; Recta est opinio tua; ad extremum autem constituat se ex adverso tuî, téque rideat. 10
Ne consilium petas ab inimico tuo ulla in re; cela eum arcanum tuum. 11
Cela mulierem secretum tuum, ne committas adulterium cum ipsa; & inimicum tuum, ne adversùs te contendat; & mercatores quoad merces eorum; & venditorem circa venditionem ejus: & beneficium ne perdas (male colloces) more iniquorum; neque miserearis ejus cui non est misericordia. 12

Versio VULG. LAT.

13 Cum impio de pietate, cum inhonesto de honestate, cum
14 operario agrario de omni opere, Cum operario annuali de
consummatione anni, cum servo pigro de multa opera-
15 tione: non attendas his in omni consilio. Sed cum viro
sancto assiduus esto, quemcunque cognoveris observantem
16 timorem Dei, Cujus anima est secundùm animam tuam: &
17 qui, cùm titubaveris in tenebris, condolebit tibi. Cor boni
consilii statue tecum: non est enim tibi aliud pluris illo.
18 Anima viri sancti enuntiat aliquando vera, quàm septem
19 circumspectores sedentes in excelso ad speculandum. Et in
his omnibus deprecare Altissimum, ut dirigat in veritate vi-
20 am tuam. Ante omnia opera verbum verax præcedat te, &
21 ante omnem actum consilium stabile. Verbum nequam im-
mutabit cor: ex quo partes quatuor oriuntur, bonum &
malum, vita & mors: & dominatrix illorum est assidua lin-
gua. Est vir astutus multorum eruditor, & animæ suæ inuti-
22 lis est. Vir peritus multos erudivit, & animæ suæ suavis est.
23 Qui sophisticè loquitur odibilis est: in omni re defrauda-
24 bitur. Non est illi data à Domino gratia: omni enim
25 sapientiâ defraudatus est. Est sapiens, animæ suæ sapiens:
26 & fructus sensûs illius laudabilis. Vir sapiens plebem suam
27 erudit, & fructus sensûs illius fideles sunt. Vir sapiens im-
28 plebitur benedictionibus, & videntes illum laudabunt. Vi-
ta viri in numero dierum: dies autem Israel innumerabiles
29 sunt. Sapiens in populo hæreditabit honorem, & nomen
30 illius erit vivens in æternum. Fili, in vita tua tenta animam
31 tuam: & si fuerit nequam, non des illi potestatem: Non
enim omnia omnibus expediunt, & non omni animæ
omne genus placet.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

13 †Καὶ μετὰ ἀνελεήμονος περὶ χρηστοηθείας· †μετὰ ὀκνηροῦ περὶ παντὸς
14 ἔργου, †Καὶ μετὰ μισθίου (n) ἐφεστίου περὶ συντελείας, †οἰκέτῃ ἀργῷ
περὶ πολλῆς ἐργασίας· †μὴ ἔπεχε ἐπὶ τούτοις περὶ πάσης συμ-
15 βουλίας. †Ἀλλ' ἢ μετὰ ἀνδρὸς εὐσεβοῦς ἐνδελέχιζε, †ὃν ἂν ἐπι-
16 γνῷς συντηροῦντα ἐντολάς· †Ὃς ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ κατὰ τὴν ψυχήν
17 σου, †καὶ ἐὰν πταίσῃς, συναλγήσει σοι. †Καὶ βουλὴν καρδίας
18 στῆσον, †οὐ γάρ ἐστί σοι πιστότερος αὐτῆς. †Ψυχὴ γὰρ ἀνδρὸς ἀπαγ-
γέλλειν ἐνίοτε εἴωθεν, †ἢ ἑπτὰ σκοποὶ ἐπὶ μετεώρου καθήμενοι
19 ἐπὶ σκοπῆς. †Καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις δεήθητι ὑψίστου, †ἵνα εὐ-
20 θύνῃ ἐν ἀληθείᾳ τὴν ὁδόν σου. †Ἀρχὴ παντὸς ἔργου λόγος, †καὶ πρὸ
21 πάσης πράξεως βουλή. Ἴχνος ἀλλοιώσεως καρδίας. †(h)τέσσαρα
μέρη ἀνατέλλει, †ἀγαθὸν καὶ κακόν, ζωὴ καὶ θάνατος, †καὶ (θ) κυ-
22 ριεύουσα ἐνδελεχῶς αὐτῶν γλῶσσά ἐστι. †Ἔστιν ἀνὴρ πανοῦργος
(ι) καὶ πολλῶν παιδευτής, καὶ τῇ ἰδίᾳ ψυχῇ (κ) ἄχρηστός ἐστιν.
23 †Ἔστι σοφιζόμενος ἐν λόγοις μισητός, οὗτος πάσης τροφῆς καθυστε-
24 ρήσει. †Οὐ γὰρ ἐδόθη αὐτῷ παρὰ κυρίου χάρις, †ὅτι πάσης σο-
25 φίας ἐστερήθη. †Ἔστι σοφὸς τῇ ἰδίᾳ ψυχῇ, †καὶ οἱ καρποὶ τῆς
26 συνέσεως αὐτοῦ ἐπὶ στόματος πιστοί. †Ἀνὴρ σοφὸς τὸν ἑαυτοῦ λαὸν
27 παιδεύσει, †καὶ οἱ καρποὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ πιστοί. †Ἀνὴρ σοφὸς
(λ) πλησθήσεται εὐλογίας, †καὶ μακαριοῦσιν αὐτὸν πάντες οἱ ὁρῶν-
28 τες. †Ζωὴ ἀνδρὸς ἐν ἀριθμῷ ἡμερῶν, †καὶ αἱ ἡμέραι τοῦ Ἰσραὴλ
29 ἀναρίθμητοι. †Ὁ σοφὸς ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ κληρονομήσει πίστιν,
30 καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ (μ) ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. †Τέκνον, (ν) ἐν τῇ
ζωῇ σου πείρασον τὴν ψυχήν σου, †καὶ ἴδε τί πονηρὸν αὐτῇ, καὶ μὴ
31 δῷς αὐτῇ. †Οὐ γὰρ πάντα πᾶσι συμφέρει, †καὶ οὐ πάσῃ ψυχὴ ἐν
παντὶ εὐδοκεῖ.

MS. A. (n)ἐπαιτίου (h)τέσσαρα. (θ)ἡ κυριεύουσα ἐνδελεχῶς αὐτῶν (ι)πολλῶν (κ)ἐστιν ἄχρηστος. (λ) ἐμπλησθήσεται εὐλογίας, μακαριοῦσιν (μ)ζήσει (ν)ἐν ζωῇ

Cum Translatione LATINA.

13 Et cum immisericorde de beneficentia: cum pi-
gro de omni opere, Et cum mercenario (f) dome-
14 stico de consummatione; servo pigro de multa
operatione. Non attendas his de omni consilio. Sed
15 cum viro sancto assiduus esto, quem cognoveris
observantem mandata: Qui in anima sua est
16 secundùm animam tuam: &, si cecideris, con-
dolebit tibi. Et consilium cordis statue: non est
17 enim tibi fidelior ipso. Anima enim viri annun-
18 tiare interdum consuevit magis, quàm septem
circumspectores sedentes in excelso super spe-
culam. Et in his omnibus deprecare Altissimum,
19 ut dirigat in veritate viam tuam. Principium
20 omnis operis, verbum: & ante omnem actum
consilium. Vestigium mutationis (g) cordis. Qua-
21 tuor partes oriuntur, bonum & malum, vita &
mors: & dominatrix assiduè illorum est lingua.
Est vir astutus, & multorum eruditor; & ani-
22 mæ propriæ inutilis est. Est, qui sapientiam
23 ostentat in sermonibus odibilis: hic omni (h)
alimento defraudabitur. Non est enim data illi à
24 Domino gratia: omni enim sapientiâ defrauda-
tus est. Est sapiens animæ suæ: & fructus sen-
25 sûs illius in ore fideles. Vir sapiens plebem suam
26 erudiet: et fruct⁹ sensûs illius (i) fideles sunt. Vir
27 sapiens implebitur benedictione: et beatificabunt
illum omnes qui vident. Vita viri in numero
28 dierum: dies autem Israel innumerabiles sunt.
29 Sapiens in populo suo hæreditabit (k) fidem: &
nomen ejus vivet in æternum. Fili, in vita tua
30 tenta animam tuam: & vide, quid malum ei, &
non des ei: Non enim omnia omnibus expedi-
31 unt: & non omni animæ omnia placent.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

13 ܥܡ ܐܓܝܪܐ ܕܡܨܛܢܥ ܒܥܒܕܗ. ܘܥܡ ܐܓܝܪܐ ܥܘܠܐ. ܠܐ ܬܬܡܠܟ ܪܐܙܐ. * ܘܥܡ ܥܒܕܐ
14
15 ܕܒܥܐ ܠܡܛܠܡ ܡܪܘܗܝ. ܠܐ ܬܗܘܐ ܠܗ ܒܥܠ ܡܠܟܐ. * ܥܡ ܐܢܫܐ ܙܕܝܩܐ ܗܘܝ ܥܡܪ.
16 ܕܗܢܘܢ ܕܚܠܝܢ ܠܡܣܟܠܘ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. * ܘܠܒܗܘܢ ܫܘܐ ܥܡ ܠܒܟ. ܘܐܢ ܡܣܟܠ ܠܟ.
17 ܠܢܦܫܗ ܗܘ ܡܣܟܠ. ܘܐܢ ܡܛܐܒ ܠܟ. ܠܢܦܫܗ ܗܘ ܡܛܐܒ. * ܡܛܠ ܕܗܝܡܢܘܬܗ
18 ܢܛܪܐ ܠܗ. ܘܐܦ ܗܘ ܡܗܝܡܢ ܗܘ ܐܟܘܬܟ. * ܠܒܗ ܕܒܪ ܐܢܫܐ ܚܕܐ ܒܡܪܥܝܬܗ. ܝܬܝܪ
19 ܡܢ ܥܘܬܪܐ ܕܥܠܡܐ. ܕܠܐ ܡܘܬܪ. * ܘܥܡ ܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ ܨܠܝ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. ܕܢܬܪܨ
21 ܐܘܪܚܬܟ ܒܗܝܡܢܘܬܐ. ܩܕܡ ܒܢܝ ܐܢܫܐ. ܘܩܕܡ ܟܠܡܕܡ. * ܡܪܝܐ ܒܪܐ ܟܠܐ. ܛܒܐ
22 ܘܒܝܫܐ ܚܝܐ ܘܡܘܬܐ. ܘܡܫܠܛ ܥܠ ܠܫܢܗ. ܢܬܦܨܐ ܡܢ ܒܝܫܬܐ. * ܘܟܠ ܡܢ ܕܚܟܝܡ
23 ܒܪܢܝܢܗ. ܗܘ ܗܘ ܣܟܠ. * ܐܝܬ ܚܟܝܡ ܕܒܡܡܠܠܗ ܡܣܬܢܐ. ܘܡܢ
24 ܟܠ ܐܝܩܪ. ܡܒܨܪ ܢܦܫܗ. * ܘܐܝܬ ܚܟܝܡܐ ܕܒܟܠܙܒܢ ܚܟܝܡ. ܦܐܪܘܗܝ ܕܚܟܝܡܐ
25 ܠܢܦܫܗܘܢ. * ܘܐܝܬ ܚܟܝܡܐ ܕܠܢܦܫܗ ܚܟܝܡ. ܘܦܐܪܐ ܕܥܒܕܘܗܝ. ܡܢ ܚܙܘܐ
27 ܕܐܦܘܗܝ. * ܘܕܚܟܝܡ ܠܢܦܫܗ ܢܣܒܥ ܦܘܢܩܐ. ܘܡܫܒܚܝܢ ܠܗ ܟܠܗܘܢ ܚܙܝܘܗܝ.
29 * ܚܟܝܡܐ ܕܒܥܡܐ ܢܐܪܬ ܐܝܩܪܐ. ܘܫܡܗ ܩܐܡ ܠܚܝܐ ܕܠܥܠܡ. * ܒܪܝ ܒܚܝܝܟ ܢܣܐ
30
31 ܢܦܫܟ. ܘܚܙܝ ܡܕܡ ܕܒܝܫ ܠܗ. ܠܐ ܬܬܠ ܠܗ. * ܡܛܠ ܕܠܐ ܗܘܐ ܟܠ ܡܬܥܕܪܢܐ
ܡܐܟܘܠܬܐ. ܘܠܐ ܟܠ ܢܦܫܐ ܡܣܬܦܩܐ ܡܢ ܙܥܘܪܬܐ.

13 * Cum mercenario in opera sua perfido, &
cum mercenario iniquo, secretum ne com-
14 ponas. Servo dominos suos fraudare ten-
15 tanti ne sis consiliarius. Cum hominibus
justis cohabita, quoniam hi verentur peccare
16 coram Deo, Et cor eorum convenit cum
corde tuo, & cùm *horum aliquis* injuriâ te
affecerit, seipsum afficit injuriâ; cùm bene-
ficium tibi præstiterit, sibi ipsi præstat bene-
17 ficium. Fides enim ejus servat ipsum, & ipse
18 quoque æquè fidelis est ac tu. Cor hominis
jucunditatem percipit ex instituto suo majo-
19 rem quàm ex divitiis mundi inutilibus. Cæ-
terùm ad hæc omnia Deum precare, ut ipse
dirigat institutum tuum fideliter coram ho-
21 minibus, & coram quavis re. Dominus cre-
avit omnia, bonum ac malum, vitam ac mor-
tem: & qui dominus est linguæ suæ, eripie-
22 tur à malo. Et quisquis opinione suâ sapiens
23 est, hic est insipiens. Est enim sapiens qui
narrationibus suis fiat exosus, omníque ho-
24 nore privet seipsum. Est etiam sapiens, qui
semper sapiens est, fructus sapientum sunt
25 pro ipsis. Est rursum sapiens qui sibimet sit
sapiens, & fructus actionum istius ex ejusdem
27 vultûs aspectu *deprehenduntur*. Qui sibi sa-
piens est, saturabitur delitiis, & omnes eum
29 spectantes laudabunt illum. Sapiens in po-
pulo consequetur gloriam, & nomen ejus
30 permanebit in vitam æternam. Fili mi, dum
vivis, proba animam tuam; & vide, quod
31 noxium ei est, ne indulgeas illi. Non enim
quilibet cibus confert, nec quævis anima
exiguo contenta est.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

13 والاجير العاجز في عمله * والاجير الفاجر لا تسارهما في السر * والعبد الذي يريد ظلم
14
15 اربابه * اياك ان تكون له موامرا * ولتكن سكناك مع قوم صدق * ويتقون الاثم ويخافون
16 الله * وقلوبهم سليمة مثل قلبك * وان اضر بك احد فانما يضر بنفسه * وان احسن
17 اليك فانما يحسن الي نفسه * لان امانته بالله تجعله على هذا * لانه مومن بالله مثلك * فان
18
19 الانسان يفرح في طريقه * افضل من فرح غنا الدنيا الذي لا يدوم * مع هذه الاشياء كلها
21 فادمن الصلوة امام الله * لكي يسهل طريقك بالحق والقسط بين الناس وجميع الامور * الرب
22 خلق الخير والشر * والحيوة والموت * ومن ملك لسانه نجي من الشر * ومن اعجبه عقله فهو
23 جاهل * في الناس من هو حكيم يبغض لكثرة كلامه * ويخس من نفسه الكرامة * ورب حكيم
24
25 هو ثابت على عمل كل خير * اثمار الحكماء لانفسهم ولغيرهم * وربما حكيم حكمته لنفسه * وثمار
27 اعماله تعرف من وجهه * العاقل يكتسب الكرامة ويمدحه جميع من يعرفه * فاما عاقل القوم
29
30 يرث الكرامة * واسمه ثابت الي الحياة الدائمة * يا بني جرب نفسك في حياتك * وانظر ما لا ينفع
31 به من الطعام * فاياك ان تطيعها * فان الاطعمة ليس ينفع جميعها * والقليل يقنع النفس

13 *Cum mercenario in opera sua ignavo, &*
mercenario scelesto ne consilium ineas in
14 *malo: Et servo dominos suos fraudare*
15 *cupienti, cave ne sis consiliarius. Sit*
autem familiaritas tua cum hominibus
fidis, iniquitatem metuentibus, timenti-
16 *bus Deum, Quorum corda sincera sint*
sicut cor tuum, quorum si quis tibi nocue-
rit, sibi nocere; si benefecerit tibi, sibi-
17 *met benefacere arbitretur; Eo quòd fi-*
des ipsius in Deû talis eum efficiat con-
ditionis, quòd scilicet in Deum credat
18 *sicut tu. Nam delectari hominem in via*
sua, præstantius est quàm delectari cadu-
19 *cis mundi divitiis. Cum his rebus omni-*
bus, assiduus esto orationi coram Deo, ut
planam reddat viam tuam in veritate
& æquitate inter homines quibusvis in
21 *negotiis. Dominus creavit bonum &*
malum, vitam & mortem: & qui regit
22 *linguam suam, effugiet malum. Is autem*
cui proprium arridet judicium, stultus
23 *est. Inter homines est qui sapiat, odio ta-*
men habeatur ob multitudinem verborum
24 *suorum, suumque dejiciat honorem. Est*
etiam sapiens aliquis constans in exer-
citio bonorum omnium. Fructus sapien-
tum sibi cùm aliis prosunt. Est & ali-
25 *quis sapiens, cujus sapientia eidem est*
utilis; & fructus operum istius, ab ejus-
dem vultu cognoscuntur. Prudens glo-
27 *riam adipiscetur, & celebrabunt eum*
quotquot illum noverint. Prudens autem
29 *in populo gloriam acquiret, & nomen e-*
jus firmum erit in vitam æternam. O fili
30 *mi, experire appetitum tuum in vita*
tua, & considera quinam cibus sit illi
31 *minimè conducens, et cave ne acquiescas*
illi. Nam cibi non conducunt omnes, &
exigua res satisfacit appetitui.

Versio VULG. LAT.

32 Noli avidus esse in omni epulatione, & non te effundas
33 super omnem escam: In multis enim escis erit infirmi-
tas, & aviditas appropinquabit usque ad choleram.
34 Propter crapulam multi obierunt: qui autem abstinens
est, adjiciet vitam.

CAP. XXXVIII.

Honora medicum propter necessitatem: etenim illum
1 creavit Altissimus. A Deo est enim omnis medela, & à
2 rege accipiet donationem. Disciplina medici exaltabit ca-
3 put illius, & in conspectu magnatorum collaudabitur. Al-
4 tissimus creavit de terra medicamenta, & vir prudens non
abhorrebit illa. Nónne à ligno indulcata est aqua amara?
5 Ad agnitionem hominum virtus illorum, & dedit homini-
6 bus scientiam Altissimus, honorari in mirabilibus suis. In
7 his curans mitigabit dolorem, & unguentarius faciet pig-
menta suavitatis, & unctiones conficiet sanitatis, & non
consummabuntur opera ejus. Pax enim Dei super faciem
8 terræ. Fili, in tua infirmitate ne despicias teipsum, sed ora
9 Dominum, & ipse curabit te. Averte à delicto, & dirige
10 manus, & ab omni delicto munda cor tuum. Da suavita-
11 tem & memoriam similaginis, & impingua oblationem, &
12 da locum medico: Etenim illum Dominus creavit: & non
discedat à te, quia opera ejus sunt necessaria. Est enim
13 tempus quando in manus illorum incurras: Ipsi verò Do-
14 minum deprecabuntur, ut dirigat requiem eorum, & sani-
tatem, propter conversationem illorum. Qui delinquit in
15 conspectu ejus qui fecit eum, incidet in manus medici.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

32 † Μὴ ἀπληστεύε ἐν πάσῃ τρυφῇ, † καὶ μὴ ἐκχυθῇς ἐπὶ ἐδεσμάτων.
33 † Ἐν πολλοῖς γὰρ βρώμασιν ἔσαι (ξ) πόνος, † καὶ ἡ ἀπληστία ἐγγιεῖ
34 ἕως χολέρας. (ο) † Δι' ἀπληστίαν πολλοὶ ἐτελεύτησαν, † ὁ δὲ προσέ-
χων προσθήσει ζωήν. MS. A. (ξ) νόσος, (ο) Διὰ

ΚΕΦ. λη'.

1 † Τίμα ἰατρὸν πρὸς τὰς χρείας (α) τιμαῖς αὐτοῦ, † καὶ γὰρ αὐτὸν
2 ἔκτισε κύριος. † Παρὰ γὰρ ὑψίστου ἐστὶν ἴασις, † καὶ παρὰ βασι-
λέως λήψεται δόμα. † Ἐπιστήμη ἰατροῦ ἀνυψώσει κεφαλὴν αὐτοῦ,
4 † καὶ ἔναντι μεγιστάνων θαυμασθήσεται. † Κύριος ἔκτισεν ἐκ
5 γῆς φάρμακα, καὶ ἀνὴρ φρόνιμος οὐ προσοχθιεῖ αὐτοῖς. † Οὐκ ἀπὸ
6 ξύλου ἐγλυκάνθη ὕδωρ, † Εἰς τὸ γνωσθῆναι τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ; † Καὶ
αὐτὸς ἔδωκεν (β) ἀνθρώποις ἐπιστήμην † ἐνδοξάζεσθαι ἐν τοῖς
7 θαυμασίοις αὐτοῦ. † Ἐν αὐτοῖς ἐθεράπευσεν, καὶ ἦρε (γ) τὸν πόνον αὐ-
τοῦ. † μυρεψὸς ἐν τούτοις ποιήσει μίγμα, † καὶ οὐ μὴ (δ) συντελέσῃ
8 ἔργα αὐτοῦ, † Καὶ εἰρήνη παρ' αὐτοῦ ἐστιν ἐπὶ προσώπου τῆς γῆς.
9 † Τέκνον, ἐν (ε) ἀρρωστήματί σου μὴ παράβλεπε, † ἀλλ' εὖξαι
10 κυρίῳ, καὶ αὐτὸς ἰάσεταί σε. † Ἀπόστησον πλημμέλειαν, καὶ εὔθυνον
11 χεῖρας, † καὶ ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας καθάρισον καρδίαν. † Δὸς
εὐωδίαν, καὶ μνημόσυνον σεμιδάλεως, † καὶ λίπανον προσφοράν,
12 ὡς μὴ ὑπάρχων. † καὶ ἰατρῷ δὸς τόπον, Καὶ γὰρ αὐτὸν ἔκτισεν
13 κύριος· † καὶ μὴ ἀποστήτω σου, καὶ γὰρ αὐτοῦ χρεία. † Ἔστι καιρὸς ὅτε
14 καὶ ἐν χερσὶν αὐτῶν εὐοδία. † Καὶ γὰρ αὐτοὶ κυρίου δεηθήσονται,
† ἵνα εὐοδώσῃ αὐτοῖς ἀνάπαυσιν † καὶ ἴασιν χάριν ἐμβιώσεως.
15 † Ὁ ἁμαρτάνων ἔναντι τοῦ ποιήσαντος αὐτὸν, † ἐμπέσοι εἰς
χεῖρας (ζ) ἰατροῦ.
MS. A. (α) αὐτοῦ, τιμαῖς αὐτοῦ, (β) ἀνθρώπῳ (γ) τὰν πόνον (δ) συντελέσθῃ (ε) ἀρρωστήμασιν (ζ) αὐτοῦ.

Cum Translatione LATINA.

Noli esse insatiabilis in omnibus delitiis: & non te effundas super epulas. 32
In multis enim escis erit (ξ) labor: & insatiabilitas appropinquabit usque ad choleram. 33
Propter edacitatem multi obierunt: qui autem attendit, adjiciet vitam. 34

CAP. XXXVIII.

Honora medicum ad necessitates, honoribus 1
illius: nam & illum creavit Dominus. Ab Altis- 2
simo enim est medela: & à rege accipiet (a) do-
nationem. Scientia medici exaltabit caput illi- 3
us: & in conspectu magnatorum suspicietur. Do- 4
minus creavit de terra medicamenta: & vir
prudens non abhorrebit illa. Nónne à ligno in- 5
dulcata est aqua, ut cognosceretur (b) virtus il- 6
lius? & ipse dedit hominibus scientiam, ut
glorificaretur in mirabilibus suis: In his cura- 7
vit, & abstulit dolorem ejus. Unguentarius in
his faciet misturam: & (c) non consummabit ope-
ra sua: Et pax ab illo est super faciem terræ. 8
Fili, in infirmitate tua non despicias, sed ora 9
Dominum, & ipse curabit te. Amove (d) deli- 10
ctum, & dirige manus: & ab omni peccato
munda cor. Da suavitatem odoris, & memoria- 11
le similaginis, & impingua oblationem, (e) quasi
non sis. Et da locum medico: Nam & illum Do- 12
minus creavit: & non discedat à te: nam &
ipso opus est. Est tempus, cùm & in manibus eo- 13
rum (f) suavitas odoris. Nam & ipsi Dominum 14
deprecabuntur, ut dirigat ipsis requiem, & sa-
nationem propter restituendam valetudinem.
Qui peccat contra eum, qui fecit eum; (g) inci- 15
dat in manus medici.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

32 * ܠܐ ܬܣܓܐ ܠܗ ܡܐܟܘܠܬܐ ܕܦܢܝܩܘܬܐ. ܘܠܐ ܬܐܪܓ ܥܝܢܟ ܠܡܐܟܘܠܬܐ ܣܓܝܐܬܐ.
33 * ܡܛܠ ܕܡܢ ܣܓܝܐܘܬܐ ܕܡܐܟܘܠܬܐ ܗܘܐ ܡܪܥܐ. ܘܕܡܣܓܐ ܠܡܐܟܠ ܡܬܟܪܗ.
34 * ܣܓܝܐܐ ܡܝܬܘ ܡܛܠ ܡܐܟܘܠܬܐ ܣܓܝܐܬܐ. ܘܕܡܙܕܗܪ ܡܘܣܦ ܚܝܐ.
* [illegible] *

1 * ܝܩܪ ܐܣܝܐ ܥܕܠܐ ܬܣܬܢܩ ܠܗ. ܡܛܠ ܕܐܦ ܠܗ ܐܠܗܐ ܒܪܝܗ. * ܡܢ ܩܕܡ ܐܠܗܐ
2 ܡܬܚܟܡ ܐܣܝܐ. ܘܡܢ ܡܠܟܐ ܢܣܒ ܡܘܗܒܬܐ. * ܡܢ ܕܝܢܗ ܕܐܣܝܐ ܢܬܪܘܡܡܘܢܗ.
3 ܘܩܕܡ ܡܠܟܐ ܢܫܬܡܫܘܢܗ. * ܐܠܗܐ ܡܢ ܐܪܥܐ ܒܪܐ ܣܡܡܢܐ. ܘܓܒܪܐ ܚܟܝܡܐ ܠܐ ܢܒܣܐ
4 ܒܗܘܢ. * ܒܩܝܣܐ ܓܝܪ ܐܬܚܠܝܘ ܡܝܐ ܡܪܝܪܐ. ܡܛܠ ܕܢܬܝܕܥ ܚܝܠܗ ܕܐܠܗܐ. * ܕܝܗܒ
5 ܠܒܢܝ ܐܢܫܐ ܚܟܡܬܐ. ܠܡܫܬܒܚܘ ܒܓܒܪܘܬܗ. * ܒܗܘܢ ܐܣܝܐ ܡܐܣܐ ܡܢ ܟܐܒܐ.
6 * ܘܐܦ ܒܣܡܐ ܡܪܟܒ ܣܡܡܢܐ. ܡܛܠ ܕܠܐ ܢܒܛܠ ܥܒܕܐ ܘܚܟܡܬܐ ܡܢ ܐܦܝ ܐܪܥܐ.
7 * ܒܪܝ ܐܦ ܒܟܘܪܗܢܟ ܨܠܝ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. ܕܗܘܝܘ ܡܐܣܐ. * ܐܥܒܪ ܥܘܠܐ ܘܢܟܠܐ. ܘܡܢ ܟܠ
8 ܚܛܗܐ ܕܟܝ ܠܒܟ. * ܘܐܦ ܠܐܣܝܐ ܗܒ ܐܬܪܐ. ܡܛܠ ܕܐܦ ܒܗ ܐܝܬ ܗ̈ܢܝܢܐ. * ܡܛܠ
9 ܕܐܝܬ ܙܒܢܐ ܕܒܐܝܕܗ ܡܨܠܚܐ ܐܣܝܘܬܐ. * ܕܢܨܠܐ ܠܐܠܗܐ. ܘܡܛܠ ܕܒܐܝܕܗ ܢܬܥܕܪ ܘܢܚܐ.
10 ܐܣܝܘܬܐ ܒܐܝܕܗ ܥܡ ܚܝܐ. * ܡܛܠ ܕܡܢ ܕܚܛܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. ܡܫܬܠܡ ܠܐܝܕܝ ܐܣܝܐ.

* Ne multos illi suppedites cibos delicatos, 32
nec avidus sit oculus tuus multi cibi. Nam 33
ex multitudine cibi generatur morbus, &
qui multum comedit, ægrotabit. Multi enim 34
mortui sunt ob nimiam edacitatem: at qui
cautus est, vitam prorogat.

CAP. XXXVIII.

Honora medicum antequàm sit tibi ne- 1
cessarius; nam ipsum quoque Deus creavit.
Dono Dei sapit medicus, & à rege munus 2
accipiet. Ob judicium suum exaltabitur me- 3
dicus, & ante reges sistetur. Deus è terra 4
creavit medicamenta, & vir sapiens non
contemnet illa. Per lignum enim dulces factæ 5
sunt aquæ amaræ, quatenus innotesceret po-
tentia Dei, Qui sapientiam dedit hominibus, 6
ut per præclara sua facinora glorificetur. Per 7
ea medicus recreat à doloribus, Et phar- 8
macopola parat pharmaca; ad hoc ut
non deficiat opus ac sapientia de superfi-
cie terræ. Fili mi, in morbo quoque tuo 9
Deum precare, quoniam ipse sanat. Mis- 10
sam fac iniquitatem & falsitatem, & ab omni-
bus peccatis munda cor tuum: Ac tum me- 12
dico da locum, quòd etiam in ipso sit utilitas.
Occurrit enim aliquando ut per ipsum 13
prosperè succedat curatio. Orabit enim 14
Deum restituétque per eum sanitatem, ac
per eundem adveniet curatio cum vita.
Nam qui peccat coram Deo, traditur in 15
manus medici.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

32 * ولا تكثر عليها الالوان من الطعام • ولا تكون عينك رغبة الى الطعام * لان من كثر
33 الطعام يمرض الرجل • والذي يكثر من الطعام يسقم * كثير من الناس ماتوا برغبة
34 والذي يحفظ من نفسه يكسب الصحة في جسمه • الفصل الثامن الثلثون •
1 * اكرم المتطبب قبل ان تحتاج اليه • لانه ايضا الله خلقه * وانه ليوتي الفهم من قبل
2 الله • وياخذ الجوائز من الملوك * فانما يمدح الطبيب لدقة بصره • ويقام في خدمة الملوك
3 الارضيين * نبت الادوية من الارض • ويعرفها الرجل العاقل • ولا يتهاون بها * وانما عذب
4 الماء المر بخشبة من واحدة • لكي يعرف قدرة الله * الذي ينحل الناس الحكمة
5 ليمجدوا اعاجيبه * وبها المتطبب يشفي الناس من الامراض باذن الله * والعطار
6 بها يخلط الادوية بفضل العقل * يا بني ادعوا الله في مرضك • لان هو الشافي •
7 * واصرف الاثم والزور • ونقي قلبك وطهر من جميع الخطايا * واسمع من الطبيب
8 ايضا واقبل علاجه • لان فيه منافع شتى * وربما اجرى الله على يديه الشفا والعافية •
9 * لانه يتضرع قدام الله • ويصلي بين يديه • ويرزق البرو على يديه • ويجري الصحة
10 والعافية بوساطته * لان من اثم قدام الله • يقع في يد المتطبب •

Neve multiplices ei genera ciborum, neq; 32
sit oculus tuus avidus ciborum. Nam 33
præ nimio cibo ægrotat homo, & qui in-
dulget edacitati, morbo laborabit. Ho- 34
mines multi mortui sunt ob ejus (cibi) a-
viditatem: qui verò servaverit seipsum,
acquiret sanitatem in corpore suo.

CAP. XXXVIII.

Honora medicum antequàm egeas illo, 1
quod ipsum quoque Deus creaverit. Et 2
quidem intelligentiam à Deo consequitur,
& munera à regibus accipiet. Etenim 3
laudatur medicus propter acumen inge-
nii sui, & in ministerio regum terreno-
rum collocatus. E terra nascuntur phar- 4
maca, & vir prudens novit illa, nec
aspernatur. Et verò aqua amara per li- 5
gnum dulcis aliquando reddita fuit, ut
cognosceretur potentia Dei, Qui sapien- 6
tiam concedit hominibus, ut laudent
ejus miracula. Per ea quoque medicus 7
homines curat à morbis, annuente Deo:
Et aromatopola his pharmaca tempe- 8
rat excellenti prudentiâ. O fili mi, in 9
morbo tuo Deum invoca, quoniam ipse est
qui sanat. Et scelus ac falsitatem pro- 10
trude, córque tuum emunda & peccatis
omnibus expurga. Deinde etiam medi- 12
co obtempera, & ejus pharmacum reci-
pe, quod varia in eo insint emolumenta:
Et curationem ac sanitatem per eum eve- 13
nire Deus aliquando permittat. Suppli- 14
cat enim Deo eúmque deprecatur, atque
ita conceditur per ipsum curatio, evenitq;
valetudo & sanitas eo internuntio. Nam 15
qui coram Deo delinquit, in medici ma-
nus incidit.

Versio VULG. LAT.

16 Fili, in mortuum produc lachrymas, & quasi dira passus in-
cipe plorare, & secundum judicium contege corpus illius,
17 & non despicias sepulturam illius. Propter delaturam au-
tem amarè fer luctum illius uno die, & consolare propter
18 tristitiam, Et fac luctum secundùm meritum ejus uno die,
19 vel duobus propter detractionem. A tristitia enim festinat
mors, & cooperit virtutem, & tristitia cordis flectit cervi-
20 cem. In abductione permanet tristitia: & substantia in-
21 opis secundùm cor ejus. Ne dederis in tristitia cor tuum,
22 sed repelle eam à te: & memento novissimorum, Noli ob-
livisci: neque enim est conversio, & huic nihil proderis,
23 & teipsum pessimabis. Memor esto judicii mei: sic enim
24 erit & tuum: mihi heri, & tibi hodie. In requie mortui
requiescere fac memoriam ejus, & consolare illum in exitu
25 spiritûs sui. Sapientia scribæ in tempore vacuitatis: & qui
minoratur actu, sapientiam percipiet: quâ sapientiâ re-
26 plebitur Qui tenet aratrum, & qui gloriatur in jaculo,
stimulo boves agitat, & conversatur in operibus eorum,
27 & enarratio ejus in filiis taurorum. Cor suum dabit ad
28 versandos sulcos, & vigilia ejus in sagina vaccarum. Sic
omnis faber & architectus, qui noctem tanquam diem transf-
igit, qui sculpit signacula sculptilia, & assiduitas ejus variat
picturam, cor suum dabit in similitudinem picturæ, & vi-
gilia sua perficiet opus.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

16 † Τέκνον, ἐπὶ νεκρῷ κατάγαγε δάκρυα, † καὶ ὡς δεινὰ πάσχων ἐν-
αρξαι θρήνου· † κατὰ δὲ τὴν κρίσιν αὐτοῦ περίστειλον τὸ σῶμα αὐτοῦ, † καὶ
17 μὴ ὑπερίδῃς τὴν ταφὴν αὐτοῦ. Πίκρανον κλαυθμὸν, καὶ θέρμανον
18 κοπετὸν, † Καὶ ποίησον τὸ πένθος κατὰ τὴν ἀξίαν αὐτοῦ † ἡμέραν
μίαν καὶ δύο χάριν διαβολῆς, † καὶ παρακλήθητι λύπης ἕνεκα. † Ἀπὸ
19 λύπης γὰρ ἐκβαίνει θάνατος, † καὶ λύπη καρδίας κάμψει ἰσχύν.
20 † Ἐν (ζ) ἀπαγωγῇ παραβαίνει καὶ λύπη, † καὶ βίος πτωχοῦ κατὰ καρ-
21 δίας. † Μὴ δῷς εἰς λύπην τὴν καρδίαν σου, † ἀπόστησον αὐτὴν
22 μνησθεὶς τὰ ἔσχατα. † Μὴ ἐπιλάθῃ, οὐ γάρ ἐστιν ἐπάνοδος, † καὶ
23 τοῦτον οὐκ ὠφελήσεις, καὶ σεαυτὸν κακώσεις. † Μνήσθητι τὸ κρίμα
24 (η) αὐτοῦ, ὅτι οὕτω ὡς καὶ τὸ σόν· † ἐμοὶ χθὲς, καὶ σοὶ σήμερον. † Ἐν
ἀναπαύσει νεκροῦ κατάπαυσον τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ, † καὶ παρα-
25 κλήθητι ἐν αὐτῷ ἐν ἐξόδῳ πνεύματος αὐτοῦ. † Σοφία γραμμα-
τέως ἐν εὐκαιρίᾳ σχολῆς, † καὶ ὁ ἐλασσούμενος πράξει αὐτοῦ σοφισθή-
26 σεται. † (*) τί σοφισθήσεται; Ὁ κρατῶν ἀρότρου, † (θ) καὶ καυχώμενος ἐν
δόρατι κέντρου, † βόας ἐλαύνων καὶ ἀναστρεφόμενος ἐν ἔργοις αὐτῶν,
27 † καὶ ἡ διήγησις αὐτοῦ ἐν υἱοῖς ταύρων; † Καρδίαν αὐτοῦ δώσει
ἐκδοῦναι αὔλακας, † καὶ ἡ ἀγρυπνία αὐτοῦ εἰς χορτάσματα δαμά-
28 λεων. † Οὕτως πᾶς τέκτων καὶ ἀρχιτέκτων, † ὅστις νύκτωρ ὡς
(ι) ἡμέρα διάγει· † οἱ γλύφοντες γλύμματα σφραγίδων, † καὶ
ἡ (κ) ὑπομονὴ αὐτοῦ ἀλλοιῶσαι ποικιλίαν· † καρδίαν αὐτοῦ δώσει
εἰς (λ) τὸ ὁμοιῶσαι ζωγραφίαν, † καὶ ἡ ἀγρυπνία αὐτοῦ τελέσαι ἔργον.

MS. A. (ζ) ἐπαγωγῇ παραμένει (η) μου, ὅτι οὕτως καὶ τὸ σόν· ἐμοὶ ἐχθὲς, (*) *πῶς ὀφθήσεται; (θ) καυχώμενος (ι) ἡμέρας (κ) ἐπιμονὴ (λ) ὁμοιῶσαι

Fili, super mortuum deduc lachrymas: & quasi dira passus, incipe ploratum. Et secundum judicium ejus contege corpus illius: & non despicias sepulturam illius. Amarum fac ploratum: & calefac planctum, Et fac luctum secundùm dignitatem ejus uno die, vel duobus, propter detractionem: & admitte consolationem propter tristitiam. Ex tristitia enim provenit mors: & tristitia cordis flectet virtutem. In (g) abductione transit & tristitia: & vita pauperis (h) secundùm corda. Ne dederis in tristitiam cor tuum: repelle eam memor novissimorum: Noli oblivisci. Non est enim reditus: & huic non proderis, & teipsum pessimabis. Memento judicii (i) ejus: quoniam sic, ut etiam tuum: mihi heri, & tibi hodie. In requie mortui quiescere fac memoriam ejus, & consolationem accipe in eo in exitu spiritûs illius. Sapientia scribæ in opportunitate otii: & qui minoratur actu suo; (k) sapientiam percipiet. Quomodo sapientiâ replebitur, Qui tenet aratrum, & gloriatur in hasta stimuli, boves agitat, et conversatur in operibus eorum, et enarratio ejus in filiis taurorum? Cor suum dabit ad versandos sulcos, et vigilia ejus in sagina vaccarum. Sic omnis faber, et architectus, qui noctem, tanquam diem, transigit: qui sculpunt sculpturas signaculorum, et (l) assiduitas ejus immutare varietatem? Cor suum dabit ad assimilandam picturam: et vigilia ejus perficere opus.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

16 ܒܪܝ* ܥܠ ܡܝܬܐ ܐܣܓܐ ܕܡܥܐ ܘܐܬܟܪܐ. ܘܩܢܝ ܩܝܢܬܐ. ܘܐܝܟ ܕܝܐܐ ܠܗ. ܟܢܘܫ ܦܓܪܗ. ܘܠܐ ܬܒܣܐ ܒܩܒܘ-
17 ܪܬܗ. ܘܠܐ ܐܣܓܐ ܥܠ ܡܬܘܬܗ. * ܢܬܝܗܒ ܚܡܪܐ ܘܡܫܬܝܐ ܠܒܢܝ ܐܢܫܐ ܕܒܐܒܠܐ. * ܘܥܒܕ
18
19 ܐܒܠܐ ܒܝܘܡܗ ܚܕ ܐܘ ܬܪܝܢ. ܡܛܠ ܒܢܝ ܐܢܫܐ. ܘܒܬܪܟܢ ܩܒܠ ܒܘܝܐܐ ܡܛܠ ܚܝܐ. * ܡܛܠ ܕܡܢ
20 ܟܪܝܘܬܐ ܡܫܟܚܐ ܥܩܬܐ. * ܗܟܢܐ ܓܝܪ ܟܪܝܘܬ ܠܒܐ ܩܫܝܐ ܡܢ ܡܘܬܐ. ܐܦ ܒܝܨܦܬܐ
21 ܠܡܣܟܢܐ. ܘܡܝܬܝܐ ܥܩܬܐ. ܡܛܠ ܕܚܝܘܗܝ ܕܡܣܟܢܐ ܠܠܘܛܬܐ ܕܠܒܐ. * ܠܐ ܬܬܠ
22 ܠܒܟ ܠܡܘܡܬܐ. ܐܬܕܟܪ ܥܩܬܐ. ܘܥܒܪ ܚܛܗܐ. * ܘܠܐ ܬܬܬܟܠ ܥܠ ܥܘܬܪܐ. ܡܛܠ
ܕܠܝܬ ܒܗ ܣܒܪܐ. ܡܛܠ ܕܐܝܟ ܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ ܕܦܪܚܐ ܘܫܟܢܐ. ܗܟܢܐ ܗܘ ܥܘܬܪܐ
23 ܩܕܡ ܒܢܝ ܐܢܫܐ. ܠܟ ܡܒܣܡ. ܘܠܐܚܪܢܐ ܡܚܒܠ. * ܘܐܬܕܟܪ ܕܡܫܘܚܬܐ ܗܘ ܠܟ. ܠܗ ܐܬܡܠܝ
24 ܘܠܟ ܝܘܡܢܐ. * ܘܐܝܟ ܕܫܠܐ ܡܝܬܐ. ܗܟܢܐ ܫܠܐ ܕܘܟܪܢܗ. ܐܬܒܝܐ ܥܡ ܡܦܩܬܐ
25 ܕܢܦܫܗ. * ܚܟܡܬܗ ܕܣܦܪܐ ܡܘܣܦܐ ܠܗ ܚܟܡܬܐ. ܘܕܠܐ ܡܬܥܢܐ ܒܣܪܝܩܘܬܐ ܗܘ
26 ܢܬܚܟܡ. * ܐܝܟܢܐ ܓܝܪ ܢܬܚܟܡ ܐܚܝܕ ܣܟܬܐ ܕܦܕܢܐ. ܕܡܕܒܪ ܬܘܪܐ ܘܡܥܪܩ
27 ܘܡܫܬܥܝܢܘܬܗ ܥܡ ܒܢܝ ܬܘܪܐ. * ܘܠܒܗ ܬܢܐ ܒܦܬܟܪܐ ܕܙܪܥܗ. ܘܡܫܗܪܗ. ܠܡܥܒܕ
28 ܥܒܕܘܗܝ. * ܗܟܢܐ ܐܦ ܟܠܗܘܢ ܐܘܡܢܐ ܐܟܚܕܐ ܡܬܬܙܝܥܝܢ. ܘܒܠܠܝܐ ܘܒܐܝܡܡܐ
ܗܠܝܢ ܗܘ ܪܢܝܢ. ܥܒܕܐ ܕܓܠܦܐ ܘܕܟܐܦܐ ܘܕܡܪܓܢܝܬܐ. ܐܦ ܗܘ ܝܨܝܦܘܬܗܘܢ
ܥܒܕܐ ܕܐܘܡܢܘܬܗܘܢ ܡܬܒܥܝܐ.

Fili mi, super mortuo multas effunde lachrymas, dole, & cane lamentum: & prout cum decet, collige corpus ejus, nec sepulturam ejus negligas. Vinum & refectio *dentur* hominibus lugentibus. Funus autem debito modo celebra die uno vel duobus, propter homines: deinde consolationem admitte vitæ causâ: Quoniam tristitia afflictionem parit. Sic enim cor mœrens acriùs quàm mors pauperes infringit curâ, & afflictionem affert. Nam vita pauperis est ad maledictionem cordis. Ne dedas cor tuum juramento, memento afflictionis, & missa fac peccata. Et divitiis ne fidas, quia nulla spes est in eis: qualis enim est avis cœli quæ volat & quiescit, tales sunt divitiæ coram hominibus; tibi delectationem, alii incommodum afferunt. Et memento rem esse tibi definitam, illi heri, tibi verò hodie: Et quemadmodum desiit mortuus, ita desiisse memoriam ejus: consolatione igitur, egressâ animâ ejus, admitte. Sapientia scribæ ampliorem conciliat ei sapientiam: & qui non studet vanitatibus, hic sapiens evadet. Quomodo enim sapiens evadat aratri vomerem tenens, qui tauros agit, taurósque stimulat? cujus confabulationes sunt cum taurorum progenie? Cujus animus intentus est jugero sementis suæ? cujus vigiliæ in opera sua conficienda *occupantur*? Pari modo cuncti simul artifices agitantur, & noctu diuque hæc eadem meditantur, opus cælaturarum, gemmarum, atque margaritarum: & quidem curæ illorum ad artis suæ exercitium sunt requisitæ.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

16 * يا بني اكثر الدموع على الميت وارثا له ونح عليه * وادفن جسده كما يحق عليك ولا تتهاون
17
18 في دفنه * وهيء الطعام والشراب للذين يلتامون عليه * وليكن حزنك عليه بقدر ما يجب
19 يوما او يومين * من اجل الناس * وعزي لمن يخلف من بعده * لان الحزن يولد الكرب *
20 * وكذلك القلب الشديد الهم والغم يكسر المسكين * فالغم اشد من الموت ويهيج الحزن
21 والكآبة لحياة المسكين * اذا دام الحزن كان لعنة * ولا تبذل نفسك للايمان * اذكر العقاب *
22 واصرف الذنوب * ولا تتكل على المال * لانه لا رجاء عليه * لانه مثل طاير السماء الذي
23 يطير وينزل * كذلك المال بين يدي الناس * يفرحك الواحد ويحزنك الاخر * واذكر
24 انه لا ينزل الى الابد * لك اليوم ولصاحبك غدا * كما بطل الميت كذلك بطل ذكره تعزا
25 على الميت مع خروج نفسه * حكمة الكاتب تزيده عقلا * ومن لم يعتاد الاباطيل يتفقه
26 الحكمة * ماذا يتحكم الاكار الماسك حربة الفدان * وانما عقله وذهنه مع الثيران *
27 وحديثه مع العجاجيل * وانما قلبه في القمح الذي هو قياس بذره * وسهره في الفراغ
28 من عمله وخدمته * كذلك فرع كل صانع الى اعماله * والليل والنهار يفكرون في صناعاتهم
الصاغة والنقاشون واصحاب اللولو * انما حسابهم بصناعاتهم واعمالهم *

O fili mi, super mortuo copiosas effunde lachrymas, luge illum, ac lamentare; ejúsque corpus pro tuo debito, sepeli; neve negligito sepulturam ejus. Et cibum atque potum præpara iis qui eum lamentantur. Sit autem tristitia tua super eum pro debiti ratione, uno aut altero die, propter homines: tum successorem ejus consolare: Quoniam tristitia mœrorem gignit. Atque ita cor vehementi mærore ac tristitiâ affectum, frangit pauperem (acerbior est enim morte mœror) & tristitiam ac dolorem excitat vitæ pauperis: quandiu duraverit mœstitia, tandiu erit in maledictionem. Ne dedas teipsum juramento: memento punitionis, & amove scelera. Et divitiis ne confidas, quia nulla spes est in eis. Ut enim volucre cœli, quod volitat & tum quiescit; ita divitiæ inter manus hominū: aliæ te exhilarant, aliæ contristant. Memento etiam eas non semper ibidem manere, sed apud te hodiè, cras apud socium tuum. Ut desiit mortuus, ita desiit ejus memoria. Consolationem percipe super mortuo, cùm egressa fuerit anima ipsius. Sapientia scribæ addit illi judicium: & qui non assuescit vanitatibus, acutæ erit sapientiæ. Quonam pacto sapiat arator bastile tenens aratri? mens enim & animus ejus cum bobus, ejúsque sermo cum vitulis est. Cor quidem illius in frumento quod est mensura sementis ejus, versatur; & vigiliæ ipsius in opere officióque suo absolvendo. Similiter omnium artificum mens est circa opificia ipsorum, & nocte dieque de suis artibus cogitant: & aurificum atque sculptorum, unionúmque artificum cum supputatio circa proprias cujusque artes & opificia versatur:

Versio VULG. LAT.

29 Sic faber ferrarius sedens juxta incudem, & considerans
opus ferri : Vapor ignis uret carnes ejus, & in calore
30 fornacis concertatur : Vox mallei innovat aurem ejus, &
31 contra similitudinem vasis oculus ejus : Cor suum dabit
in consummationem operum, & vigilia sua ornabit in
32 perfectionem. Sic figulus sedens ad opus suum, con-
vertens pedibus suis rotam, qui in solicitudine positus est
semper propter opus suum, & in numero est omnis ope-
33 ratio ejus. In brachio suo formabit lutum, & ante pe-
34 des suos curvabit virtutem suam. Cor suum dabit ut con-
summet linitionem, & vigilia sua mundabit fornacem.
35 Omnes hi in manibus suis speraverunt, & unusquisque
36 in arte sua sapiens est. Sine his omnibus non ædificatur
37 civitas. Et non inhabitabunt, nec inambulabunt, & in
38 ecclesiam non transilient. Super sellam judicis non sede-
bunt, & testamentum judicii non intelligent, neque pa-
lam facient disciplinam & judicium, & in parabolis non
39 invenientur : Sed creaturam ævi confirmabunt, & depre-
catio illorum in operatione artis, accommodantes animam
suam, & conquirentes in lege Altissimi.

CAP. XXXIX.

1 SApientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, &
2 in prophetis vacabit. Narrationem virorum nominato-
rum conservabit, & in versutias parabolarum simul in-
troibit.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

29 † Οὕτως χαλκεὺς καθήμενος ἐγγὺς ἄκμονος, † καὶ καταμαν-
θάνων (μ) ἀργῷ σιδήρῳ. † ἀτμὶς πυρὸς (ν) τήξει σάρκας αὐτοῦ,
30 † καὶ ἐν θέρμῃ καμίνου διαμαχήσεται. † Φωνὴ σφύρης καινιεῖ τὸ
οὖς αὐτοῦ, † καὶ κατέναντι ὁμοιώματος σκεύους οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ.
31 † Καρδίαν αὐτοῦ δώσει εἰς συντέλειαν ἔργων, † καὶ ἡ ἀγρυπνία
32 αὐτοῦ κοσμῆσαι ἐπὶ συντελείας. † (′) Οὕτω κεραμεὺς καθήμενος
ἐν ἔργῳ αὐτοῦ, † καὶ συστρέφων ἐν ποσὶν αὐτοῦ τροχὸν, † ὃς ἐν με-
ρίμνῃ κεῖται διαπαντὸς ἐπὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ, † καὶ ἐναρίθμιος πᾶσα
33 ἡ ἐργασία αὐτοῦ. † Ἐν βραχίονι αὐτοῦ τυπώσει πηλὸν, † καὶ πρὸ
34 ποδῶν κάμψει ἰσχὺν αὐτοῦ. † Καρδίαν ἐπιδώσει συντελέσαι τὸ χρῖ-
35 σμα, † καὶ ἡ ἀγρυπνία αὐτοῦ καθαρίσαι κάμινον. † Πάντες οὗτοι
εἰς χεῖρας (″) αὐτῶν ἐνεπίστευσαν, † καὶ ἕκαστος ἐν τῷ ἔργῳ αὐτοῦ σο-
36 φίζεται. † Ἄνευ αὐτῶν οὐκ (ξ) οἰκισθήσεται πόλις, † Καὶ οὐ παροική-
37 σουσιν, οὐδὲ περιπατήσουσιν· † καὶ ἐν ἐκκλησίᾳ οὐχ ὑπεραλοῦνται·
38 Ἐπὶ δίφρον (ο) δικαστοῦ οὐ καθιοῦνται, † καὶ διαθήκην κρίματος
οὐ διανοηθήσονται, † οὐδὲ μὴ ἐκφανῶσιν (π) δικαιοσύνην καὶ κρίμα·
39 † καὶ ἐν παραβολαῖς οὐχ εὑρεθήσονται. † Ἀλλὰ κτίσμα αἰῶνος στη-
ρίσουσι· † καὶ ἡ δέησις αὐτῶν ἐν ἐργασίᾳ τέχνης. † πλὴν τοῦ (ρ) ἐπι-
δόντος τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ (σ) διανοουμένου ἐν νόμῳ ὑψίστου.

MS. A. (μ) ἔργον σιδήρου. (ν) τήξει. (′) Οὕτως (″) ἑαυτῶν, (ξ) οἰκήσεται (ο) δυνάστου οὐ * καθιοῦνται, (π) παιδείαν (ρ) ἐπιδιδόντος. (σ) διανοουμένου.

ΚΕΦ. λθ′.

1 † ΣΟφίαν πάντων ἀρχαίων ἐκζητήσει, † καὶ ἐν προφητείαις
2 ἀσχοληθήσεται. † (α) Διηγήσεις ἀνδρῶν ὀνομαστῶν συντηρήσει,
† καὶ ἐν στροφαῖς παραβολῶν συνεισελεύσεται.

MS. A. (α) Διήγησιν

Sic faber ferrarius sedens juxta incudem, & 29
(m) addiscens pigro ferro. Vapor ignis (n) du-
rabit carnes ejus, et in calore fornacis concer-
tabit. Vox (o) mallei innovabit aurem ejus : 30
& contra similitudinem vasis oculi ejus. Cor 31
suum dabit in consummationem operum : &
vigilia ejus, ornare in perfectionem. Sic figu- 32
lus sedens ad opus suum, & convertens pedi-
bus suis rotam, qui in solicitudine positus est
semper in opus suum, & in numero omnis
operatio ejus. In brachio suo formabit lu- 33
tum : & ante pedes curvabit virtutem suam.
Cor suum dabit, ut consummet linitionem : et 34
vigilia ejus, mundare fornacem. Omnes hi 35
in manibus suis speraverunt : et unusquisque in
arte sua sapiens est. Sine ipsis non ædificabitur 36
civitas : Nec inhabitabunt, nec (p) inambula- 37
bunt. Et in Ecclesia non transilient, Super sellam 38
judicis non sedebunt, & testamentum ju-
dicii non intelligent : neque palam facient ju- 39
stitiam, et judicium : et in parabolis non inve-
nientur. (q) Sed creaturam ævi confirmabunt.
Et deprecatio eorum in operatione artis. (r) Tan-
tummodò accommodantis animam suam, & con-
quirentis in lege Altissimi.

CAP. XXXIX.

SApientiam omnium antiquorum exquiret [sa- 1
piens,] & in prophetiis vacabit. Narrationes 2
virorum nominatorum conservabit : & in versu-
tias parabolarum simul introibit.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

29 * ܠܡܬܒ ܥܠ ܟܘܪܐ. ܘܠܡܣܬܟܠܘ ܒܡܐܢܝ ܡܬܩܠܐ. ܫܠܗܒܝܬܐ ܕܢܘܪܐ ܡܦܩܥܢ
30 ܒܣܪܗ. ܘܝܩܕ ܒܚܘܡܐ ܕܢܘܪܐ. * ܠܘܩܒܠ ܡܕܡ ܕܚܫܒ ܪܥܝܢܗ. ܘܠܘܩܒܠ ܕܡܘܬܐ ܕܥܒܕܗ
32 ܚܪܝܢ ܥܝܢܘܗܝ. * ܘܐܦ ܦܚܪܐ ܕܝܬܒ ܥܠ ܓܝܓܠܐ. ܘܡܗܦܟ ܡܐܢܐ ܒܪܓܠܗ. ܘܥܝܢܘܗܝ
33 ܒܟܠܗ ܡܐܢܘܗܝ ܕܥܒܕܗ. * ܘܕܪܥܘܗܝ ܡܫܚܩܢ ܛܝܢܐ. ܘܥܕ ܠܐ ܢܡܘܬ. ܥܘܪܒܐ
34 ܘܟܦܝܦ. * ܘܠܒܗ ܚܫܒ ܠܡܓܡܪܘ ܥܒܕܗ. ܘܫܗܪܗ ܠܡܒܢܝܘ ܐܬܘܢܗ. * ܗܠܝܢ
35 ܟܠܗܘܢ ܡܛܠ ܦܘܪܢܣܗܘܢ. ܘܟܠ ܚܕ ܒܥܒܕܐ ܕܐܘܡܢܘܬܗ ܡܬܚܟܡ.
36 * ܘܕܠܐ ܗܢܘܢ ܠܐ ܡܬܝܬܒܐ ܡܕܝܢܬܐ. ܘܐܝܟܐ ܕܥܡܪܝܢ ܠܐ ܟܦܢܝܢ. ܒܪܡ ܒܡܠܟܐ
37 ܕܥܡܐ ܠܐ ܢܬܒܘܢ. ܘܒܟܢܘܫܬܐ ܠܐ ܢܬܥܠܘܢ. * ܘܥܠ ܒܝܬ ܕܝܢܐ ܠܐ ܢܬܒܘܢ.
38 ܘܢܡܘܣܐ ܘܕܝܢܐ ܠܐ ܢܣܬܟܠܘܢ. * ܠܐ ܢܕܥܘܢ ܡܪܕܘܬܐ ܕܚܟܡܬܐ. ܘܡܬܠܐ ܕܚܟܝܡܐ
ܠܐ ܢܣܬܟܠܘܢ. ܡܛܠ ܕܒܨܒܘܬܐ ܕܥܠܡܐ ܗܢܘܢ ܚܪܝܦܝܢ. ܘܪܢܝܗܘܢ ܒܥܒܕܐ
ܕܐܘܡܢܘܬܗܘܢ.

* ܫܠܡ * ܠܚ *

1 * ܒܪܡ ܗܘ ܕܝܗܒ ܢܦܫܗ ܠܕܚܠܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܘܠܡܣܬܟܠܘ ܒܢܡܘܣܐ ܕܚܝܐ.
2 ܚܟܡܬܐ ܕܟܠܗܘܢ ܩܕܡܝܐ ܢܒܥܐ. ܘܥܡ ܢܒܝܐ ܩܕܡܝܐ ܢܬܦܢܐ. * ܫܘܥܝܬܐ
ܕܟܠ ܐܢܫ ܕܥܠܡܐ ܢܠܦ. ܘܥܘܡܩܐ ܢܒܨܐ.

* Furno assidere, & instrumenta ponderis in- 29
telligere, *dum* flāmæ ignis carnem ejus rum-
punt, & ignis æstu comburitur. Ad rem men- 30
te conceptam manum admovet, & ad operis
sui idæam oculi ejus sunt intenti. Similiter 32
etiam figulus rotæ assidens, & instrumentum
suâ plantâ agitans, oculos in totius operis
sui vasa *intendit*, Et brachia ejus lutum sub- 33
igunt; & antequam moriatur, corvus est atq;
inflexus. Et animus ejus in opere perficiundo 34
versatur, & vigiliæ ejus in fornace sua fabri-
canda. Hi omnes, sui commodi causâ, & sin- 35
guli in propriæ artis exercitio industriam
collocant. Et sine his non colitur urbs : & 36
ubi habitant, non patiuntur famem. Verùm
ad consilium populi minimè sedebunt, & in
concione haud eminebunt, Nec in tribunali 37
judicii sedebunt, neq; statuta aut judicia in-
telligent: Disciplinam sapientiæ minimè per- 38
cipient, nec proverbia sapientum intelligent.
Nam in negotiis secularibus hi sunt per-
spicaces, & de arte sua exercenda cura il-
lorum est.

CAP. XXXIX.

IS autem qui cultui divino, & legi vitæ in- 1
telligendæ se dedit, simili majorum omnium
sapientiâ perquiret, & ad priscos prophe-
tas se convertet. Omnium mundi hominum 2
narrationes addiscet, & profunda quæque
considerabit :

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

29 *يبغي الجلوس على الكور* ويفكرون في مثاقيل الميزان. ووهج النيران يقطع جسد
30 الحداد. ويحرق ويلهب بحرارة النار* وعلى ما يدل عقله كذلك يضرب بيده* وفي صورة
32 عمله يثبت عينيه* كذلك وصاحب الفخار الجالس على البكرة يدير البكرة برجله*
33 وعيناه تلحظ ما يعمل يده* ويقعقع الطين بذراعه* وهو من قبل موته منحني منكب*
34 35 *وإنما قلبه كله ليفرغ من عمله الذي بيده* ويسهر لينال القوت* جميع هؤلاء الصنايع
كلهم إنما حرصهم لما يصلحهم في معاشهم* وكل رجل منهم يتحكم* ويلتمس أحكام عمله الذي
36 يعمل* ولا تعمر المدينة إن لم يكونوا فيها* ولا يجوعون حيث ما كانوا. لكنهم لا يجلسون
37 في رأس الشعب* ولا يرتفعون في الجماعة* ولا يجلسون على كرسي القضاء* ولا يفهمون
38 العهود والأحكام* ولا يدركون معاني الحكمة* ولا يعتبرون بأمثال الحكماء* لأنهم ذهنهم
نافذ ماضي في صنايع الدنيا* وهمهم في صناعاتهم*

الفصل التاسع والثلثون*

1 *فأما من بذل نفسه ليسعى في مخافة الله وليفهم
سنة الحياة فليطلب الحكمة كما طلبها جميع الأولين* ليعطف على كتب الأنبياء
2 الماضيين* وليفهم أحاديث فقهاء أهل الدنيا* وليفكر في الأمور الماضية*

Solerter assident camino, libræque ponde- 29
ra meditantur. Ignium vapor fabri
ferrarii corpus disrumpit, & ignis æstu
aduritur atque inflammatur. Et prout in- 30
dicat ipsi mens ejus, ita manu suâ per-
cutit, & in operis sui figura oculos defi-
git. Sic etiam figulus, rotæ assidens ro- 32
tam pede versat, oculique ejus intuentur
quod manus ejus operatur, Et brachio suo 33
lutum crepitare facit; & est ante mortem
suam inflexus & incurvus: Totus deni- 34
que animus ejus est ad absolvendum opus
quod præ manibus habet, & vigiliæ ejus
ad acquirendum alimentum. Omnes hu- 35
jusmodi artes exercentium studium in
his quæ ad proprium ipsorum victum, po-
situm est : & quilibet eorum addiscit &
quærit res ad opus quod exercet pertinen-
tes. Nec floret urbs, nisi adsint in ea; & 36
ubicunque fuerint, minimè esuriunt. At-
tamen præcipuas in populo sedes non obti-
nebunt, nec provehentur in cœtu, Nec su- 37
per tribunale judicii sedebunt, & testa-
menta ac jura non intelligent, Sapientiæ 38
sensus non assequentur, nec animadver-
tent proverbia sapientum: quoniam inge-
nium eorum penetrans est & acutum in
artibus mundi, & studium illorum in opi-
ficiis suis.

CAP. XXXIX.

AT verò qui animum suum addixerit 1
ad instituendam vitam in timore Dei, &
legem vitæ intelligendam, is quidem sapi-
entiam quæret quemadmodum quæsierunt
eam prædecessores omnes, ad præteritorum
prophetarum libros se convertet, Terri- 2
colarum prudentum dicta animo concipi-
et, & res præteritas meditabitur :

Versio VULG. LAT.

3 Occulta proverbiorum exquiret, & in absconditis para-
4 bolarum conversabitur. In medio magnatorum ministra-
5 bit, & in conspectu præsidis apparebit. In terram alie-
nigenarum gentium pertransiet: bona enim & mala
6 in hominibus tentabit. Cor suum tradet ad vigilan-
dum diluculò ad Dominum, qui fecit illum, & in con-
7 spectu Altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in ora-
8 tione, & pro delictis suis deprecabitur. Si enim Domi-
nus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit il-
9 lum: Et ipse tanquam imbres mittet eloquia sapientiæ
10 suæ, & in oratione confitebitur Domino: Et ipse di-
riget consilium ejus, & disciplinam, & in absconditis
11 suis consiliabitur. Ipse palàm faciet disciplinam doctri-
12 næ suæ, & in lege testamenti Domini gloriabitur. Col-
laudabunt multi sapientiam ejus, & usque in seculum non
13 delebitur. Non recedet memoria ejus, & nomen ejus requi-
14 retur à generatione in generationem. Sapientiam ejus
15 enarrabunt gentes, & laudem ejus enuntiabit ecclesia. Si
permanserit, nomen derelinquet plus quàm mille: & si
16 requieverit, proderit illi. Adhuc consiliabor, ut enar-
17 rem: ut furore enim repletus sum. In voce dicit; Ob-
audite me, divini fructus, & quasi rosa plantata super
18 rivos aquarum fructificate. Quasi Libanus odorem sua-
19 vitatis habete. Florete flores, quasi lilium, & date odo-
rem, & frondete in gratiam, & collaudate canticum, &
benedicite Dominum in operibus suis.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

3 † Ἀπόκρυφα παροιμιῶν ἐκζητήσει, † καὶ ἐν αἰνίγμασι παραβολῶν
4 ἀναστραφήσεται. † Ἀναμέσον μεγιστάνων ὑπηρετήσει, † καὶ ἔναντι
5 ἡγουμένου ὀφθήσεται. † Ἐν γῇ ἀλλοτρίων ἐθνῶν διελεύσεται,
6 † ἀγαθὰ γὰρ καὶ κακὰ (β) ἐν ἀνθρώποις ἐπείρασε. † Τὴν καρδίαν
αὐτοῦ ἐπιδώσει ὀρθρίσαι πρὸς κύριον τὸν ποιήσαντα αὐτόν, † καὶ
7 ἔναντι ὑψίστου δεηθήσεται· † Καὶ ἀνοίξει (γ) τὸ στόμα αὐτοῦ ἐν
8 προσευχῇ, † καὶ περὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ δεηθήσεται. † Ἐὰν (δ) κύ-
ριος ὁ μέγας θελήσῃ, † πνεύματι συνέσεως (ε) ἐμπλησθήσεται.
9 † Αὐτὸς ἀνομβρήσει ῥήματα σοφίας αὐτοῦ, † καὶ ἐν προσευχῇ ἐξο-
10 μολογήσεται κυρίῳ. † Αὐτὸς κατευθυνεῖ βουλὴν αὐτοῦ καὶ ἐπιστήμην,
11 † καὶ ἐν τοῖς ἀποκρύφοις αὐτοῦ διανοηθήσεται. † Αὐτὸς (ζ) ἐκφανεῖ
παιδείαν διδασκαλίας αὐτοῦ, † καὶ ἐν νόμῳ (η) διαθήκης κυρίου
12 καυχήσεται. † Αἰνέσουσι τὴν σύνεσιν αὐτοῦ πολλοί, (θ) † ἕως τοῦ αἰῶνος
13 οὐκ ἐξαλειφθήσεται· † Οὐκ ἀποστήσεται τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ, † καὶ
14 (ι) ὄνομα αὐτοῦ ζήσεται εἰς γενεὰς γενεῶν. † Τὴν σοφίαν αὐτοῦ
(κ) διηγήσονται ἔθνη, † καὶ τὸν ἔπαινον αὐτοῦ ἐξαγγελεῖ ἐκκλησία.
15 † Ἐὰν ἐμμείνῃ ὄνομα καταλείψει ἢ χίλιοι, † καὶ ἐὰν (λ) ἀναπαύσηται
16 ἐμποιεῖ αὐτῷ. † Ἔτι διανοηθεὶς (μ) ἐκδιηγήσομαι, † καὶ ὡς διχο-
17 μηνία ἐπληρώθην. † Εἰσακούσατέ μου υἱοὶ ὅσιοι, καὶ βλαστή-
18 σατε † ὡς ῥόδον φυόμενον ἐπὶ ῥεύματος (*) ἀγροῦ· † Καὶ ὡς
19 λίβανος εὐωδιάσατε ὀσμήν, † Καὶ ἀνθήσατε ἄνθος ὡς κρίνον·
31 مواطنهم * لكثرة خطاياهم وفجورهم جدا * واشار عليهم بجميع الشر *
1 * الفصل الثامن والاربعون * حتى بعث الله تعالى نبيا مشبها بالنار * فكلمته
2 3 تتوقد مثل الاتون الذي يسجر * وبعث عليهم القحط * وبشده غيرته لله ارهبهم * باذن
4 الله منع السماء من القطر * وانزل النار من السماء ثلثة مرار على المذبح وعلى القوم المنافقين *
5 6 * ما اشد هيبتك يا ايليا * ومن كان مثلك هو يمدح * لانك احييت الميت من القبر باذن
7 8 الله ومشيته * وكببت الجبابرة عن كراسيهم * واسمعت بتجربتك تبكيتهم * ومسحت الملوك
ليحاربوا في البلاد * والنبي الذي قام من بعدك *

Maculam honori tuo inussisti, & contu- 23
meliam cubili tuo: cessitque id in pœnam
adversùs filios filiorum tuorum, ut pro-
fundo gemitu suspirarent super cubilibus
suis, ut discinderetur regnum filiorum Is-
rael, fieretque bipertitum, & ex Aphre-
mi progenie regnum adorans idola. Ni- 24
bilominus Deus gratiam suam nequa-
quam dereliquit, nec verbum ac fœdus
ejus decidit in terram, Nec perdet proge- 25
niem dilectorum suorum, nec sanctorum
suorum stirpem conteret: Ut ostendat fa- 26
miliæ Jacobi salutem, & familiæ Davi-
dis regnum maximum. Defunctus est au- 27
tem Salomon, Successitque illi filius ejus 28
abundans stultitiâ, carens prudentiâ, Ra-
babham, qui populum suum suopte judi-
cio gubernavit. Nec ullam Deus relinquat 29
memoriam Jorabhamo Nabati filio, qui
peccavit, & in peccatum induxit Israe-
lem, & offensaculum erexit genti Aphre-
miticæ; Ut eos propriis è regionibus pelle- 30
ret, Ob multitudinem peccatorum & sce-
lerum eorum innumeram. Suo demum
consilio adegit illos ad omnia flagitia:

CAP. XLVIII.

Donec misit Deus excelsus prophetam 1
igni similem, cujus verbum ardebat vel-
uti caminus accensus: Immisitque in eos 2
siccitatem, suóque ardente in Deum zelo
terruit illos. Permissu Dei stillare cœlum 3
vetuit, ignémque de cœlo ter descendere
fecit, super altare, & super homines im-
pios. Quàm vehemens est terror 4
tuus ô Elia! & qui tibi par est, ipse
laudabitur. Tu enim permissu ac volun- 5
tate divinâ mortuum è sepulchro susci-
tâsti: Gigantes è sedibus suis evertisti: 6
In tentatione tua redargutionem eorum 7
sentire fecisti: Reges unxisti ad debellan- 8
dum impios in regionibus, & prophetam
qui post te surrexit:

Q

Versio VULG. LAT.

9 Qui receptus es in turbine ignis, in curru equorum igne-
10 orum. Qui scriptus es in judiciis temporum lenire ira-
cundiam Domini; conciliare cor patris ad filium, & re-
11 stituere tribus Jacob. Beati sunt, qui te viderunt, & in
12 amicitia tua decorati sunt. Nam nos vitâ vivimus tantùm,
13 post mortem autem non erit tale nomen nostrum. Elias
quidem in turbine tectus est, & in Eliseo completus est
spiritus ejus: in diebus suis non pertimuit principem, &
14 potentiâ nemo vicit illum. Nec superavit illum verbum
15 aliquod, & mortuum prophetavit corpus ejus. In vita sua
16 fecit monstra, & in morte mirabilia operatus est. In omni-
bus istis non pœnituit populus, & non recesserunt à pec-
catis suis, usq; dum ejecti sunt de terra sua, & dispersi sunt
17 in omnem terram: Et relicta est gens perpauca, & prin-
18 ceps in domo David. Quidam ipsorum fecerunt quod
placeret Deo: alii autem multa commiserunt peccata.
19 Ezechias munivit civitatem suam, & induxit in medium
ipsius aquam, & fodit ferro rupem, & ædificavit ad aquam
20 puteum. In diebus ipsius ascendit Sennacherib, & misit
Rabsacen, & sustulit manum suam contra illos, & extulit
manum suam in Sion, & superbus factus est potentiâ suâ.
21 Tunc mota sunt corda, & manus ipsorum: & doluerunt
22 quasi parturientes mulieres. Et invocaverunt Dominum
misericordem, & expandentes manus suas, extulerunt ad
cœlum: & sanct^s Dominus Deus audivit citò vocem ipso-
23 rum. Non est commemoratus peccatorum illorum, neq; de-
dit illos inimicis suis, sed purgavit eos in manu Isaiæ sancti
24 prophetæ. Dejecit castra Assyriorum, & contrivit illos An-
25 gelus Domini. Nam fecit Ezechias quod placuit Deo, &
fortiter ivit in via David patris sui, quam mandavit illi
Isaias propheta magnus, & fidelis in conspectu Dei.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

9 † Ὁ ἀναληφθεὶς ἐν (ε) λαίλαπι πυρὸς † ἐν ἅρματι ἵππων πυρίνων·
10 † Ὁ καταγραφεὶς (ζ) ἐν ἐλεγμοῖς εἰς καιρούς, † κοπάσαι ὀργὴν
πρὸ θυμοῦ, † (η) καὶ ἐπιστρέψαι καρδίαν πατρὸς πρὸς υἱόν, † καὶ κατα-
11 στῆσαι φυλὰς Ἰακώβ. † Μακάριοι οἱ ἰδόντες σε, † καὶ οἱ ἐν
12 ἀγαπήσει κεκοσμημένοι· † Καὶ γὰρ ἡμεῖς (θ) ζωῇ ζησόμεθα. † Ἠλίας,
13 ὃς ἐν λαίλαπι ἐσκεπάσθη· † καὶ Ἐλισαιὲ (ι) ἐνεπλήσθη πνεύματος
αὐτοῦ· † καὶ ἐν ἡμέραις αὐτοῦ οὐκ ἐσαλεύθη ὑπὸ ἄρχοντος, † καὶ οὐ κατ-
14 εδυνάστευσεν αὐτὸν οὐδείς. † Πᾶς λόγος οὐχ ὑπερῆρεν αὐτόν, † καὶ
15 ἐν κοιμήσει ἐπροφήτευσε τὸ σῶμα αὐτοῦ. † Καὶ ἐν ζωῇ αὐτοῦ ἐποίησε
16 τέρατα, † καὶ ἐν τελευτῇ θαυμάσια τὰ ἔργα αὐτοῦ. † Ἐν πᾶσι τού-
τοις οὐ μετενόησεν ὁ λαός, † καὶ οὐκ ἀπέστησαν ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν,
† ἕως ἐπρονομεύθησαν ἀπὸ (κ) τῆς γῆς αὐτῶν, † καὶ ἐσκορπίσθησαν
17 ἐν πάσῃ τῇ γῇ. † Καὶ κατελείφθη ὁ λαὸς ὀλιγοστός, † καὶ ἄρχων
18 (λ) τῷ οἴκῳ Δαυίδ. † Τινὲς μὲν αὐτῶν ἐποίησαν τὸ ἀρεστόν,
19 † τινὲς δὲ ἐπλήθυναν ἁμαρτίας. † Ἐζεκίας ὠχύρωσε τὴν πόλιν αὐ-
τοῦ, † καὶ εἰσήγαγεν εἰς μέσον (μ) αὐτῶν τὸν Γώγ· † ὤρυξε σιδήρῳ
20 ἀκρότομον, † καὶ ᾠκοδόμησε κρήνας εἰς ὕδατα. † Ἐν ἡμέραις αὐτοῦ
ἀνέβη Σενναχηρείμ, καὶ ἀπέστειλε Ῥαψάκην, καὶ ἀπῆρεν· † καὶ ἐπῆ-
ρεν (ν) ἡ χεὶρ αὐτοῦ ἐπὶ Σιών, † καὶ ἐμεγαλαύχησεν ὑπερηφανίᾳ αὐ-
21 τοῦ. † Τότε ἐσαλεύθησαν καρδίαι καὶ (ξ) χεῖρες αὐτῶν, † καὶ ὤδινησαν
22 ὡς αἱ τίκτουσαι. † Καὶ ἐπεκαλέσαντο τὸν κύριον τὸν ἐλεήμονα, † ἐκ-
πετάσαντες τὰς χεῖρας αὐτῶν πρὸς αὐτόν· † καὶ ὁ ἅγιος ἐξ οὐρανοῦ
23 ταχὺ ἐπήκουσεν αὐτῶν, † Καὶ ἐλυτρώσατο αὐτοὺς ἐν χειρὶ Ἡσαΐου.
24 † Ἐπάταξε τὴν παρεμβολὴν τῶν Ἀσσυρίων, † καὶ ἐξέτριψεν αὐτοὺς
25 ὁ ἄγγελος αὐτοῦ. † Ἐποίησε γὰρ Ἐζεκίας τὸ ἀρεστὸν κυρίῳ, † καὶ ἐνί-
σχυσεν ἐν ὁδοῖς Δαυὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, † ἃς ἐνετείλατο Ἡσαΐας ὁ
προφήτης † ὁ μέγας, καὶ πιστὸς ἐν ὁράσει αὐτοῦ.

MS. A. (ε) λαμπάδι (ζ) ἐλεγμὸς (η) ἀποστρέψαι (θ) ζωῆς (ι) ἐπλήσθη πνεύματος ἁγίου (κ) γῆς αὐτῶν, καὶ διεσκορπίσθησαν (λ) ἐν τῷ οἴκῳ (μ) αὐτῆς ὕδωρ (ν) χεῖρα (ξ) αἱ χεῖρες

Cum Translatione LATINA.

Qui assumptus es in turbine ignis, in curru equorum igneorum. Qui descriptus es in correptionibus ad tempora lenire iram (b) ante furorem, & conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Jacob. Beati, qui te viderunt, et qui (c) in amicitiâ decorati sunt. Nam & nos vitâ vivemus. Elias, qui in turbine tectus est: Et Elisæus impletus est spiritu illius. Et in diebus suis non est commotus à principe: & non subjugavit eũ quisquam. Non superavit illũ aliquod verbũ; et in dormitione prophetavit corpus ejus. Et in vitâ suâ fecit monstra: & in morte mirabilia opera ejus. In omnibus his non pœnituit populus, & non recesserunt à peccatis; usq; dum direpti sunt de terrâ suâ, et dispersi sunt in omnem terram. Et relicta est gens perpauca, & princeps (d) domui David. Quidã sanè ipsorum fecerunt quod placeret: quidam autem multa commiserunt peccata. Ezecias munivit civitatem suam: & induxit in medio (e) ipsorum Gog. Fodit ferro rupem, & ædificavit puteos ad aquas. In diebus ipsius ascendit (f) Nacherim: & misit Rapsacem: & (g) promovit. Et (h) promovit mau^s ejus in Sion: & jactavit se in superbia sua. Tunc commota sunt corda, et manus ipsorum: & doluerunt, quasi parturientes. Et invocaverunt Dominum misericordem, expandentes manus suas ad eum. Et Sanctus de cœlo citò exaudivit eos, Et redemit eos in manu Esaiæ. Percussit castra Assyriorum: & contrivit eos angelus ejus. Nam fecit Ezecias, quod placuit Domino, & fortiter fuit in viis David patris sui; quas mandavit Esaias propheta magnus, & fidelis in visione ipsius.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

9 * ܐܬܕܒܪܬ ܒܥܠܥܠܐ ܠܥܠ. ܒܪܟܫܐ ܕܢܘܪܐ ܠܫܡܝܐ. * ܘܗܘ ܥܬܝܕ ܕܐܬܐ ܩܕܡ ܕܐܬܐ
10 ܝܘܡܗ ܕܡܪܝܐ. ܠܡܦܢܝܘ ܠܒܢܝܐ ܥܠ ܐܒܗܝܗܘܢ. ܘܠܡܣܒܪܘ ܠܫܒܛܐ ܕܝܥܩܘܒ. * ܛܘܒܘܗܝ
11 ܠܡܢ ܕܚܙܟ ܘܡܝܬ. * ܘܡܛܠ ܕܠܐ ܡܐܬ. ܐܠܐ ܚܝܐ ܚܝܐ. * ܐܠܝܐ. ܕܒܐܘܨܪܐ ܕܫܡܝܐ ܐܬܟܢܫ.
12 ܐܬܝܗܒܬ ܠܐܠܝܫܥ ܥܠ ܚܕ ܬܪܝܢ ܢܒܝܘܬܐ. ܘܢܣܝܘܢܐ ܣܓܝܐܐ ܘܐܬܘܬܐ ܡܠܠ ܦܘܡܗ. ܡܢ ܝܘܡܘܗܝ
13 ܠܐ ܙܥ ܡܢ ܒܪܢܫܐ. ܘܠܐ ܫܠܛ ܒܗ ܟܠ ܒܣܪ. * ܘܟܠ ܡܕܡ ܠܐ ܐܬܟܣܝ ܡܢܗ. * ܒܚܝܘܗܝ
14 ܥܒܕ ܬܕܡܪܬܐ. ܘܒܡܘܬܗ ܐܚܝ ܡܝܬܐ. * ܘܒܟܠܗܝܢ ܗܠܝܢ ܠܐ ܬܒ ܥܡܐ. ܘܠܐ
15 ܦܣܩܘ ܡܢ ܥܒܕܝܗܘܢ ܒܝܫܐ. ܥܕܡܐ ܕܐܫܬܒܝܘ ܡܢ ܐܪܥܗܘܢ. ܘܐܬܒܕܪܘ ܒܟܠ ܡܕܝܢܬܐ.
16 * ܘܐܫܬܚܪ ܝܗܘܕܐ ܒܠܚܘܕܘܗܝ. ܙܥܘܪ ܫܘܠܛܢܐ ܠܒܝܬܐ ܕܕܘܝܕ. * ܐܝܬ ܡܢܗܘܢ ܕܥܒܕܘ
17 18 ܬܝܒܘܬܐ. ܘܐܝܬ ܕܐܣܓܝܘ ܚܛܗܐ. * ܚܙܩܝܐ ܚܣܢ ܡܕܝܢܬܐ. ܘܐܥܠ ܠܓܘܗ ܡܝܐ.
19 * ܒܝܘܡܘܗܝ ܣܠܩ ܣܢܚܪܝܒ. ܘܫܕܪ ܥܠܝܗܘܢ ܠܪܒ ܫܩܐ. ܘܐܪܝܡ ܐܝܕܗ ܥܠ ܨܗܝܘܢ.
20 ܘܐܡܪ ܒܡܪܚܘܬܐ ܠܘܬ ܐܠܗܐ. * ܘܦܪܣ ܚܙܩܝܐ ܩܕܡ ܡܪܝܐ ܐܝܕܘܗܝ. * ܘܐܠܗܐ
22 23 ܥܓܠ ܫܡܥ ܨܠܘܬܗ. ܘܦܪܩ ܐܢܘܢ ܒܐܝܕ ܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ. * ܘܐܚܪܒ ܡܫܪܝܬܗ ܕܐܬܘܪܝܐ.
24 ܘܡܚܐ ܐܢܘܢ ܡܚܘܬܐ ܪܒܬܐ. * ܡܛܠ ܕܥܒܕ ܚܙܩܝܐ ܕܛܒ. ܘܗܠܟ ܒܐܘܪܚܬܗ ܕܕܘܝܕ
25 ܕܦܩܕܗ ܐܫܥܝܐ ܢܒܝܐ ܡܫܒܚܐ ܕܢܒܝܐ.

Turbine raptus es sublimè, equis igneis in cœlum. Idémque venturus es antequam veniat dies Domini, ad reducendum filios ad parentes, & annuntiandum tribubus Jacobi. Beatus qui te viso, mortuus est: Verùm non moritur, imò vitâ vivit. Eliâ in horrea recepto in cœlum, duplicatam adeptus est prophetiam Elisæus, cujus os multas tentationes & signa locutum est: nullo vitæ suæ tempore hominem extimuit, nec ullus mortalium dominatus est ei, Nec ulla res latuit ipsum. Prodigia fecit in vita sua, & in morte sua mortuum vivificavit. Ob hæc tamen omnia non resipuit populus, neque destiterunt ab operibus suis malignis, donec è patria sua captivi sunt abducti, & in omnes urbes dispersi. Remansítq; solus Juda parvus dominio domui Davidis. Quidam eorum pœnitentiam egerunt, alii verò peccata multiplicârunt. Hezechia munivit urbem, & aquas in medium ejus induxit. In diebus ejus ascendit Sanherib, & misit contra eos Rab-socke, (i. *magnorum crurum hominem*) manum suam extulit in Sionem, & audacter blasphemavit in Deum. Expandit autem Hezechia coram Domino manus suas, Et Deus illicò audivit orationem ejus, & liberavit eos per Esaiam prophetam: Et profligatis Assyriis castris, plagâ magnâ percussit illos. Nam fecit Hezechia quod bonum erat, & ambulavit in itineribus Davidis, quæ præceperat ei Esaia propheta gloriosissimus prophetarum.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

9 10 * واصطفك الريح العاصف الى الفردوس بخيول النار * وانك لمزمع ان تاتي امام الرب العزيز قبل
11 12 يومه لترد قلوب الابناء على ابائهم وتبشر اسباط يعقوب * فطوبى لمن عاينك ومات * ولعمري ما
13 كان يموت بل كان يحيى ويصعد * ايليا رفع الى خزاين السماء * فنال اليسع نبوة مضاعفة *
وعجايب كثيرة وتجارب شتى نطق بفيه * ما ذهل باحد قط * ولا خاف احدا قط ولم يتسلط
14 15 عليه ذو لحم بشر * ولم يخفا عليه شي من امور الدنيا * لقد اكثر من العجايب في حياته
16 واحيا ميتا وهو ميت * وفي جميع هذه العجايب لم تتوب بنوا اسراييل * فلم يدعوا افعالهم
17 الخبيثة حتى سبيوا عن بلادهم وفرقوا في جميع الافاق * وبقي سبط يهودا وحده سلطان قليل
18 19 لال داوود * فمنهم من تاب ورجع عن اثمه وفيهم من زاد على خطاياه * حزقيا خلص المدينة
20 وبناها واجرى الماء في جوفها * على عهده حاصرهم سنحاريب الملك * وبعث اليهم رييسا في
22 خليفته * ورفع يده على صهيون وافترى على الله بمرحه * وذلك ان حزقيا بسط يده قدام
23 24 الرب * فستجاب الله دعاه وشيكا * فخلصهم على يدي اشعياء النبي * وهزم عساكر الاردني *
25 وضرب فيهم ضربة منكرة * لان حزقيا سعى في رضوان الله تعالى * وسلك في طرق داوود
ابيه الذي كان يوصيه بها اشعياء النبي الممدوح في الانبياء *

Te ventus vehemens rapuit in paradisum equis igneis: Tu denique præcursurus es Dominũ potentissimum ante diem ipsius, ut corda filiorum ad parentes suos reducas, & Jacobi tribubus annunties. Beatus qui te vidit, ac mortuus est. Et quidem non mori, sed vivere & in cœlum ascendere debuisset. Eliâ in cælestes cellas evecto, obtinuit Elisæus prophetiam duplicatam. Is multa miracula, variásque tentationes ore suo pronuntiavit: nullius unquam stupore dejectus est, neminem unquã metuit, nemo unquam carne præditus dominatus est illi, Nec ullum hujus mundi negotium latuit eum. Multa patravit miracula in vita sua; dumque esset mortuus, mortuum vivificavit. Ob tantam talium miraculorum turbam non egerunt pœnitentiam filii Israel, nec à sceleratis operibus suis destiterunt, donec è patria sua captivi sunt abducti, et in climata quæq; dispersi, Solâ tribu Juda exiguo principatu manente familiæ Davidicæ. Inter hos quidam resipiscentes retraxerunt se ab iniquitate sua, & inter eosdem nonnulli aggravârunt scelera sua. Hezechia urbem liberavit ac munivit, & aquam fluere fecit in medium ejus. Hujus tempore Sanherib rex obsedit illos, misitque ad eos ducem sui vicariũ, manum suã levavit super Sion, suâque superbiâ blasphemavit in Deũ. Nam Hezechia extendit manũ suã corã Domino; Ejus precationem protinus exaudivit Deus & liberavit eos per manus Esaiæ prophetæ. Exercitus principis Jordani profligavit, & plagâ acerbâ percussit illos: Quia Hezechia secundùm [illegible] Dei voluntatem se gessit, & ambulavit in viis David patris sui, quas mandabat illi Esaia propheta summè laudandus inter prophetas.

Versio VULG. LAT.

26 In diebus ipsius retrò rediit Sol, & addidit regi vi-
27 tam. Spiritu magno vidit ultima, & consolatus est lu-
28 gentes in Sion. Usque in sempiternum Ostendit fu-
tura, & abscondita antequàm evenirent.

CAP. XLIX.

1 MEmoria Josiæ in compositionem odoris facta opus
2 pigmentarii. In omni ore quasi mel indulcabitur ejus
3 memoria, & ut musica in convivio vini. Ipse est di-
rectus divinitùs in pœnitentiam gentis, & tulit abo-
4 minationes impietatis. Et gubernavit ad Dominum cor
ipsius, & in diebus peccatorum corroboravit pietatem.
5 Præter David, & Ezechiam, & Josiam, omnes pecca-
6 tum commiserunt: Nam reliquerunt legem Altissimi
7 reges Juda, & contempserunt timorem Dei. Dederunt
enim regnum suum aliis, & gloriam suam alienigenæ
8 genti. Incenderunt electam sanctitatis civitatem, &
9 desertas fecerunt vias ipsius in manu Jeremiæ. Nam
malè tractaverunt illum, qui à ventre matris consecra-
tus est propheta, evertere, & eruere, & perdere, &
10 iterùm ædificare, & renovare. Ezechiel qui vidit con-
spectum gloriæ, quam ostendit illi in curru Cherubim.
11 Nam commemoratus est inimicorum in imbre, bene-
12 facere illis qui ostenderunt rectas vias. Et duodecim
prophetarum ossa pullulent de loco suo: nam corro-
boraverunt Jacob, & redemerunt se in fide virtutis.
13 Quomodò amplificemus Zorobabel? nam & ipse quasi
signum in dextera manu;

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

26 † Ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ ἀνεπόδισεν ὁ ἥλιος, † καὶ προσέθηκε ζωὴν
27 βασιλεῖ. † Πνεύματι μεγάλῳ εἶδε τὰ ἔσχατα, † καὶ παρεκάλεσε τοὺς
28 πενθοῦντας ἐν Σιών. † Ἕως τοῦ αἰῶνος ὑπέδειξε τὰ ἐσόμενα,
† καὶ τὰ ἀπόκρυφα πρὶν ἢ παραγενέσθαι αὐτά.

ΚΕΦ. μθ'.

1 † ΜΝημόσυνον Ἰωσίου εἰς σύνθεσιν θυμιάματος, † ἐσκευασμένον
(α) ἔργῳ μυρεψοῦ, † Ἐν παντὶ στόματι ὡς μέλι γλυκανθήσεται, † καὶ
2 ὡς μουσικὰ ἐν συμποσίῳ οἴνου. † Αὐτὸς (β) κατευθύνθη ἐν ἐπιστροφῇ
3 λαοῦ, † καὶ ἐξῆρε βδελύγματα ἀνομίας. † Κατεύθυνε πρὸς κύριον
4 τὴν (γ) καρδίαν αὐτοῦ, † ἐν ἡμέραις ἀνόμων κατίσχυσε τὴν εὐσέβειαν.
5 † Πάρεξ Δαυὶδ, καὶ Ἐζεκίου, καὶ Ἰωσίου, † πάντες (δ) πλημμέλειαν
6 ἐπλημμέλησαν. † Κατέλιπον γὰρ τὸν νόμον τοῦ ὑψίστου, † οἱ βασιλεῖς
7 Ἰούδα ἐξέλιπον. † Ἔδωκαν γὰρ τὸ κέρας αὐτῶν ἑτέροις, † καὶ τὴν δόξαν
8 αὐτῶν ἔθνει ἀλλοτρίῳ. † Ἐνεπύρισαν ἐκλεκτὴν πόλιν ἁγιάσματος, † καὶ ἠρή-
9 μωσαν τὰς ὁδοὺς αὐτῆς † ἐν χειρὶ (ε) Ἱερεμίου. Ἐκάκωσαν γὰρ αὐτὸν, † καὶ αὐτὸς
ἐν μήτρᾳ ἡγιάσθη προφήτης † ἐκριζοῦν καὶ κακοῦν καὶ ἀπολλύειν, † ὡσαύ-
10 τως οἰκοδομεῖν καὶ καταφυτεύειν. † Ἰεζεκιὴλ ὃς εἶδεν ὅρασιν δόξης,
11 † ἣν ὑπέδειξεν αὐτῷ ἐπὶ ἅρματος χερουβίμ. † Καὶ γὰρ ἐμνήσθη τῶν
12 ἐχθρῶν ἐν ὄμβρῳ, † καὶ ἀγαθῶσαι τοὺς εὐθύνοντας ὁδούς. † Καὶ τῶν
δώδεκα προφητῶν τὰ ὀστᾶ † ἀναθάλοι ἐκ τοῦ τόπου αὐτῶν. † (ς) παρ-
εκάλεσε γὰρ τὸν Ἰακὼβ, † καὶ ἐλυτρώσατο αὐτοὺς ἐν πίστει ἐλπίδος.
13 † Πῶς μεγαλύνωμεν τὸν Ζοροβάβελ; † καὶ αὐτὸς ὡς σφραγὶς ἐπὶ
δεξιᾶς χειρός.

MS.A. (α) ἔργον * μυρεψοῦ, (β) κατηυθύνθη (γ) ὁδὸν (δ) πλημμέλειαν (ε) Ἱερεμίου. (ς) παρεκάλεσαν γὰρ τὸν Ἰακὼβ, καὶ ἐλυτρώσαντο

In diebus ipsius retrò rediit Sol, & addidit regi 26
vitam. Spiritu magno vidit ultima, & consola- 27
tus est lugentes in Sion. Usque in sempiternum
Ostendit futura, & abscondita, antequàm ipsa 28
evenirent.

CAP. XLIX.

MEmoria Josiæ in compositionem incensi, 1
facta opere unguentarii. In omni ore, quasi mel, 2
indulcabitur, & ut musica in convivio vini.
Ipse directus est in conversione populi, & abstulit 3
abominationes iniquitatis. Direxit ad Dominum 4
cor suum: in diebus iniquorum corroboravit
pietatem. Præter David, & Ezeciam, & Jo- 5
siam, omnes delictum deliquerunt. Nam reli- 6
querunt legem Altissimi, reges Juda defecerunt.
(a) Dederunt enim cornu suum aliis, & glo- 7
riam suam alienæ genti. Incenderunt electam 8
sanctitatis civitatem, & desertas fecerunt vias
ipsius in manu Hieremiæ. Nam malè tractave- 9
rant illum: & ipse in utero consecratus est pro-
pheta, eradicare, & affligere, & perdere, simi-
liter ædificare, & plantare. Jezeciel, qui vidit 10
conspectum gloriæ, quam ostendit illi in curru
Cherubim. Nam commemoratus est inimicorum 11
in imbre, (b) & benefacere illis qui dirigunt
vias. Et duodecim prophetarum (c) ossa pullu- 12
lent de loco suo. Consolatus est autem Jacob, &
redemit eos in fide spei. Quomodò amplificemus 13
Zorobabel? Nam & ipse quasi signaculum in
dextra manu.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

26 * ܡܛܠ ܕܒܐܝܕܗ ܩܡ ܫܡܫܐ. ܘܐܬܬܘܣܦ ܥܠ ܫܢܘܗܝ ܕܡܠܟܐ. * ܒܪܘܚܐ
27 ܕܥܘܫܢܐ ܚܙܐ ܚܕܬܬܐ. ܘܒܝܐ ܠܐܒܝܠܐ ܕܨܗܝܘܢ. * ܘܟܕ ܒܥܠܡܐ ܗܘܐ. ܚܙܐ ܐܬܘܬܐ
28 ܘܢܣܝܘܢܐ. ܥܕܠܐ ܢܗܘܘܢ.

* ܩܦܠܐܘܢ * ܡܛ *

1 * ܫܡܗ ܕܝܘܫܝܐ. ܐܝܟ ܦܝܪܡܐ ܕܒܣܡܐ ܕܡܬܒܣܡ ܡܢ ܟܠ ܒܣܡܝܢ. * ܐܝܟ ܕܒܫܐ
2 ܒܚܟܐ ܚܠܐ ܕܘܟܪܢܗ. ܘܐܝܟ ܠܚܘܡܣܪܐ ܥܠ ܡܫܬܝܐ ܕܚܡܪܐ. * ܡܛܠ ܕܐܬܢܛܪ ܡܢ
3 ܢܣܝܘܢܐ. ܘܒܛܠ ܥܒܕܐ ܕܛܠܝܘܬܐ. * ܘܐܫܠܡ ܠܐܠܗܐ ܠܒܗ. ܘܒܝܘܡܬܐ ܕܥܘܠܐ ܥܒܕ
4 ܩܘܫܬܐ. * ܣܛܪ ܡܢ ܕܘܝܕ ܘܚܙܩܝܐ ܘܝܘܫܝܐ. ܟܠܗܘܢ ܐܚܒܠܘ. * ܘܡܠܟܐ
5 ܕܝܗܘܕܐ ܫܒܩܘ ܢܡܘܣܐ ܥܕܡܐ ܠܚܪܬܐ. * ܘܝܗܒܘ ܚܝܠܗܘܢ ܠܐܚܪܢܐ.
6 ܘܐܝܩܪܗܘܢ ܠܥܡܐ ܢܘܟܪܝܐ. * ܩܪܝܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܥܩܪܘܗ. ܘܚܪܒܘ ܚܘܪܒܗ ܒܝܘܡܝ
7 ܐܪܡܝܐ. * ܕܗܘܐ ܢܒܝܐ ܡܢ ܟܪܣ ܐܡܗ. * ܚܙܩܝܐܝܠ ܐܦ ܚܙܘܐ ܕܡܪܟܒܬܐ
8 ܚܘܝ ܘܚܙܐ. * ܘܥܠ ܐܝܘܒ ܐܡܪ. ܕܟܠܗܘܢ ܐܘܪܚܬܗ ܙܕܝܩܘܬܐ ܗܘܝ. * ܐܦ ܓܪܡܝ
9 ܬܪܥܣܪ ܢܒܝܐ ܢܦܪܥܘܢ ܡܢ ܬܚܬܝܗܘܢ. ܕܐܣܝܘ ܠܝܥܩܘܒ. ܘܣܒܪܘ ܐܢܘܢ
10 ܕܡܬܦܪܩܝܢ. * ܐܝܟܢܐ ܢܫܒܚ ܠܙܪܘܒܒܠ. ܕܗܘܐ ܐܝܟ ܥܙܩܬܐ ܥܠ ܐܝܕܐ ܕܝܡܝܢܐ.
11
12
13

* Ipsius enim operâ sol stetit, & aucta fuit 26
vita regis. Spiritu fortitudinis nova vidit, 27
& mœstos Sionis consolatus est. Et dum 28
esset in mundo, signa ac tentationes prævi-
dit antequam evenirent.

CAP. XLIX.

NOmen Josiæ simile est thuribulo aroma- 1
tario multigenis odoramentis permixto. Ut 2
mel palato, dulcis est memoria ejus, & ut
canticum in convivio vinoso. Tectus enim 3
fuit à tentationibus, & abolevit opera juve-
nilia. Tradidit Deo cor suum, & in diebus 4
scelerum operatus est veritatem. Præter 5
solum Davidem, Hezechiam, & Josiam cor-
ruptelis indulserunt omnes, Et reges do- 6
mûs Judæ legem dereliquerunt ad finem
usque: Dederúntque aliis robur suum, & 7
gloriam suam genti alienæ: Urbem sanctis- 8
simam funditùs everterunt, & ruinas ejus
desolaverunt in diebus Jeremiæ, Qui fuit 9
propheta ab utero matris suæ. Hezechiel 10
etiam speciem currûs ostendit, & visionem
vidit: Et de Jobo asseruit omnes vias ejus 11
fuisse justitiam: Duodecim quoque Pro- 12
phetarum ossa sub ipsis splendescant: nam
Israëlitas sanârunt, eisque polliciti sunt eos
esse salvandos. Quid laudibus Zorobabe- 13
lem prosequamur, qui fuit sicut annulus
super manu dextera:

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

26
27 * لان بيده قامت الشمس * ومد في عمر الملك * وبروح التطهير ابصر الامور العتيدة *
28 وبعث الى الذين يحزنون على صهيون * وغذاهم واسقاهم بالخبز * واذا كان في الدنيا ابصر
الايات والعجايب قبل كونها * الفصل التاسع والاربعون * اسم يوسيا مثل
1
2 مجمرة البخور التي فيها من كل دخنة طيبة * وذكره في الفم احلا من العسل في الحنك
3 ومن التسبيح على الشراب ذكره * لان الرب ستره من البلايا لبره * واصرف اعمال الصبا *
4
5 * واخلص قلبه لله تعالى وسلم لامره * في زمان كثير الاثم كان بارا وابدا احسانا * فمن
6 كان من الملوك سوا داوود وحزقيا ويوسيا فعصوا وافسدوا واسوا * ورفضوا لسنة الله ملوك
7
8 يهودا حتى المنتهى * ودفعوا عزهم لغيرهم * وكرامتهم لشعب غريب * وهدمت مدينة التطهير
9 بايامهم * وكثرت خرابها * واوحشت في ايام ارمياء * الذي كان من بطن امه نبيا *
10
11 * وحزقيال ابصر شبه مركب * وابان هذه الرويا * وقال عن ايوب الصديق ايضا ان طرقه
12 كانت بالبر والتقوى * فاما النبيون الاثنا عشر * فلتكن عظامهم بهية ولحمهم * لانهم
13 سعوا ال اسرائيل * واوعدوهم بالخلاص * بماذا نمدح ازربابل الذي كان جماله كشبه
الخاتم على اليد اليمنى *

Ejus enim operâ sol stetit, & regis æta- 26
tem protraxit. Per Spiritum purificantem 27
res futuras prævidit: & missus ad
eos qui de Sion mœrebant, cibo ac potu
recreavit illos. Et dum esset in mundo, 28
prævidit signa ac prodigia antequàm ex-
titissent.

CAP. XLIX.

JOsiæ nomen est velut acerra thuraria 1
quolibet suavi suffitu referta, Ejúsque 2
memoria in ore dulcior est quàm mel in
palato, & quàm canticum inter potandum
memoria ipsius. Dominus enim protexit 3
illum à tentationibus propter innocenti-
am ejus. Missas fecit actiones pueriles,
Cor suum Deo altissimo integrè commisit, 4
ejúsque præcepto se tradidit, in tempore
sceleribus abundante fuit innoxius, re-
ctéque se gessit. Quotquot igitur extite- 5
runt reges præter Davidem, Hezekiam,
& Josiam, rebellârunt, corrupti sunt, &
iniquè egerunt: Et reges Judæ legem Dei
ad finem usque rejecerunt, Et dederunt 6
alienis potentiam suam, gloriámque suam 7
genti peregrinæ. Et eversa est civitas
sancta in diebus eorum, multiplicatæ sunt 8
ruinæ ejus, & desolata est diebus Jere-
miæ, Qui consecratus fuerat ex utero 9
matris suæ propheta. Hezekiel currûs fi- 10
guram aspexit, & visionem istam patefe-
cit: Dixit etiam de Job justo, quòd viæ 11
ejus innoxiæ fuerint ac piæ. Cæterùm 12
duodecim Prophetarum ossa & caro ful-
gida sunto, quòd sanârint Israelitas, &
salutem promiserint eis. Quibus verbis 13
laudabimus Zorobabelem, cujus decus fu-
it tanquam annulus manui dextræ im-
positus;

Versio VULG. LAT.

14 Sic & Jesum filium Josedec : qui in diebus suis ædifica-
verunt domum, & exaltaverunt templum sanctum Domi-
15 no, paratum in gloriam sempiternam. Et Nehemias in
memoriam multi temporis, qui erexit nobis muros ever-
sos, & stare fecit portas & seras, qui erexit domos nostras.
16 Nemo natus est in terra qualis Henoch : nam & ipse re-
17 ceptus est à terra. Neque ut Joseph ; qui natus est homo,
princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, sta-
18 bilimentum populi : Et ossa ipsius visitata sunt, & post
19 mortem prophetaverunt. Seth & Sem apud homines
gloriam adepti sunt ; & super omnem animam in ori-
gine Adam.

CAP. L.

1 Simon Oniæ filius, sacerdos magnus, qui in vita sua suf-
fulsit domum, & in diebus suis corroboravit templum.
2 Templi etiam altitudo ab ipso fundata est, duplex ædifi-
3 catio & excelsi parietes templi. In diebus ipsius emana-
verunt putei aquarum, & quasi mare adimpleti sunt supra
4 modum. Qui curavit gentem suam, & liberavit eam à
5 perditione. Qui prævaluit amplificare civitatem, qui
adeptus est gloriam in conversatione gentis : & ingressum
6 domûs & atrii amplificavit. Quasi stella matutina in me-
7 dio nebulæ, & quasi Luna plena in diebus suis lucet. Et
8 quasi Sol refulgens, sic ille effulsit in templo Dei. Quasi ar-
cus refulgens inter nebulas gloriæ, & quasi flos rosarum
in diebus vernis, & quasi lilia quæ sunt in transitu aquæ,
9 & quasi thus redolens in diebus æstatis. Quasi ignis efful-
10 gens, & thus ardens in igne. Quasi vas auri solidum,
ornatum omni lapide pretioso.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

14 † Οὕτως Ἰησοῦς υἱὸς Ἰωσεδέκ· † οἳ ἐν ἡμέραις αὐτῶν ᾠκοδόμησαν
(ζ) οἶκον, † καὶ ἀνύψωσαν λαὸν ἅγιον κυρίῳ † ἡτοιμασμένον εἰς δόξαν
15 αἰῶνος. † Καὶ Νεεμίου ἐπὶ πολὺ τὸ μνημόσυνον, † τοῦ ἐγείραντος
ἡμῖν τείχη πεπτωκότα, † καὶ στήσαντος πύλας καὶ μοχλοὺς, † καὶ
16 ἀνεγείραντος τὰ οἰκόπεδα ἡμῶν. † (η) Οὐδὲ εἷς ἐκτίσθη (θ) οἷος
Ἐνὼχ τοιοῦτος ἐπὶ τῆς γῆς, † καὶ γὰρ αὐτὸς ἀνελήφθη ἀπὸ τῆς
17 γῆς. † Οὐδὲ ὡς Ἰωσὴφ (ι) ἐγεννήθη ἀνὴρ, † ἡγούμενος ἀδελφῶν,
18 Στήριγμα λαοῦ, † καὶ τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ ἐπεσκέπησαν. † Σὴμ καὶ Σὴθ ἐν
19 ἀνθρώποις ἐδοξάσθησαν, † καὶ ὑπὲρ πᾶν ζῶον ἐν τῇ κτίσει Ἀδάμ.

MS.A. (ζ) πύργον, ἀνύψωσαν ναὸν ἅγιον (η) Οὐδ' (θ) ἐπὶ τῆς
γῆς τοιοῦτος οἷος Ἐνὼχ, καὶ αὐτὸς μετετέθη ἀπὸ (ι) ἐγενήθη

ΚΕΦ. ν'.

1 † Σίμων Ὀνίου υἱὸς (α) ἱερεὺς ὁ μέγας, † ὃς ἐν ζωῇ αὐτοῦ (β) ὑπέρ-
2 ραψεν οἶκον, † καὶ ἐν ἡμέραις αὐτοῦ ἐστερέωσε (γ) τὸν ναόν· † Καὶ
ὑπ' αὐτοῦ ἐθεμελιώθη ὕψος διπλῆς, † ἀνάλημμα ὑψηλὸν περι-
3 βόλου ἱεροῦ. † Ἐν ἡμέραις αὐτοῦ ἠλαττώθη (δ) ἀποδοχεῖον ὑδάτων,
4 † (ε) χαλκὸς ὡσεὶ θαλάσσης τὸ περίμετρον. † Ὁ φροντίζων τοῦ λαοῦ
5 αὐτοῦ ἀπὸ πτώσεως, † Καὶ ἐνισχύσας πόλιν ἐμπολιορκῆσαι, † (*) ὡς
ἐδοξάσθη ἐν περιστροφῇ λαοῦ, † ἐν ἐξόδῳ οἴκου καταπετάσματος;
6 † Ὡς ἀστὴρ ἑωθινὸς ἐν μέσῳ νεφέλης, † ὡς σελήνη πλήρης ἐν ἡμέ-
7 ραις, † Ὡς ἥλιος ἐκλάμπων ἐπὶ ναὸν ὑψίστου, † (ζ) Καὶ ὡς τόξον
8 φωτίζον ἐν νεφέλαις δόξης, † ὡς ἄνθος ῥόδων ἐν ἡμέραις
νέων, † (η) ὡς κρίνα ἐπ' ἐξόδων ὕδατος, † ὡς βλαστὸς Λιβάνου ἐν
9 ἡμέραις θέρους, † Ὡς πῦρ καὶ λίβανος ἐπὶ πυρείου, † Ὡς σκεῦος
10 χρυσίου ὁλοσφύρητον † κεκοσμημένον παντὶ λίθῳ πολυτελεῖ,

MS.A. (α) ὁ ἱερεὺς (β) ὑπέρραψεν (γ) ναόν· (δ) ἀποδοχεῖα (ε) λάκ-
κος· (*) ὃς (ζ) Ὡς τόξον (η) ὡσεὶ κρίνα ἐπ' ἐξόδῳ

Sic Jesus filius Josedec. Qui in diebus suis
ædificaverunt domum, & exaltaverunt (d) tem-
plum sanctum Domino paratum in gloriam sem-
piternam. Et (e) Neemiæ memoria in multum
tempus : qui erexit nobis muros eversos, &
stare fecit portas, & seras, & erexit sola do-
morum nostrarum. Nemo creatus est, qualis
Enoch, talis in terra : nam & ipse assumptus est
à terra. Neque, sicut Joseph, natus est vir,
princeps fratrum, stabilimentum populi. Et ossa
ipsius visitata sunt. Sem & Seth apud homines
gloriam adepti sunt. Et super omne animal in
creatione Adam.

CAP. L.

SIMON Oniæ filius Sacerdos magnus, qui
in vita sua suffulsit domum, & in diebus
suis corroboravit templum. Et ab ipso funda-
ta est altitudo (a) duplicis, reparatio excelsi
ambitûs templi. In diebus ipsius imminutum est
(b) receptaculū aquarum, (c) æs quasi maris pe-
rimetrum. Curā gerens populi sui à casu, Et forti-
ficans civitatem (d) ad obsidendum. (e) Quam
glorificatus est in conversatione populi, in egressu
domûs velamenti? Quasi stella matutina in me-
dio nubis, quasi Luna plena in diebus, Quasi Sol
refulgens super templum Altissimi, Et quasi ar-
cus refulgens inter nubes gloriæ, quasi flos rosa-
rum in diebus vernis, quasi lilia super transitus
aquæ, quasi germen Libani in diebus æstatis,
Quasi ignis, & thus super focum, Quasi vas
auri solidum ornatum omni lapide pretioso,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

14 * ܘܐܦ ܝܫܘܥ ܒܪ ܝܘܙܕܩ. ܕܒܡܘܥܕܢܘܬܗܘܢ ܐܩܝܡܘ ܡܕܒܚܐ. ܘܒܢܘ ܗܝܟܠܐ ܩܕܝܫܐ
15 ܕܥܬܝܕ ܠܐܝܩܪܐ ܕܥܠܡ. * ܢܚܡܝܐ ܢܣܓܐ ܕܘܟܪܢܗ. ܕܐܩܝܡ ܚܘܪܒܢܝܢ. ܘܒܢܐ
16 ܡܦܘܠܬܢ. ܘܥܒܕ ܬܪܥܐ ܘܡܘܟܠܝܢ. * ܙܥܘܪܝܢ ܐܬܒܪܝܘ ܥܠ ܐܪܥܐ ܐܝܟ ܚܢܘܟ.
17
18 * ܘܐܦܠܐ ܐܝܟ ܝܘܣܦ ܠܐ ܝܠܕܬ. * ܘܐܦ ܦܓܪܗ ܒܫܠܡܐ ܐܬܩܒܪ. * ܫܝܬ ܘܫܡ
19 ܘܐܢܘܫ ܒܒܢܝ ܐܢܫܐ ܐܬܒܪܝܘ. ܘܥܠ ܟܠܗܝܢ ܬܫܒܘܚܬܗ ܕܐܕܡ.

* ܡܐܡܪܐ * ܢ *

1 * ܪܒ ܐܚܘܗܝ. ܘܟܠܝܠܐ ܕܥܡܗ. ܫܡܥܘܢ ܒܪ ܢܬܢܝܐ ܟܗܢܐ ܪܒܐ. ܕܒܝܘܡܘܗܝ
2 ܐܬܒܢܝ ܒܝܬܐ. ܘܐܬܚܝܠ ܗܝܟܠܐ. * ܘܐܬܫܬܐܣ ܫܘܪܐ ܘܡܥܠܬܐ. ܘܐܬܟܪܝܬ ܒܪܝܬܐ.
3
4 * ܘܦܪܩ ܥܡܗ ܡܢ ܒܥܠܕܒܒܐ. * ܡܐ ܢܐܝܐ ܗܘܐ ܟܕ ܢܦܩ ܡܢ ܗܝܟܠܐ
6 ܡܢ ܗܝܟܠܐ: ܘܡܢ ܬܚܝܬ ܦܪܣܐ ܡܬܚܙܐ ܗܘܐ. ܐܝܟ ܟܘܟܒ ܢܓܗܐ ܒܝܬ
7 ܥܢܢܐ. ܘܐܝܟ ܣܗܪܐ ܒܝܘܡܬܐ ܕܢܝܣܢ. * ܘܐܝܟ ܫܡܫܐ ܕܢܚ ܥܠ ܗܝܟܠܐ. * ܘܐܝܟ
8 ܩܫܬܐ ܒܥܢܢܐ. ܘܐܝܟ ܫܒܠܐ ܕܚܩܠܐ. ܘܐܝܟ ܫܘܫܢܬܐ ܕܡܠܟܐ ܥܠ ܡܒܘܥܐ ܕܡܝܐ. ܘܐܝܟ
9 ܐܝܠܢܐ ܕܠܒܢܢ ܒܝܘܡܬܐ ܕܩܛܦܐ. * ܘܐܝܟ ܪܝܚܐ ܕܠܒܘܢܬܐ ܥܠ ܓܘܡܪܐ. * ܘܐܝܟ ܩܕܪܐ
10 ܕܕܗܒܐ ܕܡܨܒܬ ܫܦܝܪ. ܘܡܪܟܒ ܒܟܐܦܐ ܛܒܬܐ.

* Et Jesum Jozedeki filium, qui cohorta-
tione suâ erexerunt altare, sacrúmque tem-
plum quod ad sempiternam gloriam futu-
rum est, extruxêre ! Nehemiæ frequens sit
memoria, qui ruinas nostras erexit, col-
lapsa nostra reædificavit, & portas seráfque
nostras effecit. Pauci super terram creati
sunt Henocho similes. Et nulla mater Jo-
sepho similem genuit : Unde & corpus ejus
in pace conditum est. Seth, Sem, & Enos
inter homines creati fuerunt. Porrò super
hæc omnia, laudes Adam.

CAP. L.

MAximus fratrum suorum, populíque
sui corona Simeon Nathaniæ filius, sacer-
dos magnus, cujus diebus ædificata fuit ædes,
templum munitum, Mœnia collocata, &
antes, ambitus extructus, Fons effossus,
Ejusque populus ab hostibus ereptus.
Quàm gratiosus erat quum egrederetur
è templo, de sub tentoriolo appareret
quasi stella matutina inter nubes, & per-
inde ac luna diebus Nisan, Veluti sol ir-
radians ædes, Ut arcus in nubibus, ut
aristæ agri, ut rosa regia in scatebris aqua-
rum, & ut arbores Libani diebus vin-
demiæ. Ut odor thuris acerris impositi :
Quasi torques aureus eleganter distinctus,
optimísque lapidibus ornatus,

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

14 * ويسوع ابن صادوق ايضا اللذين جددا المذبح * واقاماه لعقبهما * وبنا الهيكل الطاهر
15 المزمع للكرامة الدائمة * فاما نحميا فليكثر ذكره * لانه بنا وعمر الامكنة الموحشة * وجدد
16 ابوابنا واغلاقنا * اقل في الناس من يشبه اخنوخ * ولم يولد في النساء مثل يوسف بحسن
17
18 صبره * ولذلك وقاه الله تعالي * ودفن جسده بكرامة وسلم * واما شيث وسيم وانوس في
19 اوايل خلق الله العالي * وعلي جميع الناس مما ذكرنا مدحة ابينا ادم *

* الفصل الخمسون *

1 * اكبر من اخوته واكليل شعبه شمعون بربنيا الكاهن الاكبر * ان في ايامه بني البيت *
2 وعمر الهيكل العظيم * واسس السور * وشرف الشرف * وبنيت الرواقات * وحفرت الينبوع *
3
4 * وخلص شعبه من الاعداء * ما احسن خروجه من الهيكل * اذا نظرته تحت الستر مثل
6 الكوكب الصبح بين السحاب * ومثل البدر ايام نيسان * ومثل الشمس الطالعة علي
7 القصور * ومثل القوس في السحاب * ومثل سنبل الحقل * وسوسنة الملك علي ينابيع الماء *
8 ومثل شجر لبنان في ايام القطاف * ومثل ريح اللبان علي المجامر * ومثل القلادة المذهبة
9 الحسنة النظام * المزخرفة في الجوهر الفايق *
10

* Itidémque Jesum Sadoki filium, qui
ambo renovârunt & erexerunt altare
posteris suis, templúmque sanctum ad
perpetuam gloriam futurum ædificârunt.
At verò Nehemiæ multiplex sit memo-
ria, quòd loca desolata ædificiis popu-
lóque instaurârit, & portas vectésque
nostros renovârit. Paucissimi sunt inter
homines, qui cum Enocho comparentur.
Nec natus est in mulieribus par Josepho,
laude patientiæ : Atque ideo tutatus est
eum Deus altissimus, & corpus ejus ho-
norificè & in pace sepultum est. Verùm
Seth, Sem, & Enos sunt è præcipuis
excelsi Dei creaturis. At omnes homines
quos memoravimus, superat laus pa-
rentis nostri Adæ.

CAP. L.

MAximus fratrum suorum, & po-
puli sui diadema Simeon Bar-Natha-
nia, sacerdos maximus. Hujus quidem
temporibus extructa fuit ædes, templum
maximum convaluit, Fundati sunt
muri, antes aptati, porticus extructæ,
Et fons effossus. Hic etiam populum
suum liberavit ab inimicis. Quàm
speciosus erat exitus ejus è templo, dum
eum sub velo vidisses tanquam stellam
micantem inter nubes, & veluti pleni-
lunium diebus Nisan, Ut solem super
palatia exorientem, & sicut arcum in
nubibus, Velut aristas agri, sicut lilium
regium secus fontes aquæ, & sicut ar-
bores Libani diebus vindemiæ, Ut odo-
rem thuris acerris impositi, Et ut tor-
quem auratum, concinnè dispositum gem-
misque præstantissimis decoratum,

Versio VULG. LAT.

11 Quasi oliva pullulans, & cypressus in altitudinem se ex-
tollens, in accipiendo ipsum stolam gloriæ, & vestiri eum
in consummationem virtutis. In ascensu altaris sancti,
12 gloriam dedit sanctitatis amictum. In accipiendo autem
13 partes de manu sacerdotum, & ipse stans juxta aram.
Et circa illum corona fratrum: quasi plantatio cedri in
14 monte Libano. Sic circa illum steterunt quasi rami pal-
mæ, & omnes filii Aaron in gloria sua. Oblatio autem
15 Domini in manibus ipsorum, coram omni synagoga
Israel: & consummatione fungens in ara, amplificare
16 oblationem excelsi regis, Porrexit manum suam in li-
17 batione, & libavit de sanguine uvæ. Effudit in fun-
damento altaris odorem divinum excelso princi-
18 pi. Tunc exclamaverunt filii Aaron, in tubis pro-
ductilibus sonuerunt, & auditam fecerunt vocem ma-
gnam in memoriam coram Deo. Tunc omnis popu-
19 lus simul properaverunt, & ceciderunt in faciem super
terram, adorare Dominum Deum suum, & dare preces
20 omnipotenti Deo excelso. Et amplificaverunt psallen-
tes in vocibus suis, & in magna domo auctus est sonus
21 suavitatis plenus. Et rogavit populus Dominum ex-
celsum in prece, usquedum perfectus est honor Domini,
22 & munus suum perfecerunt. Tunc descendens, manus suas
extulit in omnem congregationem filiorum Israel dare
23 gloriam Deo à labiis suis, & in nomine ipsius gloriari: Et
iteravit orationem suam, volens ostendere virtutem Dei.
24 Et nunc orate Deum omnium, qui magna fecit in omni
terra, qui auxit dies nostros à ventre matris nostræ, & fecit
25 nobiscum secundum suam misericordiam: Det nobis ju-
cunditatem cordis, & fieri pacé in diebus nostris in Israel
26 per dies sempiternos; Credere Israel nobiscum esse Dei
misericordiam, ut liberet nos in diebus suis.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

11 † Ὡς ἐλαία ἀναθάλλουσα καρποὺς, † καὶ ὡς κυπάρισσος ὑψουμένη ἐν
νεφέλαις. † ἐν τῷ ἀναλαμβάνειν αὐτὸν στολὴν δόξης, † καὶ ἐνδιδύ-
12 σκεσθαι αὐτὸν συντέλειαν (ϑ) καυχήματος, † Ἐν ἀναβάσει θυσια-
στηρίου ἁγίου † ἐδόξασε περιβολὴν ἁγιάσματος. † Ἐν δὲ τῷ
13 δέχεσθαι μέλη ἐκ χειρῶν ἱερέων, † καὶ αὐτὸς (ι) ἑστὼς
παρ' ἐσχάρᾳ βωμοῦ, † κυκλόθεν αὐτοῦ στέφανος ἀδελφῶν,
14 † ὡς βλάστημα (κ) κέδρου ἐν τῷ Λιβάνῳ· † Καὶ ἐκύκλωσαν αὐ-
τὸν ὡς στελέχη φοινίκων, † καὶ πάντες οἱ υἱοὶ Ἀαρὼν ἐν δόξῃ
15 αὐτῶν· † Καὶ προσφορὰ κυρίου ἐν χερσὶν αὐτῶν † ἔναντι πάσης ἐκ-
κλησίας Ἰσραήλ. † Καὶ συντέλειαν λειτουργῶν ἐπὶ βωμῶν, † κο-
16 σμῆσαι προσφορὰν ὑψίστου παντοκράτορος, † Ἐξέτεινεν ἐπὶ σπον-
17 δείου χεῖρα αὐτοῦ, † καὶ ἔσπεισεν ἐξ αἵματος σταφυλῆς· † Ἐξέχεεν
εἰς θεμέλια θυσιαστηρίου † ὀσμὴν εὐωδίας ὑψίστῳ παμβασιλεῖ.
18 † Τότε ἀνέκραγον (λ) υἱοὶ Ἀαρὼν, † ἐν σάλπιγξιν ἐλαταῖς ἤχησαν·
† ἀκουστὴν ἐποίησαν φωνὴν μεγάλην † εἰς μνημόσυνον ἔναντι ὑψίστου.
19 † Τότε πᾶς ὁ λαὸς κοινῇ (μ) κατέσπευσε, † καὶ ἔπεσαν ἐπὶ πρόσω-
πον ἐπὶ τὴν γῆν, † προσκυνῆσαι (ν) τῷ κυρίῳ αὐτῶν παντοκράτορι
20 θεῷ τῷ ὑψίστῳ. † Καὶ ᾔνεσαν οἱ (ξ) ψαλμῳδοὶ ἐν φωναῖς αὐτῶν,
21 † ἐν πλείστῳ οἴκῳ (ο) ἐγλυκάνθη μέλος. † Καὶ ἐδεήθη ὁ λαὸς
κυρίου ὑψίστου † ἐν προσευχῇ κατέναντι ἐλεήμονος, † ἕως συντελεσθῇ
22 κόσμος κυρίου, † καὶ τὴν λειτουργίαν αὐτοῦ ἐτελείωσαν. † (π) Τότε
καταβὰς ἐπῆρε χεῖρας αὐτοῦ ἐπὶ πᾶσαν ἐκκλησίαν υἱῶν Ἰσ-
ραὴλ, † δοῦναι εὐλογίαν κυρίου ἐκ χειλέων αὐτοῦ, † καὶ ἐν ὀνόματι
23 αὐτοῦ (ρ) καυχᾶσθαι. † Καὶ ἐδευτέρωσεν ἐν προσκυνήσει † ἐπι-
24 δέξασθαι τὴν εὐλογίαν παρὰ ὑψίστου. † Καὶ νῦν εὐλογήσατε τῷ
θεῷ (σ) πάντες † τῷ μεγαλοποιοῦντι πάντῃ, † τῷ ὑψοῦντα ἡμέρας
25 ἡμῶν ἐκ μήτρας, † καὶ ποιοῦντα μεθ' ἡμῶν κατὰ τὸ ἔλεος αὐτοῦ. † Δῴη
ἡμῖν εὐφροσύνην καρδίας, † καὶ γενέσθαι εἰρήνην ἐν ἡμέραις ἡμῶν
26 † ἐν Ἰσραὴλ κατὰ τὰς ἡμέρας τοῦ αἰῶνος, † Ἐμπιστεῦσαι μεθ' ἡμῶν
τὸ ἔλεος αὐτοῦ, † καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ λυτρωσάσθω ἡμᾶς.

MS. A. (ϑ) * καύματος, (ι) ἑστηκὼς (κ) κέδρων (λ) οἱ υἱοὶ (μ) συνέσπευσε, (ν) κυρίῳ παντοκράτορι θεῷ ὑψίστῳ. (ξ) ψαλτῳδοὶ (ο) ἐμεγαλύνθη
(π) Τότε ἐπῆρεν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ ἐκκλησίαν (ρ) καυχήσασθαι. (σ) πάντων ** μεγάλα ποιοῦντι

Quasi oliva pullulans fructus, & quasi cypres- 11
sus exaltata in nubibus. In accipiendo ipsũ stolã
gloriæ, & induendo ipsum consummationem glo-
riationis, In ascensu altaris sancti gloriam dedit 12
amictui sanctitatis. In accipiendo autem mem- 13
bra de manibus sacerdotum & ipse stans juxta
focum aræ, circa illum corona fratrum, quasi
plantatio cedri in Libano: Et circumdederunt 14
illum, quasi rami palmarum, & omnes filii Aaron
in gloria sua. Et oblatio Domini in manibus 15
ipsorum coram omni Ecclesia Israel. Et consum-
matione fungens super (f) aras ad ornandum ob-
lationem Excelsi omnipotentis, Porrexit manum 16
suam super libatorium, & libavit de sanguine
uvæ: Effudit ad fundamenta altaris odorem 17
suavitatis excelso omnium regi. Tunc exclama- 18
verunt filii Aaron, in tubis ductilibus sonue-
runt: auditam fecerunt vocem magnam in me-
moriam coram Altissimo. Tunc omnis populus si- 19
mul properavit, & ceciderunt in facie super ter-
rã, adorare Dominum suum omnipotentem Deũ
excelsum. Et laudaverunt psallentes in vocibus 20
suis: in (g) magna domo dulce factum est melos.
Et rogavit populus Dominum excelsum in prece 21
ante misericordem, usque dum perfectus est honor
Domini, & ministeriũ ejus perfecerunt. Tunc de- 22
scendens manus suas extulit in omnem Ecclesiam
filiorum Israel, dare benedictionem Domino in la-
biis suis, & in nomine ipsius gloriari. Et (h) ite- 23
ravit in adoratione, ad ostendendum benedictio-
nem ab Altissimo. Et nunc benedicite Deum o- 24
mnes, qui magna facit ubique, qui exaltat dies
nostros ab utero; & facit nobiscum secundùm
misericordiam suam. Det nobis jocunditatem 25
cordis, & fieri pacem in diebus nostris in Israel
secundùm dies seculi, Fidelem faciendo nobis- 26
cum misericordiam suam: & in diebus (i) ejus
liberet nos.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

11 * ܘܐܝܟ ܙܝܬܐ ܗܘ ܫܦܝܪܐ ܕܪܘܪܒܝܢ ܣܘܟܝ̈ܗܘܢ. ܘܐܝܟ ܐܝܠܢܐ ܕܡܫܚܐ ܕܡܫܒܚ ܒܣܘܟܘܗܝ.
12 ܟܕ ܠܒܫ ܢܚ̈ܬܐ ܕܩܘܕܫܐ. ܘܡܬܥܛܦ ܡܐ̈ܢܐ ܕܫܘܒܚܐ. * ܟܕ ܢܦܩ ܠܡܣܒ ܬܫܒܘܚܬܐ ܒܫܘܦܪܐ
13 ܕܥܘܫܢܐ ܕܡܩܕܫܐ. * ܟܕ ܢܣܒ ܗܕ̈ܡܐ ܕܒܣܪܐ ܡܢ ܐܝܕܐ ܕܐ̈ܚܘܗܝ. ܟܕ ܩܐܡ ܥܠ ܕܪ̈ܓܐ.
14 * ܘܟܕ ܡܚܕܪܝܢ ܠܗ ܐܝܟ ܟܠܝܠܐ ܐ̈ܚܘܗܝ. ܟܠܗܘܢ ܒܢ̈ܝ ܐܗܪܘܢ ܒܫܘܒܚܗܘܢ.
15 * ܘܩܘܪ̈ܒܢܐ ܒܐܝ̈ܕܝܗܘܢ ܐܚܝܕܝܢ. ܩܕܡ ܟܠܗ ܥܡܐ ܕܐܝܣܪܝܠ. ܥܕܡܐ ܕܫܠܡ
16 ܬܫܡܫܬܐ ܕܡܕܒܚܐ ܘܩܘܕܫܐ ܒܚܕܘܬܐ ܕܩܘܕܫܐ. * ܐܘܫܛ ܠܟܣܐ ܐܝܕܗ.
17 18 ܘܚܡܪܐ ܥܬܝܩܐ ܢܣܒ. * ܘܐܫܕ ܠܘܬ ܓܒܐ ܕܡܕܒܚܐ ܠܪܝܚܐ ܕܢܝܚܐ. * ܘܗܝܕܝܢ
ܝܒܒܘ ܒܢ̈ܝ ܐܗܪܘܢ ܒܫܝ̈ܦܘܪܐ. ܩܕܡ ܟܠܗ ܥܡܐ ܕܐܝܣܪܝܠ. ܘܐܫܡܥܘ ܩܠܐ ܪܒܐ.
19 ܠܡܒܪܟܘ ܩܕܡ ܟܠܗ ܥܡܐ. * ܘܢܦܠܘ ܥܠ ܐܦܝ̈ܗܘܢ ܥܠ ܐܪܥܐ ܐܟܚܕܐ. ܟܠܗ ܥܡܐ
20 ܠܡܣܓܕ ܠܐܠܗܐ. * ܘܝܗܒܘ ܒܬܘܕܝܬܐ ܩܠܗܘܢ. ܘܐܬܒܣܡܘ ܐܟܚܕܐ ܒܨܠܘܬܐ. * ܡܟܝܠ
24 ܥܡܐ ܕܐܪܥܐ ܫܒܚܘ ܠܐܠܗܐ. ܕܥܒܕ ܓܒܪ̈ܘܬܐ ܒܐܪܥܐ. ܕܒܪܐ ܒܢ̈ܝ ܐܢܫܐ ܡܢ ܟܪܣܐ ܕܐܡܗܬܗܘܢ.
25 ܘܡܕܒܪ ܠܗܘܢ ܐܝܟ ܨܒܝܢܗ. ܠܡܬܠ ܠܗܘܢ ܚܟܡܬܐ ܕܠܒܐ. * ܘܢܗܘܐ ܫܠܡܐ
ܒܝܢܬܗܘܢ. ܘܢܬܩܝܡ ܥܡ ܫܡܥܘܢ ܚܣܕܐ. ܘܥܡ ܙܪܥܗ ܐܝܟ ܝܘܡܬܐ ܕܫܡܝܐ.

Tanquam oliva decora cujus rami sunt in- 11
gentes, & velut arbor olei suis instructa ra-
musculis, cùm indueret vestes sanctitatis,
seseque accingeret indumentis gloriæ, Cùm 12
ad laudem suscipiendam procederet cum de-
côre potentiæ sanctuarii, Cùm carnis 13
membra sumeret è manu fratrum suorum
super gradus existens, Et cingentibus il- 14
lum velut corona fratribus ejus, omnibus
Aharonis filiis cum gloria sua, Manibus 15
oblationes tenentibus in conspectu totius
populi Israelitici, donec absolveret mini-
sterium altaris & consecrationem, cum læti-
tia sanctitatis! Extendit ad craterem ma- 16
num suam, & vinum vetus accipiens, Effu- 17
dit ad latus altaris, in odorem gratissimum.
Et tunc clanxerunt filii Aharonis buccinis 18
coram universo populo Israelis, & vehemen-
tem edidére sonitum, ad benedicendum *De-
um* in conspectu totius populi. Et totus si- 19
mul populus prociderunt in facies suas su-
per terram, ad adorandum Deum, Dede- 20
runtque gratiarum actioni vocem suam, &
jucundati sunt simul in oratione: Cæterùm 24
popule terræ, laudate Deum qui præclara
facinora patravit in orbe, qui filios homi-
num creavit ex utero matris eorum, eos-
que pro sua voluntate gubernat, ad præ-
standum eis sapientiam cordis. Et sit pax 25
inter ipsos, & stabiliatur cum Simeone mi-
sericordia, & cum semine ipsius, tanquam
dies cœli.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

11 * وَمِثلَ شجرِ الزيتونِ الطويلةِ سُحوقُها * وَمِثلَ شجرِ الدُّهنِ المُلتفةِ بقضبانها * في
12 لباسه ثيابَ التطهيرِ * وردائهِ رداءَ الكرامةِ * وفي خروجهِ يقبلُ المدحةَ * وفي عزِّ بهاءِ
13 بيتِ اللهِ المقدسِ * وأخذِ أعضاءِ لحمِ الذبائحِ مِن أيدي إخوتهِ * وهو واقفٌ في صدرِ
14 15 الصفوفِ * وإخوتهُ يحوطونَ بهِ شِبهَ الإكليلِ * جميعُ أولادِ هارونَ بكراماتِهم * والقرابينُ
بأيديهم * يقابلونهما جميعُ بني إسرائيلَ * حتى يفرغوا مِن خدمةِ المذبحِ والبيتِ * ومِن
16 17 نظافةِ القدسِ بالفرحِ العظيمِ * ومدَّ يدهُ إلى القسطِ * وأخذَ خمرًا عتيقًا * وصبّهُ على
18 المذبحِ لريحِ الراحةِ والكرامةِ * وعندَ ذلكَ نادى بنو هارونَ بالقرنِ تجاهَ الشعبِ إسرائيلَ *
19 وأسمعوا بصوتٍ رفيعٍ * ليمجدوا الربَّ أمامَ الشعبِ * وخرّوا على الأرضِ على وجوهِهم
24 وسجدوا جميعُ الشعبِ * ورفعوا أصواتَهم بالشكرِ * وتمتعوا جميعًا بالصلوةِ * فسبّحوا
شعبَ الأرضِ للربِّ الذي صنعَ العجائبَ * إنهُ خالقُ الناسِ مِن بطونِ أمهاتِهم * ويسوسُهم
25 برحمتهِ ومسرتهِ * ويؤتيهم الحكمةَ والعقلَ * ويجري السلامَ بينهم * ويثبتُ الرأفةَ والرحمةَ
مع سمعونَ وذريتهِ كثباتِ أيامِ السماءِ *

* Ut oleam arborem proceris vigentem 11
ramis, & ut arborem olei suis crebram
surculis, dum indueretur vestibus sancti-
ficationis, dum accingeretur amictu
gloriæ, Dum egrederetur ad accipiendam 12
laudem, & majestate decoris sacratissi-
mæ domûs Dei fulgeret, Dum accipe- 13
ret membra carnis victimarum de ma-
nibus fratrum suorum antestans ordini-
bus, Et fratribus eum veluti corona 14
cingentibus, omnibus inquam filiis Ha-
ronis cum magnificentiis suis, Mani- 15
bus oblationes gestantibus, stantibus ex
amborum adverso cunctis Israelitis, do-
nec altaris ædisque ministerium, &
sanctuarii mundationem summâ cum
lætitia absolverent. Et manum suam 16
porrexit ad craterem, vinúmque vetus
accipiens, Effudit illud super altare 17
in odorem quietis & honoris. Tum et- 18
iam filii Haronis buccinâ clanxêre co-
ram populo Israele, altámque edidêre
vocem glorificandi causâ Domini co-
ram populo: Et humi procumbentes 19
super facies suas adoraverunt univer-
sus populus, vocésque suas cum gratia-
rum actione attollentes, simul oblectati
sunt in oratione. Laudaverunt igitur 24
populus terræ Dominum qui prodigia
fecit, quòd homines creet ex uteris ma-
trum suarum, misericorditer, & ad ar-
bitrium suum regat eos, sapientiam at-
que prudentiam concedat eis, Pacém- 25
que inter eos immittat, & clementiam
atque misericordiam erga Simeonem ac
progeniem ejus confirmet, quâ firmita-
te perduraturi sunt dies cœli.

Versio VULG. LAT.

27 Duas gentes odit anima mea : tertia autem non est gens,
28 quam oderim : Qui sedent in monte Seir, & Philisthiim,
29 & stultus populus qui habitat in Sichimis. Doctrinam
sapientiæ & disciplinæ scripsit in codice isto Jesus filius Sirach Jerosolymita, qui renovavit sapientiam de
30 corde suo. Beatus, qui in istis versatur bonis : qui
31 ponit illa in corde suo, sapiens erit semper. Si enim hæc fecerit, ad omnia valebit : quia lux Dei, vestigium ejus est.

CAP. LI.

1 ORatio Jesu filii Sirach : Confitebor tibi, Domine rex,
2 & collaudabo te Deum salvatorem meum. Confitebor
nomini tuo : quoniam adjutor & protector factus es
3 mihi, Et liberasti corpus meum à perditione, à laqueo
linguæ iniquæ, & à labiis operantium mendacium, &
4 in conspectu astantium factus es mihi adjutor. Et liberasti me secundùm multitudinem misericordiæ no-
5 minis tui à rugientibus, præparatis ad escam. De manibus quærentium animam meam, & de portis tribu-
6 lationum, quæ circumdederunt me : A pressura flammæ quæ circumdedit me, & in medio ignis non sum
7 æstuatus : De altitudine ventris inferi, & à lingua
coinquinata, & à verbo mendacii, à rege iniquo, &
8 à lingua injusta : Laudabit usque ad mortem anima mea
9 Dominum. Et vita mea appropinquans erat in inferno
10 deorsùm. Circumdederunt me undique, & non erat
qui adjuvaret. Respiciens eram ad adjutorium hominum,
11 & non erat. Memoratus sum misericordiæ tuæ, Do-
12 mine, & operationis tuæ, quæ à seculo sunt : Quoniam eruis sustinentes te, Domine, & liberas eos de manibus gentium.

Versio GRÆCA LXX. Interp.

27 † Ἐν δυσὶν ἔθνεσι προσώχθισεν ἡ ψυχή μου, † καὶ τὸ τρίτον οὐκ ἔστιν
28 ἔθνος. † Οἱ καθήμενοι ἐν ὄρει Σαμαρείας, (τ) Φυλιστιὶμ, † καὶ ὁ λαὸς
29 (υ) μωρὸς ὁ κατοικῶν ἐν Σικίμοις. † Παιδείαν συνέσεως
καὶ ἐπιστήμης † ἐχάραξα ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ, Ἰησοῦς υἱὸς Σιρὰχ
(φ) Ἱεροσολυμίτης, † ὃς ἀνώμβρησε σοφίαν ἀπὸ καρδίας αὐτοῦ.
30 † Μακάριος ὃς ἐν τούτοις ἀναστραφήσεται, (ψ) καὶ ὁ θεὶς αὐτὰ ἐπὶ καρ-
31 δίαν αὐτοῦ σοφισθήσεται. † Ἐὰν γὰρ (χ) αὐτὰ ποιήσῃ, πρὸς πάντα
ἰσχύσει, ὅτι φῶς κυρίου τὸ ἴχνος αὐτοῦ.

MS. A. (τ) καὶ Φυλιστιὶμ, (υ) ὁ μωρὸς (φ) Ἐλεάζαρ ὁ Ἱεροσολυμίτης, (ψ) καὶ θεὶς (χ) ταῦτα

ΚΕΦ. να'.

ΠΡΟΣΕΥΧΗ ἸΗΣΟΥ ὙΙΟΥ ΣΕΙΡΑΧ.

1 (α) † Ἐξομολογήσομαί σοι κύριε βασιλεῦ, † καὶ αἰνέσω (β) σε θεὸν
2 τὸν σωτῆρά μου. † Ἐξομολογοῦμαι τῷ ὀνόματί σου, † ὅτι σκεπαστὴς
3 καὶ βοηθὸς ἐγένου μοι, † Καὶ ἐλυτρώσω τὸ σῶμά μου ἐξ ἀπωλείας,
καὶ ἐκ παγίδος διαβολῆς γλώσσης, † ἀπὸ χειλέων ἐργαζομένων
4 ψεῦδος, καὶ ἔναντι τῶν παρεστηκότων † ἐγένου (γ) μοι βοηθὸς, Καὶ ἐλυ-
τρώσω με, † κατὰ τὸ πλῆθος ἐλέους καὶ ὀνόματός σου, † ἐκ βρυγμῶν
5 (δ) ἑτοίμων εἰς βρῶμα, † Ἐκ χειρὸς ζητούντων τὴν ψυχήν μου, † ἐκ
6 πλειόνων θλίψεων ὧν ἔσχον, † Ἀπὸ πνιγμοῦ (ε) πυρὸς κυκλόθεν,
7 † καὶ ἐκ μέσου πυρὸς οὗ οὐκ ἐξέκαυσα, Ἐκ βάθους κοιλίας ᾅδου,
† καὶ ἀπὸ γλώσσης ἀκαθάρτου, καὶ λόγου ψευδοῦς, † Βασιλεῖ διαβολὴ
8 γλώσσης ἀδίκου. † Ἤγγισεν ἕως θανάτου ἡ ψυχή μου, † Καὶ ἡ
9 ζωή μου ἦν σύνεγγυς ᾅδου κάτω. † Περιέσχον με πάντοθεν, καὶ οὐκ
10 ἦν ὁ βοηθῶν· † (ζ) ἐμβλέπων εἰς ἀντίληψιν ἀνθρώπων, καὶ οὐκ ἦν.
11 † Καὶ ἐμνήσθην τοῦ ἐλέους σου κύριε, † καὶ τῆς ἐργασίας σου τῆς
12 ἀπ' αἰῶνος· † Ὅτι (η) ἐξαιρῇ τοὺς ὑπομένοντάς σε, † καὶ σώζεις
αὐτοὺς ἐκ χειρὸς (θ) ἐθνῶν.

MS. A. (α) Ἐξομολογοῦμαι (β) θεὸν (γ) βοηθὸς, (δ) ἕτοιμον (ε) πυρᾶς (ζ) ἔβλεπον (η) ἐξαιρῇ (θ) ἐχθρῶν.

Cum Translatione LATINA.

Duas gentes odit anima mea : tertia autem non 27
est gens : Qui sedent in monte Samariæ, (k) Phy- 28
listiim, & stultus populus, qui habitat in Sicimis. Doctrinam intellectûs & scientiæ (l) scri-
psi in codice isto. Jesus filius (m) Sirach Hiero- 29
solymita, qui diffudit sapientiam de corde suo.
Beatus, qui in istis versabitur, & qui posuerit 30
illa in corde suo, sapiens erit. Si enim hæc fe- 31
cerit ; ad omnia valebit : quia lux Domini vestigium ejus.

CAP. LI.

ORATIO JESU FILII SIRACH.

COnfitebor tibi, Domine rex, & collaudabo te 1
Deum salvatorem meum. Confiteor nomini 2
tuo : quoniam protector & adjutor factus es
mihi. Et liberâsti corpus meum à perditione, & 3
à laqueo calumniæ linguæ, à labiis operantium
mendacium : (a) & in conspectu astantium fa-
ctus es mihi adjutor. Et liberâsti me secundùm 4
multitudinem misericordiæ, (b) & nominis tui,
à rugitibus præparatorum ad escam, De manu 5
quærentium animam meam : de multis tribula-
tionibus, quas habui : A suffocatione flammas 6
in circuitu, & de (c) medio ignis, ubi non sum
æstuatus : Ab altitudine ventris inferni, & à 7
lingua coinquinata, & à verbo mendacii, regi
(d) calumnia linguæ injustæ. Appropinquavit 8
usque ad mortem anima mea : Et vita mea erat 9
appropinquans inferno deorsùm. Circumdederunt 10
me undique, & non erat qui adjuvaret : (e) Respiciens ad adjutorium hominum ; & non erat.
Et memoratus sum misericordiæ tuæ, Domine, 11
& operationis tuæ, quæ à seculo. Quoniam 12
eruis sustinentes te, & salvas eos de manu gentium.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

26 ܥܠ ܬܪ̈ܝܢ ܥܡ̈ܡܝܢ ܐܬܟܪܝܬ ܢܦܫܝ. ܘܥܠ ܬܠܝܬܝܐ ܕܠܐ ܗܘܐ ܥܡܐ.* ܥܡܘܪ̈ܝ ܓܒܠ ܘܦܠܣܛܝ̈ܐ.
27
28 ܘܥܡܐ ܣܟܠܐ ܕܥܡܪ ܒܫܟܝܡ. * ܟܠ ܡܬܠܐ ܕܚܟܝ̈ܡܐ ܘܐܘܚܕ̈ܬܗܘܢ. ܟܬܝܒܝܢ ܒܣܦܪܐ
29 ܗܢܐ. * ܛܘܒܘܗܝ ܠܓܒܪܐ ܕܒܗܠܝܢ ܗܓܐ. ܘܝܠܦ ܒܗܝܢ. ܘܡܣܬܟܠ ܒܗܝܢ. ܘܥܒܕ
30 ܒܗܝܢ. * ܪܘܡܐ ܕܕܚܠܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܥܠ ܟܠܡܕܡ ܐܬܥܠܝܬ. * ܕܒܘܩ ܒܗ ܒܪܝ ܘܠܐ ܬܫܒܩܝܗ.
31
* ܫܠܡܘ * ܣܪ *
1 ܐܘܕܐ ܠܟ ܡܪܝܐ ܡܠܟܐ. ܘܐܫܒܚ ܫܡܟ ܡܪܝܐ ܒܟܠܝܘܡ.
2 * ܘܐܫܬܥܐ ܫܡܟ ܒܬܫܒ̈ܚܬܐ. ܬܘܟܠܢܝ ܕܡܢ ܥܠܡ ܡܪܝܡܐ. ܕܦܪܩܬ ܢܦܫܝ ܡܢ
3 ܡܘܬܐ. ܘܦܓܪܝ ܚܣܟܬ ܡܢ ܚܒܠܐ. * ܡܢ ܐܝܕ ܫܝܘܠ ܦܪܩܬ ܪ̈ܓܠܝ. * ܘܦܪܩܬܢܝ
4
5 ܒܣܘܓܐܐ ܕܪ̈ܚܡܝܟ. ܡܢ ܬܘܩܠܬܐ ܘܡܢ ܚܒܠܐ ܦܨܝܬܢܝ. * ܘܡܢ ܐܝܕܐ ܕܒܥܐ ܢܦܫܝ
6 ܦܪܩܬܢܝ. ܘܡܢ ܣܓܝܐܐ ܕܐܘܠܨܢ̈ܝ ܦܨܝܬܢܝ. * ܘܡܢ ܫܠܗܒܝܬܐ ܕܢܘܪܐ ܕܚܕܪܬܢܝ.
8 * ܘܥܕܡܐ ܠܫܝܘܠ ܢܦܫܝ. * ܘܚܝ̈ܝ ܠܡܘܬܐ ܩܪܒܘ. * ܘܐܬܦܢܝܬ ܠܒܣܬܪ
9
10 ܕܐܫܟܚ ܡܥܕܪܢܐ. ܘܣܟܝܬ ܠܡܣܡܟܢܐ ܘܠܐ ܗܘܐ. * ܘܐܬܕܟܪܬ ܪ̈ܚܡܘܗܝ ܕܡܪܝܐ. ܘܛܝܒܘܬܗ ܕܡܢ ܥܠܡ.
11
12 * ܕܡܦܨܐ ܠܟܠ ܕܣܒܝܢ ܠܗ. ܘܦܪܩ ܠܗܘܢ ܡܢ ܡܢ ܕܚܣܝܢ ܡܢܗܘܢ.

Duas gentes fastidit anima mea, & tertia 26
non est gens : Habitatores Gebel, & Pale- 27
stinos, & populum stultum degentem in Sechim. Omnes sapientum sententiæ & æ- 28
nigmata eorum scripta sunt in hoc libro.
Beatus vir qui hæc meditatur, addiscit, no- 29
vit, et exequitur. Celsitudo, religionis Dei 30
est ; *& hæc* super omnia exaltata est. In- 31
tuere eam fili mi, & ne deseras illam.

CAP. LI.

GRatias agam tibi Domine rex, & lauda- 1
bo nomen tuum Domine, singulis diebus.
Nomenque tuum cum canticis enarrabo, fi- 2
ducia mea ab æterno, Altissime, quòd eri-
pueris animam meam de morte, & corpus
meum à corruptione prohibueris : De ma- 3
nu inferi liberaveris pedes meos, Et pro 4
multitudine miserationum tuarum me red-
emeris : ab offendiculo & interitu me sal- 5
vaveris, De manu quærentis animam meam
eripueris me, meque à plurimis afflictioni- 6
bus meis liberaveris, Et à flamma ignis, quæ
me circundedit. Ad infernum usque deve- 8
nerat anima mea, Et spiritus meus ad mor- 9
tem appropinquârat. Retro me converti ut 10
auxilium nanciscerer, & fulcientem expecta-
vi, nec adfuit. Tum Domini miserationum 11
ac beneficiorum quæ à seculo sunt, recordatus ; Quòd omnes in se confidentes liberet, & ab eo qui potentior est ipsis, eripiat. 12

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

26 * في امتين من الناس يحنق كرب روحي. والثالثة ليست بامة * سكان جبيل. والفلسطينيين.
27
28 والشعب الجاهل الساكن في اشكيم * جميع امثال الحكماء واحاديثهم. مكتوبة في هذا
29 الكتاب * طوبا للرجل المهتم بهذه الاشياء. ويتعلمها ويحكمها ويعقلها * عز الله ومجده
30
31 على. وارفع من جميع الاشياء * تسبب بها يا بني. ولا تبغضها.

. الفصل الحادي والخمسون .

1 * اللهم الملك العلي اشكرك وامجدك. واسبح لاسمك ربنا كل يوم * اذكر اسمك بالمدحة
2 ثقتي ورجاي من الدهر العلي. انك خلصت نفسي من الموت. ومنعت لحمي من الفساد.
3 * ونجيت قدمي من الهاوية * وخلصتني بكثرة رحمتك. وانقذتني من العثرة والهلاك.
4
5 * ونجيتني من يدي من يطلب نفسي. وفرجت عني كثرة همومي واحزاني * ومن لهيب
6
8 النار التي احاطت بي * بلغت نفسي الى الهاوية * واشرفت الى الموت * والتفت لاطلب عونا.
9
10
11 وطلبت من يدعمني. ولم اجد * وذكرت نعم الله. ورحمته التي منذ قديم الدهر * المنقذ
12 المتكلين عليه. ويخلصهم ممن هو اشد منهم *

Ob duas hominum gentes agitatur mæ- 26
stitia spiritûs mei, & tertia non est
gens. Incolas Gjobail, Palestinos, & 27
populum stultum habitantem in Sechim.
Omnia sapientum proverbia & senten- 28
tiæ scriptæ sunt in hoc libro. Beatus
vir qui studet rebus istis, discit, possi- 29
det, & percipit eas. Majestas & glo-
ria Dei res omnes superat & antecellit. 30
Adhæreto illi fili mi, & ne oderis il- 31
lam.

CAP. LI.

DEus rex altissime, gratias ago tibi, 1
teque glorifico, & nomen tuum Domine
noster, singulis diebus celebro : No- 2
menque tuum cum laude memorabo fi-
ducia mea & spes mea ab ævo sublimi.
Tu enim animā meam à morte servâsti,
& carnem meam à corruptione exemi-
sti : Pedes meos à fovea liberâsti. 3
Salvâsti me pro multitudine misericor- 4
diæ tuæ, & ab offensaculo & exitio eri-
puisti : Dimisisti me de manibus quæ- 5
rentium animam meam, & curarumque mærorum meorum copiam mihi abstulisti, 6
Et à flamma ignis, quæ me obsederat liberasti. Ad foveam usque devenerat anima mea, Et mors mihi imminebat. 8
Converti me autem ad petendum auxilium, & expectavi qui me 9
fulciret, sed non reperi. Tum recordatus sum favorum & misericordiæ Domini 10
quæ inde ab antiquo seculo, Redimentis eos qui freti sunt ipso, eosque salvantis ab eo qui fortior est ipsis. 11 12

Versio VULG. LAT.

13 Exaltâsti super terram habitationem meam, & pro mor-
14 te defluente deprecatus sum. Invocavi Dñm patrem
Dñi mei, ut non derelinquat me in die tribulationis meæ,
15 et in tempore superborum sine adjutorio. Laudabo no-
men tuum assiduè, & collaudabo illud in confessione, &
16 exaudita est oratio mea. Et liberâsti me de perditi-
17 one, & eripuisti me de tempore iniquo. Propterea con-
fitebor, & laudem dicam tibi, & benedicam nomini
18 Domini. Cùm adhuc junior essem, priusquàm oberra-
19 rem, quæsivi sapientiam palàm in oratione mea. Ante
templum postulabam pro illa, & usque in novissimis
20 inquiram eam. Et effloruit tanquam præcox uva, Læ-
tatum est cor meum in ea. Ambulavit pes meus iter
21 rectum, à juventute mea investigabam eam. Inclinavi
22 modicè aurem meam, & excepi illam. Multam inve-
23 ni in meipso sapientiam, & multùm profeci in ea. Dan-
24 ti mihi sapientiam, dabo gloriam. Consiliatus sum e-
nim ut facerem illam: zelatus sum bonum, & non con-
25 fundar. Colluctata est anima mea in illa, & in facien-
26 do eam confirmatus sum. Manus meas extendi in altum,
27 & insipientiam ejus luxi. Animam meam direxi ad il-
28 lam, & in agnitione inveni eam. Possedi cum ipsa cor
ab initio: propter hoc non derelinquar. Venter me-
29 us conturbatus est quærendo illam: propterea bonam
30 possidebo possessionem. Dedit mihi Dominus linguam
31 mercedem meam: & in ipsa laudabo eum. Appro-
piate ad me indocti, & congregate vos in domum
32 disciplinæ. Quid adhuc retardatis? & quid dicitis in
33 his? animæ vestræ sitiunt vehementer. Aperui os me-
um, & locutus sum; Comparate vobis sine argento,
34 Et collum vestrum subjicite jugo, & suscipiat anima
vestra disciplinam: in proximo est enim invenire
eam.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

13 † Καὶ ἀνύψωσα(ʺ) ἐπὶ γῆς ἱκετείαν μου, † καὶ (ι) ὑπὲρ θανάτου ῥύσεως
14 ἐδεήθην. † Ἐπεκαλεσάμην κύριον πατέρα κυρίου μου, † μή με ἐγκα-
ταλιπεῖν ἐν ἡμέραις θλίψεως, † ἐν καιρῷ ὑπερηφάνων ἀβοηθησίας.
15 † Αἰνέσω τὸ ὄνομά σου ἐνδελεχῶς, † καὶ ὑμνήσω ἐν ἐξομολογήσει·
16 † καὶ εἰσηκούσθη ἡ δέησίς μου. † Ἔσωσας γάρ με ἐξ ἀπωλείας, † καὶ
17 (κ) ἐξείλου με ἐκ καιροῦ πονηροῦ. † Διὰ τοῦτο (λ) ἐξομολογήσομαι
18 καὶ αἰνέσω σοι, καὶ εὐλογήσω τῷ ὀνόματι κυρίου. † Ἔτι ὢν νεώ-
τερος, πρὶν ἢ πλανηθῆναί με, † ἐζήτησα σοφίαν προφανῶς ἐν
19 προσευχῇ μου. † Ἔναντι ναοῦ ἠξίουν περὶ αὐτῆς, † καὶ ἕως ἐσχάτων
20 ἐκζητήσω αὐτήν, † ἐξ ἄνθους (ʺ) ὡς περκαζούσης σταφυλῆς· † (ʺ) Εὐ-
φράνθη ἡ καρδία μου ἐν αὐτῇ, † ἐπέβη ὁ πούς μου ἐν εὐθύτητι· † ἐκ
21 νεότητός μου (μ) ἴχνευσα αὐτήν. † Ἔκλινα ὀλίγον τὸ οὖς μου, καὶ
22 ἐδεξάμην, † Καὶ πολλὴν εὗρον ἐμαυτῷ παιδείαν. † Προκοπὴ ἐγένετό
23 μοι ἐν αὐτῇ. † Τῷ διδόντι (ν) μοι σοφίαν, δώσω δόξαν. † Διενοήθην
24 γὰρ τοῦ (ξ) ποιῆσαι αὐτήν, † καὶ ἐζήλωσα τὸ ἀγαθόν, καὶ οὐ μὴ αἰσχυνθῶ.
25 † (ο) Διαμεμάχισται ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῇ, καὶ ἐν ποιήσει (π) λιμοῦ διηκρι-
26 βωσάμην. † Τὰς χεῖράς μου ἐξεπέτασα πρὸς ὕψος, † καὶ τὰ
27 ἀγνοήματα αὐτῆς ἐπένθησα. † Τὴν ψυχήν μου κατεύθυνα
28 εἰς (ρ) αὐτήν, † Καρδίαν ἐκτησάμην (σ) μετ' αὐτῶν ἀπ' ἀρχῆς, † καὶ ἐν
καθαρισμῷ εὗρον αὐτήν· † διὰ τοῦτο οὐ μὴ (τ) ἐγκαταλειφθῶ·
29 † Καὶ ἡ κοιλία μου ἐταράχθη (υ) ἐκζητῆσαι αὐτήν, † διὰ τοῦτο ἐκτη-
30 σάμην ἀγαθὸν κτῆμα. † Ἔδωκε κύριος γλῶσσάν (φ) μοι μισθόν
31 μου, † καὶ ἐν αὐτῇ αἰνέσω αὐτόν. † Ἐγγίσατε πρός με ἀπαίδευτοι,
32 † καὶ (χ) αὐλίσθητε ἐν οἴκῳ παιδείας. † (ψ) Διότι ὑστερεῖτε ἐν τούτοις,
33 † καὶ αἱ ψυχαὶ ὑμῶν διψῶσι σφόδρα; † Ἤνοιξα τὸ στόμα μου,
34 καὶ ἐλάλησα, † Κτήσασθε ἑαυτοῖς ἄνευ ἀργυρίου. † Τὸν τράχηλον
ὑμῶν ὑπόθετε ὑπὸ ζυγόν, † καὶ ἐπιδεξάσθω ἡ ψυχὴ ὑμῶν παιδείαν·
† ἐγγύς ἐστιν εὑρεῖν αὐτήν.

MS. A. (ʺ) ἀπὸ (ι) ὑπὸ ἀθανάτου (κ) ἐξελοῦμαι ἐκ χειρὸς πονηροῦ, καὶ σὺ
ἰδοῦμαι. Διὰ (λ) ἐξομολογήσομαί σοι, καὶ αἰνέσω (ʺ) ἕως (ʺ) Ηὐφράνθη
(μ) ἴχνευον αὐτήν. (ν) σοφίαν, (ξ) ποιῆσαί με αὐτήν, (ο) Διαμεμάχισται (π) μου διηκριβωσάμην. (ρ) αὐτήν, καὶ ἐν καθαρισμῷ εὗρον αὐτήν.
Καρδίαν (σ) μετ' αὐτῆς ἀπ' ἀρχῆς· διὰ τοῦτο (τ) ἐγκαταλειφθῶ· (υ) τοῦ ἐκζητῆσαι (φ) μου (χ) αὐλισθήσεσθε (ψ) Τί ὅτι ὑστερεῖτε, λέγετε ἐν

Et exaltavi super terram supplicationem meam, 13
& pro mortis liberatione deprecatus sum. In- 14
vocavi Dominum patrem Domini mei, ut non
derelinquat me in diebus tribulationis, in
tempore superborum destitutionis. Laudabo no- 15
men tuum assiduè, & collaudabo in confessione.
Et exaudita est oratio mea. Salvâsti enim me 16
de perditione, & eripuisti me de tempore iniquo.
Propterea confitebor, & laudem dicam tibi, & 17
benedicam nomen Domini. Cùm adhuc junior 18
essem, priusquàm oberrarem; quæsivi sapi-
entiam palàm in oratione mea: Ante templum 19
postulabam pro illa: & usque in novissima
inquiram eam. Ex flore tanquam maturescen-
tis uvæ, Lætatum est cor meum in ea: ascen- 20
dit pes meus in rectitudine: à juventute mea
(f) investigavi eam. Inclinavi modicè aurem 21
meam, & excepi, Et multam inveni mihi 22
doctrinam: profectus est mihi factus in ea.
Danti mihi sapientiam dabo gloriam. Con- 23
siliatus sum enim, ut facerem illam: & ze- 24
latus sum bonum, & non confundar. Colluctata 25
est anima mea in illa, & (g) in factione famis
diligenter egi. Manus meas extendi in altum, 26
& ignorantias ejus (h) luxi. Animam meam di- 27
rexi ad illam: Cor acquisivi (i) cum eis ab in- 28
itio, & in purificatione inveni eam. Propter
hoc non derelinquar: Et venter meus contur- 29
batus est quærendo eam. Propterea bonam possedi
possessionem. Dedit Dominus linguam mihi mer- 30
cedem meam: & in ea laudabo eum. Appro- 31
piate ad me indocti, & commoramini in domo
disciplinæ. Quid tardatis (k) in his, & animæ 32
vestræ sitiunt vehementer? Aperui os meum, & 33
locutus sum; Comparate vobis sine argento.
Collum vestrum subjicite jugo: & suscipiat 34
anima vestra disciplinam: in proximo est in-
venire eam.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

13 [illegible]
14
15 [illegible]
16 [illegible]
17
18 [illegible]
20 [illegible]
21
22 [illegible]
23
24 [illegible]
25 [illegible]
26
27 [illegible]
28
29 [illegible]
30
31 [illegible]
32
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
[illegible]
jugo ejus submittite, & suscipiat anima vestra disciplinam. Propè adest quærenti illam, & qui animum adjicit, inveniet illam.

Sustuli è terra vocem meam, ac deprecatus 13
sum, Et invocavi patrem meum ab alto, 14
dicens, Domine fortissime ac salvator, ne me
deseras in die tribulationis calamitosæ. Lau- 15
dabo nomen tuum assiduè, & memoriam
tuam canticis recolam. Tunc audivit Do-
minus vocem meam, & supplicationem me-
am admisit, Ab omni malo me liberavit, 16
omnique calamitate exemit. Propterea gra- 17
tias agam, laudabo, benedicam nomini ejus 18
sancto. Adhuc juvenis oblectatus sum eo,
& quæsivi eum. Pes meus rectà incessit 20
Domine mi, & pueritiâ meâ doctrinam
didici. Preces ejus fudi cùm parvulus 21
essem, Multamque comparavi doctrinam. 22
Jugum ejus mihi fuit honori; Quapropter 23
præceptori meo gratias agam. Benefacere 24
decrevi, nec me retractabo, quoties id po-
tuero. Abhæsit illi anima mea, & faciem 25
meam non avertam ab illa: animum contu-
li ad eam sectandam, & in seculum seculo-
rum non obliviscar illius. Manus mea osti- 26
um ejus aperuit. Perlustravi eam, & intel- 27
lexi illam, & in puritate inveni illam, Et 28
cor possedi mihi ab initio: Propterea non 29
dimittam illam. Viscera mea quasi clibanus 30
exardescunt *cupiditate* aspiciendi eam: pro-
pterea pro optima possessione acquisivi eam.
Dominus meus linguæ meæ mercedem dedit; 31
quapropter labiis meis laudabo illum. De- 32
flectite ad me insipientes, inque domo disci-
plinæ commoramini. Usquequo his deficie- 33
mini, & erit anima vestra penitùs sitibunda?
Ore meo aperto sum locutus, Sumite vobis 34
sapientiam absque argento, Collum vestrum 35
[...] illam, & qui animum adjicit, inveniet illam.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

13
14 ورفعت صوتي من الارض * صليت * ودعوت ابي من السماء * اي رب ذا الجبروت
15 والخلاص * لا تخذلني عند الكرب والحزن المكرب * اسبح لاسمك كل حين * واذكرك
16 بالمحامد * عند ذلك سمع الرب صوتي * وانصت لتضرعي * وانقذني من كل باس
17
32 وخلصني من كل حزن * فلذلك اشكرك وامجدك * وابارك اسمك القدوس *** يا معشر
33 الجهال قروا في منابت العلم * حتى متى تحرمون انفسكم هذا * وانما انفسكم ظمية
34 لواحدة * اعني الجهل والباطل * وفتحت فمي ونطقت بالعلم * يا معشر الناس استفيدوا
35 الحكمة بلا ثمن * وادخلوا رقابكم في اصارها * لتقبل انفسكم الادب * فانها قريبة
لمن طلبها * ومن بذل نفسه للعلم علمه *

Extuli ergò è terra vocem meam, oravi, 13
Et invocavi patrem meum de cælo, di- 14
cens; Pater mi, Domine possessor forti-
tudinis & salutis, ne me destituas
tempore angoris & calamitatis æru-
mnosæ. Nomen tuum semper laudabo, 15
téque carminibus celebrabo. Tunc au-
divit Dominus vocem meam, & sup-
plicationem meam auscultavit. Eri- 16
puit me ab omni miseria, & ab omni
mœrore me liberavit. Propterea gratias 17
ago tibi, glorifico te, noménque sanctum
tuum benedico. O cœtus inerudito- 32
rum, versamini in scientiæ seminariis.
Quousque animas vestras talibus re- 33
bus privabitis? veruntamen unum si-
tiunt animæ vestræ, nempe ignoran-
tiam & falsitatem. Os meum aperui, 34
& de scientia locutus sum, O cœtus
hominum, scientiam absque pretio com-
parate, Vestrásque cervices in jugum 35
ejus inducite, ut eruditionem per-
cipiant animæ vestræ: nam proxima
est quærenti illam, & qui scientiæ se
dedit, addiscit eam.

Versio VULG. LAT.

35 Videte oculis vestris, quia modicùm laboravi, & in-
36 veni mihi multam requiem. Assumite disciplinam in
multo numero argenti, & copiosum aurum possidete
37 in ea. Lætetur anima vestra in misericordia ejus, &
38 non confundemini in laude ipsius. Operamini opus
vestrum ante tempus, & dabit vobis mercedem ve-
stram in tempore suo.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

35 † Ἴδετε ἐν ὀφθαλμοῖς ὑμῶν ὅτι ὀλίγον ἐκοπίασα, † καὶ εὗρον ἐμαυ-
36 τῷ πολλὴν ἀνάπαυσιν. † Μετάσχετε παιδείας ἐν πολλῷ ἀριθμῷ
37 ἀργυρίου, † καὶ πολὺν χρυσὸν κτήσασθε ἐν αὐτῇ. † Εὐφρανθείη ἡ
ψυχὴ ὑμῶν ἐν τῷ ἐλέει αὐτοῦ, † καὶ μὴ αἰσχυνθείητε ἐν αἰνέσει αὐτοῦ.
38 † Ἐργάζεσθε τὸ ἔργον ὑμῶν πρὸ καιροῦ, † καὶ δώσει τὸν μισθὸν ὑμῶν
ἐν καιρῷ αὐτοῦ. (†)

(†) MS. A. Σοφία Ἰησοῦ υἱοῦ Σειράχ.

Videte oculis vestris, quia modicùm laboravi, 35
& inveni mihi multam requiem. Acquirite 36
disciplinam in multo numero argenti: & copi-
osum aurum possidete in ea. Lætetur anima ve- 37
stra in misericordia ejus: & non confunda-
mini in laude ipsius. Operamini opus vestrum 38
ante tempus: & dabit mercedem vestram in
tempore suo.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

36 * ܚܙܘ ܒܥܝ̈ܢܝܟܘܢ܇ ܕܩܠܝܠ ܐܬܥܡܠܬ ܒܗ̇ ܘܣܓܝ ܐܫܟܚܬܗ̇. * ܫܡܥܘ
37 ܝܘܠܦܢܝ ܐܦ ܙܥܘܪ. ܘܣܐܡܐ ܘܕܗܒܐ ܐܩܢܘ ܒܝ. * ܬܚܕܐ ܢܦܫܟܘܢ ܒܬܝܒܘܬܝ.
38 ܘܠܐ ܬܒܗܬܘܢ ܒܬܫܒ̈ܚܬܝ. * ܥܒܕܘ ܥܒܕܝܟܘܢ ܠܐ ܒܙܒܢܗ. ܘܢܬܝܗܒ ܠܟܘܢ ܐܓܪܟܘܢ
39 ܒܙܒܢܗ. ܒܪܝܟ ܐܠܗܐ ܠܥܠܡ. ܘܡܫܒܚ ܫܡܗ ܠܕܪ ܕܪ̈ܝܢ.

ܫܠܡܬ ܚܟܡܬܐ ܕܒܪ ܐܣܝܪܐ. ܕܐܝܬ ܒܗ̇ ܥܣܪܝܢ ܪ̈ܫܝܢ. ܘܠܐܠܗܐ ܫܘܒܚܐ ܠܥܠܡܝܢ.

Aspicite oculis vestris: parum enim in ea 36
laboravi, eamque multùm acquisivi. Audi- 37
te doctrinam meam licet exiguam, & argen-
tum & aurum per me possidebitis. Lætetur 38
anima vestra de pœnitentia mea, & ne pu-
deat vos canticorum meorum. Operamini 39
opus vestrum extra tempus, & dabitur vo-
bis merces vestra tempestivé. Benedictus
Deus in seculum, & laudabile nomen ejus in
generationem generationum.

Sapientia filii Asiro viginti capitibus contenta Finis. Deo autem gloria in secula.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

36 * فانظروا باعينكم • لاني انما طلبتها قليلا فاصبتها كثيرا * اسمعوا يا معشر الناس
37 علمي بكلام يسير • وتقتنوا ارآء الذهب والفضة * ولتطرب انفسكم بتوبتي • فلا تخزوا
38 بمحامدي * اعملوا عملكم بلا خيانة • وتوفوا اجركم في حينه • تبارك الله ابدا • والشكر
39 لاسمه الي الابد امين •

• والمسبح لله دائما • وعلينا رحمته اجمعين •

Videte oculis vestris: parum enim quæ- 36
sivi eam, multúmque inveni. Audite ô 37
cœtus hominum doctrinam meam brevi
sermone, & aureas argenteásque senten-
tias possidebitis. Gestiant animæ vestræ 38
de pœnitentia mea, & laudationes meas
ne erubescatis. Opus vestrum præter 39
tempus operamini, & merces vestra tem-
pestivè rependetur vobis. Benedictus sit
semper Deus, & gratiarum actio nomi-
ni ipsius in æternum, Amen.

LAUS DEO SEMPER,
Ejusque misericordia super nos omnes.

EPISTOLA
PRIMA ET SECUNDA
BARUCHI,
ET EPISTOLA
JEREMIÆ.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

Hæc EPISTOLA quæ extat in Edit. PARISIENSI differt omnino a VULGATA & LXX, Aliam ergo quæ cum LAT. & GRÆC. convenit, illic adjunximus ex MSS. Syr. USS. & POC.

EPISTOLA PRIMA BARUCHI SCRIBÆ.

CAPUT I.

Atque hi sunt sermones quos misit Baruch filius Neriæ ad novem tribus ac dimidiam quæ erant trans fluvium Euphratem: & hæc scripta erant in ea *epistola*. Sic dicit Baruch Neriæ filius; Fratribus captivis misericordiam & pacem. Memor, fratres mei, dilectionis ejus qui creavit nos, quâ nos anteà dilexit, nec unquam nos odit, licèt nos castigaverit; & verè cognoscens quòd ecce colligati sumus omnes duodecim tribus eodem vinculo, utpote ab uno eodemque patre geniti: Ideò magìs studui relinquere vobis verba hujus epistolæ antequam morerer, tum ut consolationem percipiatis in malis quæ vobis acciderunt, tum etiam ut doleatis de malo quod contigit fratribus vestris, tum demùm ut justificetis judicium ejus qui sententiam captivitatis in vos tulit: (minus enim est quod passi estis quàm quod fecistis:) ut postremis temporibus inveniamini digni majoribus vestris. Si nimirùm animo censeatis hæc, vos in bonum vestrum nunc esse passos, ne postremò judicaremini & suppliciis deputaremini; tunc recipietis spem æternam: si præsertim auferatis è corde vestro errorem vanum propter quem hinc demigrâstis. Si enim hæc ita feceritis, semper recordabitur vestri is qui singulis temporibus causâ nostri pollicitus est iis qui præstantiores nobis erant, se non in perpetuum obliturum nostrî aut derelicturum nos, sed multâ clementiâ denuò collecturum eos qui dispersi sunt. Itaque fratres mei, sciendum vobis est primùm quid acciderit Sioni: quòd scilicet ascenderit contra nos Nebuchadnosar rex Babylonis. (Nam quia peccavimus in eum qui fecit nos, neque servavimus præcepta quæ mandaverat nobis; etiam nobis accidit quod contigit vobis, ac multò quidem magìs cruciat nos casus noster.) Jam inquam fratres mei, notum facio vobis quum obsedissent hostes urbem, missos fuisse angelos Altissimi, destruxisse arces mœnium fortissimorum, & evertisse angulos munitissimos illos ferreos qui evelli non poterant. Veruntamen vasa quædam vasorum sanctuarii absconderunt, ne comprehenderentur ab hostibus: & quum hæc fecissent, tunc tradiderunt hostibus mœnia jam eversa, domum direptam, templum succensum, & populum devictum ubi traditus fuisset: Ne gloriarentur inimici ac dicerent, Tanto robore excelluimus, ut vel ipsam domum Altissimi bello destruxerimus. Prætereà fratres vestros vinctos abduxerunt Babylonem, ibíque collocârunt; adeóque remansimus hic admodùm pauci. Hic est dolor quem scribo vobis: nam optimè novi quòd magnam afferebat vobis consolationem habitatio Sionis. Quò certiores eratis eam esse fœlicem, tantò quidem major fuit dolor quo affecti estis quòd ab ea recessferitis. Verùm quoad consolationem, audite verbum: Equidem lugenti mihi Sionem, & misericordiam petenti ab Altissimo, ac dicenti; Quousque tandem hæc perdurabunt nobis, & incunctanter advenient nobis mala ista quæ fecit Potentissimus secundùm misericordiam suam, & Altissimus pro magnitudine clementiæ suæ? revelavit mihi verbum ut consolarer, & ostendit mihi visiones ut ampliùs non dolerem, notum fecit mihi secretum temporum, & momentorum adventum indicavit mihi. Propptereà fratres mei, scribo vobis, ut consolemini à multitudine mœroris vestri. Noveritis autem omninò ulturum nos factorem nostrum à cunctis hostibus nostris eodem prorsus modo quo fecerunt nobis; item valdè propinquum esse finem quem facturus est Altissimus, & miserationes ejus ut veniant; neque procul distare terminum judicii ejus.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

[illegible]

Ecce quidem videmus jam multitudinē prosperitatis gentium, licèt ipsæ impiè agant; sed vapori similes sunt. Intuemur multitudinem ditionis earum, quanvis eæ perversè se gerant; sed guttulæ similes erunt. Videmus etiam firmitatem roboris earum, licèt ipsæ Potentissimo resistant omni momento; verùm quasi sputum reputabuntur. Contemplamur gloriam magnitudinis earum, quum ipsæ non servent præcepta Altissimi; at sicut fumus elabentur. Mente concipimus nitorem vitæ earum, quanvis ipsæ turpiter se gerant; sed velut herba flaccida arescent. Consideramus immanitatem crudelitatis earum, quum eæ finis nequaquam recordentur; at quasi fluctus labentes conterentur. Animo pervolvimus pulchritudinem potentiæ earum, licèt ipsæ negent gratiam largitoris; verùm tanquam nubes prætervolans elabentur. Nam Altissimus velocissime accelerabit tempora sua, & quamprimùm adducet momenta sua, ac planè judicabit eos qui sunt in orbe suo: omnia veritate examinabit per quascunque actiones earum occultas, & exactè pervestigabit cogitationes arcanas, & quicquid in penetralibus omnium hominis membrorum reconditum est, & in apertum coram omnibus hominibus cum objurgatione prodet. Quapropter ne adjiciatis animum ad ullam istarum rerum præsentium, sed potiùs patienter agamus; quoniam adveniet quod promissum est nobis. Ne spectemus modò gentium voluptates, sed memores simus eorum quæ ad finem promissa sunt nobis. Nam illicò transituri sunt termini temporum ac momentorum unà cum omnibus iis quæ continentur in eis, in fine verò seculi tunc ostendet potentiam suam magnam moderator ipsius, quum omnia ad judicium venerint. Vos itaque parate corda vestra ad ea quæ jamdudum credidistis, ne utroque seculo concludamini; hîc captivi, ibi cruciandi.

CAP. II.

Quod enim modò præsens est, aut quod præteriit, aut quod venturum est in his omnibus, neque malum est absolutè malum, neque bonum perfectè bonum: Siquidem sanitates omnes præsentes in morbum vertuntur, fortitudo quæque præsens vertitur in imbecillitatem, omnis potentia præsens vertitur in anxietatem, omnis vigor juventutis vertitur in senecturem & interitum, omnis pulchritudo decòris præsentis mutatur, flaccescit & fit exosa, omne dominium superbum præsens vertitur in abjectionem & in pudorem silentii, omnis splendor & fastus præsens vertitur in ruinam defectûs, omnis voluptas & jucunditas præsens vertitur in vermem & corruptionem, omnis rumor gloriæ præsentis vertitur in pulverem & silentium, omnis possessio divitiarum præsens revertitur ad solam foveam, omnes rapinæ aviditatis præsentes vertentur in mortem invitam, omnis concupiscentia passionis vertetur in judicium tormenti, omnis fraus & astus præsens vertetur in objurgationem veritatis, omnis dulcedo unguentorum præsens vertetur in judicium & condemnationem, omnis amor falsitatis vertetur in probrum per veritatem. Cùm hæc omnia nunc fiant, putátne aliquis ea non esse ulciscenda? Uno denique verbo, omnia ad veritatem ventura sunt. Ego igitur ecce significavi vobis dum vivo; dixi enim quòd virtutes addisceretis. Nam præcepit mihi Potentissimus ut hortarer vos & proponerem vobis tantillum ex præcepto judicii ejus, antequàm morerer. Mementote quòd aliquando contestando contestatus est in vos Moses cœlum ac terram, dicens; Si legem transgressi fueritis, dispergemini; sin autem servaveritis eam, custodiemini. Sed & alia prædixit vobis, quæ quoniam dum simul essetis duodecim tribus in deserto, post obitum ejus rejecistis à vobis; iccircò evenerunt vobis ea quæ prædicta fuerant. Nam Moses quidem prædixerat vobis antequàm acciderent vobis, & en acciderunt vobis; dereliquistis enim legem. Ego etiam ecce dico vobis postquam passi estis; quòd si obtemperaveritis iis quæ dicta sunt vobis, accipietis à Potentissimo quicquid repositum & reservatum est vobis. Sit autem hæc epistola inter me & vos testimonio quòd eritis memores mandatorum Potentissimi; ut mihi quoque sit excusatio coram illo qui me misit. Memores etiam estote legis, Sionis, terræ sanctæ, & fratrum vestrorum; Et fœderis majorum vestrorum, solennitatum atque sabbathorum ne obliviscamini.

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

Tradite hanc epiſtolam cum traditione legis filiis veſtris poſt vos, quemadmodum vobis etiam tradiderunt patres veſtri. Et jugiter omni tempore precamini, & orate diligenter ex toto animo veſtro, ut placetur vobis Potentiſſimus, & non aſcribat vobis multitudinem peccatorum veſtrorum, ſed recordetur rectitudinis majorum veſtrorum: nam niſi pro multitudine miſerationum ſuarum judicet nos, væ nobis omnibus genitis. Præterea ſciendum vobis eſt, quod priſcis temporibus & ævis antiquis, majores illi noſtri habebant adjutores, nempe juſtos & prophetas ſanctos: quin etiam quum in terra noſtra eſſemus, adjuvabant nos cùm peccaremus, & deprecabantur pro nobis eum qui fecit nos, (quippe qui freti eſſent operibus ſuis,) & Potentiſſimus audiebat orationem eorum, & miſerebatur noſtri. Nunc autem juſti ablati ſunt, & prophetæ occubuerunt, nos etiam è terra noſtra exivimus, & Sion ablata eſt à nobis, & nihil jam reſtat nobis præter Potentiſſimum & legem ipſius. Quòd ſi dirigamus & diſponamus corda noſtra, recuperabimus omnia quæ amiſimus, imò multò multiſque modis præſtantiora iis quæ amiſimus: quæ enim amiſimus, corruptioni erant obnoxia; quæ verò accepturi ſumus, incorruptibilia ſunt. In hunc etiam modum ſcripſi fratribus noſtris Babylonem, & ipſis quoque hæc eadem conteſtor. Sint autem ſemper ob oculos veſtros hæc omnia quæ prædicta ſunt, quoniam adhuc in ſpiritu (i. *animati*) ſumus & poteſtate libertatis noſtræ. Inſuper etiam Altiſſimus patienter hic agit nobiſcum, notum fecit nobis quæ futura ſunt, neque abſcondit à nobis quæ ſunt eventura. Priuſquam ergò judex exigat quod ſuum eſt, & veritas quod ſibi debetur, paremus animum noſtrum ut accipiamus, non ut accipiamur; & ut ſperemus, non ut erubeſcamus; ut requieſcamus cum majoribus noſtris, non ut cruciemur cum hoſtibus noſtris. Juventus enim mundi præteriit, & vigor creaturæ jamdudum defiit, & ſpatium temporum perbreve eſt, imò tranſierunt: proxima eſt amphora puteo, & navis portui, curſus itineris urbi, & vita termino. Præterea parate vos ipſos ad quieſcendum poſtquam navigaveritis & è navi aſcenderitis, non autem ad quieſcendum dum iter facitis. Ecce enim quum adduxerit Altiſſimus hæc omnia, non erit illic ampliùs locus pœnitentiæ, neque terminus temporibus, neque dilatio momentis, neque mutatio viis, neque locus precibus, neque emiſſio poſtulationum, neque ad capeſſendam ſcientiam, neque condonator culpæ, neque locus pœnitudini, neque deprecatio pro delictis, neque ſupplicatio parentum, neque oratio prophetarum, neque auxilium juſtorum. Erit *autem* illic ſententia corruptionis, iter ad ignem, & ſemita perducens ad gehennam. Propterea unum per aliud, una lex, unum ſeculum, & hi qui in eo ſunt, omnes finem habebunt: ac tunc ſervabit eos quorum miſereri poterit, ſimulque perdet eos qui fuerint peccatis involuti. Quum ergò meam hanc epiſtolam acceperitis, legite eam in cœtibus veſtris accuratè, eamque contemplamini, præcipuè diebus jejuniorum veſtrorum: meique memores eſtote per epiſtolam iſtam, quemadmodum & ego veſtri memor ſum in ipſis: & ſemper valete.

Epiſtolæ Baruch finis.

Versio VULG. LAT.

PROPHETIA.

BARUCH.

CAPUT I.

ET Hæc verba libri, quæ ſcripſit Baruch filius Neriæ,
1 filii Maaſiæ, filii Sedeciæ, filii Sedei, filii Helciæ, in Ba-
bylonia, In anno quinto, in ſeptimo die menſis, in
2 tempore quo ceperunt Chaldæi Jeruſalem, & ſuccende-
runt eam igni. Et legit Baruch verba libri hujus ad aures
3 Jechoniæ filii Joakim regis Juda, & ad aures univer-
ſi populi venientis ad librum, Et ad aures potentium
4 filiorum regum, & ad aures presbyterorum, & ad au-
res populi, à minimo uſque ad maximum, eorum omni-
um habitantium in Babylonia, ad flumen Sodi. Qui
5 audientes plorabant, & jejunabant, & orabant in con-
6 ſpectu Domini. Et collegerunt pecuniam ſecundùm
quod potuit uniuſcujuſque manus, Et miſerunt in Je-
7 ruſalem ad Joakim filium Helciæ, filii Salom, Sacerdo-
tem, & ad Sacerdotes, & ad omnem populum, qui in-
8 venti ſunt cum eo in Jeruſalem : Cùm acciperet va-
ſa templi Domini, quæ ablata fuerant de templo, re-
vocare in terram Juda decimâ die menſis Sivan, vaſa
argentea, quæ fecit Sedecias filius Joſiæ rex Juda,

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Tranſlatione LATINA.

ΒΑΡΟΥΧ.

ΚΕΦ. α΄.

1 Καὶ οὗτοι οἱ λόγοι τοῦ βιβλίου, οὓς ἔγραψε Βαροὺχ υἱὸς Νηρίου,
(α) υἱοῦ Μαασαίου, (β) υἱοῦ Σεδεκίου, υἱοῦ (γ) Ἀσαδίου, υἱοῦ Χελκίου,
2 ἐν Βαβυλῶνι, Ἐν τῷ ἔτει τῷ πέμπτῳ, (δ) ἐν ἑβδόμῃ τοῦ μηνὸς,
ἐν τῷ καιρῷ, ᾧ ἔλαβον οἱ Χαλδαῖοι τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐνέπρησαν
3 αὐτὴν ἐν πυρί. Καὶ ἀνέγνω Βαροὺχ τοὺς λόγους τοῦ βιβλίου τούτου
ἐν ὠσὶν Ἰεχονίου υἱοῦ Ἰωακεὶμ βασιλέως Ἰούδα, καὶ ἐν ὠσὶ παντὸς
4 τοῦ λαοῦ τῶν ἐρχομένων πρὸς τὴν βίβλον, Καὶ ἐν ὠσὶ τῶν δυνατῶν,
καὶ υἱῶν (ε) τῶν βασιλέων, καὶ ἐν ὠσὶ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ ἐν ὠσὶ
παντὸς τοῦ λαοῦ, ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου (ζ), πάντων τῶν κατοικούντων
5 ἐν Βαβυλῶνι ἐπὶ (η) ποταμοῦ Σούδ. Καὶ ἔκλαιον, καὶ ἐνήστευον,
6 καὶ (θ) ηὔχοντο ἐναντίον κυρίου. Καὶ συνήγαγον ἀργύριον, (ι) καθὸ
7 ἑκάστου ἠδύνατο ἡ χεὶρ, Καὶ ἀπέστειλαν εἰς Ἱερουσαλὴμ πρὸς
Ἰωακεὶμ υἱὸν Χελκίου, υἱοῦ Σαλὼμ, τὸν ἱερέα, καὶ πρὸς τοὺς ἱερεῖς,
καὶ πρὸς πάντα τὸν λαὸν, τοὺς εὑρεθέντας μετ᾽ αὐτοῦ (κ) ἐν Ἱερου-
8 σαλὴμ, Ἐν τῷ λαβεῖν αὐτὸν τὰ σκεύη οἴκου κυρίου, τὰ ἐξενε-
χθέντα ἐκ τοῦ ναοῦ, ἀποστρέψαι εἰς γῆν Ἰούδα, τῇ δεκάτῃ τοῦ (λ) Σι-
βὰν, σκεύη ἀργυρᾶ ἃ ἐποίησε Σεδεκίας υἱὸς Ἰωσία βασιλεὺς
Ἰούδα,

MS.A. (†) Βαρούχ. (α)*υἱὸς (β)*υἱὸς (γ) Σαδαίου, (δ) ἑβδόμῃ (ε) τῶν βασιλέων, (ζ) αὐτῶν, πάντων (η) τοῦ ποταμοῦ (θ) ηὔχοντο εὐχὰς ἔναντι κυρίου. (ι) καθὰ (κ) εἰς (λ) Σιουάν,

BARUCH.

CAP. I.

ET hæc verba libri, quæ ſcripſit Baruch 1
filius Neriæ, filii Maaſææ, filii Sedeciæ,
filii Aſadiæ, filii Chelciæ, in Babylone, In 2
anno quinto in ſeptima menſis, in tempore,
quo ceperant Chaldæi Hieruſalem, & incende-
rant eam in igne. Et legit Baruch verba libri 3
hujus in auribus Jechoniæ filii Joacim regis
Juda, & in auribus univerſi populi venien-
tium ad librum, Et in auribus potentum, & 4
filiorum regum, & in auribus ſeniorum, & in
auribus univerſi populi, à parvo uſque ad ma-
gnum, omnium habitantium in Babylone ſuper
flumen Sud. Et plorabant, & jejunabant, & 5
orabant ante Dominum. Et collegerunt argen- 6
tum, ſecundùm quod cujuſque potuit manus :
Et miſerunt in Hieruſalem ad Joacim filium 7
Chelciæ, filii Salom, Sacerdotem, & ad Sacer-
dotes, & ad omnem populum, qui ſunt inventi
cum eo in Hieruſalem : In accipiendo ipſum 8
vaſa domûs Domini, quæ fuerant exportata
è templo, ad reducendum in terram Juda, de-
cimâ Sival : vaſa argentea, quæ fecerat Sede-
cias filius Joſiæ rex Juda ;

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܬܘܒ ܐܓܪܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܕܒܪܘܟ ܣܦܪܐ *

* ܩܦܠܐܘܢ * ܐ *

1 * ܘܗܠܝܢ ܡ̈ܠܝܗ̇ ܕܐܓܪܬܐ ܗܕܐ. ܕܟܬܒ ܒܪܘܟ ܣܦܪܐ ܒܪ ܡܥܣܝܐ. ܒܪ ܨܕܩܝܐ. ܒܪ
2 ܣܪܝܐ ܒܪ ܚܠܩܝܐ. ܘܟܬܒ ܠܘܬ ܒܒܠ. * ܒܫܢܬ ܚܡܫ. ܒܫܒܥܐ ܒܝܪܚܐ.
3 ܒܙܒܢܐ ܗܘ ܕܫܒܘ ܟܠܕܝ̈ܐ ܠܐܘܪܫܠܡ. ܘܐܘܩܕܘܗ̇ ܒܢܘܪܐ. * ܘܩܪܐ ܒܪܘܟ ܗܠܝܢ
ܦܬܓ̈ܡܐ ܗܠܝܢ. ܕܟܬܝܒܝܢ ܒܟܬܒܐ ܗܢܐ. ܒܐܕ̈ܢܝ ܝܘܟܢܝܐ ܒܪ ܝܘܝܩܝܡ ܡܠܟܐ
4 ܕܝܗܘܕܐ. ܘܒܐܕ̈ܢܝ ܟܠܗ ܥܡܐ ܕܐܬܐ ܠܡܫܡܥ ܟܬܒܐ ܗܢܐ. * ܘܒܐܕ̈ܢܝ ܕܘܢܣ̈ܛܐ
ܪ̈ܘܪܒܢܐ ܕܡܠܟܐ. ܘܒܐܕ̈ܢܝ ܩܫ̈ܝܫܐ. ܘܒܐܕ̈ܢܝ ܟܠܗ ܥܡܐ. ܡܢ ܙܥܘܪܐ ܘܥܕܡܐ ܠܪܒܐ.
5 * ܠܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܥܡܪܝܢ ܒܒܒܠ. ܘܥܠ ܢܗܪܐ ܕܣܘܕ. * ܘܒܟܝܢ ܗܘܘ ܘܨܝܡܝܢ
6 ܘܡܨܠܝܢ ܩܕܡ ܡܪܝܐ. ܘܟܢܫܘ ܟܣܦܐ ܐܝܟ ܕܡܛܝܐ ܗܘܬ ܐܝܕܗ ܘܐܝܟ ܕܡܫܟܚ.
7 * ܘܫܕܪܘ ܠܐܘܪܫܠܡ ܠܘܬ ܝܘܝܩܝܡ ܒܪ ܚܠܩܝܐ ܒܪ ܫܠܘܡ ܟܗܢܐ. ܘܠܘܬ ܟܗ̈ܢܐ
8 ܘܠܘܬ ܟܠܗ ܥܡܐ. ܐܝܠܝܢ ܕܡܫܬܟܚܝܢ ܗܘܘ ܥܡܗ ܒܐܘܪܫܠܡ. * ܟܕ ܢܣܒ ܡܐ̈ܢܐ
ܐܝܠܝܢ ܕܐܦܩܘ ܡܢ ܗܝܟܠܐ. ܐܝܟ ܕܢܗܦܟ ܐܢܘܢ ܠܐܪܥܐ ܕܝܗܘܕܐ. ܒܥܣܪܐ ܒܢܝܣܢ.
ܡܐ̈ܢܐ ܕܟܣܦܐ ܕܥܒܕ ܨܕܩܝܐ ܒܪ ܝܘܫܝܐ ܡܠܟܐ ܕܝܗܘܕܐ.

SEQUITUR EPISTOLA SECUNDA BARUCHI SCRIBÆ.

CAPUT I.

HÆc autem verba ſunt Epiſtolæ hujus 1
quam ſcripſit Baruch Scriba, filius Maaſiæ,
filii Zedekiæ, filii Seraiæ, filii Hilkiæ : Hæc 2
ad Babylonem ſcripſit, Anno quinto, ſepti-
mâ menſis, quando captivârunt Chaldæi
Jeroſolyma, & igne incenderunt. Legit- 3
que Baruch verba hæc, quæ in hoc volu-
mine ſcripta ſunt, in auribus Jeconiæ filii
Joaikimi regis Judæ, & in auribus o-
mnis populi qui venerant ad hoc volumen
audiendum : Et in auribus dynaſta- 4
rum magnatum regis, & in auribus ſeni-
orum, & in auribus totius populi, à par-
vo uſque ad magnum ; Omnium habitan- 5
tium Babylone, & ad fluvium Sud. Flebant 6
enim, & jejunabant & orabant coram Do-
mino, colligebantque pecuniam quouſque
pertingebat facultas cujuſque, & ut pote-
rat ; Mittebantque Jeroſolyma ad Joai- 7
kim filium Hilkiæ, filii Sallum, ſacerdo-
tem, & ad ſacerdotes populumque totum
qui cum eo reperiebantur Jeroſolymis ; Cùm 8
auferret vaſa quæ extulerant templo, ut
afferret ea in terram Judæam, decimo Ni-
ſan. Vaſa quæ fecerat Sedekias filius Jo-
ſiæ rex Judæ ;

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

* الفصل الاول *

* الاصحاح الثالث والثلاثون *

1 * وهذه كلمات السفر التي كتبها باروخ بن نيريو بن ماساو بن صدقيا بن صاداو بن
2 حلقيا في بابل * في السنة الخامسة في السابع من الشهر * في الزمان الذي فيه اخذ
3 الكلدانيون ايروسليم واحرقوها بالنار * وقرأ باروخ كلمات هذا السفر في اذني يوخنيا بن
4 يواقيم ملك يهودا * وفي مسامع كل الشعب الآتين للكتاب * في مسامع الاقوياء وبني
الملك * وفي مسامع الشيوخ * وفي مسامع كل الشعب من صغيرهم الى كبيرهم * جميع السكان
5
6 ببابل * على نهر سود * فبكوا وصاموا ونذروا نذورا امام الرب * وجمعوا فضة كالذي
7 تستطيعه يد كل احد * وارسلوا لايروسليم الى يواقيم بن حلقيا بن صالوم الكاهن *
8 والى الكهنة والى كل الشعب الموجودين معه بايروسليم * لياخذ اواني بيت الرب
المخرجة من الهيكل ويعيدها الى ارض يهودا في عاشر سيون * اواني فضة التي صنعها
صدقيا بن يوسيا ملك يهودا *

CAPUT I.

Textus trigeſimus tertius.

HÆc autem ſunt verba libri, quæ Ba- 1
ruch filius Neriæ, filii Maaſiæ, filii Se-
deciæ, filii Saadiæ, filii Helciæ, ſcripſit in
Babele, Anno quinto, ſeptimâ die menſis, 2
quo tempore ceperunt Chaldæi Jeroſolyma,
igneque combuſſerunt. Hujus libri ver- 3
ba cùm legiſſet Baruch audiente Jocha-
niâ filio Joacimi rege Judæ, Et 4
audiente univerſâ turbâ quæ ad libri
lectionem convenerat, audientibus po-
tentioribus & filiis regis, audientibus
ſenioribus, audiente denique toto populo,
à minimo ad maximum, omnibus habi-
tantibus in Babele, ſecus flumen Sud :
Fleverunt, jejunaverunt, votaque vo- 5
verunt coram Domino: Et collegerunt 6
pecuniam prout poterat cujuſque fa-
cultas, Et miſerunt Jeroſolyma ad Joa- 7
cimum filium Helciæ, filii Salomi ſa-
cerdotem, & ad ſacerdotes, & ad uni-
verſum populum qui cum eo extabant
Jeroſolymis ; Ut reciperet vaſa domûs 8
Domini templo exportata, & reſtitue-
ret ea in terram Judæ, die decimâ Si-
vanis ; vaſa ſcilicet argentea quæ fe-
cerat Sedecia filius Joſiæ rex Judæ,

Versio VULG. LAT.

9 Posteaquàm cepisset Nabuchodonosor rex Babylonis
Jechoniam, & principes, & cunctos potentes, & po-
pulum terræ, ab Jerusalem, & duxit eos vinctos in
10 Babylonem. Et dixerunt; Ecce misimus ad vos pe-
cunias, de quibus emite holocautomata, & thus, &
facite manna, & offerte pro peccato ad aram Domi-
11 ni Dei nostri: Et orate pro vita Nabuchodonosor re-
gis Babylonis, & pro vita Baltassar filii ejus, ut sint
12 dies eorum sicut dies cœli super terram: Et ut det Do-
minus virtutem nobis, & illuminet oculos nostros, ut
vivamus sub umbra Nabuchodonosor regis Babylo-
nis, & sub umbra Baltassar filii ejus, & serviamus
eis multis diebus, & inveniamus gratiam in conspe-
13 ctu eorum. Et pro nobisipsis orate ad Dominum De-
um nostrum: quia peccavimus Domino Deo nostro,
& non est aversus furor ejus à nobis usque in hunc
14 diem. Et legite librum istum, quem misimus ad vos
recitari in templo Domini, in die solenni, & in die
15 opportuno: Et dicetis; Domino Deo nostrò justi-
tia, nobis autem confusio faciei nostræ: sicut est dies
16 hæc omni Juda, & habitantibus in Jerusalem, Regi-
bus nostris, & principibus nostris, & sacerdotibus nostris,
17 et prophetis nostris, & patribus nostris. Peccavimus ante
Dñm Deum nostrum, & non credidimus, diffidentes in
18 eum: Et non fuimus subjectibiles illi, & non audivi-
mus vocem Domini Dei nostri, ut ambularemus in man-
datis ejus, quæ dedit nobis.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

9 Μετὰ τὸ ἀποικίσαι Ναβουχοδονόσορ βασιλέα Βαβυλῶνος τὸν Ἰε-
χονίαν, καὶ τοὺς ἄρχοντας, καὶ τοὺς δεσμώτας, καὶ τοὺς δυνάστας, καὶ τὸν
λαὸν τῆς γῆς ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ, καὶ (μ) ἤγαγεν αὐτὸν εἰς Βαβυλῶνα.
10 Καὶ εἶπαν, Ἰδοὺ ἀπεστείλαμεν πρὸς ὑμᾶς ἀργύριον, καὶ ἀγοράσατε
τῷ ἀργυρίῳ ὁλοκαυτώματα, καὶ περὶ ἁμαρτίας, καὶ λίβανον, καὶ ποιήσατε
μάννα, καὶ ἀνοίσατε ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον κυρίου τοῦ Θεοῦ (ν) ἡμῶν,
11 Καὶ προσεύξασθε περὶ τῆς ζωῆς Ναβουχοδονόσορ βασιλέως Βαβυ-
λῶνος, καὶ εἰς ζωὴν Βαλτάσαρ υἱοῦ αὐτοῦ, ἵνα ὦσιν αἱ ἡμέραι (ξ) αὐ-
12 τῶν ὡς αἱ ἡμέραι τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ δώσει κύριος ἰσχὺν
ἡμῖν, καὶ (ʻ) φωτίσει τοὺς ὀφθαλμοὺς ἡμῶν, καὶ ζησόμεθα ὑπὸ τὴν σκιὰν
Ναβουχοδονόσορ βασιλέως Βαβυλῶνος, καὶ ὑπὸ τὴν σκιὰν Βαλτάσαρ
υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ δουλεύσομεν αὐτοῖς ἡμέρας πολλὰς, καὶ εὑρήσομεν χά-
13 ριν ἐναντίον αὐτῶν. Καὶ προσεύξασθε περὶ ἡμῶν πρὸς κύριον
(ο) τὸν Θεὸν ἡμῶν, ὅτι ἡμάρτομεν (π) τῷ κυρίῳ Θεῷ ἡμῶν, καὶ οὐκ ἀ-
πέστρεψεν ὁ θυμὸς κυρίου καὶ ἡ ὀργὴ αὐτοῦ ἀφ᾽ ἡμῶν, ἕως τῆς ἡμέρας
14 ταύτης. Καὶ ἀναγνώσεσθε τὸ βιβλίον τοῦτο ὃ ἀπεστείλαμεν πρὸς
(ρ) ὑμᾶς, ἐξαγορεῦσαι ἐν οἴκῳ κυρίου, ἐν (σ) ἡμέρᾳ ἑορτῆς,
15 καὶ ἐν ἡμέραις καιροῦ, Καὶ ἐρεῖτε, Τῷ κυρίῳ Θεῷ ἡμῶν ἡ δικαιο-
σύνη, ἡμῖν δὲ (τ) αἰσχύνη τῶν προσώπων, ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη, ἀνθρώπῳ
16 Ἰούδα, καὶ τοῖς κατοικοῦσιν Ἱερουσαλὴμ, Καὶ τοῖς βασιλεῦσιν ἡμῶν,
καὶ τοῖς ἄρχουσιν ἡμῶν, καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἡμῶν, καὶ τοῖς προφήταις
17 ἡμῶν, καὶ τοῖς πατράσιν ἡμῶν, Ὧν ἡμάρτομεν (υ) ἔναντι κυρίου,
18 καὶ ἠπειθήσαμεν αὐτῷ, Καὶ οὐκ ἠκούσαμεν τῆς φωνῆς κυρίου Θεοῦ ἡμῶν,
πορεύεσθαι (φ) τοῖς προστάγμασι κυρίου, οἷς ἔδωκε κατὰ πρόσωπον ἡμῶν,

MS.A. (μ) εἰσήγαγεν αὐτοὺς (ν) ὑμῶν, (ξ) αὐτοῦ (ʻ) φωτίσῃ (ο) Θεὸν ὑμῶν, (π) κυρίῳ (ρ) * ἡμᾶς, (σ) ἡμέραις (τ) ἡ αἰσχύνη (υ) ἐναντίον (φ) ἐν τοῖς

Postquàm Nabuchodonosor rex Babylonis trans- 9
tulit Jechoniam, & principes, & vinctos, &
potentes, & populum terræ, ab Hierusalem, &
duxit eum in Babylonem. Et dixerunt; Ecce 10
misimus ad vos argentum: & emite argen-
to holocaustomata, & pro peccato, & thus:
& facite (a) Manna: & offerte super altare
Domini Dei nostri: Et orate pro vita Nabu- 11
chodonosor regis Babylonis, & ad vitam Bal-
tasar filii ejus; ut sint dies eorum, sicut dies
cœli, super terram. Et dabit Dominus forti- 12
tudinem nobis, & illuminabit oculos nostros:
& vivemus sub umbra Nabuchodonosor regis
Babylonis, & sub umbra Baltasar filii ejus:
& serviemus eis dies multos, & inveniemus
gratiam coram eis. Et orate pro nobis ad 13
Dominum Deum nostrum: quia peccavimus
Domino Deo nostro: & non avertit se furor
Domini, & ira ejus à nobis usque ad diem
hanc. Et legetis librum hunc, quem misimus 14
ad vos recitari in domo Domini in die so-
lennitatis, & in diebus temporis: Et dicetis; 15
Domino Deo nostro justitia: nobis autem con-
fusio facierum, sicut dies hæc, homini Juda,
& inhabitantibus Hierusalem, Et regibus 16
nostris, & principibus nostris, & sacerdotibus
nostris, & prophetis nostris, & patribus no-
stris: Quæ peccavimus ante Dominum, & 17
non credidimus ei, Et non audivimus vocem 18
Domini Dei nostri, ut ambularemus in mandatis
Domini, quæ dedit ante faciem nostram,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

9 * ܡܢ ܒܬܪ ܕܫܒܐ ܢܒܘܟܕܢܨܪ ܡܠܟܐ ܠܝܟܘܢܝܐ ܘܠܪ̈ܘܪܒܢܐ ܘܠܦܪ̈ܫܐ. ܘܠܐܘܡܢ̈ܐ
10 ܘܠܚܝܠܬܐ ܕܐܘܪܫܠܡ. ܘܐܘܒܠ ܐܢܘܢ ܠܒܒܠ. * ܘܐܡܪܝܢ ܗܐ ܫܕܪܢ ܠܟܘܢ
ܟܣܦܐ. ܙܒܢܘ ܒܗ ܥܠܘܬܐ ܘܢܟܣܬܐ ܚܠܦ ܚܛܗ̈ܐ. ܘܒܣ̈ܡܐ ܘܩܘܪܒܢܐ ܥܒܕܘ. ܘܩܪܒܘ
11 ܥܠ ܡܕܒܚܗ ܕܡܪܝܐ ܐܠܗܢ. * ܘܨܠܘ ܥܠ ܚܝ̈ܘܗܝ ܕܢܒܘܟܕܢܨܪ ܡܠܟܐ ܕܒܒܠ.
ܘܥܠ ܚܝ̈ܘܗܝ ܕܒܠܛܫܨܪ ܒܪܗ. ܕܢܗܘܘܢ ܝܘܡ̈ܬܗܘܢ ܒܐܪܥܐ ܐܝܟ ܝܘܡ̈ܬܐ ܕܫܡܝܐ.
12 * ܘܢܬܠ ܠܢ ܡܪܝܐ ܕܢܦܠܚܝܘܗܝ ܘܢܢܗܪܢ ܥܝܢ̈ܝܢ. ܘܢܚܐ ܬܚܝܬ ܛܠܠܗ ܕܢܒܘܟܕܢܨܪ
ܡܠܟܐ ܕܒܒܠ. ܘܕܒܠܛܫܨܪ ܒܪܗ. ܘܢܦܠܚ ܐܢܘܢ ܝܘܡ̈ܬܐ ܣܓܝ̈ܐܐ. ܘܢܫܟܚ ܪ̈ܚܡܐ
13 ܩܕܡܝܗܘܢ. * ܘܨܠܘ ܘܒܥܘ ܥܠܝܢ ܡܢ ܡܪܝܐ ܐܠܗܢ. ܡܛܠ ܕܐܚܛܝܢ ܩܕܡ ܡܪܝܐ ܐܠܗܢ.
14 ܘܠܐ ܗܦܟ ܚܡܬܗ ܕܡܪܝܐ ܐܠܗܢ. ܘܪܘܓܙܗ ܡܢܢ. ܥܕܡܐ ܠܝܘܡܢܐ. * ܘܬܩܪܘܢ ܟܪܟܐ
15 ܗܢܐ ܕܫܕܪܢ ܠܟܘܢ. ܘܬܘܕܘܢ ܚܠܦܝܢ ܒܒܝܬܗ ܕܡܪܝܐ. ܩܕܡ ܡܪܝܐ. * ܒܥܐܕܐ
ܕܒܝܘܡ̈ܬܐ ܐܘ ܒܥܐܕ̈ܘܗܝ ܕܡܪܝܐ. ܘܐܡܪܝܢ ܕܡܪܝܐ ܗܘ ܐܠܗܢ ܟܐܢܘܬܐ. ܘܠܢ ܒܗܬܬܐ ܕܐܦ̈ܐ
16 ܐܝܟ ܕܝܘܡܢܐ ܗܢܐ ܠܓܒܪ̈ܐ ܝܗܘܕ̈ܝܐ ܘܠܥܡܘܪ̈ܝܗ ܕܐܘܪܫܠܡ. * ܘܠܡܠܟ̈ܝܢ
17 ܘܠܪܘܪ̈ܒܢܝܢ. ܘܠܟܗ̈ܢܝܢ ܘܠܢܒ̈ܝܝܢ ܘܠܐܒܗ̈ܝܢ. * ܕܐܚܛܝܢ ܩܕܡ ܡܪܝܐ ܐܠܗܢ.
18 ܘܠܐ ܫܡܥܢܝܗܝ. * ܘܦܘܩܕ̈ܢܘܗܝ ܫܛܢ. ܘܠܐ ܐܬܛܦܝܣܢ. ܘܠܐ ܫܡܥܢ ܠܩܠܗ ܕܡܪܝܐ ܐܠܗܢ.
ܕܢܗܠܟ ܒܦܘܩܕ̈ܢܘܗܝ ܕܡܪܝܐ ܐܠܗܢ. ܕܣܡ ܩܕܡܝܢ.

Postquàm in captivitate abduxisset Nebu- 9
cadnosar rex Jeconiam & magnates &
satellites & artifices & exercitus Jerosoly-
mis, Babylonemque duxisset: Dicentes; 10
Ecce misimus vobis pecuniam: emite eâ
holocausta, victimásque pro peccatis, &
thus, & oblationem facite, & offerte in
altari Domini Dei nostri: Et orate pro 11
vita Nebucadnosaris regis Babylonis, vitâ-
que Belteshasaris filii ejus ut sint dies eo-
rum in terra instar dierum cœli: Utque 12
det nobis Dñs ut serviamus ipsi, & illustren-
tur oculi nostri, & vivamus sub umbra Ne-
bucadnosaris Regis Babylonis, filiique ejus
Belteshasaris, utque servientes ipsis, diebus
multis, inveniamus gratiam coram eis. Orate 13
autem, & petite pro nobis à Domino Deo
nostro: quia peccavimus coram Deo no-
stro, nec aversus est furor Domini Dei no-
stri, & ira ejus à nobis usque in hodier-
num diem. Et legetis volumen hoc quod 14
misimus vobis, & confitebimini pro nobis
in domo Domini coram Domino, In die 15
festo aut in diebus Domini, dicentes; Do-
mini Dei nostri est justitia, nostra autem
confusio vultûs, sicut die isto hodierno, viris
Judæis, & habitatoribus Jerosolymorum;
Regibusque nostris & magnatibus, sacer- 16
dotibusque nostris & prophetis patribús-
que nostris; Quia peccavimus coram Do- 17
mino Deo nostro, nec audivimus ipsum; Sed 18
præcepta ejus sprevimus, nec acquievimus &
obedivimus voci Domini Dei nostri, ut am-
bularemus in præceptis Domini Dei no-
stri quæ proposuit nobis;

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

9 * بعد ان سبي بختنصر ملك بابل يوخانيا والروساء والاسري والاقوياء وشعب الارض من
10 اوريشليم وادخلهم الي بابل * وقالوا ها ارسلنا اليكم فضة فابتاعوا بالفضة محرقات من اجل
11 الخطية ولبانا واصنعوا منا واصعدوا الي مذبح الرب الهنا * وصلوا من اجل حياة بختنصر
12 ملك بابل وحياة بلتاصار ابنه * كي تكون ايامه مثل ايام السماء على الارض * ويعطينا
الرب قوة وينير عيوننا فنعيش تحت ظل بختنصر ملك بابل وتحت ظل بلتاصار ابنه *
13 ونتعبد لهم اياما كثيرة * ونجد نعمة امامهم * وصلوا من اجلنا الي الرب الهنا * لانا اخطانا
14 الي الرب الهنا ولم يرتد غضب الرب ورجزه عنا الي هذا اليوم * ويقرون هذا السفر الذي
15 ارسلناه اليكم لتخبروا به * في بيت الرب في ايام العيد في ايام الزمان * وقولوا * للرب
الهنا العدل * ولنا خزي الوجوه مثل هذا اليوم * لانسان يهوذا وسكان اوريشليم *
16 17 * ولملوكنا ولروسائنا ولكهنتنا ولانبيائنا ولابائنا * نحن الذين اخطانا قدام الرب
18 وعصيناه * ولم نسمع صوت الرب الهنا لنسير في اوامر الرب التي اعطانا اياها
لوجهنا *

Postquàm Bochtonassar rex Babelis, Jo- 9
chaniam, & principes, ac mancipia, po-
tentiores, terræque populum captivos
abduxisset Jerosolymis, eósque Babelem
introduxisset. Et dixerunt, Ecce mi- 10
simus ad vos pecuniam, emite hâc pecu-
niâ holocausta pro peccato, ac thus, con-
ficite manna, & offerte ad aram Domini 11
Dei nostri: Et orate pro vita Bochto-
nassaris regis Babelis, & pro vita Bal-
tasaris filii ejus, ut sint dies ejus sicut
dies cœli super terram: Détque nobis 12
Dominus vires, & oculos nostros illu-
minet, ut vivamus sub umbra Bochto-
nassaris regis Babelis, sub umbra Bal-
tasaris filii ejus, & serviamus eis die-
bus multis, & gratiam apud eos conse- 13
quamur. Orate etiam pro nobis Domi-
num Deum nostrum, quia peccavimus
in Dominum Deum nostrum, necdum a-
versa est indignatio Domini & ira ejus 14
à nobis ad hunc usque diem. Et legetis
hunc libellum quem misimus vobis ut
annuntietis eum, in domo Domini die- 15
bus festis, diebus statuti temporis. Et
dicite; Domino Deo nostro justitia, nobis
autem erubescentia vultuum ut hodier-
nâ die, hominibus Judæ & habitatori- 16
bus Jerosolymorum, Regibus nostris,
principibus, sacerdotibus, prophetis, & 17
patribus nostris: Nobis inquam qui
peccavimus coram Domino, rebellavi- 18
mus in eum, Nec auscultavimus voci
Domini Dei nostri, ut incederemus in
præceptis Domini quæ proposuit in con-
spectu nostro.

Versio VULG. LAT.

19 A die, quâ eduxit patres nostros de terra Ægypti,
usque ad diem hanc, eramus incredibiles ad Domi-
num Deum nostrum; & dissipati recessimus, ne audi-
20 remus vocem ipsius. Et adhæserunt nobis multa ma-
la, & maledictiones, quæ constituit Dominus Moysi
servo suo: qui eduxit patres nostros de terra Ægy-
pti, dare nobis terram fluentem lac & mel, sicut ho-
diernâ die. Et non audivimus vocem Domini Dei
21 nostri secundùm omnia verba prophetarum, quos mi-
sit ad nos: Et abivimus unusquisque in sensum cordis
22 nostri maligni, operari diis alienis, facientes mala an-
te oculos Domini Dei nostri.

CAP. II.

1 PRopter quod statuit Dominus Deus noster verbum
suum, quod locutus est ad nos, & ad judices nostros, qui
judicaverunt Israël, & ad reges nostros, & ad principes
2 nostros, & ad omnem Israël, & Juda: Ut adduceret Dñs
super nos mala magna, quæ non sunt facta sub cœlo,
quemadmodùm facta sunt in Jerusalem, secundùm quæ
3 scripta sunt in lege Moysi, Ut manducaret homo car-
4 nes filii sui, & carnes filiæ suæ. Et dedit eos sub manu
regum omnium, qui sunt in circuitu nostro, in impro-
perium, & in desolationem in omnibus populis, in
5 quibus nos dispersit Dominus. Et facti sumus subtùs,
& non suprà: quia peccavimus Domino Deo nostro,
non obaudiendo voci ipsius.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

19 Ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἧς ἐξήγαγε κύριος τοὺς πατέρας ἡμῶν ἐκ γῆς Αἰ-
γύπτου, καὶ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης ἦμεν ἀπειθοῦντες πρὸς κύριον Θεὸν
20 ἡμῶν, καὶ (*)ἐσχεδιάζομεν πρὸς τὸ μὴ ἀκούειν τῆς φωνῆς αὐτοῦ. Καὶ ἐκολ-
λήθη εἰς ἡμᾶς τὰ κακὰ, καὶ ἡ ἀρὰ ἣν συνέταξε κύριος (χ) τῷ
Μωυσῇ παιδὶ αὐτοῦ, ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἐξήγαγε τοὺς πατέρας ἡμῶν ἐκ
γῆς Αἰγύπτου, δοῦναι ἡμῖν γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι, ὡς ἡ ἡμέρα
21 (ψ)αὕτη. Καὶ οὐκ ἠκούσαμεν τῆς φωνῆς κυρίου (ω) τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, κατὰ
22 πάντας τοὺς λόγους τῶν προφητῶν (α) ὧν ἀπέστειλε πρὸς ἡμᾶς. Καὶ
ᾠχόμεθα ἕκαστος ἐν διανοίᾳ καρδίας (β) αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς, ἐργάζεσθαι
θεοῖς ἑτέροις, ποιῆσαι τὰ κακὰ κατ' ὀφθαλμοὺς κυρίου Θεοῦ
ἡμῶν.

MS.A. (*)ἐσχεδιάσαμεν (χ)Μωυσῇ (ψ)ταύτῃ. (ω)Θεοῦ (α)οὓς (β)ἡμῶν

ΚΕΦ. β'.

1 ΚΑὶ ἔστησε κύριος τὸν λόγον αὐτοῦ, ὃν ἐλάλησεν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ
τοὺς δικαστὰς ἡμῶν, τοὺς δικάσαντας τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ἐπὶ τοὺς βασι-
λεῖς ἡμῶν, καὶ ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας ἡμῶν, καὶ ἐπὶ ἄνθρωπον Ἰσραὴλ
2 καὶ Ἰούδα, Τοῦ ἀγαγεῖν ἐφ' ἡμᾶς κακὰ μεγάλα, ἃ οὐκ ἐποιήθη
ὑποκάτω παντὸς τοῦ οὐρανοῦ, καθὰ ἐποίησεν ἐν Ἱερουσαλὴμ, κατὰ τὰ
3 γεγραμμένα ἐν τῷ νόμῳ Μωυσῆ, Τοῦ φαγεῖν ἡμᾶς, ἄνθρωπον
4 σάρκας (α) υἱοῦ αὐτοῦ, καὶ ἄνθρωπον σάρκας θυγατρὸς αὐτοῦ. Καὶ
ἔδωκεν αὐτοὺς ὑποχειρίους πάσαις ταῖς βασιλείαις ταῖς κύκλῳ ἡμῶν, εἰς
ὀνειδισμὸν, καὶ (β) ἄβατον ἐν πᾶσι τοῖς λαοῖς τοῖς κύκλῳ (γ), οὗ
5 διέσπειρεν αὐτοὺς κύριος ἐκεῖ. Καὶ ἐγενήθησαν ὑποκάτω καὶ οὐκ ἐπάνω,
ὅτι ἡμάρτομεν (δ) κυρίῳ Θεῷ ἡμῶν, πρὸς τὸ μὴ ἀκούειν τῆς φωνῆς
αὐτοῦ.

MS. A. (α) υἱῶν (β) εἰς ἄβατον (γ) ἡμῶν, (δ) τῷ κυρίῳ

A die, quâ eduxit Dominus patres nostros de 19
terra Ægypti. Et usque ad diem hanc fuimus
increduli erga Dominum Deum nostrum, &
(b) vagabamur, ne audiremus vocem ipsius.
Et adhæserunt in nos mala, & maledictio, quam 20
constituit Dominus Moysi puero suo in die quâ
eduxit patres nostros de terra Ægypti, ad dan-
dam nobis terram fluentem lac & mel, sicut dies
hæc. Et non audivimus vocem Domini Dei no- 21
stri secundùm omnia verba prophetarum, quos
misit ad nos. Et abivimus unusquisque in sensu 22
cordis sui maligni, operari diis alienis, facere
mala ante oculos Domini Dei nostri.

CAP. II.

ET statuit Dominus verbum suum, quod lo- 1
cutus est super nos, & super judices nostros
judicantes Israel, & super reges nostros,
& super principes nostros, & super ho-
minem Israel, & Juda: Ut adduceret su- 2
per nos mala magna, quæ non (a) facta sunt
sub omni cœlo, quemadmodùm fecit in Hierusa-
lem, secundùm quæ scripta sunt in lege Moysi:
Ut manducaremus nos, homo carnes filii sui, & 3
homo carnes filiæ suæ. Et dedit eos subjectos 4
omnibus regnis, quæ in circuitu nostro, in im-
properium, & invium in omnibus populis in
circuitu, quò dispersit eos Dominus illuc. Et 5
facti sunt subtùs, & non suprà: quia peccavi-
mus Domino Deo nostro, non audiendo vocem
ipsius.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

19 * ܡܛܠ ܕܡܢ ܝܘܡܐ ܕܐܦܩ ܠܐܒܗܝܢ ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ. ܘܥܕܡܐ ܠܝܘܡܢܐ ܗܢܐ. ܗܘܝܢ
20 ܗܘܝܢ ܕܠܐ ܡܬܛܦܝܣܝܢ ܠܡܪܝܐ ܐܠܗܢ. ܘܡܬܪܫܠܝܢ ܕܠܐ ܢܫܡܥ ܠܩܠܗ. * ܘܐܬܠܝ ܠܢ ܒܝܫܬܐ
ܘܠܘܛܬܐ. ܐܝܟ ܕܦܩܕ ܡܪܝܐ ܠܡܘܫܐ ܥܒܕܗ. ܟܕ ܐܦܩ ܠܐܒܗܝܢ ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܡܨܪܝܢ.
21 ܠܡܬܠ ܠܢ ܐܪܥܐ ܕܪܕܝܐ ܚܠܒܐ ܘܕܒܫܐ. * ܘܠܐ ܫܡܥܢ ܠܩܠܗ ܕܡܪܝܐ ܐܠܗܢ.
22 ܠܡܥܒܕ ܟܠܗܘܢ ܦܬܓܡܐ ܕܥܒܕܘܗܝ ܢܒܝܐ ܕܫܕܪ ܠܘܬܢ. * ܘܐܙܠܢ ܐܢܫ ܐܢܫ
ܒܪܓܝܓܬܐ ܕܠܒܗ ܒܝܫܐ. * ܠܡܦܠܚ ܠܐܠܗܐ ܢܘܟܪܝܐ. ܘܢܥܒܕ ܒܝܫܬܐ ܩܕܡ ܥܝܢܘܗܝ
ܕܡܪܝܐ ܐܠܗܢ.

* ܫܠܡ * ܩ̄ *

1 * ܘܐܩܝܡ ܡܪܝܐ ܦܬܓܡܘܗܝ ܡܕܡ ܕܡܠܠ ܥܠܝܢ. ܘܥܠ ܕܝܢܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܕܢܝܢ ܗܘܘ
ܠܐܝܣܪܝܠ ܘܠܝܗܘܕܐ. ܘܥܠ ܡܠܟܝܢ ܘܪܘܪܒܢܝܢ. ܘܥܠ ܓܒܪܐ ܕܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ ܘܝܗܘܕܐ.
2 * ܘܐܝܬܝ ܥܠܝܢ ܡܪܝܐ ܒܝܫܬܐ ܪܘܪܒܬܐ. ܕܠܐ ܐܬܥܒܕ ܐܟܘܬܗܝܢ ܬܚܝܬ ܫܡܫܐ ܥܠ ܟܠܗ
3 ܐܪܥܐ. ܐܝܟ ܕܐܬܥܒܕ ܒܐܘܪܫܠܡ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ ܒܢܡܘܣܗ ܕܡܘܫܐ: * ܕܢܐܟܘܠ ܟܠ
4 ܓܒܪ ܒܣܪܐ ܕܒܪܗ. ܘܒܣܪܐ ܕܒܪܬܗ. * ܘܝܗܒ ܐܢܘܢ ܒܐܝܕܐ ܕܟܠܗܝܢ
ܡܠܟܘܬܐ ܕܚܕܪܝܢ. ܠܚܣܕܐ ܘܠܚܘܪܒܐ. ܒܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ ܕܚܕܪܝܢ ܠܢ. ܠܐܝܟܐ ܕܒܕܪ
5 ܐܢܘܢ ܡܪܝܐ. * ܘܗܘܝܢ ܠܬܚܬ ܠܬܚܬ: ܘܠܐ ܠܥܠ ܠܥܠ. ܡܛܠ ܕܚܛܝܢ ܠܡܪܝܐ
ܐܠܗܢ. ܘܠܐ ܫܡܥܢ ܠܩܠܗ.

Quia, à die quo eduxit patres nostros de 19
terra Ægypti usque in diem hodiernum, in-
obsequentes fuimus Domino Deo nostro
& defecimus ab auscultando voci ipsius.
Supervenitque nobis malum & maledictio, 20
sicut mandavit Dominus Mosi servo suo
cùm eduxit patres nostros de terra Ægy-
pti ut daret nobis terram fluentem lacte &
melle. Et non obedivimus voci Domini 21
Dei nostri, ut faceremus verba omnia ser-
vorum ejus, prophetarum quos ad nos mi-
sit: Sed ambulavimus in cupiditatibus 22
cordis quisque sui mali, colendo deos ali-
enos, ut faciemus quæ mala sunt coram
oculis Domini Dei nostri.

CAP. II.

COnfirmavitque Dominus verba sua, id 1
quod locutus fuerat de nobis deque judici-
bus nostris qui judicaverant Israël, & Ju-
dam, deque regibus & magnatibus nostris,
virisque generis Israelitici & Judaici. In- 2
duxitque in nos Dominus mala magna, quo-
rum instar nulla evenerunt sub sole super
universam terram; eorum scilicet quæ facta
sunt Jerosolymis, secundùm id quod scriptũ
est in Lege Mosis: Ut ederemus carnes filii 3
quisque sui ac filiæ quisque suæ. Deditque 4
ipsos in potestatem omnium regnorum quæ
in circuitu nostrûm, in opprobrium & de-
solationem in omnibus circa nos populis quo
dispersit eos Dominus. Factique sumus in- 5
feriores admodùm, non autem superiores,
quia peccavimus Domino Deo nostro, nec
obedivimus voci ipsius.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

19 * منذ اليوم الذي فيه اخرج الرب اباءنا من ارض مصر والى هذا اليوم كنا عصاة للرب
20 الهنا واحتفلنا ان لا نسمع صوته * فلصقت بنا الشرور واللعنة التي امر بها الرب لموسى
عبده في اليوم الذي اخرج فيه اباءنا من ارض مصر ليعطينا ارضا تفيض لبنا وعسلا
21 مثل هذا اليوم * فلم نسمع صوت الرب الهنا بجميع اقوال الانبياء الذين ارسلهم الينا
22 * وبعد كل واحد بتصميم قلبنا الشرير لنعمل للالهة الغريبة لنصنع الشرور
لعيني الرب الهنا *

* الفصل الثاني *

1 * فاقام الرب كلمته التي تكلم بها علينا وعلى قضاتنا الذين يقضون لاسرائيل * وعلى
2 ملوكنا وعلى روسائنا * وعلى انسان اسرائيل ويهودا * ليجلب علينا شرورا عظيمة هذه التي
3 لم تصنع تحت كل السماء كما صنعت باورشليم * كالمكتوبات في ناموس موسى * لياكل
4 انسان لحم ابنه * وانسان لحم ابنته * ودفعهم علما في كل الممالك التي حولنا * للتعيير
5 وللقفر في جميع الشعوب التي حولنا حيث بددهم الرب هناك * وصاروا اسفل وليس فوق
لانا اخطانا للرب الهنا الا نسمع صوته *

Inde à die quo eduxit Dominus majores 19
nostros è terra Ægypti, ad hodiernum
diem fuimus rebelles in Dominum
Deum nostrum, & turmatim conveni-
mus ne auscultaremus voci ejus. Qua- 20
propter adhæserunt nobis mala & male-
dictio quam præceperat Dominus Mosi
servo suo die quâ eduxit majores nostros
è terra Ægypti, ut daret nobis terram
affluentem lacte & melle, ut hodi-
erno die: Attamen non auscultavimus 21
voci Domini Dei nostri in omnibus
dictis prophetarum quos misit ad nos;
Sed recessit unusquisque pro cogitati- 22
one cordis nostri pessimi, ut coleremus
deos alienos, & perpetraremus flagitia
in oculis Domini Dei nostri.

CAP. II.

IDeò præstitit Dominus verbum suum 1
quod locutus erat contra nos, & contra
judices nostros qui judicabant Israëlem,
contra reges ac principes nostros, deni-
que contra Israelitas & Judæos; Se 2
adducturum in nos mala hæc magna,
quæ non sunt facta sub toto cœlo, qua-
lia facta sunt Jerosolymis, secundùm
ea quæ scripta sunt in lege Mosis:
Adeò ut comederit quispiam carnes fi- 3
liorum suorum, & quispiam carnes
filiæ suæ: Et reddiderit eos famulos in 4
omnibus regnis quæ circunstant nos,
probro atque desolationi inter omnes
gentes circumjacentes nobis, ubicunque
dispersit eos Dominus: Factique sunt 5
inferiores non autem superiores: eo
quòd peccaverimus in Dominum Deum
nostrum, haud auscultantes voci ipsius.

Versio VULG. LAT.

6 Domino Deo nostro justitia : nobis autem, & patribus
7 nostris confusio faciei, sicut est dies hæc. Quia locu-
tus est Dominus super nos omnia mala hæc, quæ ve-
8 nerunt super nos : Et non sumus deprecati faciem Do-
mini Dei nostri, ut reverteremur unusquisque nostrûm à
9 viis nostris pessimis. Et vigilavit Dominus in malis,
& adduxit ea super nos : quia justus est Dominus in
10 omnibus operibus suis, quæ mandavit nobis : Et non
audivimus vocem ipsius ut iremus in præceptis Domi-
11 ni, quæ dedit ante faciem nostram. Et nunc, Domi-
ne Deus Israel, qui eduxisti populum tuum de terra Ægy-
pti in manu valida, & in signis, & in prodigiis, & in
virtute tua magna, & in brachio excelso, & fecisti tibi
12 nomen sicut est dies iste : Peccavimus, impiè egi-
mus, iniquè gessimus, Domine Deus noster, in omni-
13 bus justitiis tuis. Avertatur ira tua à nobis : quia dere-
14 licti sumus pauci inter gentes, ubi dispersisti nos. Ex-
audi, Domine, preces nostras, & orationes nostras, &
educ nos propter te : & da nobis invenire gratiam
15 ante faciem eorum, qui nos abduxerunt : Ut sciat
omnis terra quia tu es Dominus Deus noster, & quia
nomen tuum invocatum est super Israel, & super genus
16 ipsius. Respice, Domine, de domo sancta tua in nos,
17 & inclina aurem tuam, & exaudi nos. Aperi oculos
tuos, & vide : quia non mortui, qui sunt in inferno,
quorum spiritus acceptus est à visceribus suis, dabunt
honorem & justificationem Domino.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

6 Τῷ κυρίῳ θεῷ ἡμῶν ἡ δικαιοσύνη, ἡμῖν δὲ καὶ τοῖς πατράσιν ἡμῶν
7 ἡ αἰσχύνη τῶν προσώπων, ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη. Ἃ ἐλάλησε κύριος ἐφ᾽
8 ἡμᾶς, πάντα τὰ κακὰ ταῦτα ἃ ἦλθεν ἐφ᾽ ἡμᾶς. Καὶ οὐκ ἐδεήθημεν
τοῦ προσώπου κυρίου, τοῦ ἀποστρέψαι ἕκαστον ἀπὸ τῶν νοημάτων τῆς καρ-
9 δίας (ε) αὐτῶν τῆς πονηρᾶς. Καὶ ἐγρηγόρησε κύριος ἐπὶ τοῖς κακοῖς,
καὶ ἐπήγαγε κύριος ἐφ᾽ ἡμᾶς, ὅτι δίκαιος (ζ) ὁ κύριος ἐπὶ πάντα
10 τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἃ ἐνετείλατο ἡμῖν. Καὶ οὐκ ἠκούσαμεν τῆς φωνῆς αὐτοῦ,
πορεύεσθαι τοῖς προστάγμασι κυρίου, οἷς ἔδωκε κατὰ πρόσωπον ἡμῶν.
11 (η) Καὶ νῦν κύριε ὁ θεὸς Ἰσραήλ, ὃς ἐξήγαγες τὸν λαόν σου ἐκ γῆς
Αἰγύπτου, ἐν χειρὶ κραταιᾷ, καὶ ἐν σημείοις, καὶ ἐν τέρασι, καὶ ἐν
δυνάμει μεγάλῃ, καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ, καὶ ἐποίησας σεαυτῷ
12 ὄνομα, ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη, Ἡμάρτομεν, ἠσεβήσαμεν, ἠδικήσαμεν
13 κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ἐπὶ πᾶσι τοῖς δικαιώμασί σου. Ἀποστραφήτω
(θ) ὁ θυμός σου ἀφ᾽ ἡμῶν, ὅτι κατελείφθημεν ὀλίγοι ἐν τοῖς ἔθνεσιν
14 οὗ διέσπειρας ἡμᾶς ἐκεῖ. Εἰσάκουσον κύριε τῆς προσευχῆς ἡμῶν καὶ
τῆς δεήσεως ἡμῶν, καὶ ἐξελοῦ ἡμᾶς (ι) ἕνεκεν σου, καὶ δὸς ἡμῖν
χάριν κατὰ πρόσωπον τῶν ἀποικισάντων ἡμᾶς, Ἵνα γνῷ πᾶσα ἡ
15 γῆ, ὅτι σὺ κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν, ὅτι τὸ ὄνομά σου (κ) ἐπεκλήθη
16 ἐπὶ Ἰσραὴλ καὶ ἐπὶ τὸ γένος αὐτοῦ. Κύριε κάτιδε ἐκ τοῦ οἴκου
τοῦ ἁγίου σου, καὶ ἐννόησον (λ) εἰς ἡμᾶς, καὶ κλῖνον κύριε τὸ οὖς σου,
17 καὶ (μ) ἄκουσον. Ἄνοιξον ὀφθαλμούς σου, καὶ ἴδε, ὅτι οὐχ οἱ (ν) τε-
θνηκότες ἐν τῷ ᾅδῃ, ὧν ἐλήφθη τὸ πνεῦμα αὐτῶν ἀπὸ τῶν σπλάγ-
χνων αὐτῶν, (ξ) δώσουσι δόξαν καὶ δικαίωμα τῷ κυρίῳ.

MS.A. (ε) αὐτοῦ (ζ) κύριος (η) Κύριε ὁ θεὸς (θ) δὴ ὁ (ι) ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου, (κ) ἐπικέκληται (λ) ἡμᾶς, κλῖνον (μ) εἰσάκουσον. Καὶ ἄνοιξον κύριε τοὺς ὀφθαλμούς σου, (ν) τεθνεῶτες (ξ) δώσουσίν σοι δόξαν

Domino Deo nostro justitia : nobis autem, & patribus nostris confusio facierum, sicut est dies hæc. Quæ locutus est Dominus super nos, omnia mala hæc, quæ venerunt super nos: Et non sumus deprecati faciem Domini; ut reverteretur unusquisque à cogitationibus cordis sui pessimi. Et vigilavit Dominus in malis, & adduxit Dominus super nos: quia justus est Dominus in omnibus operibus suis, quæ mandavit nobis. Et nō audivimus vocē ipsius, ut iremus in præceptis Domini, quæ dedit ante faciem nostram. Et nunc, Domine Deus Israel, qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti in manu valida, & in signis, & in prodigiis, & in virtute magna, & in brachio excelso, & fecisti tibi nomen, sicut est dies ista: Peccavimus, impiè egimus, iniquè gessimus, Domine Deus noster, in omnibus justificationibus tuis. Avertatur ira tua à nobis : quia derelicti sumus pauci inter gentes, quò dispersisti nos illuc. Exaudi, Domine, preces nostras, & orationem nostram : & erue nos propter te : & da nobis gratiam ante faciem eorum, qui nos abduxerunt : Ut sciat omnis terra; quia tu es Dominus Deus noster : quia nomen tuum invocatum est super Israel, & super genus ipsius. Respice, Domine, de domo sancta tua, & intende in nos : & inclina, Domine, aurem tuam, & audi : Aperi oculos tuos, & vide : quia non mortui, qui sunt in inferno, quorum assumptus est spiritus eorum à visceribus suis, dabunt honorem, & justificationem Domino:

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

6 [illegible]
7 8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
[illegible]
11 [illegible]
[illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
[illegible]
[illegible]

Domini Dei nostri est justitia, nostra autem & Patrum nostrorum confusio vultûs ut hodierno die. Locutus enim fuerat de nobis Dominus Deus noster omnia mala quæ supervenerunt nobis. Neque supplicavimus Domino, ita ut rediremus quisque à cupiditatibus cordis sui mali. Invigilavitque Deus malis, & ea in nos induxit, Quia justus est Dominus Deus noster in omnibus operibus suis, quæ præcepit nobis Dominus. Nec obedivimus voci Domini Dei nostri, ut ambularemus in præceptis Domini quæ proposuit nobis. Nunc autem Domine Deus Israelis, Tu is es qui eduxisti populum tuum è terra Ægypti manu forti, figuris & mirabilibus, virtutéque magnâ, & manu elatâ, fecistique tibi nomen quale hodierno die. Peccavimus, stultè fecimus, impiè egimus, Domine Deus noster in omnia præcepta, in universam justitiam tuam. Averte furorem tuam à nobis, quia de multo paululum reliqui facti sumus, paucique sumus in Gentibus his inter quas dispersisti nos. Sed audi Domine, orationem precesque nostras, & redime nos propter nomen tuum, & da nobis gratiam coram eis qui in captivitatem nos abduxerunt : Ut sciat omnis terra te esse Dominum Deum nostrum, quia nomen tuum sanctum impositum est Israeli, generique ejus. Intuere Domine & respice de habitaculo tuo sancto, & intuere nos Domine, inclina aurem tuam, & audi nos ; Aperi, Deus oculos tuos, quoniam qui ad inferos descenderunt mortui, quorum è visceribus demptus est spiritus, non reddent Dño laudem et confessionem & justitiā.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

6 * للرب الهنا العدل ولنا ولابائنا خزي الوجوه مثل هذا اليوم * كما تكلم الرب علينا بجميع
7 8 هذه الشرور التي اتت علينا * ولم نطلب وجه الرب ليرد كل واحد عن ضمائر قلبه
9 الشريرة * وسهر الرب بالشرور وجلبها الرب علينا . لان الرب عدل في جميع اعماله التي
10 11 اوصى بها لنا * ولم نسمع صوته لنسير باوامر الرب التي اعطاها لوجهنا * ايها الرب اله
اسرايل الذي اخرجت شعبك من ارض مصر بيد عزيزة وايات وجرائح . وبقوة عظيمة وبذراع
12 رفيعة . وصنعت لك اسما مثل هذا اليوم * اخطانا نافقنا ظلمنا ايها الرب الهنا في كل معادلك
13 14 * ليرتد غضبك عنا . لانا تركنا قليلون في الامم حيث بددتنا هناك * اسمع يا رب
15 صلاتنا وطلبتنا وخلصنا من اجل اسمك . واعطنا نعمة لوجه الذين سبونا * كي تعلم
16 كل الارض انك انت الرب الهنا . لان اسمك دعي على اسرايل وعلى جنسه * انظر يا رب من
17 بيتك المقدس وتاملنا . امل يا رب سمعك واستجب * وافتح يا رب الحاظك وانظر انه
ليس الاموات الذين في الجحيم الذين اخذت روحهم من جوانحهم يعطون لك مجدا
ومعدلة يا رب .

Domino Deo nostro justitia, nobis autem & majoribus nostris erubescentia vultuum, ut hodierno die: Quemadmodum prædixerat Dominus contra nos omnia mala ista quæ nobis evenerunt, Neque tamen deprecati sumus faciem Domini; ut revocaret quemque à cogitationibus cordis ejus maligni: Ideò invigilavit Dominus malis istis, & adduxit ea Dominus super nos : justissimus est in omnibus operibus suis quæ mandavit nobis. Nos verò non auscultavimus voci ejus, ut ambularemus in præceptis Domini, quæ proposuerat conspectui nostro. O Domine Deus Israelis, qui eduxisti populum tuum è terra Ægypti manu validâ, & signis ac portentis, magnâque potentiâ, & brachio excelso, & comparâsti tibi nomen, ut hodierno die : Peccavimus, impiè egimus, iniquè gessimus O Domine Deus noster, in omnes justitias tuas. Avertatur indignatio tua à nobis, quoniam pauci remansimus inter gentes ubi nos dispersisti. Exaudi O Domine orationem ac petitionem nostram, & libera nos propter nomen tuum, & redde nos gratiosos apud eos qui captivos duxerunt nos : Ut agnoscat universa terra te esse Dominum Deum nostrum, quòd nomen tuum invocatum sit super Israelem & super genus ipsius. Intuere O Domine de domo tua sancta, & considera nos : inclina ô Domine aurem tuam, & exaudi : Aperi O Domine oculos tuos, & vide quòd non mortui qui sunt in inferno, quorum spiritus receptus est è lateribus eorum, daturi sunt tibi gloriam atque justitiam, O Domine:

Versio VULG. LAT.

18 Sed anima quæ tristis est super magnitudine mali, &
incedit curva, & infirma, & oculi deficientes, & ani-
ma esuriens dat tibi gloriam & justitiam Domino.
19 Quia non secundùm justitias patrũ nostrorum nos fundi-
mus preces, & petimus misericordiã ante conspectum tu-
20 um, Domine Deus noster: Sed quia misisti iram tuam,
& furorem tuum super nos, sicut locutus es in manu pu-
21 erorum tuorum prophetarum, dicens; Sic dicit Domi-
nus; Inclinate humerum vestrum, & cervicem vestram,
& opera facite regi Babylonis: & sedebitis in terra quam
22 dedi patribus vestris. Quòd si non audieritis vocem Do-
mini Dei vestri operari regi Babyloniæ: defectionem ve-
stram faciam de civitatibus Juda, & à foris Jerusalem,
23 Et auferam à vobis vocem jucunditatis, & vocem gaudii,
& vocem sponsi, & vocem sponsæ, & erit omnis terra
24 sine vestigio ab inhabitantibus eam. Et non audierunt vo-
cem tuam, ut operarentur regi Babylonis: & statuisti verba
tua, quæ locutus es in manibus puerorum tuorum prophe-
tarum, ut transferrentur ossa regum nostrorum, & ossa pa-
25 trum nostrorum de loco suo: Et ecce projecta sunt in ca-
lore Solis, & in gelu noctis: & mortui sunt in doloribus
26 pessimis, in fame & in gladio, & in emissione. Et posuisti
templum, in quo invocatum est nomen tuum in ipso, sicut
hæc dies, propter iniquitatem domûs Israel, & domûs
27 Juda. Et fecisti in nobis, Domine Deus noster, secundùm
omnem bonitatem tuam, & secundùm omnem miseratio-
nem tuam illam magnam:

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

18 (o) Ἀλλὰ ἡ ψυχὴ ἡ λυπουμένη ἐπὶ τὸ μέγεθος, ὃ βαδίζει κύπτον καὶ
ἀσθενοῦν, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ οἱ ἐκλείποντες, καὶ ἡ ψυχὴ ἡ πεινῶσα, (π) δώ-
19 σουσί σοι δόξαν, καὶ δικαιοσύνην κύριε. Ὅτι οὐκ ἐπὶ τὰ δικαιώματα
τῶν πατέρων ἡμῶν καὶ τῶν βασιλέων ἡμῶν ἡμεῖς καταβάλλομεν τὸν ἔλεον
20 (ρ) κατὰ πρόσωπόν σου κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν. Ὅτι ἐνῆκας τὸν θυμόν σου καὶ
τὴν ὀργήν σου (σ) εἰς ἡμᾶς, καθάπερ ἐλάλησας ἐν χειρὶ τῶν παίδων σου τῶν
21 (τ) προφητῶν· Οὕτως εἶπε κύριος, Κλίνατε τὸν ὦμον ὑμῶν, καὶ (υ) ἐρ-
γάσασθε τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος, καὶ καθίσατε ἐπὶ (φ) τὴν γῆν, ἣν δέ-
22 δωκα τοῖς πατράσιν ὑμῶν. Καὶ ἐὰν μὴ ἀκούσητε τῆς φωνῆς κυρίου, ( ) ἐρ-
γάσασθαι τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος, ἐκλείπειν ποιήσω ἐκ (χ) πόλεων Ἰού-
23 δα καὶ ἔξωθεν Ἱερουσαλὴμ φωνὴν εὐφροσύνης, καὶ φωνὴν χαρμοσύνης,
φωνὴν νυμφίου, καὶ φωνὴν νύμφης, καὶ ἔσται πᾶσα ἡ γῆ εἰς ἄβατον
24 ἀπὸ ἐνοικούντων. Καὶ οὐκ ἠκούσαμεν τῆς φωνῆς σου, ( ) ἐργάσασθαι τῷ
βασιλεῖ Βαβυλῶνος· καὶ ἔστησας τοὺς λόγους σου, οὓς ἐλάλησας ἐν
χερσὶ τῶν παίδων σου τῶν προφητῶν, τοῦ ἐξενεχθῆναι τὰ ὀστᾶ (ψ) βασι-
25 λέων ἡμῶν, καὶ τὰ ὀστᾶ τῶν πατέρων ἡμῶν ἐκ τοῦ τόπου (ω) αὐτῶν. Καὶ
ἰδού ἐστιν ἐξερριμμένα τῷ καύματι τῆς ἡμέρας, καὶ τῷ παγετῷ τῆς
νυκτός· καὶ ἀπέθανον ἐν πόνοις πονηροῖς, ἐν λιμῷ, καὶ ἐν ῥομφαίᾳ,
26 καὶ ἐν ἀποστολῇ. Καὶ ἔθηκας τὸν (α) οἶκον, οὗ ἐπεκλήθη τὸ ὄνομά
σου ἐπ' αὐτῷ, ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη, διὰ πονηρίαν οἴκου Ἰσραὴλ καὶ οἴκου
27 Ἰούδα. Καὶ ἐποίησας εἰς ἡμᾶς κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν κατὰ πᾶσαν ἐπι-
είκειάν σου, καὶ κατὰ πάντα οἰκτιρμόν σου τὸν μέγαν,

MS. A. (o) Ἀλλ' ἡ (π) δώσουσιν δόξαν σοι, (ρ) ἡμῶν κατὰ (σ) ἐφ' ἡμᾶς, (τ) προφητῶν, λέγων, Οὕτως (υ) ἐργάζεσθε (φ) τῆς γῆς, ἧς ἔδωκα. ( ) ἐργάζεσθε (χ) πόλεως ( ) ἐργάζεσθαι (ψ) τῶν βασιλέων ἡμῶν, καὶ τὰ ὀστᾶ τῶν ἀρχόντων ἡμῶν, καὶ τὰ ὀστᾶ (ω) αὐτοῦ. Καὶ ἰδού εἰσιν ἐξερριμμένα (α) οἶκόν σου,

Sed anima, quæ tristatur (b) in magnitudinem, 18
(c) qui incedit curvus, & infirmus, & oculi defi-
cientes, & anima esuriens dabunt tibi gloriam,
& justitiam, Domine. Quia non super justifica- 19
tionibus patrum nostrorum, et regũ nostrorũ nos
fundimus misericordiam ante faciem tuam, Do-
mine Deus noster: Quia immisisti furorem tuum, 20
& iram tuam in nos; sicut locutus es in manu
puerorum tuorũ (d) prophetarũ; Sic dixit Domi-
nus; Inclinate humerũ vestrũ, & (e) opera facite 21
regi Babylonis: & sedete super terrã, quam dedi
patribus vestris. Quòd si non audieritis vocem 22
Domini, operari regi Babylonis; (f) deficere faciã
de civitatibus Juda, & à foris Hierusalem, Vo-
cem lætitiæ, & vocem gaudii, vocem sponsi, et 23
vocem sponsæ: & erit omnis terra sine vestigio ab
inhabitantibus. Et non audivimus vocem tuam, 24
ut operaremur regi Babylonis. Et statuisti ver-
ba tua, quæ locutus es in manibus puerorum
tuorum prophetarum; ut transferrentur ossa re-
gum nostrorum, & ossa patrum nostrorum de loco
suo. Et ecce projecta sunt æstui diei, & gelu no- 25
ctis: & mortui sunt in doloribus pessimis, in
fame, & in gladio, & in (g) emissione. Et po- 26
suisti domum, in qua invocatum est nomen tuum
in ipsa; sicut hæc dies, propter iniquitatem do-
mûs Israel, & domûs Juda. Et fecisti in nos, 27
Domine Deus noster secundùm omnem bonitatem
tuam, & secundùm omnem miserationem tuam
illam magnam:

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

18 [illegible]
19 [illegible]
[illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
[illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
[illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
[illegible]
27 [illegible]
[illegible]

* Sed anima oppressa mœrore quàm potest 18
maximo, quæq; humilis incedit et ægrota, ocu-
liq; desiderio suo orbi, & anima esuriens, da-
bunt tibi laudem & justitiam, Domine. Non 19
enim justitiæ nostræ nec justitiæ patrum re-
gumq; nostrorum confisi petimus à conspectu
tuo misericordiã, & projicimus coram te sup-
plicationem nostram, Dñe Deus noster; Quia
convertisti omnem furorem irámq; tuã super 20
nos, sicut locutus es per prophetas servos tuos,
dicens; Inclinate humerum vestrum, & servite 21
regi Babylonis, & habitate terram quam dedi
patribus vestris. Quòd si non audiveritis vo- 22
cem Domini, serviendo regi Babylonis, con-
summationem faciam in civitatibus Judææ, &
in locis Jerosolymis circumpositis. Perdámq; 23
vocem lætitiæ & vocem gaudii, vocémque
sponsi & vocem sponsæ, erítq; tota terra de-
solata sine quoquam qui ipsam habitet. Neq; 24
obedivimus voci tuæ serviendo regi Babylo-
nis, firmáq; præstitisti verba tua quæ locutus es
per servos tuos prophetas, ut efferrent ossa re-
gum patrúmq; nostrorum de loco suo: Quæ, 25
ecce, projecta sunt æstui diurno gelúque no-
cturno. Mortuiq; sunt doloribus pessimis, fa-
me, & extermino gladii, & captivitate. Fe- 26
cistiq; domum cui impositum erat nomen tu-
um, ut hodierno die desolatam, propter ini-
quitatem eorũ qui de domo Israelis & Judæ.
Nobis autem, Domine Deus, fecisti secundùm 27
suavitatem tuam, & secundùm omnem bene-
volentiam tuam & misericordiam magnam;

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

18 * لكن النفس الحزينة على العظم الذي يسير به منحنية وضعيفة * والعيون الفانيات والنفس
19 الجايعة يعطون لك مجدا وعدلا يا رب * لانا ليس على معدلات ابايينا وملوكنا نحن نلقي
20 رحمتنا لوجهك ايها الرب الهنا * لانك جلبت غضبك وسخطك علينا . كما تكلمت
21 بيد عبيدك الانبياء قايلا * هكذا قال الرب . احنوا كتفكم واعملوا لملك بابل واجلسوا
22 على الارض التي اعطيت لابايكم * وان لم تسمعوا صوت الرب لتعملوا لملك بابل .
23 * ابيد من مدينة يهودا ومن خارج ايروسليم صوت السرور وصوت الفرح . صوت العريس
24 وصوت العروس . ويصير كل الارض للخراب من السكان * فلم نسمع صوتك لنعمل
لملك بابل . واقمت كلماتك التي تكلمت بها بايدي عبيدك الانبياء . ان تخرج عظام
25 ملوكنا وعظام روسايينا وعظام ابايينا من هذا الموضع * وها هم مطروحات لحر النهار
26 وصقيع الليل . وماتوا باتعاب شديدة بالجوع وبالسيف وبالرسالة * ووضعت بيتك حيث
27 دعي اسمك عليه مثل هذا اليوم . لشر بيت اسرايل وبيت يهودا * وصنعت لنا ايها
الرب الهنا مثل كل دعتك ومثل كل رافتك العظيمة .

Sed anima dolens ob excessum quo am- 18
bulat depressa & infirma; & oculi de-
ficientes, & anima famelica, dabunt ti-
bi gloriam atque justitiam ô Domine.
Non enim freti justitiis patrum & re- 19
gum nostrorum nos effundimus miseri-
cordiam nostram ob oculos tuos ô Domi-
ne Deus noster. Nam induxisti iram & 20
indignationem tuam super nos, quemad-
modum locutus eras per servos tuos pro-
phetas, dicens; Sic ait Dominus, In- 21
clinate humerum vestrum, & colite re-
gem Babelis, & considete in terra quam
dedi majoribus vestris. Quòd si non 22
auscultaveritis voci Domini ut colatis
regem Babelis, Perdam ex urbe Judæ 23
& extra Jerusalem vocem gaudii &
vocem lætitiæ, vocem sponsi & vocem
sponsæ, evadétque tota terra deserta ha-
bitatoribus; Attamen non acquievi- 24
mus voci tuæ ut coleremus regem Ba-
belis. Unde præstitisti verba tua quæ
locutus eras per servos tuos prophetas,
fore ut efferrentur ossa regum nostrorum,
& ossa principum nostrorum & ossa pa-
trum nostrorum ex hoc loco. Nam ecce 25
projecta sunt ad æstum diei & gelu
noctis, & mortui sunt in laboribus gra-
vissimis, fame, gladio, & exilio. Do- 26
mum quoque tuam super quam invoca-
tum est nomen tuum, talem effecisti qua-
lis hodierno die conspicitur, ob mali-
tiam domûs Israelis & domûs Judæ.
Equidem egisti nobiscum ô Domine Deus 27
noster, secundùm omnimodam mansue-
tudinem tuam, & secundùm omnem be-
nignitatem tuam maximam;

Versio VULG. LAT.

28 Sicut locutus es in manu pueri tui Moysi, in die quâ præ-
29 cepisti ei scribere legem tuam coram filiis Israel, Dicens;
Si non audieritis vocem meam, multitudo hæc magna
convertetur in minimam inter Gentes, quò ego eos di-
30 spergam: Quia scio quòd me non audiet populus: po-
pulus est enim durâ cervice: & convertetur ad cor suum
31 in terra captivitatis suæ: Et scient quia ego sum Dominus
Deus eorum, & dabo eis cor, & intelligent; aures, &
32 audient. Et laudabunt me in terra captivitatis suæ, &
33 memores erunt nominis mei. Et avertent se à dorso suo
duro, & à malignitatibus suis: quia reminiscentur viam
34 patrum suorum qui peccaverunt in me. Et revocabo illos
in terram, quam juravi patribus eorum, Abraham, Isaac,
& Jacob, & dominabuntur eis: & multiplicabo eos, &
35 non minorabuntur. Et statuam illis testamentum alterum
sempiternum, ut sim illis in Deum, & ipsi erunt mihi in
populum: & non movebo ampliùs populum meum, fi-
lios Israel, à terra quam dedi illis.

CAP. III.

1 ET nunc, Domine omnipotens, Deus Israel, anima in
2 angustiis, & spiritus anxius clamat ad te: Audi, Domine,
& miserere, quia Deus es misericors, & miserere nostri:
3 quia peccavimus ante te. Quia tu sedes in sempiter-
num, & nos peribimus in ævum?

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

28 Καθὰ ἐλάλησας ἐν χειρὶ παιδός σου Μωυσῆ, ἐν ἡμέρᾳ ἐντειλαμένου
29 σου αὐτῷ γράψαι τὸν νόμον σου (β) ἐναντίον υἱῶν Ἰσραὴλ, λέγων, Ἐὰν
μὴ ἀκούσητε τῆς φωνῆς μου, ἦ μὴν ἡ βόμβησις ἡ μεγάλη (γ) ἡ πολλὴ αὕ-
τη ἀποστρέψει εἰς (γ) μικρὰν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, οὗ διασπερῶ αὐτοὺς ἐκεῖ.
30 Ὅτι ἔγνων ὅτι οὐ μὴ (δ) ἀκούσωσί μου, ὅτι λαὸς σκληροτράχηλός
ἐστι. καὶ ἐπιστρέψουσιν ἐπὶ καρδίαν αὐτῶν ἐν γῇ ἀποικισμοῦ αὐτῶν.
31 Καὶ γνώσονται ὅτι ἐγὼ κύριος ὁ θεὸς αὐτῶν. καὶ δώσω αὐτοῖς καρ-
32 δίαν καὶ ὦτα ἀκούοντα, Καὶ αἰνέσουσί με ἐν γῇ ἀποικισμοῦ αὐτῶν,
33 καὶ μνησθήσονται τοῦ ὀνόματός μου, Καὶ (ε) ἀποστρέψουσιν ἀπὸ τοῦ
νώτου αὐτῶν τοῦ σκληροῦ, καὶ (ζ) ἀπὸ πονηρῶν πραγμάτων αὐτῶν, ὅτι
μνησθήσονται τῆς ὁδοῦ πατέρων αὐτῶν τῶν (η) ἁμαρτόντων ἔναντι κυρίου.
34 Καὶ ἀποστρέψω αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν, ἣν ὤμοσα τοῖς πατράσιν αὐτῶν,
τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τῷ Ἰσαὰκ, καὶ τῷ Ἰακὼβ, καὶ κυριεύσουσιν αὐτῆς·
35 καὶ πληθυνῶ αὐτοὺς, καὶ οὐ μὴ σμικρυνθῶσι. Καὶ στήσω αὐτοῖς
διαθήκην αἰώνιον, τοῦ εἶναί με αὐτοῖς εἰς θεὸν, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι
εἰς λαόν. καὶ οὐ κινήσω ἔτι τὸν λαόν μου Ἰσραὴλ ἀπὸ τῆς γῆς, ἧς ἔδωκα
αὐτοῖς.

MS. A. (β) ἐνώπιον (γ) καὶ ἡ (γ) μακρὰν (δ) εἰσακούσωσιν (ε) ἐπιστρέψουσιν ἀπὸ νώτου (ζ) ἀπὸ τῶν πονηρῶν (η) ἁμαρτανόντων

ΚΕΦ. γ΄.

1 Κύριε παντοκράτωρ ὁ θεὸς Ἰσραὴλ, ψυχὴ ἐν στενοῖς καὶ πνεῦμα ἀ-
2 κηδιῶν (α) κέκραγε πρὸς σέ. Ἄκουσον κύριε καὶ ἐλέησον, (β) ὅτι ἡ-
3 μάρτομεν ἐναντίον σου. Ὅτι σὺ καθήμενος τὸν αἰῶνα, καὶ ἡμεῖς
ἀπολλύμενοι τὸν αἰῶνα.

MS. A. (α) ἐκέκραξε (β) ὅτι θεὸς ἐλεήμων εἶ· καὶ ἐλέησον, ὅτι ἡμάρτομεν

Sicut locutus es in manu pueri tui Moysi, in 28
die, quâ præcepisti ei scribere legem tuam coram
filiis Israel, dicens; Si non audieritis vocem 29
meam, profectò turba magna multa hæc conver-
tetur in parvam in gentibus, quò dispergam eos
illuc: Quia scio, quòd non audient me, quia 30
populus est durâ cervice. Et convertentur ad cor
suum in terra transmigrationis suæ: Et scient 31
quia ego sum Dominus Deus eorum. Et dabo eis
cor, & aures audientes: Et laudabunt me in 32
terra captivitatis suæ: & memores erunt no-
minis mei: Et avertent se à dorso suo duro, & 33
à malignis (h) negotiis suis: quia reminiscentur
viæ patrum suorum peccantium antè Domi- 34
num. Et revocabo illos in terram, quam juravi
patribus eorum, Abraam, & Isaac, & Jacob: &
dominabuntur ejus: & multiplicabo eos, & non
minorabuntur. Et statuam illis testamentum 35
sempiternum: ut sim illis in Deum: & ipsi erunt
mihi in populum. Et non movebo ampliùs popu-
lum meum Israel à terra, quam dedi eis.

CAP. III.

DOmine omnipotens Deus Israel, anima in 1
angustiis, & spiritus anxiatus clamat ad te: 2
Audi, Domine, & (a) miserere: quia peccavimus
ante te. Quia tu sedes in sempiternum: & 3
nos perimus in ævum.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

28 ܐܝܟܢܐ ܕܡܠܠܬ ܥܡ ܥܒܕܟ ܡܘܫܐ. ܒܝܘܡܐ ܕܦܩܕܬܗ ܕܢܟܬܘܒ ܢܡܘܣܟ ܩܕܡ *
29 ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ ܟܕ ܐܡܪܬ. * ܐܢ ܠܐ ܫܡܥܬܘܢ ܒܩܠܝ. ܐܢ ܠܐ ܥܡܐ ܗܢܐ ܣܓܝܐܐ ܘܪܒܐ:
30 ܢܗܦܘܟ ܠܙܥܘܪܘܬܐ. ܘܢܬܒܨܪܘܢ ܒܝܬ ܥܡܡܐ. ܕܒܕܪܬ ܐܢܘܢ ܠܬܡܢ. * ܡܛܠ ܕܝܕܥܬ
ܐܢܐ ܕܠܐ ܫܡܥܝܢ ܠܝ. ܡܛܠ ܕܥܡܐ ܗܘ ܩܫܐ ܩܕܠܐ. ܘܢܬܦܢܘܢ ܠܠܒܗܘܢ ܒܐܪܥܐ
31 32 ܕܫܒܝܬܗܘܢ * ܘܢܕܥܘܢ ܕܐܢܐ ܐܢܐ ܡܪܝܐ ܐܠܗܗܘܢ * ܘܐܬܠ ܠܗܘܢ ܠܒܐ ܡܣܬܟܠܢܐ
ܘܐܕܢܐ ܕܫܡܥܢ. ܘܢܫܒܚܘܢܢܝ ܒܐܪܥܐ ܕܫܒܝܬܗܘܢ. ܘܢܥܗܕܘܢ ܫܡܝ. * ܘܢܬܦܢܘܢ
33 ܡܢ ܩܫܝܘܬ ܩܕܠܗܘܢ ܘܡܢ ܥܒܕܝܗܘܢ ܒܝܫܐ: ܡܛܠ ܕܢܥܗܕܘܢ ܐܘܪܚܐ ܕܐܒܗܝܗܘܢ ܕܚܛܘ
34 ܩܕܡ ܡܪܝܐ. * ܘܐܗܦܟ ܐܢܘܢ ܠܐܪܥܐ ܗܝ ܕܩܝܡܬ ܠܐܒܗܝܗܘܢ. ܠܐܒܪܗܡ ܘܠܐܝܣܚܩ
35 ܘܠܝܥܩܘܒ. ܘܢܫܬܠܛܘܢ ܒܗ. ܘܐܣܓܐ ܐܢܘܢ. ܘܠܐ ܢܙܥܪܘܢ. * ܘܐܩܝܡ ܠܗܘܢ
ܩܝܡܐ ܠܥܠܡ. ܘܐܗܘܐ ܠܗܘܢ ܠܐܠܗܐ. ܘܗܢܘܢ ܢܗܘܘܢ ܠܝ ܠܥܡܐ. ܘܠܐ ܐܘܣܦ ܬܘܒ ܠܡܫܢܝܘ
ܠܥܡܝ ܐܝܣܪܝܠ. ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܝܗܒܬ ܠܗܘܢ. *ܫܠܡ * ܒ *

1 * ܡܪܝܐ ܐܚܝܕ ܟܠ ܐܠܗܗ ܕܐܝܣܪܝܠ. ܢܦܫܐ ܕܒܐܘܠܨܢܐ ܘܪܘܚܐ ܕܒܟܪܝܘܬܐ ܘܦܓܪܐ ܡܟܬܫܐ
2 ܩܥܘ ܠܘܬܟ. * ܫܡܥ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܘܐܬܪܚܡ. ܡܛܠ ܕܡܪܚܡܢܐ ܐܢܬ ܘܡܪܚܦܢܐ.
3 ܘܪܚܡ ܥܠܝܢ ܡܛܠ ܕܚܛܝܢ ܩܕܡܝܟ. * ܡܛܠ ܕܐܢܬ ܩܝܡ ܐܢܬ ܠܥܠܡ.
ܘܚܢܢ ܐܒܕܝܢ ܠܥܠܡ.

Sicut locutus fueras per Mosen servum suum, 28
cùm mandâsti ei scribere legem tuam coram
filiis Israel, dicens; Nisi audiveritis vocem 29
meã, fanè populus iste numerosus & magn9 in
paucitatẽ convertetur, & minuetur inter gen-
tes inter quos dispersi eos. Novi enim eos me 30
non audituros, quia populus est duræ cervicis:
Redibunt autem ad cor suum in terra captivi-
tatis suæ; Et cognoscent me esse Dominum 31
Deum suum, Et dabo eis cor intelligens, & 32
aures quæ audiant, & laudabunt me in terra
captivitatis suæ, & recordabuntur nominis
mei: Et avertent se à duritie cervicis suæ, & 33
ab operib9 suis malis, quia recordabuntur viæ
patrum suorum qui peccaverunt coram Do-
mino. Et reducam eos in terram quam jura- 34
mento promisi patribus eorum Abrahamo,
Isaaco, Jacobo, & domini ejus erunt, & mul-
tiplicabo eos, nec minuentur. Et firmum eis 35
præstabo pactum in seculum, eróque ipsis in
Deum, & ipsi mihi in populum, neque amo-
vebo ampliùs populum meum Israel à terra
quam dedi ipsis.

CAP. III.

DOmine omnipotens Deus Israel, anima in 1
angustiis, & spiritus in mœrore positus, cor-
pus afflictum ad te clamârunt; Audi Domi- 2
ne Deus & miserere, quia misericors es &
clemens, & miserere nostri: peccavimus enim 3
coram te. Quia tu vivis in æternum, nos
autem perimus in æternum.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

28 * كما تكلمت بيد عبدك موسى في يوم اوصيته ان يكتب ناموسك امام بني اسرايل قايلا.
29 * ان لم تسمعوا صوتي حقا الرجفة العظيمة الكبيرة تصرفكم بعيدا في الامم حيث ابددهم
30 هناك * لاني علمت انهم لا يسمعون مني. لانه شعب غليظ الرقبة هو * ويرجعون الى قلبهم
31 في جلوتهم. ويعلمون اني انا هو الرب الههم. واعطيهم قلبا واذانا سامعة * ويسبحوني في
32 ارض جلوتهم ويذكرون اسمي * ويرجعون عن ظهرهم القاسي ومن اعمالهم الشريرة. لانهم
33 يذكرون طرق اباءهم الذين اخطوا امام الرب * واردهم الى الارض التي حلفت لاباءهم ابرهيم
34 اسحق ويعقوب. ويسودون عليها. واكثرهم فلا يقلون * واقيم لهم عهدا ابديا لاكون لهم
35 الها وهم يكونون لي شعبا. ولا احرك ايضا شعبي اسرايل من الارض التي اعطيتهم اياها.

الفصل الثالث.

1 * ايها الرب الضابط الكل اله اسرايل. النفس في الضوايق والروح من الضجرات صرخت
2 اليك * استجب يا رب وارحم لانك اله رحيم انت. فارحم لانا اخطانا قدامك * لانك انت
3 دايم ابدا ونحن هالكون ابدا.

Quemadmodum locutus fueras per ser- 28
vum tuum Mosen, quâ die præcepisti ei
ut scriberet legem tuam coram filiis Is-
raelis, dicens; Nisi voci meæ auscul- 29
taveritis, tremor magnus ac multus pro-
cul amandabit vos inter gentes quò vos
dispergam: Novi enim eos non audi- 30
turos me, quòd populus sit duræ cervi-
cis. Verùm resipiscent in captivitate 31
sua, & cognoscent me esse Dominum
Deum ipsorum; ac tum indam eis cor
& aures audientes, Et laudabunt me 32
in terra captivitatis suæ, & recorda-
buntur nominis mei, Et revertentur à 33
dorso suo duro & ab operibus suis im-
probis, eò quòd recordaturi sint viæ
majorum suorum qui peccaverunt co-
ram Domino: Et reducam eos ad ter- 34
ram pro qua juravi majoribus eorum
Abrahamo, Isahaco, & Jacobo, eáque
potientur: & multiplicabo eos ita ut
non minuantur. Et statuam eis pa- 35
ctum sempiternum, ut sim ipsis Deus,
& ipsi sint mihi populus: neque amo-
vebo ampliùs populum meum Israelem
à terra quam dedero eis.

CAP. III.

ODomine omnia tenens, Deus Israe- 1
lis, anima in angustiis deprehensa &
spiritus è molestiis ad te clamat. Ex- 2
audi ô Domine, & miserere; quia Deus
es misericors: miserere inquam, quia 3
peccavimus coram te. Tu enim perse-
veras in æternum, nos verò perpetuò
perimus.

Versio VULG. LAT.

Domine omnipotens, Deus Israel, audi nunc orationem mortuorum Israel, & filiorum ipsorum, qui peccaverunt ante te, & non audierunt vocem Domini Dei sui, & agglutinata sunt nobis mala. Noli meminisse iniquitatum patrum nostrorum, sed memento manûs tuæ, & nominis tui in tempore isto: Quia tu es Dominus Deus noster, & laudabimus te, Domine: Quia propter hoc dedisti timorem tuum in cordibus nostris, & ut invocemus nomen tuum, & laudemus te in captivitate nostra, quia convertimur ab iniquitate patrum nostrorum, qui peccaverunt ante te. Et ecce nos in captivitate nostra sumus hodiè, quâ nos dispersisti in improperium, & in maledictum, & in peccatum, secundùm omnes iniquitates patrum nostrorum, qui recesserunt à te, Domine Deus noster. Audi, Israel, mandata vitæ: auribus percipe, ut scias prudentiam. Quid est Israel quòd in terra inimicorum es? Inveterâsti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cum descendentibus in infernum. Dereliquisti fontem sapientiæ. Nam si in via Dei ambulâsses, habitâsses utique in pace sempiterna. Disce ubi sit prudentia, ubi sit virtus, ubi sit intellectus: ut scias simul ubi sit longiturnitas vitæ & victus, ubi sit lumen oculorum, & pax. Quis invenit locum ejus? & quis intravit in thesauros ejus? Ubi sunt principes Gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram?

Versio GRÆCA LXX. Interp.

4 Κύριε παντοκράτωρ ὁ θεὸς Ἰσραὴλ, ἄκουσον δὴ τῆς προσευχῆς
τῶν τεθνηκότων Ἰσραὴλ, καὶ υἱῶν τῶν ἁμαρτανόντων ἐναντίον σου, οἳ
οὐκ ἤκουσαν τῆς φωνῆς (γ) σου θεοῦ αὐτῶν, καὶ ἐκολλήθη ἡμῖν τὰ κακά.
5 Μὴ μνησθῇς ἀδικιῶν πατέρων ἡμῶν, ἀλλὰ μνήσθητι χειρός σου καὶ
6 ὀνόματός σου ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ. Ὅτι σὺ κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ
7 αἰνέσομέν σε κύριε. Ὅτι διὰ τοῦτο ἔδωκας τὸν φόβον σου ἐπὶ καρ-
δίαν ἡμῶν, (δ) καὶ ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομά σου· καὶ αἰνέσομέν σε ἐν
τῇ ἀποικίᾳ ἡμῶν, ὅτι ἀπεστρέψαμεν (ε) ἀπὸ καρδίας ἡμῶν πᾶσαν
8 ἀδικίαν πατέρων ἡμῶν, τῶν ἡμαρτηκότων ἐναντίον σου. Ἰδοὺ ἡμεῖς
σήμερον ἐν τῇ ἀποικίᾳ ἡμῶν, οὗ διέσπειρας ἡμᾶς ἐκεῖ εἰς ὀνειδισμὸν,
καὶ εἰς ἀρὰν, καὶ εἰς ὄφλησιν κατὰ πάσας (ζ) τὰς ἀδικίας πατέρων ἡμῶν,
9 οἳ ἀπέστησαν ἀπὸ κυρίου θεοῦ ἡμῶν. Ἄκουε Ἰσραὴλ ἐντολὰς ζωῆς,
10 ἐνωτίσασθε γνῶναι φρόνησιν. Τί ἐστιν Ἰσραὴλ; (η) τί ὅτι ἐν γῇ τῶν
11 ἐχθρῶν εἶ; Ἐπαλαιώθης ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ, συνεμιάνθης τοῖς νε-
12 κροῖς, προσελογίσθης μετὰ τῶν εἰς ᾅδου. Ἐγκατέλιπες τὴν πηγὴν τῆς
13 σοφίας. Τῇ ὁδῷ τοῦ θεοῦ εἰ ἐπορεύθης, κατῴκεις ἂν ἐν εἰρήνῃ τὸν
14 (θ) αἰῶνα. Μάθε ποῦ ἐστι †φρόνησις, ποῦ ἐστιν ἰσχὺς, ποῦ ἐστι σύνεσις,
τοῦ γνῶναι ἅμα ποῦ ἐστι μακροβίωσις καὶ ζωὴ, ποῦ ἐστι φῶς ὀφθαλμῶν καὶ
15 εἰρήνη. Τίς εὗρε τὸν τόπον αὐτῆς, καὶ τίς εἰσῆλθεν εἰς τοὺς θησαυ-
16 ροὺς αὐτῆς; Ποῦ εἰσιν οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν, καὶ οἱ κυριεύοντες τῶν
θηρίων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς,

MS. A. (γ) θεοῦ αὐτῶν, καὶ προσεκολλήθη (δ) τοῦ ἐπικαλεῖσθαι (ε) ἐπὶ καρδίαν (ζ) ἀδικίας (η) ὅτι ἐν τῇ γῇ (θ) αἰῶνα χρόνον.

Cum Translatione LATINA.

Domine omnipotens Deus Israel, audi nunc ora- 4
tionem mortuorum Israel, & filiorum eorum, qui
peccaverunt ante te, qui non audierunt vocem
(b) tuam Dei sui: & agglutinata sunt nobis ma-
la. Noli meminisse iniquitatum patrum nostro- 5
rum: sed memento manûs tuæ, & nominis tui in
tempore isto. Quia tu es Dominus Deus noster: 6
& laudabimus te, Domine: Quia propter hoc 7
dedisti timorem tuum in cor nostrum, (c) & ut
invocemus nomen tuum. Et laudabimus te in ca-
ptivitate nostra: quia avertimus (d) à corde no-
stro omnem iniquitatem patrum nostrorum, qui
peccaverunt ante te. Ecce nos hodiè in transmi- 8
gratione nostra, (*) quò nos dispersisti illuc in im-
properium, & in maledictum, & in debitum se-
cundùm omnes iniquitates patrum nostrorum:
qui discesserunt à Domino Deo nostro. Audi, Is- 9
rael, mandata vitæ: auribus percipite, ut scia-
tis prudentiam. Quid est Israel; (e) quid, quòd in 10
terra inimicorum es? Inveterâsti in terra alie- 11
na: coinquinatus es cum mortuis: deputatus
es cum iis qui in infernum: Dereliquisti fon- 12
tem sapientiæ. In via Dei si ambulâsses; habi- 13
tâsses utique in pace in seculum. Disce, ubi sit 14
prudentia, ubi sit virtus, ubi sit intellectus; ut
scias simul, ubi sit longiturnitas vitæ, & victus,
ubi sit lumen oculorum, & pax. Quis invenit 15
locum ejus? & quis intravit in thesauros ejus?
Ubi sunt principes gentium, & qui dominantur 16
bestiis, quæ sunt super terram,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

4 * ܡܪܝܐ ܐܚܝܕ ܟܠ ܐܠܗܗ ܕܐܝܣܪܝܠ. ܫܡܥ ܨܠܘܬܗܘܢ ܕܡܝ̈ܬܐ ܕܒܐܝܣܪܝܠ. ܘ
ܕܒܢܝ̈ܗܘܢ ܕܚܛܘ ܩܕܡܝܟ: ܘܠܐ ܫܡܥܘ ܒܩܠܗ ܕܡܪܝܐ ܐܠܗܗܘܢ. ܘܕܒܩܘ ܒܢ
5 ܠܘ̈ܛܬܐ ܘܒܝ̈ܫܬܐ. * ܠܐ ܬܬܕܟܪ ܥܘܠܐ ܘܣܟܠܘ̈ܬܐ ܕܐܒܗ̈ܝܢ. ܐܠܐ ܐܬܕܟܪ ܐܝܕܟ ܘܫܡܟ ܒܙܒ
6 ܢܐ ܗܢܐ. * ܡܛܠ ܕܐܢܬ ܗܘ ܡܪܝܐ ܐܠܗܢ. ܘܢܫܒܚܟ ܡܪܝܐ. * ܕܡܛܠ ܗܢܐ ܣܡܬ
7 ܕܚܠܬܟ ܒܠܒܢ. ܕܢܩܪܐ ܠܫܡܟ ܩܕܝܫܐ. ܘܢܫܒܚܟ ܒܫܒܝܢ. ܡܛܠ ܕܐܗܦܟܬ ܠܠܒܢ
8 ܟܠܗܝܢ ܒܝ̈ܫܬܐ. ܘܥܘܠܐ ܕܐܒܗ̈ܝܢ ܕܚܛܘ ܩܕܡܝܟ. * ܘܗܐ ܚܢܢ ܝܘܡܢܐ ܒܫܒܝܢ.
ܕܒܕܪܬܢ ܠܬܡܢ ܠܠܘܛܬܐ. ܘܠܚܣܕܐ ܘܠܚܘܒܬܐ ܐܝܟ ܟܠܗܘܢ ܣܟܠ̈ܘܬܐ. ܘܥܘ̈ܠܐ
9 ܕܐܒܗ̈ܝܢ ܕܐܣܬܪܚܘ ܡܢܟ ܡܪܝܐ ܐܠܗܢ. * ܫܡܥܘ ܐܝܣܪܝܠ ܦܘܩܕ̈ܢܐ ܕܚܝ̈ܐ. ܘܨܘܬ
10 ܠܡܕܥ ܣܘܟܠܐ ܘܚܟܡܬܐ. * ܡܢܘ ܐܝܣܪܝܠ. ܡܛܠ ܕܒܐܪܥܐ ܕܒܥܠܕܒܒ̈ܐ ܥܬܩܬ.
11 12 * ܘܒܐܪܥܐ ܢܘܟܪܝܬܐ ܐܬܛܢܦܬ. ܥܡ ܡܝ̈ܬܐ ܐܬܚܫܒܬ ܥܡ ܢܚ̈ܬܝ ܫܝܘܠ. * ܕܫܒܩܬ
13 ܡܒܘܥܐ ܕܚܟܡܬܐ. * ܐܠܘ ܒܐܘܪܚܗ ܕܐܠܗܐ: ܗܠܟܬ ܗܘܝܬ ܒܫܠܡܐ ܝܬܒ
14 ܗܘܝܬ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ. * ܝܠܦ ܐܝܟܐ ܗܝ ܚܟܡܬܐ. ܘܐܝܟܐ ܗܘ ܚܝܠܐ ܘܐܝܟܘ ܣܘܟܠܐ. ܐܝܟ
ܕܬܕܥ ܐܟܚܕܐ ܐܝܟܐ ܗܘ ܐܘܪܟܐ ܕܝܘܡ̈ܬܐ ܕܚܝ̈ܐ. ܐܝܟܐ ܐܢܘܢ ܚܝ̈ܐ. ܐܝܟܐ ܗܘ ܢܘܗܪܐ ܕܥܝ̈ܢܐ. ܘܫܠܡܐ.
15 16 * ܡܢܘ ܐܫܟܚ ܐܬܪܗ. ܐܘ ܡܢܘ ܥܠ ܠܓܘܐ ܕܓܙ̈ܘܗܝ. * ܐܝܟܐ ܐܢܘܢ ܫܠܝܛܢܐ ܕܥܠܡܐ.
ܘܕܫܠܝܛܝܢ ܒܚܝܘܬܐ ܕܐܪܥܐ.

* Domine omnipotens Deus Israelis, audi orationem eorum qui mortui sunt in Israele, filiorúmque eorum qui peccârunt in conspectu tuo, nec obtemperârunt voci Domini Dei sui, hæserúntque nobis maledictiones & mala. Noli meminisse iniquitatum errorúmq; patrum nostrorum, sed memento hoc tempore manûs nominísque tui: Quia tu Domine, Deus noster es, & laudabimus te Domine. Propterea enim posuisti timorem tui in cordibus nostris, ut invocemus & laudemus nomen tuum sanctum in captivitate nostra, quia convertisti in cor nostrum omnia mala & iniquitates patrum nostrórum qui peccârunt coram te. Et ecce nos hodie in captivitate nostra *sumus*, quò nos dispersisti, in maledictionem, & opprobrium, & ignominiam, & reatum, secundùm omnes errores & iniquitates patrum nostrorum, qui defecerunt à te, Domine Deus noster. Audite Israel præcepta vitæ, & ausculta ut intelligas prudentiam & sapientiam. Quid est, Israel, quòd in terra hosticâ inveterâsti; Et in terrâ peregrinâ inquinatus es? computatus es cum mortuis, cum descendentibus ad inferos? Quòd reliquisti fontem sapientiæ: Si ambulâsses in via Domini, habitâsses in pace tempus seculi seculorum. Disce ubi sit sapientia, ubi robur, ubi intelligentia, ut pariter discas ubi sit dierum vitæ extensio, ubi vita, & ubi oculorum lumen, & pax. Quis invenit locum ejus, aut quis ingressus est in penetralia thesauri ejus? Ubi sunt principes seculi, & qui dominantur feris terræ?

4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

4 * أيها الرب ضابط الكل اله اسرايل اسمع صلاة اموات اسرايل وبني الخاطيين قدامك •
5 الذين لم يسمعوا صوت الههم فلصقت بنا الشرور * لا تذكر ظلامات اباينا • لكن
6 اذكر يدك واسمك في هذا الزمان * لانك انت الرب الهنا • ونسبحك يا رب * لانك
7 لاجل هذا اعطيت خوفك على قلبنا • لندعوا اسمك ونسبحك في جلوتنا • لانا صرفنا
8 عن قلبنا كل ظلم اباينا الذين اخطاوا امامك * ها نحن اليوم في جلوتنا حيث بددتنا
هناك للتعيير وللعنة وللقضاء لكل ظلامات اباينا الذين تباعدوا من الرب الهنا •
9 10 * اسمع يا اسرايل وصايا الحياة • انصتوا لتعلموا علما * من اين هو اسرايل لانك في
11 ارض الاعداء انت • تعتقت في الارض الغريبة * تنجست بالاموات • حسبت مع الذين
12 13 في الجحيم * تركت ينبوع الحكمة * في طريق الله لم تسلك • سكنوا في السلامة
14 دهرا زمنا * اعلم اين هو العلم • اين هي القوة • اين هو الفهم • لتعلم معا اين هو طول
15 الايام والحياة • اين هو نور الاعين والسلامة * من وجد موضعها • ومن دخل في كنوزها •
16 * اين هم روساء الامم والذين يسودون الوحوش الذين على الارض *

O Domine omnipotens, Deus Israelis, 4
audi orationem mortuorum Israelis, &
filiorum in te peccantium, qui non au-
scultaverunt voci Dei-sui, unde hæc
mala nobis adhærescunt. Ne memine- 5
ris perversitatum majorum nostrorum, sed
manûs tuæ nominisque tui memineris
hoc tempore: Quia tu es Dominus 6
Deus noster, téque laudabimus O Do-
mine. Hac enim de causa timorem tuum 7
indidisti cordi nostro, ut invocaremus
nomen tuum, téq; celebraremus in exilio
nostro; quippe qui abdicaverimus à
cordibus nostris omnem perversitatem
majorum nostrorum qui peccaverunt co-
ram te. Ecce nos hodie in exilio nostro 8
quò disseminâsti nos, sumus improperio
execrationi & sententiæ, pro cunctis per-
versitatibus majorum nostrorum qui re-
cesserunt à Domino Deo nostro. Audi O 9
Israel mandata vitæ, auscultate ut
scientiam addiscatis. Unde est Israel 10
quòd in terra hostili verseris, consenue-
ris in terra aliena, Mortuis contamina- 11
tus sis, annumeratus cum his qui sunt
in inferis? Deseruisti fontem sapientiæ, 12
In via Dei non ambulavisti: in tran- 13
quillitate degissent perpetuo tempore.
Disce ubi sit scientia, ubi sit fortitudo, 14
ubi sit intelligentia; ut simul scias
ubi sit longitudo dierum ac vita, ubi sit
lumen oculorum & tranquillitas. Quis 15
invenit locum ejus, & quis ingressus
est in thesauros ejus? ubi sunt princi- 16
pes gentium, & ii qui dominantur bel-
luis quæ extant super terram?

Versio VULG. LAT.

17 18 Qui in avibus cœli ludunt, Qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum? qui argentum fabricant & so-
19 liciti sunt, nec est inventio operum illorum? Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alii loco
20 eorum surrexerunt. Juvenes viderunt lumen, & habitaverunt super terram: viam autem disciplinæ ignora-
21 verunt, Neque intellexerunt semitas ejus, neque filii eorum susceperunt eam, à facie ipsorum longè facta est:
22 Non est audita in terra Chanaan, neque visa est in
23 Theman. Filii quoque Agar, qui exquirunt prudentiam quæ de terra est, negotiatores Merrhæ, & Theman, & fabulatores, & exquisitores prudentiæ & intelligentiæ: viam autem sapientiæ nescierunt, neque commemorati
24 sunt semitas ejus. O Israel, quàm magna est domus Dei,
25 & ingens locus possessionis ejus! Magnus est, & non ha-
26 bet finem: excelsus & immensus. Ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt, staturâ magnâ,
27 scientes bellum. Non hos elegit Dominus, neque vi-
28 am disciplinæ invenerunt: propterea perierunt. Et quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt pro-
29 pter suam insipientiam. Quis ascendit in cœlum, & ac-
30 cepit eam, & eduxit eam de nubibus? Quis transfretavit mare, & invenit illam? & attulit illam super aurum electum?

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

17 Οἱ ἐν τοῖς ὀρνέοις τοῦ οὐρανοῦ ἐμπαίζοντες, καὶ τὸ ἀργύριον θησαυρίζοντες, καὶ τὸ χρυσίον ᾧ ἐπεποίθεισαν ἄνθρωποι, καὶ οὐκ ἔστι τέλος
18 τῆς κτήσεως αὐτῶν; Ὅτι οἱ τὸ ἀργύριον τεκταίνοντες καὶ μερι-
19 μνῶντες, καὶ οὐκ ἔστιν ἐξεύρεσις τῶν ἔργων αὐτῶν. Ἠφανίσθησαν, καὶ
20 εἰς ᾅδου κατέβησαν, καὶ ἄλλοι (ι) ἀνέστησαν ἀντ᾽ αὐτῶν. Νεώτεροι εἶδον φῶς, καὶ κατῴκησαν ἐπὶ τῆς γῆς, ὁδὸν δὲ ἐπιστήμης οὐκ ἔγνωσαν,
21 Οὐδὲ συνῆκαν τρίβους αὐτῆς, οὐδὲ ἀντελάβοντο αὐτῆς. οἱ υἱοὶ
22 αὐτῶν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτῶν πόρρω ἐγενήθησαν. Οὐδὲ ἠκούσθη ἐν
23 Χανάαν, οὐδὲ ὤφθη ἐν Θαιμάν, (*)Οἵτε υἱοὶ Ἄγαρ οἱ ἐκζητοῦντες τὴν σύνεσιν οἱ ἐπὶ τῆς γῆς, οἱ ἔμποροι τῆς Μέῤῥαν, καὶ Θαιμάν, καὶ οἱ μυθολόγοι, καὶ οἱ ἐκζητηταὶ τῆς συνέσεως. (κ) ὁδὸν δὲ σο-
24 φίας οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ ἐμνήσθησαν τὰς τρίβους αὐτῆς. Ὦ Ἰσραήλ, ὡς μέγας ὁ οἶκος τοῦ Θεοῦ; καὶ ἐπιμήκης ὁ τόπος τῆς κτήσεως
25 αὐτοῦ; Μέγας, καὶ οὐκ ἔχει τελευτήν, ὑψηλὸς καὶ ἀμέτρητος.
26 Ἐκεῖ (λ) ἐγεννήθησαν οἱ γίγαντες οἱ ὀνομαστοί, (μ) ἀπ᾽ ἀρχῆς
27 γενόμενοι εὐμεγέθεις, ἐπιστάμενοι πόλεμον. Οὐ τούτους ἐξελέξατο
28 ὁ Θεός, οὐδὲ ὁδὸν ἐπιστήμης ἔδωκεν αὐτοῖς. καὶ ἀπώλοντο Παρὰ
29 τὸ μὴ ἔχειν φρόνησιν, ἀπώλοντο διὰ τὴν ἀβουλίαν αὐτῶν. Τίς ἀνέβη εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ ἔλαβεν αὐτήν, καὶ κατεβίβασεν αὐτὴν
30 ἐκ τῶν νεφελῶν; Τίς διέβη πέραν τῆς θαλάσσης, καὶ εὗρεν αὐτήν, καὶ οἴσει αὐτὴν χρυσίου ἐκλεκτοῦ;

MS.A. (ι) ἀντανέστησαν (*) Οὔτε (κ) ὁδὸν τῆς σοφίας (λ) ἐγενήθησαν (μ) οἱ ἀπ᾽

Qui in avibus cœli ludunt, & argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum? 17
Qui enim argentum fabricant; & soliciti sunt, nec est inventio operum illorum. Exterminati 18 19
sunt, & ad inferos descenderunt: & alii loco eorum exurrexerunt. Juvenes viderunt lumen, & 20
habitaverunt super terram: viam autem scientiæ ignoraverunt, Neque intellexerunt semitas 21
ejus: neque susceperunt eam filii eorum: à via ipsorum longè (f) facti sunt. Neq; audita est in 22
Chanaan: neq; visa est in Thæman: Filii quoque Agar exquirentes prudentiã, (g) qui super terrã, 23
negotiatores Merran, & Thæman, & fabulatores, et exquisitores intelligentiæ: viã autem sapientiæ nescierunt: neq; commemorati sunt semitas
ejus. O Israel, quàm magna est domus Dei: & 24
ingens locus possessionis ejus: Magnus est, & non habet finem; excelsus, & immensus. Ibi fue- 25
runt gigantes nominati, qui ab initio fuerunt 26
staturâ magnâ, scientes bellum. Non hos elegit 27
Deus: neque viam scientiæ dedit eis: & perierunt, Eò quòd non haberent prudentiam: per- 28
ierunt propter temeritatem suam. Quis ascen- 29
dit in cœlum, & accepit eam, & deduxit eam de nubibus? Quis transfretavit mare, &
invenit illam; (b) & afferet eam auro electo? 30

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

17 * ܘܐܝܠܝܢ ܕܒܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ ܡܒܙܚܝܢ. ܘܣܐܡܐ ܣܝܡܝܢ ܒܓܙܝܗܘܢ ܘܕܗܒܐ. ܕܬܘܟܠܢܗ ܗܘ
18 ܕܒܢܝܢܫܐ ܠܗܘܢ ܕܥܬܪܐ. ܘܠܝܬ ܣܟܐ ܠܩܢܝܢܗܘܢ. * ܐܝܠܝܢ ܕܟܣܦܐ ܩܢܝܢ
19 ܘܡܬܒܛܠܝܢ ܥܠܘܗܝ. ܘܠܝܬ ܡܢܝܢܐ ܠܥܒܕܝܗܘܢ. * ܐܬܚܒܠܘ ܘܢܚܬܘ ܠܫܝܘܠ.
20 ܘܐܚܪܢܐ ܩܡܘ ܚܠܦܝܗܘܢ. * ܛܠܝܐ ܚܙܘ ܢܘܗܪܐ. ܘܥܡܪܘ ܒܐܪܥܐ. ܐܘܪܚܐ ܕܣܘܟܠܐ
21 ܕܚܟܡܬܐ ܠܐ ܝܕܥܘ: * ܘܠܐ ܐܣܬܟܠܘ ܫܒܝܠܝܗ. ܐܦܠܐ ܐܚܕܘܗ. ܘܒܢܝܗܘܢ ܡܢ ܐܘܪܚܗ
22 23 ܪܚܩܘ ܘܥܒܪܘ. * ܠܐ ܐܫܬܡܥܬ ܒܟܢܥܢ. ܐܦܠܐ ܐܬܚܙܝܬ ܒܬܝܡܢ. * ܐܦܠܐ
ܒܝܬ ܗܓܪ. ܗܢܘܢ ܕܒܥܝܢ ܣܘܟܠܐ ܕܒܐܪܥܐ. ܬܓܪܐ ܕܡܘܪܬ ܘܕܬܝܡܢ: ܘܐܝܠܝܢ
ܕܡܫܥܝܢ ܫܘܥܝܬܐ ܐܝܠܝܢ ܕܒܨܝܢ ܘܒܥܝܢ ܣܘܟܠܐ. ܐܘܪܚܐ ܕܝܢ ܕܚܟܡܬܐ ܠܐ ܝܕܥܘ.
24 ܐܦܠܐ ܐܕܪܟܘ ܫܒܝܠܝܗ. * ܐܘ ܐܝܣܪܝܠ ܟܡܐ ܪܒ ܒܝܬܗ ܕܡܪܝܐ ܐܠܗܐ. ܘܐܪܝܟ ܘܦܬܝܐ.
25 26 ܐܬܪܐ ܕܩܢܝܢܗ. * ܘܠܝܬ ܠܗ ܣܟܐ. ܪܡ ܗܘ ܘܠܝܬ ܠܗ ܡܫܘܚܬܐ. * ܬܡܢ ܐܬܝܠܕܘ
27 ܓܢܒܪܐ ܗܠܝܢ ܡܫܡܗܐ ܕܡܢ ܒܪܫܝܬ. ܗܠܝܢ ܕܗܘܘ ܪܘܪܒܐ ܛܒ. ܘܝܕܥܝܢ ܩܪܒܐ. * ܠܐ
ܒܗܠܝܢ ܓܒܐ ܐܠܗܐ. ܐܦܠܐ ܐܘܪܚܐ ܕܚܟܡܬܐ ܝܗܒ ܠܗܘܢ. ܘܐܒܕܘ ܡܛܠ ܕܠܐ ܗܘܐ
28 ܒܗܘܢ ܚܟܡܬܐ ܘܣܘܟܠܐ. * ܘܐܒܕܘ ܡܢ ܚܣܝܪܘܬ ܡܠܟܐ. ܡܛܠ ܕܠܝܬ ܗܘܐ ܒܗܘܢ
29 30 ܬܪܥܝܬܐ. * ܡܢܘ ܣܠܩ ܠܫܡܝܐ ܘܢܣܒܗ ܘܐܚܬܗ ܡܢ ܥܢܢܐ. * ܐܘ ܡܢܘ ܥܒܪ
ܥܒܪܘܗܝ ܕܝܡܐ ܘܐܫܟܚܗ ܘܐܝܬܝܗ ܐܝܟ ܕܗܒܐ ܓܒܝܐ.

Qui volucribus cœli illudunt, & argentum 17
thesauris reponunt, aurúmque cui fiduciæ
homines, nec est ipsis divitiarum terminus?
Qui pecuniam acquirunt & solicitudinem 18
de ea suscipiunt, nec est numerus operi-
bus ipsorum; Exterminati sunt; & ad in- 19
feros descenderunt, surrexerúntque alii loco
ipsorum. Viderunt juvenes lucem, & ha- 20
bitârunt in terra, viam autem intelligendæ
sapientiæ non noverunt. Semitas ejus non 21
intellexerunt, nec ipsã arripuerunt, filii ipso-
rum à via ejus defecerunt, & prævaricati
sunt. Non est audita in Canaan, nec vi- 22
sa in Teman: Nec inter Agarenos, qui in- 23
telligentiam quæ in terra est, quærunt;
Mercatores Murath & Teman, qui fabu-
las narrant, investigantes & quærentes in-
telligentiam, viam tamen sapientiæ non
noverunt, nec assecuti sunt semitas ejus.
O Israel, quàm magna est domus Domi- 24
ni Dei, longúsque & latus locus posses-
sionis ejus! Neque finem habet, altus & 25
immensuratus; Ibi nati sunt gigantes isti 26
famosi ab initio, qui valdè magni fue-
runt bellandíque periti. Hos non elegit 27
Deus, nec dedit eis viam sapientiæ: sed
perierunt quòd non esset in eis sapientia,
& intelligentia, Inopiâ consilii interierunt, 28
quod in eis consideratio non esset. Quis 29
ascendit in cœlum, & acceptam detraxit
è nubibus? Aut trajecit extrema maris la- 30
tera, & inventam eam eduxit instar auri
eximii?

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

17 * الذين يلعبون بطيور السماء • ويكنزون الفضة والذهب التي بها يثق البشر وليس نهاية
18 19 لقنيتهم * لان الذين يصوغون الفضة ويهتمون بها وليس فحص لاعمالهم * بادوا والى
20 الجحيم نزلوا • واخرون قاموا عوضهم * شباب راوا نورا وسكنوا على الارض • طريق
21 الفطنة ما عرفوها * ولم يفهموا سبلها • ولم تدركها بنوهم • صاروا بعيدا من طريقهم •
22 23 * ما سمع في كنعان • ولا ظهر في تامان * ولا بنو هاجر الذين يطلبون الفهم الذين
على الارض • تجار مران وتامان والخرفون وطالبي الفهم لم يعرفوا طريق الحكمة ولا
24 25 ذكروا سبلها * واه يا اسرائيل ما اعظم بيت الله واطول بيت قنيته * عظيم وليس
26 له نهاية • مرتفع وغير مقيس * هناك صارت الجبابرة المسمون الذين منذ البدو
27 صاروا عظماء عارفين بالحرب * وليس اختار الله هولاء ولا اعطاهم طريق الفطنة •
28 29 * فهلكوا من ان لا يكون لهم علما • وهلكوا لاجل عدم رايهم * من صعد
30 الى السماء فاخذها وانزلها من السحب * من جاز عبر البحر فوجدها ويساويها بالذهب
المختار •

Qui illudunt volucribus cœli, & condunt argentum & aurum quibus fidunt mortales, quorum acquisitioni nullus est 17
modus? Nam qui fabrefaciunt argentum, & in eo sollicitè sunt, quorum opera pervestigari nequeunt; Perierunt, 18 19
& ad inferos descenderunt, aliique pro eis surrexerunt, Juvenes qui viderunt lucem, & habitaverunt super ter- 20
ram. Viam prudentiæ non cognoverunt, Neque intellexerunt semitas ejus, neque 21
assecuti sunt eas filii eorum, procul abfuerunt è via eorum: Non est audita in Canaan, neque conspecta in The- 22
man: Neque Hagareni investigatores intelligentiæ, qui sunt super terram, 23
mercatores Meran & Theman, delirantes, & exploratores prudentiæ, non cognoverunt viam sapientiæ, neque recordati sunt calles ejus. Heu ô Israel, 24
quàm ingens est domus Dei, & amplia domus possessionis ejus! Ingens est & 25
infinita, alta est & immensa. Ibi extiterunt gigantes illi celeberrimi, qui 26
inde à primordiis magni fuerunt, belli periti: Non hos elegit Deus, neque 27
tradidit eis viam prudentiæ: Sed perierunt eò quòd carerent scientiâ, & 28
perierunt inopiâ mentis suæ. Quis 29
ascendens in cœlum accepit eam, & deduxit eam è nubibus? Quis transiit litus maris & invenit eam? & æquipararet eam auro electissimo. 30

Versio VULG. LAT.

31 Non est qui possit scire vias ejus, neque qui exquirat
32 semitas ejus: Sed qui scit universa, novit eam, & adinvenit eam prudentiâ suâ: qui præparavit terram
in æterno tempore, & replevit eam pecudibus, &
33 quadrupedibus: Qui emittit lumen, & vadit: & vocavit illud, & obêdit illi in tremore. Stellæ autem de-
34 derunt lumen in custodiis suis, & lætatæ sunt: Vocatæ
35 sunt, & dixerunt; Adsumus: & luxerunt ei cum jucunditate, qui fecit illas. Hic est Deus noster, & non æsti-
36 mabitur alius adversùs eum. Hic adinvenit omnem vi-
37 am disciplinæ, & tradidit illam Jacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum ho-
38 minibus conversatus est.

CAP. IV.

Hic liber mandatorum Dei, & lex, quæ est in æternum:
1 omnes qui tenent eam, pervenient ad vitam: qui autem
2 dereliquerunt eam, in mortem. Convertere Jacob, & apprehende eam, ambula per viam ad splendorem ejus
3 contra lumen ejus. Ne tradas alteri gloriam tuam, &
4 dignitatem tuam genti alienæ. Beati sumus Israel: quia quæ Deo placent, manifesta sunt nobis. Animæquior esto,
5 populus Dei, memorabilis Israel: Venundati estis Gen-
6 tibus non in perditionem: sed propter quòd in ira ad iracundiam provocâstis Deum, traditi estis adversariis.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

31 Οὐκ ἔστιν ὁ γινώσκων τὴν ὁδὸν αὐτῆς, οὐδὲ ὁ ἐνθυμούμενος τὴν τρίβον
32 αὐτῆς. Ἀλλ' ὁ εἰδὼς τὰ πάντα γινώσκει αὐτὴν, ἐξεῦρεν αὐτὴν
τῇ συνέσει αὐτοῦ. ὁ κατασκευάσας τὴν γῆν εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον,
33 ἐνέπλησεν αὐτὴν κτηνῶν τετραπόδων. Ὁ ἀποστέλλων τὸ φῶς καὶ
34 πορεύεται, ἐκάλεσεν αὐτὸ, καὶ ὑπήκουσεν αὐτῷ τρόμῳ. Οἱ δὲ
35 ἀστέρες ἔλαμψαν ἐν ταῖς φυλακαῖς αὐτῶν, καὶ (μ) εὐφράνθησαν. Ἐκά-
λεσεν αὐτοὺς, καὶ εἶπον, Πάρεσμεν· (ν) ἔλαμψαν μετ' εὐφροσύνης
36 τῷ ποιήσαντι αὐτούς. Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος
37 πρὸς αὐτόν. Ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν
Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ (ξ) ὑπ' αὐτοῦ.
38 Μετὰ τοῦτο (ο) ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ ἐν τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη.

MS. A. (μ) ηὐφράνθησαν· (ν) καὶ ἔλαμψαν (ξ) αὐτοῦ. (ο) ἐπὶ γῆς

ΚΕΦ. δ'.

1 Αὕτη ἡ βίβλος τῶν προσταγμάτων τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ νόμος ὁ ὑπάρχων
εἰς τὸν αἰῶνα. πάντες οἱ κρατοῦντες (α) αὐτὴν, εἰς ζωήν· οἱ δὲ κα-
2 ταλείποντες αὐτὴν, ἀποθανοῦνται. Ἐπιστρέφου Ἰακὼβ, καὶ ἐπιλαβοῦ
αὐτῆς, διόδευσον πρὸς τὴν λάμψιν κατέναντι τοῦ φωτὸς αὐτῆς.
3 Μὴ δῷς ἑτέρῳ τὴν δόξαν σου, καὶ τὰ συμφέροντά σοι ἔθνει ἀλλοτρίῳ.
4 Μακάριοι ἐσμὲν Ἰσραὴλ, ὅτι τὰ ἀρεστὰ (β) τῷ Θεῷ ἡμῖν γνωστά ἐστιν.
5 6 Θαρσεῖτε λαός μου, μνημόσυνον Ἰσραήλ. Ἐπράθητε τοῖς ἔθνε-
σιν οὐκ εἰς ἀπώλειαν, διὰ (γ) τὸ παροργίσαι ὑμᾶς τὸν Θεόν· παρεδόθητε τοῖς ὑπεναντίοις.

MS. A. (α) αὐτῆς, (β) τοῦ Θεοῦ (γ) δὲ τὸ παροργίσαι ἡμᾶς

Non est qui sciat viam ejus: nec qui excogitet 31
semitam ejus. Sed, qui scit universa; novit eam: 32
adinvenit eam intellectu suo. Qui præparavit
terram in æternum tempus, replevit eam jumentis quadrupedibus: Qui mittit lumen, & vadit: 33
vocavit illud; & obedivit illi in tremore:
Stellæ autem fulserunt in custodiis suis, & læ- 34
tatæ sunt: Vocavit eas; & dixerunt; Adsu- 35
mus: luxerunt cum jucunditate ei, qui fecit
illas: Hic est Deus noster: non æstimabi- 36
tur alius ad eum. Adinvenit omnem viam 37
scientiæ, & dedit eam Jacob puero suo, &
Israel dilecto suo. Post hoc in terra visus est, 38
& cum hominibus conversatus est.

CAP. IV.

Hic liber mandatorum Dei, & lex, quæ est in 1
æternum. Omnes, qui tenent eam; ad vitam:
qui autem dereliquerint eam; morientur. Con- 2
vertere, Jacob, & apprehende eam: ambula
per viam ad splendorem contra lumen ejus. Ne 3
tradas alteri gloriam tuam, & quæ conferunt
tibi, genti alienæ. Beati sumus, Israel: quia 4
quæ Deo placent, manifesta sunt nobis. Confidite, 5
populus meus, memoriale Israel. Venundati 6
estis gentibus non in perditionem: eò quòd ad
iracundiam provocâstis Deum; traditi estis
adversariis.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

31 * ܠܝܬ ܕܝܕܥ ܐܘܪܚܗ̇ : ܘܠܐ ܕܡܬܪܥܐ ܫܒܝܠܝܗ̇. * ܐܠܐ ܗܘ ܕܝܕܥ ܟܠ. ܗܘܝܘ ܝܕܥ ܠܗ̇.
32 ܐܫܟܚܗ̇ ܒܣܘܟܠܗ. ܗܘ ܗܘ ܕܐܬܩܢ ܐܪܥܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ. ܘܡܠܝܗ̇ ܒܥܝܪܐ ܕܐܪܒܥ ܪ̈ܓܠܝܗܝܢ.
33 * ܗܘ ܕܡܫܕܪ ܢܘܗܪܐ ܘܐܙܠ. ܘܩܪܐ ܠܗ ܘܡܫܬܡܥܐ ܠܗ. ܘܡܥܢܝܐ ܐܪܥܐ ܒܙܘܥܬܐ. * ܟܘܟ̈ܒܐ
34 ܕܝܢ ܐܢܗܪܘ ܒܡܛܪ̈ܬܗܘܢ ܘܐܬܒܣܡܘ. * ܘܩܪܐ ܠܗܘܢ ܘܐܡܪܝܢ. ܗܐ ܚܢܢ. ܐܢܗܪܘ ܒܚܕܘܬܐ.
35 ܠܗܘ ܡܢ ܕܥܒܕ ܐܢܝܢ. * ܗܢܘ ܐܠܗܐ ܘܠܝܬ ܐܚܪܝܢ ܠܒܪ ܡܢܗ. ܘܠܐ ܢܬܚܫܒ
36 ܐܚܪܝܢ ܩܕܡܘܗܝ. * ܗܢܘ ܕܐܫܟܚ ܠܟܠܗ̇ ܐܘܪܚܐ ܕܚܟܡܬܐ. ܘܝܗܒܗ̇ ܠܝܥܩܘܒ
37 ܥܒܕܗ. ܘܠܐܝܣܪܝܠ ܚܒܝܒܗ. * ܘܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܚܘܝ ܢܦܫܗ ܥܠ ܐܪܥܐ ܘܐܬܚܙܝ.
38 ܘܥܡ ܒܢ̈ܝܢܫܐ ܐܬܗܦܟ.

* ܩܦܠܐܘܢ * ܕ *

1 * ܗܢܐ ܟܬܒܐ ܕܘܟܪܢܐ. ܕܦܘܩܕ̈ܢܘܗܝ ܕܐܠܗܐ. ܘܢܡܘܣܐ ܕܩܐܡ ܠܥܠܡ. ܠܚܝ̈ܐ ܢܗܘܘܢ ܠܐܝܠܝܢ
2 ܕܡܚܣܢܝܢ ܠܗ̇. ܘܐܝܠܝܢ ܕܫܒܩܝܢ ܠܗ̇ ܢܡܘܬܘܢ. * ܐܬܦܢܝ
3 ܝܥܩܘܒ ܘܐܚܘܕܝܗ̇ ܘܐܬܚܝܠ. ܘܗܠܟ ܒܐܘܪܚܗ̇ : ܠܘܬ ܢܘܗܪܐ ܕܢܘܗܪܗ̇. * ܠܐ ܬܬܠ ܠܐܚܪܢܐ
4 ܬܫܒܘܚܬܟ ܘܐܝܩܪܟ. ܘܠܐ ܛܒܬܐ ܕܦܩܚܐ ܠܟ. ܠܥܡܐ ܢܘܟܪܝܐ. * ܛܘܒܝ̈ܢ ܛܘܒܢ
5 ܘܛܘܒܝܟ ܐܝܣܪܝܠ. ܡܛܠ ܕܝܕܥܝܢ ܚܢܢ ܕܫܦܪ ܠܐܠܗܢ. * ܐܬܒܝܐܘ ܥܡܗ ܕܐܠܗܐ.
6 ܥܘܗܕܢܗ ܕܐܝܣܪܝܠ. * ܡܛܠ ܕܐܙܕܒܢܬܘܢ ܠܥܡ̈ܡܐ. ܠܐ ܗܘܐ ܠܐܒܕܢܐ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܐܪܓܙܬܘܢ
ܠܐܠܗܐ. ܐܫܬܠܡܬܘܢ ܠܒܥܠܕܒ̈ܒܝܟܘܢ.

Nec est qui noverit viam ejus, aut ex- 31
cogitet semitam ejus. Sed qui novit 32
omnia, ipse novit eam, invenit eam sapientiâ suâ: Qui stabilivit terram in seculum seculorum, implevítque quadru-
pedibus. Qui mittit lucem & vadit: Et 33
vocat eam, dictóque ei obsequitur cui
respondet terra tremore. Stellæ autem 34
in suis locis luxerunt & lætitiâ affectæ
sunt, Quas cùm vocat, dicunt; Ecce 35
nos: Lucent, cum lætitiâ ei qui fecit
ipsas. Hic Deus est, nec alius præter 36
ipsum, nec æstimabitur alius præ eo. Hic 37
is est qui invenit totam viam sapientiæ,
dedítque eam Jacobo servo suo, & Israeli dilecto suo. Et post hæc ostendit se 38
in terra, & apparuit: & inter homines
versatus est.

CAP. IV.

Hic est liber memorialis præceptorum 1
Dei, & lex quæ in æternum manet: Quæ
in vitam erit eis qui ipsam retinent; qui
autem ipsam deserunt, morientur. Re- 2
spice Jacob, & sectare eam, & retine, &
incede viam ipsius ad splendorem lucis
ejus. Noli alii dare laudem & gloriam 3
tuam: Nec bonum quod tibi conducit,
populo peregrino. Beatos nos, Beatum 4
te Israel: novimus enim id quod Deo
nostro placet. Consolamini populus Dei, 5
memoria Israelis *durat*. Venditi enim 6
estis Gentibus; non ut pereatis, sed quia
irritâstis Deum, traditi estis hostibus
vestris.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

31 32 * من هو العارف لطريقها . ولا المفكر في سبيلها * لكن العالم بكل شي يعرفها . وجدها
33 بفهمه الذي هيي الارض الي الدهر زمانا . ملاها من الدواب ذي الاربع قوايم * المرسل نور
34 فيسير . دعاه فاطاعه برعدة * والكواكب اشرقت في محارسها وفرحوا . دعاهم فقالوا ها نحن
35 36 * واشرقوا بسرور لخالقهم . الاصحاح الرابع والثلاثون . * هذا الهنا لا يحسب
37 38 معه اخر * هذا وجد كل طريق الفطنة . واعطاها ليعقوب عبده ولاسرايل المحبوب منه * ومن
بعد هذا على الارض ظهر وتصرف مع البشر . الفصل الرابع .
1 * هذا سفر اوامر الله والناموس الباقي الي الابد . جميع المتمسكين به للحياة . والذين يتركونه
2 3 يموتون * ارجع يا يعقوب واقبله . اسلك في الاشراق بازاء نوره * لا تعط مجدك لاخر
4 وموافقاتك لامة غريبة * مغبوطون نحن يا اسرائيل . لان مرضاة الله هي لنا معلومة
5 6 * تقووا يا شعبي ذكر اسرائيل * ابعتم للامم ليس للهلاك . من اجل انكم اغضبتم الله
اسلمتم للمعاندين .

Quis est qui viam ejus agnoscat, aut se- 31
mitam ejus mente revolvat? Sed is qui 32
novit omnia, cognoscit eam; invenit eam intellectu suo is qui terram præparavit in æternum tempus, implevit eam jumentis quadrupedibus: quo mittente lucem 33
suam, abit; revocanti obsequitur tremebunda: Stellæ exoriuntur in excubiis 34
suis, et lætantur; eas vocanti, dicunt Adsumus, Et hilares fulgent Creatori suo. 35

Textus trigesimus quartus.

Iste Deus noster cum quo alius non est 36
comparandus, Iste adinvenit omnem viam 37
prudentiæ, et dedit eam Jacobo servo suo et Israeli ab eo dilecto: Ac deinde super 38
terram apparuit, & cum mortalibus conversatus est.

CAP. IV.

Is est liber mandatorum Dei, & lex in 1
duxisti omnia hæc propter peccata nostra. Pec- 29
cavimus enim, & iniquè egimus recedentes à
te: & deliquimus in omnibus: Et præcepta 30
tua non audivimus, nec observavimus: nec
fecimus, sicut præceperas nobis; ut benè nobis
esset. Omnia ergò, quæ induxisti super nos, 31
& universa quæ fecisti nobis, in vero judicio
fecisti: Et tradidisti nos in manibus inimico- 32
rum iniquorum, & pessimorum prævaricatorum,
& regi injusto & pessimo ultra omnem terram.
Et nunc non possumus aperire os nostrum: Con- 33
fusio, & opprobrium facti sumus servis tuis, &
his qui colunt te. Ne, quæsumus, tradas nos in 34
finem propter nomen tuum: & ne dissipes testa-
mentum tuum: Neque auferas misericordiam 35
tuam à nobis propter Abraam dilectum à te, &
Isaac servum tuum, & Israel Sanctum tuum:

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

24 ܘܩܡܘ ܗܘܘ܂ ܘܡܗܠܟܝܢ ܗܘܘ ܒܟܒܠܝܗܘܢ ܡܨܥܬ ܫܠܗܒܝܬܐ ܕܢܘܪܐ܂ ܘܡܫܒܚܝܢ ܗܘܘ *
ܠܐܠܗܐ܂ ܘܡܒܪܟܝܢ ܗܘܘ ܠܡܪܝܐ܀ * ܨܠܘܬܐ ܕܚܒܪܘܗܝ ܕܚܢܢܝܐ *
25 * ܘܩܡ ܥܙܪܝܐ܂ ܘܦܬܚ ܦܘܡܗ ܠܡܒܪܟܘ ܡܨܥܬ ܢܘܪܐ܂ ܘܦܬܚ ܦܘܡܗ ܘܨܠܝ
26 ܘܐܡܪ ܗܟܢܐ܂ * ܡܒܪܟ ܐܢܬ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܕܐܒܗܬܢ܂ ܘܡܬܪܘܡܡ ܘܡܫܒܚ ܫܡܟ
27 ܠܥܠܡ܂ * ܡܛܠ ܕܟܐܢ ܐܢܬ ܒܟܠ ܡܐ ܕܥܒܕܬ ܠܢ܂ ܘܥܒܕܝܟ ܟܠܗܘܢ ܫܪܝܪܝܢ܂ ܘܬܪܝܨܢ
28 ܐܘܪܚܬܟ܂ ܘܕܝܢܝܟ ܟܠܗܘܢ ܡܗܝܡܢܝܢ܂ * ܡܛܠ ܕܒܟܐܢܘܬܐ ܘܒܩܘܫܬܐ ܥܒܕܬ
ܠܢ ܟܠܡܕܡ ܕܐܝܬܝܬ ܥܠܝܢ܂ ܘܥܠ ܡܕܝܢܬܐ ܗܕܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܐܒܗܬܢ ܠܐܘܪܫܠܡ܂ ܡܛܠ
29 ܕܒܩܘܫܬܐ ܐܝܬܝܬ ܥܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܗܠܝܢ܂ * ܡܛܠ ܚܛܗܝܢ ܕܚܛܝܢ ܘܐܘܥܠܢ ܩܕܡܝܟ܂
30 ܘܪܚܩܢ ܡܢܟ܂ ܘܥܒܪܢ ܥܠ ܡܐܡܪܟ܂ ܘܚܛܝܢ ܠܟ ܒܟܠ܂ * ܘܠܦܘܩܕܢܝܟ ܠܐ ܫܡܥܢ܂
31 ܘܠܐ ܢܛܪܢ܂ ܘܠܐ ܥܒܕܢ ܐܝܟ ܡܐ ܕܦܩܕܬ ܠܢ ܕܢܛܐܒ ܠܢ܂ * ܘܟܠܡܕܡ ܕܐܝܬܝܬ ܥܠܝܢ܂ ܘܟܠܡܕܡ
32 ܕܥܒܕܬ ܠܢ܂ ܒܕܝܢܐ ܘܒܩܘܫܬܐ ܥܒܕܬ ܠܢ܂ * ܘܐܫܠܡܬܢ ܒܐܝܕܝ ܒܥܠܕܒܒܝܢ ܥܘܠܐ
ܕܪܚܝܩܝܢ ܡܢܟ܂ ܘܠܡܠܟܘܬܐ ܕܪܫܝܥܘܬܐ܂ ܕܒܝܫܐ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܡܠܟܘܬܐ ܕܐܪܥܐ܂
33 * ܘܗܫܐ ܡܪܝܐ܂ ܠܝܬ ܠܢ ܦܬܚܘܬ ܦܘܡܐ ܩܕܡܝܟ܂ ܡܛܠ ܒܗܬܬܐ ܘܚܣܕܐ ܕܗܘܐ
34 ܠܥܒܕܝܟ ܘܠܕܚܠܝܟ܂ * ܠܐ ܬܫܠܡܢ ܠܓܡܪ ܡܛܠ ܫܡܟ܂ ܘܠܐ ܬܒܛܠ ܩܝܡܟ
35 ܡܢܢ܂ * ܘܠܐ ܬܪܚܩ ܚܢܢܟ ܘܛܝܒܘܬܟ ܡܢܢ܂ ܡܛܠ ܐܒܪܗܡ ܪܚܡܟ܂ ܘܡܛܠ ܐܝܣܚܩ
ܥܒܕܟ܂ ܘܡܛܠ ܐܝܣܪܝܠ ܩܕܝܫܟ܀

Surrexerunt, & cum vinculis suis ambu- 24
labant in medio flammæ ignis, laudabant
Deum, & benedicebant Dominum.

Oratio sociorum Hananiæ.

Stans enim Azaria aperuit os suum ad be- 25
nedicendum in medio igne; aperuit in-
quam os suum, & oravit, atq; ita dixit; Be- 26
nedictus sis Domine Deus patrum nostro-
rum; exaltetur laudibusque celebretur no-
men tuum in perpetuum: Quandoquidem 27
justus es in rebus omnibus quibus nos af-
ficis, omnia opera tua justa sunt, rectæ viæ
tuæ, & omnia judicia tua fidelia. Nam 28
æquo judicio exercuisti in nos quicquid
intulisti nobis, sanctæq; huic patrum no-
strorum urbi Jerosolymæ: Æquo siqui-
dem jure intulisti nobis hæc omnia, Pro- 29
pter scelera nostra quæ commisimus &
iniquè gessimus in te; quòd à te recesse-
rimus, dictúmq; tuum transgressi sumus:
omninò peccavimus in te, Mandatis tuis 30
non obtemperavimus, & non observavi-
mus neque præstitimus prout præceperas
nobis, ut benè esset nobis. Ideò quicquid 31
intulisti nobis, & quicquid fecisti nobis;
legitimo quidem judicio fecisti nobis: Et 32
tradidisti nos in manum hostium nostro-
rum impiorum, qui remotissimi sunt à te,
& dominio impii regni, omnium orbis
regnorum pessimi. Jam ergò Domine, 33
non licet nobis os aperire coram te, pro-
pter dedecus & opprobriū quod factum
est servis & cultoribus tuis. Ne prodas 34
nos in finem usque, propter nomen tuum
ne rescindas pactum tuum, Neve miseri- 35
cordiam & benevolentiam tuam amove-
as à nobis, propter Abraham dilectum
tuum, propter Ishac servum tuum, &
propter Israelem sanctum tuum,

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

24 * ومشوا في وسط اللهيب يسبحون الله * ويباركون الرب * تسبحة عزريا *
25
26 * ووقف معهم عزريا وصلّي هكذا * وفتح فمه في وسط النار وقال * مبارك انت ايها الرب
27 اله ابائنا * ومسبح وممجد اسمك الى الدهور * لانك عدل انت في كل ما صنعته بنا * وكل
28 اعمالك حق * وطرقك مستقيمة * وكل احكامك حقيقة * وصنعت احكام حق في كل ما جلبته
علينا وعلى مدينة ابائنا المقدسة ايروسليم * لانك بحق وحكم جلبت هذه كلها علينا لاجل
29
30 خطايانا * لانا اخطانا واثمنا لنتباعد منك * واخطانا في كل شي * ولم نسمع وصاياك * ولم نحفظ ولم
31 نصنع كما اوصيتنا لكي يكون لنا الخير * وكل ما جلبته علينا وكل ما صنعته بنا
32 بحكم حقيقي صنعته * واسلمتنا في ايدي اعداء اثمة مبغضين مارقين * ولملك ظالم
33 واشر من كل الارض * والان ليس لنا ان نفتح فمنا * لان الخزي والعار صار لعبيدك
34
35 ولعابديك * فلا تسلمنا الى الغاية لاجل اسمك * ولا تبطل عهدك * ولا تبعد رحمتك
عنا لاجل ابرهيم المحبوب منك * ولاجل اسحق عبدك * واسرايل قدسك *

Ambulabant in medio flammæ laudantes 24
Deum, & benedicentes Dominum.

Canticum Azariæ.

Et stans cum eis Azaria, sic oravit; 25
aperiénsque os suum in medio ignis, di-
xit; Benedictus sis ô Domine Deus pa- 26
trum nostrorum; laudandum et glorifican-
dum nomen tuum in secula. Tu enim ju- 27
stissimus es in omnibus quæ fecisti nobis,
& omnia opera tua vera, viæ tuæ re-
ctæ, & omnia judicia tua vera sunt: Et 28
æquo jure fecisti quicquid intulisti nobis
& urbi patrum nostrorum sanctæ Jeru-
salem. Tu enim justo judicio hæc omnia
nobis intulisti propter peccata nostra. Si- 29
quidem peccavimus & deliquimus rece-
dendo à te, & peccavimus in omnibus
rebus. Non audivimus præcepta tua, ne- 30
que custodivimus; neque egimus quem-
admodum præceperas nobis, ut benè con-
tingeret nobis. Et quicquid intulisti no- 31
bis, & quicquid fecisti nobis, vero judi-
cio fecisti: Tradendo nos in manus ini- 32
micorum sceleratorum, osorum, impiorum,
& regis iniqui, totiúsque terræ pessimi.
Nunc itaque non est nobis quòd os aperi- 33
amus, eò quòd ignominia & improperium
acciderit servis et cultoribus tuis. Ve- 34
rùm ne planè prodas nos, propter nomen
tuum, neve irritum facias pactum tuum:
Neque avoces misericordiam tuam à no- 35
bis, propter Abrahamum à te dilectum, et
propter Ishacum servum tuum, et Israe-
lem Sanctum tuum;

Versio VULG. LAT.

36 Quibus locutus es pollicens quòd multiplicares semen
eorum sicut stellas cœli, & sicut arenam quæ est in littore
37 maris: Quia, Domine, imminuti sumus plus quàm omnes
gentes, sumúsque humiles in universa terra hodiè propter
38 peccata nostra. Et non est in tempore hoc princeps, &
dux, & propheta, neque holocaustum, neque sacrificium,
neque oblatio, neque incensum, neque locus primitiarum
39 coram te. Ut possimus invenire misericordiam tuam:
sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur.
40 Sicut in holocausto arietum, & taurorum, & sicut in
millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum
in conspectu tuo hodiè, ut placeat tibi: quoniam non
41 est confusio confidentibus in te. Et nunc sequimur te in
toto corde, & timemus te, & quærimus faciem tuam.
42 Ne confundas nos: sed fac nobiscum juxta mansuetu-
dinem tuam, & secundùm multitudinem misericordiæ
43 tuæ. Et erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam
44 nomini tuo, Domine: Et confundantur omnes, qui osten-
dunt servis tuis mala, confundantur in omni potentia
45 tua, & robur eorum conteratur: Et sciant quia tu es
Dominus Deus solus, & gloriosus super orbem terra-
46 rum. Et non cessabant qui miserant eos ministri regis
succendere fornacem, naphthâ, & stuppâ, & pice,
& malleolis.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

36 † Οἷς ἐλάλησας (ϑ) πληθῦναι τὸ σπέρμα αὐτῶν, ὡς τὰ ἄστρα
37 τοῦ οὐρανοῦ, † καὶ ὡς τὴν ἄμμον τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης. † Ὅτι
δέσποτα ἐσμικρύνθημεν παρὰ πάντα τὰ ἔθνη, † καὶ ἐσμὲν ταπεινοὶ
38 ἐν πάσῃ τῇ γῇ σήμερον, διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν. † Καὶ οὐκ ἔστιν
ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ ἄρχων καὶ προφήτης καὶ ἡγούμενος, † οὐδὲ ὁλοκαύ-
τωσις, οὐδὲ θυσία, † οὐδὲ προσφορά, οὐδὲ θυμίαμα, † (ι) οὐδὲ
39 τόπος τοῦ καρπῶσαι (*) ἐναντίον σου, Καὶ εὑρεῖν ἔλεος. † ἀλλ' ἐν ψυχῇ
συντετριμμένῃ, καὶ πνεύματι ταπεινώσεως προσδεχθείημεν,
40 † Ὡς ἐν (κ) ὁλοκαυτώσει κριῶν καὶ ταύρων, † καὶ (λ) ἐν μυριάσιν ἀρνῶν
πιόνων, † οὕτως γενέσθω (μ) ἡ θυσία ἡμῶν ἐνώπιόν σου σήμερον,
καὶ ἐκτελέσαι ὄπισθέν σου· † ὅτι οὐκ (ν) ἔσται αἰσχύνη τοῖς πε-
41 ποιθόσιν ἐπὶ σοί. † Καὶ νῦν ἐξακολουθοῦμεν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ, καὶ φοβού-
42 μεθά σε, † καὶ ζητοῦμεν τὸ πρόσωπόν σου. Μὴ καταισχύνῃς ἡμᾶς,
† ἀλλὰ ποίησον μεθ' ἡμῶν κατὰ τὴν ἐπιείκειάν σου, † καὶ κατὰ τὸ πλῆθος
43 τοῦ ἐλέους σου. † Καὶ ἐξελοῦ ἡμᾶς κατὰ τὰ θαυμάσιά σου, † καὶ δὸς δόξαν
44 τῷ ὀνόματί σου κύριε· † Καὶ ἐντραπείησαν πάντες οἱ ἐνδεικνύμενοι
τοῖς δούλοις σου κακά, † καὶ καταισχυνθείησαν ἀπὸ πάσης (ξ) τῆς
45 δυναστείας, † καὶ ἡ ἰσχὺς αὐτῶν συντριβείη, † (*) Καὶ γνώτωσαν
ὅτι σὺ εἶ κύριος, (ο) θεὸς μόνος, † καὶ ἔνδοξος ἐφ' ὅλην τὴν οἰκου-
46 μένην. Καὶ οὐ διέλιπον οἱ ἐμβάλλοντες αὐτοὺς ὑπηρέται τοῦ βα-
σιλέως, καίοντες τὴν κάμινον νάφθαν καὶ πίσσαν καὶ στιππύον καὶ
(π) κληματίδα.

MS. A. (ϑ) πρὸς αὐτοὺς πληθῦναι τὸ (ι) οὐ τόπος (*) ἐνώπιόν (κ) ὁλοκαυτώμασιν (λ) ὡς ἐν (μ) θυσία (ν) ἔστιν (ξ) δυνάμεως καὶ δυναστείας, (*) Γνώτωσαν (ο) ὁ θεὸς (π) κληματίδας. Καὶ διεχεῖτο

Quibus locutus es, quòd multiplicares semen eorum, sicut stellas cœli, & sicut arenam, quæ est apud labium maris. Quoniam, Domine, imminuti sumus plusquàm omnes gentes: & sumus humiles in universa terra hodiè propter peccata nostra: Et non est in tempore hoc princeps, & propheta, & dux, neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque incensum, neque locus offerendi primitias coram te, Et inveniendi misericordiam. Sed in anima contrita, & spiritu humilitatis suscipiamur, Sicut in holocausto arietum, & taurorum, & in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodiè: & (n) perficiatur post te: quoniam non erit confusio confidentibus in te. Et nunc sequimur in toto corde, & timemus te, & quærimus faciem tuam. Ne confundas nos, sed fac nobiscum juxta mansuetudinem tuam, & secundùm multitudinem misericordiæ tuæ: Et erue nos secundùm mirabilia tua. Et da gloriam nomini tuo, Domine: Et confundantur omnes qui ostendunt servis tuis mala: & confundantur ab omni potentia: & robur eorum conteratur: Et sciant, quia tu es Dominus Deus solus, & gloriosus super universum orbem terrarum. Et non cessabant, qui miserant eos, ministri regis succendere fornacem naphthâ, & pice, & stuppâ, & malleolis:

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

36 * ܘܡܠܠܬ ܥܡܗܘܢ ܕܐܣܓܐ ܙܪܥܗܘܢ ܐܝܟ ܟܘܟܒܐ ܕܫܡܝܐ. ܘܐܝܟ ܚܠܐ ܕܥܠ ܣܦܬܗ ܕܝܡܐ.
37 * ܡܛܠ ܕܐܢܬ ܡܪܝܐ. ܐܬܡܟܟܢ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ. ܘܚܢܢ ܡܒܕܪܝܢ ܝܘܡܢܐ
38 ܒܟܠܗ ܐܪܥܐ. ܡܛܠ ܚܛܗܝܢ ܘܥܘܠܢܢ. * ܘܠܐ ܐܝܬ ܒܗܢܐ ܙܒܢܐ ܪܫܐ. ܘܠܐ ܢܒܝܐ. ܘܠܐ
ܡܕܒܪܢܐ. ܘܠܐ ܡܕܒܚܐ. ܘܠܐ ܕܒܚܐ. ܘܠܐ ܩܘܪܒܢܐ. ܘܠܐ ܕܘܟܬܐ ܕܢܣܝܡ ܒܣܡܐ ܐܘ ܕܒܚܬܐ.
39 ܘܢܫܟܚ ܚܢܢܐ ܘܪܚܡܐ. * ܐܠܐ ܒܠܒܐ ܬܒܝܪܐ ܘܒܪܘܚܐ ܡܟܝܟܬܐ. ܗܐ ܐܢܚܢܢ ܡܩܪܒܝܢ ܠܢ
40 ܝܩܕܢܐ. * ܐܝܟ ܕܒܬܘܪܐ ܘܒܕܟܪܐ ܘܒܐܡܪܐ ܣܓܝܐܐ ܦܛܝܡܐ. ܗܟܢܐ ܬܗܘܐ
ܩܘܪܒܢܐ ܕܢܦܫܢ ܝܘܡܢܐ. ܘܠܐ ܢܒܗܬܘܢ ܥܒܕܝܟ. ܡܛܠ ܕܠܐ ܒܗܬܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܬܟܝܠܝܢ
41 ܥܠܝܟ. * ܘܗܫܐ ܒܠܒܐ ܫܠܡܐ ܐܬܝܢ ܒܬܪܟ. ܘܕܚܠܝܢ ܡܢܟ. ܘܒܥܝܢ ܐܦܝܟ.
42 * ܡܪܝܐ. ܠܐ ܬܒܗܬܢ. ܐܠܐ ܥܒܕ ܥܡܢ ܐܝܟ ܣܘܓܐܐ ܕܛܝܒܘܬܟ. ܘܪܚܡܝܟ ܣܓܝܐܐ. * ܘܦܪܘܩܝܢ
43 ܐܝܟ ܣܘܓܐܐ ܕܬܕܡܪܬܟ. ܘܗܒ ܫܘܒܚܐ ܠܟܢܘܫܐ ܕܫܡܟ ܡܪܝܐ. * ܘܢܒܗܬܘܢ
44 ܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܡܚܫܒܝܢ ܒܝܫܬܐ ܥܠ ܥܒܕܝܟ. ܘܢܒܗܬܘܢ ܒܟܠܗ ܚܝܠܗܘܢ.
45 ܘܬܩܦܗܘܢ ܢܫܬܪܐ. * ܘܢܕܥܘܢ ܕܐܢܬ ܗܘ ܐܠܗܐ ܒܠܚܘܕܝܟ. ܘܡܫܒܚ ܐܢܬ
46 ܒܟܠܗܘܢ ܥܒܕܝܟ. * ܘܠܐ ܫܠܝܘ ܗܘܘ ܗܢܘܢ ܕܡܫܓܪܝܢ ܗܘܘ ܐܬܘܢܐ ܕܢܘܪܐ. ܡܪܡܝܢ ܗܘܘ
ܒܗ ܢܦܛܐ: ܘܙܦܬܐ ܘܟܒܪܝܬܐ. ܘܩܢܝܐ. ܘܫܒܫܬܐ.

Quibus pollicitus es te semen eorum ut stellas cœli & ut arenam quæ est in ora maris, multiplicaturum. Nunc enim Domine, humiliati sumus præ omnib' populis, & nos dispersi sumus hodie in totam terram propter culpas & peccata nostra: Nec adest hoc tempore princeps, neque dux, neq; propheta, neq; gubernator, neq; altare, neq; sacrificia, neq; oblationes, neq; locus ubi thus aut victimam offeramus, ut clementiam & misericordiam consequamur. Verùm corde contrito, humilique spiritu ecce nosipsos offerimus incendio ignis: Deprecantes ut bobus, arietibus, & agnis multis opimis præstantior hodiè sit oblatio animæ nostræ. Et ne pudore suffundantur servi tui, quandoquidem ii qui tibi fidunt, nequaquam pudefiunt. Sanè jam nos te sequimur animo sincero, te reveremur, & vultum tuum quærimus, Domine, ne pudefacias nos, sed age nobiscum pro ubertate beneficiorum, & miserationum tuarum plurimarum: Et libera nos pro multitudine miraculorũ tuorum, gloriámq; concilia nomini tuo Domine, propter nomen tuum augustum. Imò pudefiant omnes qui mala meditantur in servos tuos; pudefiant, inquam, tota cum potentia sua, & robore suo destituantur: Ut experiantur te solum unum esse Deum, & in cunctis operibus tuis gloriosum. Interim non cessabant qui fornacem ignis accendebant, injicere in eam naphta, picem, sulphur, arundines, atque sarmenta;

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

36 * الذين تكلمت معهم قايلا ان تكثر زرعهم مثل نجوم السماء وكالرمل الذي على
37 شاطي البحر * لانا يا سيد صغرنا اكثر من كل الامم • وصرنا اذلاء في كل الارض
38 اليوم • من اجل خطايانا * وليس في هذا الزمان رييس ولا نبي ولا مقدم • ولا محرقه
39 ولا ذبيحة • ولا قربان ولا بخور • ولا موضع ليقدم امامك • ونجد رحمة * لكن بنفس
40 مسكينة وروح تواضع نقبل * كما بمحرقات كباش وثيران • وكما بربوات خراف
سمان • هكذا فلتكن ذبيحتنا امامك اليوم • ولتكمل من خلفك • لانه ليس
41 خزي للمتوكلين عليك * والان نتبعك بكل قلب • ونخافك • ونطلب وجهك •
42 * فلا تخزنا • لكن اصنع معنا كدعتك وككثرة رحمتك * وخلصنا كعجايبك •
43
44 واعط مجدا لاسمك يا رب * وليخجل جميع الذين يظهرون لعبيدك الاسواء •
45 وليخزوا من كل القوة والقدرة • وجبروتهم تنسحق * ليعلموا انك انت الرب الاله
وحدك الممجد على كل المسكونة •

الاصحاح الرابع •

46 * ولم يفتر الذين حملوا بهم خدام
الملك يقدوا الاتون بنفطا وزفتا وسرافه وزرجونا •

Quibuscum locutus es dicens te multiplicaturum semen eorum sicut stellas cœli & sicut arenam quæ extat in littore maris: Nam O Domine, minimi evasimus omnium gentium, & abjectissimi facti sumus hodiè in tota terra, propter peccata nostra. Et non extat hoc tempore princeps, neque propheta, neque dux, neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque thus; neque locus ad sacrificandum coram te, & misericordiam consequendam. Attamen cum animo contrito & spiritu humilitatis suscipiamur. Perinde ac in holocaustis arietum atque taurorum, & perinde ac in denis millibus agnis pinguibus; ita sit victima nostra coram te hodiè, & perficiatur post te: quoniam non est erubescentia confidentibus in te. Nunc ergò toto corde te sequimur & metuimus, vultúmque tuum quærimus: Ne pudore nos afficias, sed age nobiscum secundùm mansuetudinem tuam & secundùm multitudinem misericordiæ tuæ: Erue nos secundùm miracula tua, & da gloriam nomini tuo, O Domine. Pudore afficiantur omnes qui ostendunt servis tuis mala, & confundantur ab omni potentia & robore, & fortitudo eorum conteratur: Ut sciant te esse Dominum Deum solum, glorificandum super universum orbem.

Textus quartus.

Interim non cessabant ii qui accurrerant illos, ministri regis, accendere fornacem naphthâ, pice, stuppâ, & sarmentis:

Versio VULG. LAT.

Et effundebatur flamma super fornacem cubitis quadra-
47 ginta novem : Et erupit, & incendit quos reperit
48 juxta fornacem de Chaldæis. Angelus autem Domi-
49 ni descendit cum Azaria, & sociis ejus, in fornacem:
& excussit flammam ignis de fornace, Et fecit medium
50 fornacis quasi ventum roris flantem, & non tetigit eos
omnino ignis , neque contristavit, nec quidquam mo-
lestiæ intulit. Tunc hi tres quasi ex uno ore lauda-
51 bant, & glorificabant, & benedicebant Deum in for-
nace, dicentes ; Benedictus es, Domine Deus patrum
52 nostrorum : & laudabilis, & gloriosus, & superexal-
tatus in secula : & benedictum nomen gloriæ tuæ san-
ctum : & laudabile, & superexaltatum in omnibus
seculis. Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ :
53 & superlaudabilis, & supergloriosus in secula. Be-
54 nedictus es in throno regni tui : & superlaudabilis,
& superexaltatus in secula. Benedictus es, qui in-
55 tueris abyssos , & sedes super Cherubim : & lauda-
bilis & superexaltatus in secula. Benedictus es in fir-
56 mamento cœli : & laudabilis, & gloriosus in secu-
la. Benedicite omnia opera Domini Domino : lau-
57 date & superexaltate eum in secula.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

47 Καὶ διεχεῖτο ἡ φλὸξ ἐπάνω τῆς καμίνου ἐπὶ πήχεις (ρ) τεσσαρακονταεννέα.
48 Καὶ διώδευσε, καὶ ἐνεπύρισεν οὓς εὗρε περὶ τὴν κάμινον τῶν Χαλδαίων.
49 Ὁ δὲ ἄγγελος κυρίου συγκατέβη ἅμα τοῖς περὶ τὸν Ἀζαρίαν εἰς τὴν κάμινον, καὶ ἐξετίναξε τὴν φλόγα τοῦ πυρὸς ἐκ τῆς καμίνου,
50 Καὶ ἐποίησε τὸ μέσον τῆς καμίνου, ὡς πνεῦμα δρόσου διασυρίζον· καὶ οὐχ ἥψατο αὐτῶν τὸ καθόλου τὸ πῦρ, καὶ οὐκ ἐλύπησεν, οὐδὲ παρηνώχλησεν αὐτοῖς.
51 Τότε οἱ τρεῖς ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος ὕμνουν, καὶ ἐδόξαζον, καὶ ηὐλόγουν τὸν Θεὸν ἐν τῇ καμίνῳ, λέγοντες,
52 † Εὐλογητὸς εἶ κύριε ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ αἰνετὸς καὶ ὑπερυψούμενος εἰς τοὺς αἰῶνας. † Καὶ εὐλογημένον τὸ ὄνομα τῆς δόξης σου τὸ ἅγιον, καὶ ὑπεραινετὸν καὶ ὑπερυψούμενον εἰς (σ) πάντας τοὺς αἰῶνας.
53 † Εὐλογημένος εἶ ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας δόξης σου, καὶ ὑπερυμνητὸς καὶ ὑπερένδοξος εἰς τοὺς αἰῶνας.
55 † Εὐλογημένος εἶ ὁ (τ) ἐπιβλέπων ἀβύσσους, καθήμενος ἐπὶ (υ) χερουβὶμ, καὶ αἰνετὸς καὶ ὑπερυψούμενος εἰς τοὺς αἰῶνας.
54 † Εὐλογημένος εἶ ἐπὶ θρόνου τῆς βασιλείας σου, καὶ ὑπερυμνητὸς καὶ ὑπερυψούμενος εἰς τοὺς αἰῶνας.
56 † (φ) Εὐλογητὸς εἶ ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ (χ) ὑμνητὸς καὶ δεδοξασμένος εἰς τοὺς αἰῶνας.
57 † Εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα κυρίου τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.
59 † Εὐλογεῖτε οὐρανοὶ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

MS. A. (ρ) τεσσερακονταεννέα. (σ) τοὺς αἰῶνας. (τ) βλέπων (υ) τῶν χερουβὶμ, καὶ ὑπεραινετὸς (φ) Εὐλογημένος (χ) ὑπερυμνητὸς

Et effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta novem: Et erupit, & incendit quos 47 48
repperit juxta fornacem, de Chaldæis. Angelus 49
autem Domini descendit cum Azaria, & sociis
ejus in fornacem, & excussit flammam ignis de
fornace, Et fecit medium fornacis, quasi ventum 50
roris susurrantem: & non tetigit eos omnino
ignis, neque contristavit, nec quicquam molestiæ
intulit eis. Tunc hi tres quasi ex uno ore lauda- 51
bant, & glorificabant, & benedicebant Deum
in fornace, dicentes; Benedictus es, Domine 52
Deus patrū nostrorum, & (σ) laudabilis, & super-
exaltatus in secula. Et benedictum nomen glo-
riæ tuæ sanctum, & superlaudabile, & super-
exaltatum in omnibus seculis. Benedictus es in 53
templo sanctæ gloriæ tuæ, & superlaudabilis,
& supergloriosus in secula. Benedictus es, qui 55
intueris abyssos, sedens super Cherubim, & lau-
dabilis, & superexaltatus in secula. Bene- 54
dictus es in throno regni tui, & superlaudabi-
lis, & (υ) superexaltatus in secula. Bene- 56
dictus es in firmamento cœli, & laudabilis, &
gloriosus in secula. Benedicite omnia opera Do- 57
mini Domino: laudate, & superexaltate eum
in secula. Benedicite cœli Domino: laudate, & 59
superexaltate eum in secula.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

47 * ܘܝܗܒܬ ܩܠܐ ܫܠܗܒܝܬܐ ܕܢܘܪܐ . ܘܥܒܪܬ ܥܠ ܡܢ ܐܬܘܢܐ ܐܪܒܥܝܢ ܘܬܫܥ
48 ܐܡܝܢ. * ܘܐܘܩܕܬ ܘܐܟܠܬ ܢܘܪܐ . ܠܟܠܗܘܢ ܕܐܫܟܚܬ ܚܕܪܝܗ̇ ܕܐܬܘܢܐ . ܟܠ
49 ܕܝܐ ܘܐܟܠܩܪܨܐ. * ܡܠܐܟܐ ܕܝܢ ܕܛܠܐ . ܢܚܬ ܥܡ ܚܢܢܝܐ ܘܥܙܪܝܐ ܘܡܝܫܐܝܠ ܠܓܘ
50 ܐܬܘܢܐ ܕܢܘܪܐ . ܘܢܦܨܗ ܠܫܠܗܒܝܬܐ ܕܢܘܪܐ ܡܢ ܐܬܘܢܐ. * ܘܥܒܕ ܒܡܨܥܬܗ ܕܐܬܘܢܐ
ܐܝܟ ܪܘܚܐ ܕܛܠܐ. ܘܠܐ ܩܪܒܬ ܒܗܘܢ ܢܘܪܐ ܐܦܠܐ ܡܕܡ. ܘܠܐ ܐܟܝܬܐ ܒܗܘܢ. ܘܠܐ ܐܚܝܕܐ ܐܢܘܢ.
51 * ܗܝܕܝܢ ܬܠܬܝܗܘܢ ܐܝܟ ܡܢ ܚܕ ܦܘܡܐ . ܡܫܒܚܝܢ ܗܘܘ ܘܡܒܪܟܝܢ ܠܐܠܗܐ ܡܢ ܓܘ
52 ܐܬܘܢܐ ܕܢܘܪܐ. ܘܐܡܪܝܢ. * ܡܒܪܟ ܐܢܬ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܕܐܒܗܝܢ. ܡܫܒܚ ܐܢܬ
ܘܡܬܪܘܡܡ ܐܢܬ ܠܥܠܡ. ܡܒܪܟ ܫܡܐ ܕܫܘܒܚܟ ܩܕܝܫܐ. ܡܫܒܚ ܐܢܬ
53 ܘܡܬܪܘܡܡ ܐܢܬ ܠܥܠܡ. * ܡܒܪܟ ܐܢܬ ܒܗܝܟܠܐ ܕܩܘܕܫܟ. ܡܫܒܚ ܐܢܬ ܘܡܬܪܘܡܡ
54 ܐܢܬ ܠܥܠܡ. * ܡܒܪܟ ܐܢܬ ܕܚܙܐ ܐܢܬ ܠܬܗܘܡܐ. ܟܕ ܝܬܒ ܐܢܬ ܥܠ ܟܪܘܒܐ. ܡܫܒܚ
55 ܐܢܬ ܘܡܬܪܘܡܡ ܐܢܬ ܠܥܠܡ. * ܡܒܪܟ ܐܢܬ ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ ܕܡܠܟܘܬܟ. ܡܫܒܚ
56 ܐܢܬ ܘܡܬܪܘܡܡ ܐܢܬ ܠܥܠܡ. * ܡܒܪܟ ܐܢܬ ܒܪܩܝܥܐ ܕܫܡܝܐ. ܡܫܒܚ ܐܢܬ
ܘܡܬܪܘܡܡ ܐܢܬ ܠܥܠܡ.

Quæ sequuntur usque ad ver. 88. supplevimus ex Cod. Uss.

57 * ܒܪܟܘ ܟܠܗܘܢ ܥܒܕܘܗܝ ܕܡܪܝܐ ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘܗܝ ܘܪܘܡܡܘܗܝ ܠܥܠܡ
58 * ܒܪܟܘ ܫܡܝܐ ܕܡܪܝܐ ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘ ܘܪܘܡܡܘ ܠܥܠܡ.

Adeò ut flamma ignis crepitum ederet, 47
& fornacem quadraginta novem cubitis
superaret, Et cremaret consumeretque 48
ignis quotquot circa fornacem offende-
bat Chaldæos & accusatores. Angelus 49
autem roris descendit unà cum Hanania,
Azaria, & Misaele in fornacem ignis;
discussâque flammâ ignis è fornace, Ex- 50
citavit in medio fornacis ventum quasi
roscidum, ut ne minimùm quidem tan-
geret eos ignis, neque ullâ eos molestiâ
aut incommodo afficeret. Tunc tres illi 51
uno ore celebrabant & benedicebant
Deum è fornace ignis, & dicebant;
Benedictus sis Domine Deus patrum no- 52
strorum, laudandus & exaltandus in se-
culum: benedictum nomen gloriæ tuæ
sanctum: celebrandus tu & exaltandus
in seculum. Benedictus es in templo san- 53
ctitatis tuæ, laudandus & exaltandus in
seculum. Benedictus sis qui intueris abys- 54
sos dum insides Cherubinis, laudandus
& exaltandus in seculum. Benedictus sis 55
super solio regni tui, laudandus & exal-
tandus in seculum. Benedictus sis in firma- 56
mento cœli, laudandus & exaltandus in
seculum.
Benedicite Domino omnia opera Domini, 57
laudate & exaltate eum in seculum. Be- 58
nedicite Domino, cœli Domini, laudate
& exaltate eum in seculum.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

47 48 * فارتفع اللهيب فوق الاتون بتسعة واربعين ذراعا * ودار احرق الذين وجدهم حول الاتون
49 من الكلدانيين * وملاك الرب نزل مع اصحاب عزريا الى الاتون . ونفض لهيب
50 النار من الاتون * وصنع وسط الاتون مثل ريح ندا يصفر * ولم تلمسهم النار البتة
51 ولم تحزنهم * ولم تؤذهم * حينئذ الثلثة مثل من فم واحد سبحوا ومجدوا وباركوا الله في
الاتون قايلين .

* تسبحة الثلاثة فتية *

52 * مبارك انت ايها الرب اله ابائنا . وفوق المسبح وفوق المتعالي الى الدهور * مبارك
53 اسم مجدك القدوس . وفوق المسبح وفوق المتعالي الى الدهور * مبارك انت في
54 هيكل مجدك المقدس . وفوق المسبح وفوق المتعالي الى الدهور * مبارك انت
الناظر الاعماق الجالس على الساروفيم . وفوق المسبح وفوق المتعالي الى الدهور .
55 * مبارك انت على كرسي مجد ملكك . وفوق المسبح وفوق المتعالي الى الدهور .
56 57 * مبارك انت في جلد السماء . وفوق المسبح وفوق المتعالي الى الدهور * باركوا
58 الرب يا جميع اعمال الرب . سبحوه وارفعوه الى الدهور * باركي الرب ايتها السموات
سبحوه وارفعوه الى الدهور .

Ita ut efferret se flamma supra for- 47
nacem quadraginta novem cubitis, Et 48
circunfusa combureret Chaldæos quos
offendit circa fornacem. Verùm An- 49
gelus Domini descendit cum sociis
Azariæ in fornacem, & excussâ flam-
mâ ignis è fornace, Excitavit in 50
medio fornacis quasi ventum roris sibi-
lantem; ita ut nullatenus taugeret
eos ignis, aut contristaret, aut læderet
eos. Tunc tres illi quasi uno ex ore 51
laudaverunt, glorificaverunt, & bene-
dixerunt Deum in fornace, dicentes;

Canticum Trium Puerorum.

Benedictus es ô Domine Deus pa- 52
trum nostrorum, & superlaudabilis,
& superexaltandus in secula. Bene-
dictum nomen gloriæ tuæ sanctum,
& superlaudabile & superexaltandum
in secula. Benedictus es in tem- 53
plo gloriæ tuæ sancto, & super-
laudabilis & superexaltandus in se-
cula. Benedictus es qui intueris 54
profunda sedens super Cherubim, &
superlaudabilis & superexaltandus
in secula. Benedictus es super 55
thronum gloriæ regni tui, & super-
laudabilis & superexaltandus in se-
cula. Benedictus es in firmamen- 56
to cœli, & superlaudabilis & super-
exaltandus in secula. Benedicite 57
Dominum ô omnia opera Domini, lau-
date & exaltate eum in secula. Be- 58
nedicite Dominum ô cœli, laudate &
exaltate eum in secula.

Verſio VULG. LAT.

58 Benedicite Angeli Domini Domino : laudate & ſu-
59 perexaltate eum in ſecula. Benedicite cœli Domino :
60 laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite aquæ
omnes, quæ ſuper cœlos ſunt, Domino : laudate
61 & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite omnes vir-
tutes Domini Domino : laudate & ſuperexaltate eum
62 in ſecula. Benedicite Sol & Luna Domino : laudate &
63 ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite ſtellæ cœli
64 Domino : laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Be-
nedicite omnis imber & ros Domino : laudate & ſu-
65 perexaltate eum in ſecula. Benedicite omnes ſpiritus
Dei Domino : laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
66 Benedicite ignis & æſtus Domino : laudate & ſuper-
67 exaltate eum in ſecula. Benedicite frigus & æſtus Do-
68 mino : laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Bene-
dicite rores & pruina Domino : laudate & ſuperex-
69 altate eum in ſecula. Benedicite gelu & frigus Do-
70 mino : laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Bene-
dicite glacies & nives Domino : laudate & ſuperexal-
71 tate eum in ſecula. Benedicite noctes & dies Domi-
72 no : laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula. Benedi-
cite lux & tenebræ Domino : laudate & ſuperexalta-
73 te eum in ſecula. Benedicite fulgura & nubes Domi-
74 no : laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedi-
cat terra Dominum : laudet & ſuperexaltet eum in
75 ſecula. Benedicite montes & colles Domino : lauda-
te & ſuperexaltate eum in ſecula.

Verſio GRÆCA LXX. Interp. Cum Tranſlatione LATINA.

58 † Εὐλογεῖτε ἄγγελοι κυρίου τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν
60 εἰς τοὺς αἰῶνας. † Εὐλογεῖτε (ψ) ὕδατα καὶ πάντα τὰ ὑπεράνω τοῦ
οὐρανοῦ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.
61 (ω) † Εὐλογείτω πᾶσα ἡ δύναμις κυρίου τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ
62 ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. † Εὐλογεῖτε ἥλιος καὶ σελήνη τὸν
63 κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. † Εὐλο-
γεῖτε ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς
64 αἰῶνας. † Εὐλογείτω πᾶς ὄμβρος καὶ δρόσος τὸν κύριον, ὑμνεῖτε
65 καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. † Εὐλογεῖτε πάντα τὰ πνεύ-
ματα τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.
66 † Εὐλογεῖτε πῦρ καὶ καῦμα τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε
71 αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. † (α) Εὐλογεῖτε νύκτες καὶ ἡμέραι τὸν κύριον,
72 ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. † Εὐλογεῖτε φῶς καὶ
σκότος τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.
67 † (β) Εὐλογεῖτε ψῦχος καὶ καῦμα τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυ-
69 ψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. † Εὐλογεῖτε πάχναι καὶ χιόνες τὸν
73 κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. † Εὐλο-
γεῖτε ἀστραπαὶ καὶ νεφέλαι τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν
74 εἰς τοὺς αἰῶνας. † Εὐλογείτω ἡ γῆ τὸν κύριον, ὑμνείτω καὶ ὑπερ-
75 υψούτω αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. † Εὐλογεῖτε ὄρη καὶ βουνοὶ τὸν κύ-
ριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

MS. A. (ψ) ὕδατα πάντα τὰ ἐπάνω (ω) Εὐλογεῖτε πᾶσαι αἱ δυνά-
μεις (α) Εὐλογεῖτε ψῦχος καὶ καύσων τὸν κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε
αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. Εὐλογεῖτε δρόσοι καὶ νιφετοὶ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. Εὐλογεῖ-
τε νύκτες (β) Εὐλογεῖτε πάγος καὶ ψῦχος τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. Εὐλογεῖτε πάχναι

Benedicite angeli Domini Domino : laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite (ψ) aquæ, & omnia quæ ſuper cælum ſunt, Domino : laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. (ω) Benedicat omnis virtus Domini Dominum : laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite Sol, & Luna Domino : laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite ſtellæ cœli Domino : laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicat omnis imber, & ros Domino : laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite omnes ſpiritus Dominum : laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite ignis & æſtus Domino : laudate, & ſuperexaltate eum in (ſ) ſecula. Benedicite noctes & dies Domino : laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite lux & tenebræ Domino : laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite (t) frigus & æſtus Domino : laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite glacies & nives Domino : laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite fulgura & nubes Domino : laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicat terra Dominum : laudet, & ſuperexaltet eum in ſecula. Benedicite montes & colles Domino : laudate, & ſuperexaltate eum in ſecula :

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

59
60 * ܒܪܟܘ ܟܠܗܘܢ ܡܠܐܟܘܗܝ ܕܡܪܝܐ ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘ ܘܐܪܝܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. * ܒܪܟܘ ܟܠܗܘܢ
61 ܚܝܠܘܗܝ ܕܡܪܝܐ ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘ ܘܐܪܝܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. * ܒܪܟܘ ܡܝܐ ܕܠܥܠ
ܡܢ ܫܡܝܐ ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘ ܘܐܪܝܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. ܒܪܟܘ ܟܠܗܘܢ ܕܚܠܘܗܝ ܕܡܪܝܐ
62 ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘ ܘܐܪܝܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. * ܒܪܟܘ ܫܡܫܐ ܘܣܗܪܐ ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘܗܝ
63 ܘܐܪܝܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. * ܒܪܟܘ ܟܘܟܒܐ ܕܒܫܡܝܐ ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘ ܘܐܪܝܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ.
64 * ܒܪܟܘ ܛܠܐ ܘܡܛܪܐ ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘ ܘܐܪܝܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. ܒܪܟܘ ܡܝܐ ܘܪܘܚܐ
66 ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘ ܘܐܪܝܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. * ܒܪܟܘ ܢܘܪܐ ܘܚܘܡܐ ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘ
65 ܘܐܪܝܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. * ܒܪܟܘ ܟܠܗܝܢ ܢܦܫܬܐ ܕܙܕܝܩܐ ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘܗܝ ܘܐܪܝܡܘܗܝ
71
72 ܠܥܠܡܝܢ. * ܒܪܟܘ ܠܠܝܘܬܐ ܘܐܝܡܡܐ ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘ ܘܐܪܝܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. * ܒܪܟܘ
67 ܢܘܗܪܐ ܘܚܫܘܟܐ ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘ ܘܐܪܝܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. * ܒܪܟܘ ܩܘܪܫܐ ܘܚܘܡܐ ܠܡܪܝܐ.
ܫܒܚܘ ܘܐܪܝܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. ܒܪܟܘ ܣܬܘܐ ܘܩܝܛܐ ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘܗܝ ܘܐܪܝܡܘܗܝ
69
73 ܠܥܠܡܝܢ. * ܒܪܟܘ ܬܠܓܐ ܘܓܠܝܕܐ ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘ ܘܐܪܝܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. * ܒܪܟܘ ܒܪܩܐ
74 ܘܥܢܢܐ ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘܗܝ ܘܐܪܝܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. * ܬܒܪܟ ܟܠܗ ܐܪܥܐ ܠܡܪܝܐ.
75 ܫܒܚܝ ܘܐܪܝܡܝܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. * ܒܪܟܘ ܛܘܪܐ ܘܪܡܬܐ ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘ ܘܐܪܝܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ.

Benedicite Domino omnes Angeli Domini : laudate & exaltate eum in ſeculum. Benedicite Domino omnes exercitus Domini : laudate & exaltate eum in ſeculum. Benedicite Domino aquæ ſupercœleſtes : laudate & exaltate eum in ſeculum. Benedicite Domino omnes timentes Dominum : laudate & exaltate eum in ſeculum. Benedicite Domino Sol & Luna : laudate & exaltate eum in ſeculum. Benedicite Domino ſtellæ quæ in cœlis : laudate & exaltate eum in ſeculum. Benedicite Dño ros & pluvia : laudate et exaltate eum in ſeculum. Benedicite Dño aqua & ventus : laudate & exaltate eum in ſeculum. Benedicite Dño ignis & calor : laudate & exaltate eum in ſeculum. Benedicite omnes animæ juſtorum Domino : laudate & exaltate eum in ſeculum. Benedicite dies noctéſque Domino : laudate & exaltate eum in ſeculum. Benedicite Lux & tenebræ Domino : laudate & exaltate eum in ſeculum. Benedicite frigus & æſtus Domino : laudate & exaltate eum in ſeculum. Benedicite Domino hyems & æſtus: laudate & exaltate eum in ſeculum. Benedicite Domino nix & gelu : laudate & exaltate eum in ſeculum. Benedicite Domino fulgura & nubes : laudate & exaltate eum in ſeculum. Benedicito tota terra Domino : lauda exaltáque eum in ſeculum. Benedicite montes colleſque Domino : laudate & exaltate eum in ſeculum.

Verſio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

59
60 * باركي الرب يا ملايكة الرب * سبحوه وارفعوه الي الدهور * باركي الرب يا جميع المياه التي
61 فوق السماء * سبحوه وارفعوه الي الدهور * باركي الرب يا جميع قوات الرب * سبحوه
62
63 وارفعوه الي الدهور * باركي الرب ايها الشمس والقمر * سبحوه وارفعوه الي الدهور * باركي
65 الرب يا نجوم السماء * سبحوه وارفعوه الي الدهور * باركي الرب يا جميع الرياح * سبحوه
66 وارفعوه الي الدهور * باركي الرب ايها النار والحر * سبحوه وارفعوه الي الدهور *
67
68 * باركوا الرب ايها البرد والسموم * سبحوه وارفعوه الي الدهور * باركوا الرب ايها
69 الانديه والامطار * سبحوه وارفعوه الي الدهور * باركوا الرب ايها الليالي والايام * سبحوه
70 وارفعوه الي الدهور * باركي الرب ايها النور والظلمه * سبحوه وارفعوه الي الدهور *
71
72 * باركي الرب ايها الجليد والبرد * سبحوه وارفعوه الي الدهور * باركي الرب ايها الصقيع
73 والثلج * سبحوه وارفعوه الي الدهور * باركي الرب ايها البروق والسحب * سبحوه وارفعوه
74
75 الي الدهور * لتبارك الرب الارض * تسبحه وترفعه الي الدهور * باركي الرب ايها الجبال
والاكام * سبحوه وارفعوه الي الدهور *

Benedicite Dominum ô Angeli Domini, laudate & exaltate eum in ſecula. Benedicite Dominum ô aquæ omnes quæ ſuper cœlos eſtis, laudate & exaltate eum in ſecula. Benedicite Dominum ô omnes Domini virtutes, laudate & exaltate eum in ſecula. Benedicite Dominum ô ſol & luna, laudate & exaltate eum in ſecula. Benedicite Dominum ô ſtellæ cœli, laudate & exaltate eum in ſecula. Benedicite Dominum ô omnes venti, laudate & exaltate eum in ſecula. Benedicite Dominum ô ignis & æſtus, laudate & exaltate eum in ſecula. Benedicite Dominum ô frigus & calor, laudate & exaltate eum in ſecula. Benedicite Dominum ô rores & imbres, laudate & exaltate eum in ſecula. Benedicite Dominum ô noctes & dies, laudate & exaltate eum in ſecula. Benedicite Dominum ô lux & tenebræ, laudate & exaltate eum in ſecula. Benedicite Dominum ô gelu & frigus, laudate & exaltate eum in ſecula. Benedicite Dominum ô glacies & nix, laudate & exaltate eum in ſecula. Benedicite Dominum ô fulgura & nubes, laudate & exaltate eum in ſecula. Benedicat terra Dominum, laudet & exaltet eum in ſecula. Benedicite Dominum ô montes & colles, laudate & exaltate eum in ſecula.

Versio VULG. LAT.

76 Benedicite universa germinantia in terra Domino : lau-
77 date & superexaltate eum in secula. Benedicite fontes
78 Domino : laudate & superexaltate eum in secula. Be-
nedicite maria & flumina Domino : laudate & super-
79 exaltate eum in secula. Benedicite cete, & omnia quæ
moventur in aquis Dño : laudate & superexaltate eum
80 in secula. Benedicite omnes volucres cœli Domino :
81 laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite
omnes bestiæ & pecora Domino : laudate & super-
82 exaltate eum in secula. Benedicite filii hominum Do-
83 mino : laudate & superexaltate eum in sæcula. Be-
nedicat Israel Dominum : laudet & superexaltet eum
84 in secula. Benedicite sacerdotes Dñi Dño : laudate &
85 superexaltate eum in secula. Benedicite servi Dñi Dño :
86 laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite spiri-
tus & animæ justorum Dño : laudate & superexaltate eum
87 in secula. Benedicite sancti & humiles corde Domino :
88 laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite Ana-
nia, Azaria, Misael Domino : laudate & superexal-
tate eum in secula. Quia eruit nos de inferno, & sal-
vos fecit de manu mortis, & liberavit nos de medio ar-
89 dentis flammæ, & de medio ignis eruit nos. Confi-
temini Domino quoniam bonus; quoniam in seculum
90 misericordia ejus. Benedicite omnes religiosi Domi-
no Deo deorum : laudate & confitemini ei, quia in
omnia secula misericordia ejus.

Hucusque in Hebræo non habetur : & quæ posuimus, de Theodotionis editione translata sunt.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

76 †Εὐλογεῖτε πάντα τὰ φυόμενα ἐν τῇ γῇ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυ-
78 ψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. † Εὐλογεῖτε (γ) θάλασσαι καὶ ποταμοὶ
τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. (δ) †Εὐλο-
77 γεῖτε αἱ πηγαὶ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.
79 † Εὐλογεῖτε κήτη καὶ πάντα τὰ κινούμενα ἐν τοῖς ὕδασι τὸν κύριον,
80 ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. † Εὐλογεῖτε πάντα
τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς
81 τοὺς αἰῶνας. † Εὐλογεῖτε (ε) πάντα τὰ θηρία καὶ τὰ κτήνη τὸν
82 κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. † Εὐλο-
γεῖτε υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς
83 τοὺς αἰῶνας. † (ζ) Εὐλογεῖτε Ἰσραὴλ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ
84 ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. † Εὐλογεῖτε ἱερεῖς (η) τὸν κύ-
85 ριον, † ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. † Εὐλογεῖτε
δοῦλοι (*) τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.
86 † Εὐλογεῖτε πνεύματα καὶ ψυχαὶ δικαίων τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ
87 ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. † Εὐλογεῖτε ὅσιοι καὶ ταπεινοὶ
(θ) τῇ καρδίᾳ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶ-
88 νας. † Εὐλογεῖτε Ἀνανία, Ἀζαρία, Μισαὴλ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε
καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας· † ὅτι (*) ἐξείλετο ἡμᾶς ἐξ ᾅδου,
καὶ ἐκ χειρὸς θανάτου ἔσωσεν ἡμᾶς· καὶ ἐρρύσατο ἡμᾶς ἐκ (ι) μέσου
καμίνου καιομένης φλογὸς, καὶ ἐκ μέσου πυρὸς (κ) ἐρρύσατο ἡμᾶς.
89 † Ἐξομολογεῖσθε τῷ κυρίῳ ὅτι χρηστὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.
90 † Εὐλογεῖτε πάντες οἱ σεβόμενοι τὸν κύριον τὸν θεὸν τῶν θεῶν, ὑμνεῖτε
καὶ ἐξομολογεῖσθε, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

MS.A. (γ) αἱ πηγαὶ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. Εὐλογεῖτε θάλασσαι (δ) Εὐλογεῖτε κήτη (ε) τὰ θηρία καὶ πάντα τὰ κτήνη (ζ) Εὐλογείτω (η) κυρίου τοῦ (*) κυρίου τῇ (θ) καρδίᾳ (*) ἐξείλατο (ι) καμίνου μέσου καιομένης (κ) ἐρύσατο

Benedicite omnia germinantia in terra Domino : 76
laudate, & superexaltate eum in secula. Bene- 78
dicite mare & flumina Domino : laudate, &
superexaltate eum in secula. Benedicite fontes 77
Domino : laudate, & superexaltate eum in se-
cula. Benedicite cete ; & omnia quæ moven- 79
tur in aquis, Domino : laudate, & superexal-
tate eum in secula. Benedicite omnes volucres 80
cœli Domino : laudate, & superexaltate eum
in secula. Benedicite omnes bestiæ & pecora 81
Domino : laudate, & superexaltate eum in se-
cula. Benedicite filii hominum Domino : lau- 82
date, & superexaltate eum in secula. Benedi- 83
cite Israel Domino : laudate, & superexaltate
eum in secula. Benedicite (η) sacerdotes Do- 84
mino : laudate, & superexaltate eum in secula.
Benedicite servi Domino : laudate, & super- 85
exaltate eum in secula. Benedicite spiritus, 86
& animæ justorum Domino : laudate, & super-
exaltate eum in secula. Benedicite sancti, & 87
humiles corde, Domino : laudate, & superex-
altate eum in secula. Benedicite Anania, Aza- 88
ria, Misael, Domino : laudate, & superexal-
tate eum in secula. Quia eruit nos de inferno :
& salvos fecit nos de manu mortis : & libe-
ravit nos de medio fornacis ardentis flammæ :
& de medio ignis eruit nos. Confitemini 89
Domino, quoniam bonus : quoniam in seculum
misericordia ejus. Benedicite omnes religiosi 90
Domino Deo deorum : laudate, & confitemini :
quia in (x) seculum misericordia ejus.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

76 * ܒܪܟܘ ܟܠܗܘܢ ܥܣܒܐ ܕܐܪܥܐ ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘ ܘܪܘܡܪܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. ܒܪܟܘ ܟܠ
78 ܡܕܡ ܕܢܒܥ ܒܐܪܥܐ ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘ ܘܪܘܡܪܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. * ܒܪܟܘ ܝܡܡܐ ܘܢܗܪܘܬܐ
77 ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘ ܘܪܘܡܪܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. * ܒܪܟܘ ܡܒܘܥܐ ܘܟܠܗܘܢ ܥܝܢܬܐ ܠܡܪܝܐ.
79 ܫܒܚܘ ܘܪܘܡܪܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. * ܒܪܟܘ ܢܘܢܐ ܘܟܠ ܪܚܫܐ ܕܝܡܐ ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘܗܝ
80 ܘܪܘܡܪܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. * ܒܪܟܝ ܟܠ ܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܝܗܝ ܘܪܘܡܪܡܝܗܝ
81 ܠܥܠܡܝܢ. * ܒܪܟܝ ܟܠ ܚܝܘܬܐ ܘܒܥܝܪܐ ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܝܗܝ ܘܪܘܡܪܡܝܗܝ ܠܥܠܡܝܢ.
ܒܪܟܘ ܟܠ ܪܚܫܐ ܕܐܪܥܐ ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘ ܘܪܘܡܪܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. * ܒܪܟܘ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝܢܫܐ
83 ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘܗܝ ܘܪܘܡܪܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. * ܒܪܟܘ ܟܠܗܘܢ ܕܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ ܠܡܪܝܐ.
84 ܫܒܚܘ ܘܪܘܡܪܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. * ܒܪܟܘ ܟܠܗܘܢ ܟܘܡܪܐ ܕܡܪܝܐ ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘ ܘܪܘܡܪܡܘܗܝ
85 ܠܥܠܡܝܢ. * ܒܪܟܘ ܟܠܗܘܢ ܥܒܕܘܗܝ ܕܡܪܝܐ ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘܗܝ ܘܪܘܡܪܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ.
86 * ܒܪܟܘ ܟܠܗܘܢ ܢܦܫܬܐ ܘܪܘܚܐ ܕܙܕܝܩܐ ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘ ܘܪܘܡܪܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. * ܒܪܟܘ
87 ܬܡܝܡܐ ܘܡܟܝܟܝ ܠܒܐ ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘܗܝ ܘܪܘܡܪܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. * ܒܪܟܘ ܚܢܢܝܐ ܘܥܙܪܝܐ
88 ܘܡܝܫܐܝܠ ܠܡܪܝܐ. ܫܒܚܘ ܘܪܘܡܪܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. ܡܛܠ ܕܦܪܩܢ ܡܢ ܡܘܬܐ ܘܡܢ ܐܝܕܝ ܫܝܘܠ
89 ܦܨܢ. ܘܦܪܩܢ ܡܢ ܫܠܗܒܝܬܐ ܝܩܕܬܐ. ܘܡܢ ܓܘ ܢܘܪܐ ܦܪܩܢ. ܐܘܕܘ ܠܡܪܝܐ ܕܛܒ. ܘܕܠܥܠܡ
90 ܛܝܒܘܬܗ. ܫܒܚܘ ܘܪܘܡܪܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. * ܒܪܟܘ ܟܠܗܘܢ ܕܚܠܝ ܐܠܗܐ ܠܐܠܗ
ܐܠܗܐ. ܫܒܚܘ ܘܪܘܡܪܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ. ܐܘܕܘ ܠܡܪܝܐ ܕܛܒ. ܘܠܥܠܡ ܛܝܒܘܬܗ.

Benedicite omnes herbæ terræ Domino : 76
laudate & exaltate eum in seculum. Be-
nededicite Domino omnia germinantia
in terra : laudate & exaltate eum in secu-
lum. Benedicite maria & flumina Do- 78
mino : laudate & exaltate eum in se-
culum. Benedicite Domino scatebræ o- 77
mnesque fontes : laudate & exaltate eum
in seculum. Benedicite Domino pisces 79
& omnia reptilia maris : laudate & ex-
altate eum in seculum. Benedic omnis 80
avis cœli Domino : lauda & exalta eum
in seculum. Benedic omnis fera be- 81
stiáque Domino : lauda & exalta eum
in seculum. Benedicite omnia reptilia
terræ Domino : laudate & exaltate
eum in seculum. Benedicite omnes 82
homines Domino : laudate & exaltate
eum in seculum. Benedicite omnes Isra- 83
elitæ Domino : laudate & exaltate eum
in seculum. Benedicite Domino omnes 84
sacerdotes Domini : laudate & exaltate
eum in seculum. Benedicite Domino 85
omnes servi Domini : laudate & exalta-
te eum in seculum. Benedicite Domino 86
omnes animæ spiritusque justorum : lau-
date & exaltate eum in seculum. Bene- 87
dicite integri humilesq; corde Dño : lau-
date & exaltate eum in seculum. Bene- 88
dicite Dño O Hanania & Azaria, & Mi-
shael, laudate & exaltate eum in seculum
Quoniam eripuit nos à morte, & de ma-
nibus inferni servavit nos, liberavit nos à
flamma ardente, & è medio ignis eruit
nos. Gratias agite Domino, quia beni- 89
gnus est, & in seculum bonitas ejus : lau-
date & exaltate eum in seculum. Bene- 90
dicite omnes Deum timentes, Deo deo-
rum : laudate & exaltate eum in secu-
lum. Gratias agite Domino, quia bonus
est, & in seculum benignitas ejus.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

76 * باركي الرب يا جميع النبات في الارض * سبحوه وارفعوه الى الدهور * باركي الرب ايتها
77 الينابيع * سبحوه وارفعوه الى الدهور * باركوا الرب ايها البحار والانهار * سبحوه وارفعوه الى
78 الدهور * باركوا الرب ايها الحيتان وجميع المتحركات في المياه * سبحوه وارفعوه الى الدهور
79 * باركي الرب يا جميع طيور السماء * سبحوه وارفعوه الى الدهور * باركي الرب ايها الوحوش
80 وجميع البهائم * سبحوه وارفعوه الى الدهور * باركوا الرب يا بني البشر * سبحوه وارفعوه
81 الى الدهور * ليبارك اسرائيل الرب * يسبحه ويرفعه الى الدهور * باركوا الرب يا كهنة الرب
82 سبحوه وارفعوه الى الدهور * باركوا الرب يا عبيد الرب * سبحوه وارفعوه الى الدهور
83 * باركوا الرب يا ارواح ونفوس الصديقين * سبحوه وارفعوه الى الدهور * باركوا الرب ايها
84 الابرار ومتواضعي القلب * سبحوه وارفعوه الى الدهور * باركوا الرب يا حننيا وعزاريا وميصائيل
85 سبحوه وارفعوه الى الدهور * لانه انقذنا من الجحيم * وخلصنا من الموت ونجانا من وسط اتون
86 لهيب متوقد * ومن وسط نار نجانا * اعترفوا للرب لانه صالح * وان رحمته الى الدهور * باركوا
87 جميع الاتقياء الرب اله الالهة * سبحوه واعترفوا له * لان رحمته الى جميع الدهور *

Benedicite Dominum ô omnes herbæ in 76
terra, laudate & exaltate eum in secu-
la. Benedicite Dominum ô fontes, lau- 77
date & exaltate eum in secula. Benedi- 78
cite Dominum ô maria & flumina, lau-
date & exaltate eum in secula. Bene- 79
dicite Dominum ô pisces, & omnia quæ
movemini in aquis, laudate et exaltate
eum in secula. Benedicite Dominum ô 80
omnes cœli volucres, laudate & exaltate
eum in secula. Benedicite Dominum ô 81
bestiæ & omnia jumenta, laudate & ex-
altate eum in secula. Benedicite Domi- 82
num ô filii hominum, laudate & exalta-
te eum in secula. Benedicat Israel Do- 83
minum, laudet & exaltet eum in secula.
Benedicite Dominum ô sacerdotes Domi- 84
ni, laudate & exaltate eum in secula.
Benedicite Dominum ô servi Domini, 85
laudate & exaltate eum in secula. Be- 86
nedicite Dominum ô spiritus & animæ
justorum, laudate & exaltate eum in
secula. Benedicite Dominum ô innocen- 87
tes & humiles corde, laudate & exalta-
te eum in secula. Benedicite Dominum 88
ô Hanania, Azaria, & Misael, laudate
& exaltate eum in secula : quoniam
eripuit nos è gehenna, & liberavit nos
à morte, salvavit nos è medio fornacis
flammæ ardentis, & de medio ignis red-
emit nos. Confitemini Domino quia 89
bonus est, & quia misericordia ejus in
secula. Benedicite ô omnes religiosi 90
Dominum Deum deorum, laudate eum,
& gratias agite illi, quia misericordia
ejus in secula.

Versio VULG. LAT.

65 Et rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnum ejus.

CAP. XIV.

1 ERat autem Daniel conviva regis, & honoratus
2 super omnes amicos ejus. Erat quoque idolum apud Babylonios nomine Bel: & impendebantur in eo per dies singulos similæ artabæ duodecim, & oves
3 quadraginta, vinique amphoræ sex. Rex quoque colebat eum, & ibat per singulos dies adorare eum: porrò Daniel adorabat Deum suum. Dixitque ei
4 rex; Quare non adoras Bel? Qui respondens ait ei; Quia non colo idola manu facta, sed viventem Deum, qui creavit cœlum & terram, & habet
5 potestatem omnis carnis. Et dixit rex ad eum; Non videtur tibi esse Bel vivens Deus? An non
6 vides quanta comedat & bibat quotidie? Et ait Daniel arridens; Ne erres, rex: iste enim intrinsecus luteus est, & forinsecus æreus neque comedit
7 aliquando. Et iratus rex vocavit sacerdotes ejus, & ait eis; Nisi dixeritis mihi, quis est qui comedat impensas has, moriemini.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

65 (α) Καὶ ὁ βασιλεὺς Ἀστυάγης προσετέθη πρὸς τοὺς πατέρας
1 αὐτοῦ· καὶ παρέλαβε Κῦρος ὁ Πέρσης τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. Καὶ
ἦν Δανιὴλ συμβιωτὴς τοῦ βασιλέως, καὶ ἔνδοξος ὑπὲρ πάντας
2 τοὺς φίλους αὐτοῦ. Καὶ ἦν εἴδωλον τοῖς Βαβυλωνίοις ᾧ ὄνομα Βὴλ, καὶ ἐδαπανῶντο εἰς αὐτὸν ἑκάστης ἡμέρας σεμιδάλεως ἀρτάβαι (β) δώδεκα, καὶ πρόβατα (γ) τεσσαράκοντα, καὶ οἴνου
3 μετρηταὶ ἕξ. Καὶ ὁ βασιλεὺς ἐσέβετο αὐτὸν, καὶ ἐπορεύετο καθ' (δ) ἑκάστην ἡμέραν προσκυνεῖν αὐτῷ. Δανιὴλ δὲ προσεκύνει τῷ Θεῷ αὐτοῦ. καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς, Διατί οὐ προσκυνεῖς
4 τῷ Βήλ; Ὁ δὲ εἶπεν, Ὅτι οὐ σέβομαι εἴδωλα χειροποίητα, ἀλλὰ τὸν ζῶντα Θεὸν, τὸν κτίσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ ἔχοντα
5 πάσης σαρκὸς κυρείαν. Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς, Οὐ δοκεῖ σοι Βὴλ εἶναι ζῶν Θεός; ἢ οὐχ ὁρᾷς ὅσα ἐσθίει καὶ πίνει καθ' ἑκάστην
6 ἡμέραν; Καὶ εἶπε Δανιὴλ γελάσας, Μὴ πλανῶ, βασιλεῦ, (ε) οὗτος γὰρ ἔσωθεν μέν ἐστι πηλὸς, ἔξωθεν δὲ χαλκὸς, καὶ οὐ βέβρωκεν
7 (ζ) οὐδέποτε. Θυμωθεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς ἐκάλεσε τοὺς ἱερεῖς αὐτοῦ, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, Ἐὰν μὴ (η) εἴπητέ μοι τίς ὁ κατέσθων τὴν δαπάνην ταύτην, ἀποθανεῖσθε.

MS. A. (α) ὍΡΑΣΙΣ ΙΒ'. (β) δυοκαίδεκα, (γ) τεσσαράκοντα, (δ) ἡμέραν (ε) αὐτὸς (ζ) οὐδὲ πέπωκεν πώποτε. Καὶ θυμωθεὶς ὁ (η) εἴπητέ μοι τίς ὁ κατέσθων

(ε) Et rex Astyages appositus est ad patres suos: & suscepit Cyrus Perses regnum ejus. Et erat
1 Daniel conviva regis, & honoratus super omnes amicos ejus. Erat autem idolum Baby-
2 loniis, cui nomen Bel: & impendebantur in eo per singulos dies similæ artabæ duodecim, & oves quadraginta, & vini metretæ sex. Et
3 rex colebat eum: & ibat per singulos dies adorare eum. Porrò Daniel adorabat Deum suum. Dixitque ei rex; Quarè non adoras Bel? At ille dixit; Quia non colo idola ma-
4 nufacta, sed viventem Deum, qui creavit cœlum, & terram, & habet potestatem omnis carnis. Et ait rex ad eum; Non videtur
5 tibi Bel esse vivens Deus? An non vides, quanta comedat, & bibat quotidiè? Et
6 ait Daniel videns; Ne erres, rex. Iste enim est intrinsecus quidem lutum, forinsecus autem æreus: nec comedit aliquando. Iratus autem
7 rex vocavit sacerdotes ejus: & ait eis; Nisi dixeritis mihi, quis est iste qui comedit impensas has; moriemini:

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܒܝܠ ܦܬܟܪܐ *

1 * ܘܡܠܟܐ ܐܣܛܘܓܣ ܐܬܬܘܣܦ ܠܘܬ ܐܒܗܘܗܝ. ܘܩܒܠ ܟܘܪܫ ܦܪܣܝܐ ܡܠܟܘܬܗ.
ܘܕܢܝܐܝܠ ܡܫܘܬܦ ܗܘܐ ܒܐܝܩܪܐ. ܥܡ ܡܠܟܐ. ܘܥܡܪ ܗܘܐ ܥܡ ܡܠܟܐ. ܘܡܝܩܪ ܗܘܐ
2 ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܪܚܡܘܗܝ ܕܡܠܟܐ. * ܐܝܬ ܗܘܐ ܕܝܢ ܦܬܟܪܐ ܠܒܒܠܝܐ. ܘܫܡܗ ܗܘܐ
ܒܝܠ. ܘܢܦܩܝܢ ܗܘܘ ܥܠܘܗܝ ܡܢܬܘܬܐ ܟܠ ܝܘܡ. ܣܡܝܕܐ ܐܪܛܒܐ ܬܪܬܥܣܪ. ܘܕܟܪܐ
3 ܐܪܒܥܝܢ. ܘܢܩܦܐ ܕܚܡܪܐ ܫܬܐ. * ܘܗܘ ܡܠܟܐ ܕܚܠ ܗܘܐ ܠܗ. ܘܐܙܠ ܗܘܐ ܟܠܝܘܡ
ܘܣܓܕ ܗܘܐ ܠܗ. ܘܕܢܝܐܝܠ ܣܓܕ ܗܘܐ ܠܐܠܗܐ. ܘܐܡܪ ܡܠܟܐ ܠܕܢܝܐܝܠ ܡܛܠ ܡܢܐ
4 ܠܐ ܣܓܕ ܐܢܬ ܠܒܝܠ ܐܠܗܢ. * ܘܐܡܪ ܠܗ ܕܢܝܐܝܠ ܠܐ ܣܓܕ ܐܢܐ ܠܨܠܡܐ ܘܠܓܠܝܦܐ
ܘܠܦܬܟܪܐ. ܡܬܥܒܕܢܐ ܕܐܝܕܝܐ ܕܒܢܝܢܫܐ. ܐܠܐ ܐܢܐ ܕܣܓܕܐ ܠܐܠܗܐ ܚܝܐ. ܗܘ
5 ܕܥܒܕ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ. ܘܫܠܝܛ ܗܘ ܥܠ ܟܠ ܒܣܪ. ܠܗ ܗܘ ܣܓܕ ܐܢܐ. * ܘܐܡܪ ܡܠܟܐ
ܠܕܢܝܐܝܠ. ܘܠܐ ܡܬܚܙܐ ܠܟ ܕܚܝ ܗܘ ܒܝܠ. ܐܘ ܠܐ ܚܙܐ ܐܢܬ ܕܐܟܠ ܘܫܬܐ ܟܠ ܝܘܡ.
6 * ܘܓܚܟ ܕܢܝܐܝܠ ܘܐܡܪ ܠܡܠܟܐ. ܠܐ ܬܛܥܐ ܡܠܟܐ. ܗܢܐ ܓܝܪ ܡܢ ܠܓܘ
7 ܛܝܢܐ ܗܘ. ܘܡܢ ܠܒܪ ܢܚܫܐ. ܘܡܢ ܝܘܡܘܗܝ ܠܐ ܐܟܠ ܘܠܐ ܐܫܬܝ. * ܗܝܕܝܢ
ܐܬܚܡܬ ܡܠܟܐ. ܘܩܪܐ ܠܟܘܡܪܘܗܝ ܕܒܝܠ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ. ܐܢ ܠܐ ܬܐܡܪܘܢ ܠܝ ܡܢܘ
ܕܐܟܠ ܢܦܩܬܐ ܗܕܐ ܟܠܗ ܡܐܬܝܢ ܐܢܬܘܢ.

BEL IDOLUM.

ET rex Astyages additus est patri- 1
bus suis, & Cyrus Persa accepit regnum ejus. Et Daniel honore Regi suppar erat: Et habitabat cum Rege honoratior omnibus amicis ejus. Erat 2
autem Babyloniis idolum Bil nomine, in quod impendebant quotidie similæ Artabas duodecim, arietes quadraginta, & vini metretas sex. Et rex illud 3
colebat, ibatque quotidie & adorabat illud. Daniel autem Deum colebat: dicebatque Rex Danieli; Quare Bil deum meum non colis? Dixitque ei Dani- 4
el, Ego imagines & sculptilia & idola non adoro, quia opus manuum humanarum sunt: sed Deum vivum colo qui fecit cœlum & terram, & Dominus est universæ carnis: Hunc ego adoro. Di- 5
xitque rex Danieli; Nonne videtur tibi Bil vivere? Aut non vides edere ipsum quotidie & bibere? Tunc Da- 6
niel ridens Regi dixit; Noli errare rex: Hic enim intrinsecus quidem lutum est, extrinsecus autem æs, nec quicquam à diebus suis edit aut bibit.
Tunc rex excanduit & vocavit Sa- 7
cerdotes Bil, & dixit eis; Nisi dicatis mihi quis totam hanc impensam edit, moriemini:

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

* الرويا الثاني عشر * خبر بيل الصنم *

1 * وان الملك أستياغس زيد على آبائه * واخذ كورش الفارسي مملكته * وكان دانيال
2 معاشر الملك * وممجدا اكثر من جميع اصحابه * وكان صنم للبابليين اسمه بيل *
ويبعثون عليه كل يوم من السميذ اثني عشر اردبا * واربعين خروفا * ومن الخمر ستة
3 امطار * والملك يعبده * ويمضي اليه كل يوم ليسجد له * ودانيال يسجد لالهه * فقال
4 له الملك * لماذا لا تسجد لبيل * فقال * لاني لا اعبد اصناما صنعة الايدي * لكن
5 الاله الحي الذي خلق السماء والارض * وله السيادة على كل ذي لحم * فقال له الملك *
6 اما تظن ان بيل اله حي * او لا ترى ما ياكل ويشرب كل يوم * فقال دانيال ضاحكا *
لا تضل ايها الملك * لان اما هذا فهو من داخل طين * ومن خارج نحاس * ولا ياكل
7 ولا يشرب البتة * فحنق الملك * ودعا كهنته * وقال لهم * ان لم تقولوا لي من ياكل
هذه النفقة تموتون *

Visio duodecima. Historia Bil idoli.

Cum rex Astyages aggregatus esset 1
majoribus suis, suscepit Cyrus Persa
regnum ipsius. Erat autem Daniel co-
habitans cum rege, & omnium amico- 2
rum ejus honoratissimus. Porrò idolum
erat Babyloniis nomine Bil, in quod consumebant singulis diebus similæ artabas duodecim, agnos quadraginta, et vini sex metretas. Rex quoque colebat illud, & 3
abibat quotidie ad adorandum illud: Daniel verò adorabat Deum suum. Quamobrem dicente illi rege; Quare 4
non adoras Bilum? Respondit; Quia non adoro simulacra manu facta, sed Deum vivum qui cœlum terrámque creavit, cui dominium est in omne prædi- 5
tum carne. Dixit ad eum rex; An non putas Bilum esse Deum vivum? annon vides quantum edat bibátque singulis diebus? Respondit Daniel ridens; 6
Ne errato ô rex: nam iste quidem intus lutum est, foris autem æs, & non edit neque bibit unquam. Tunc indignatus rex accersivit sacerdotes ejus, 7
& ait illis; Nisi dixeritis mihi, quis comedat impensam istam, moriemini:

Versio VULG. LAT.

8 Si autem ostenderitis, quoniam Bel comedat hæc,
morietur Daniel, quia blasphemavit in Bel. Et di-
9 xit Daniel regi; Fiat juxta verbum tuum. Erant
autem sacerdotes Bel septuaginta, exceptis uxoribus,
& parvulis, & filiis. Et venit rex cum Daniele in
10 templum Bel. Et dixerunt sacerdotes Bel; Ecce
nos egredimur foras; & tu rex pone escas, & vi-
num misce, & claude ostium, & signa annulo tuo:
Et cùm ingressus fueris manè, nisi inveneris omnia
11 comesta à Bel, morte moriemur, vel Daniel qui
mentitus est adversùm nos. Contemnebant autem,
12 quia fecerant sub mensa absconditum introitum, &
per illum ingrediebantur semper, & devorabant ea.
Factum est igitur postquàm egressi sunt illi, rex po-
13 suit cibos ante Bel: præcepit Daniel pueris suis,
& attulerunt cinerem, & cribravit per totum tem-
plum coram rege: & egressi clauserunt ostium: &
signantes annulo regis abierunt. Sacerdotes autem
14 ingressi sunt nocte juxta consuetudinem suam, & u-
xores, & filii eorum: & comederunt omnia, &
15 biberunt. Surrexit autem rex primo diluculo, &
Daniel cum eo.

Versio GRÆCA LXX. Interp. Cum Translatione LATINA.

8 Ἐὰν δὲ (ϑ) δείξητε ὅτι Βὴλ κατεσθίει αὐτὰ, ὁ Δανιὴλ ἀποθανεῖται,
ὅτι ἐβλασφήμησεν εἰς τὸν Βήλ. καὶ εἶπε Δανιὴλ τῷ βασιλεῖ,
9 Γινέσθω κατὰ τὸ ῥῆμά σου. Καὶ ἦσαν (ι) ἱερεῖς τοῦ Βὴλ ἑβδομήκοντα
(κ) ἐκτὸς γυναικῶν καὶ τέκνων. καὶ ἦλθεν ὁ βασιλεὺς μετὰ Δανιὴλ
10 εἰς τὸν οἶκον τοῦ Βήλ. Καὶ εἶπαν οἱ ἱερεῖς τοῦ Βήλ, Ἰδοὺ ἡμεῖς
ἀποτρεχόμεθα ἔξω, σὺ δὲ βασιλεῦ παράθες τὰ βρώματα, καὶ τὸν
οἶνον κεράσας θὲς, καὶ ἀπόκλεισον τὴν θύραν, καὶ σφράγισον τῷ (λ) δα-
Antiochus omni regno suo, ut essent omnes po-
pulus unus, & relinqueret unusquisque leges
suas. Et consenserunt omnes gentes secundum 44
verbum regis. Et multi ex Israel consenserunt 45
religioni ejus, & sacrificaverunt idolis, &
coinquinaverunt sabbatum. Et misit rex libros 46
per manum nuntiorum in Hierusalem, & civi-
tates Juda, ut sequerentur leges exterorum ter-
ræ: Et prohiberent holocausta, & sacrificium, 47
& libationem ex sanctificatione: Et coinqui- 48
narent sabbata, & dies solennes, Et pollue- 49
rent sanctificationem, & sanctos: Ædifica- 50
rent aras, & (f) templa, & idolia, & immo-
larent suilla, & pecora communia: Et relin- 51
querent filios suos incircumcisos, coinquinarent
animas eorum in omni immunditia, & abomi-
natione; ita ut obliviscerentur legem, & im-
mutarent omnes justificationes. Et quicunque 52
non fecerit secundùm verbum regis; morietur.
Secundùm omnia verba hæc scripsit omni regno 53
suo: & fecit (g) visitatores super omnem popu-
lum. Et jussit civitatibus Juda sacrificare per 54
civitatē, & civitatē. Et congregati sunt de popu- 55
lo ad eos multi, omnis qui dereliquerat legem, &
fecerant mala super terram. Et posuerunt Israel in 56
abditis in omni confugio eorum. Et die quintade- 57
*cimâ Casleu, quinto & quadragesimo & * cente-*
simo anno, ædificaverunt abominationem desola-
tionis super altare: & in civitatibus Juda in
circuitu ædificaverunt aras: Et ante januas 58
domorum, & in plateis incendebant thura. Et 59
libros legis, quos invenerunt, combusserunt igni,
scindentes eos.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]
50 [illegible]
51 [illegible]
52 [illegible]
53 [illegible]
54 [illegible]
55 [illegible]
56 [illegible]
57 [illegible]
58 [illegible]
59 [illegible]

* Fuit enim obici Sanctuario. & scandalo at- 38
que offendiculis perniciosis Israeli, omni
tempore. Effuderunt sanguinem innoxium 39
circa Sanctuarium, & polluerunt ipsum San-
ctuarium. Itaque fugerunt causâ istorum 40
incolæ Jerusalem, & facta est habitatio ex-
terorum, fuitque extera natis suis, & filii
ejus dereliquerunt eam. Sanctuarium de- 41
solatum est veluti desertum, solennitates
ejus versæ sunt in luctum, sabbatha ejus in
probrum, & honor ejus in ignominiam.
Quanta fuerat gloria ejus, tantùm crevit 42
ignominia ejus, & celsitudo ejus versa est
in humilitatem. Cùm autem scripsisset rex 43
Antiochus toti regno suo, ut coalescerent
omnes in populum unum, & derelinqueret
quisque ritus suos; Consenserunt omnes 44
gentes facere juxta verbum regis. Et mul- 45
ti ex Israëlitis libenter se subdiderunt ob-
sequio ejus, sacrificaverunt idolis ejus, &
profanaverunt sabbathum. Misit etiam 46
rex Antiochus per nuntios suos in Jerusa-
lem, & in civitates Judæ, ut sequerentur
ritus alienos terræ: Et ut interdicerен- 47
tur sacrificia, libamina, & oblationes in San-
ctuario: Ut profanarentur sabbatha, & 48
dies festi: Sanctuarium & Sanctum pol- 49
luerentur: Altaria & ædes idolorum ex- 50
truerentur: erigerentur simulachra, sues &
animantia immunda mactarentur: Ut di- 51
mitterent filios suos incircuncisos, & con-
taminarent seipsos omnigenis immundi-
tiis: ita demum profanaret eos, ut obli-
viscerentur legis, & immutarent omnia
statuta: Quisquis autem non faceret secun- 52
dùm verbum regis, moreretur. In hanc sen- 53
tentiam scripsit toti regno suo, & præfecit
inspectores toti populo. Jussit etiam urbibus 54
Judæorum, ut sacrificarent in singulis urbi-
bus. Ita congregati sunt ad eos multi ex po- 55
pulo, quicunque legem deseruerant, & fe-
cerunt mala multa in terra: Ponentes Is- 56
raëlem in abditis, in omni loco perfugii eo-
rum. Decimâ quintâ mensis Kanun prio- 57
ris, anno centesimo quadragesimo quinto,
ædificaverunt abominationem desolationis
super altare in urbe Judæ, & ædificaverunt
aras circa illud: Et ad ostia domorum & 58
in plateis sacrificabant. Libros legis 59
quos invenerunt, laceraverunt, & igne com-
busserunt.

Versio VULG. LAT.

60 Et apud quemcunque inveniebantur libri testamenti
Domini, & quicunque observabat legem Domini,
61 secundùm edictum regis trucidabant eum. In virtute
sua faciebant hæc populo Israel, qui inveniebatur
62 in omni mense & mense in civitatibus. Et quintâ
& vigesimâ die mensis sacrificabant super aram, quæ
63 erat contra altare. Et mulieres, quæ circumcide-
bant filios suos, trucidabantur secundùm jussum re-
64 gis Antiochi, Et suspendebant pueros à cervicibus
per universas domos eorum: & eos, qui circumcide-
65 rant illos, trucidabant. Et multi de populo Israel de-
finierunt apud se, ut non manducarent immunda:
& elegerunt magìs mori, quàm cibis coinquinari im-
66 mundis: Et noluerunt infringere legem Dei san-
67 ctam, & trucidati sunt: Et facta est ira magna su-
per populum valdé.

CAP. II.

1 In diebus illis surrexit Mathathias filius Joannis, fi-
lii Simeonis, sacerdos ex filiis Joarib ab Jerusalem, &
2 concedit in monte Modin: Et habebat filios quin-
3 que, Joannem qui cognominabatur Gaddis: Et Si-
4 monem, qui cognominabatur Thasi: Et Judam, qui
5 vocabatur Machabæus: Et Eleazarum, qui cogno-
minabatur Abaron: & Jonathan, qui cognomina-
6 batur Apphus. Hi viderunt mala, quæ fiebant in po-
7 pulo Juda, & in Jerusalem. Et dixit Mathathias; Væ
mihi, ut quid natus sum videre contritionem populi
mei, & contritionem civitatis sanctæ, & sedere illic,
8 cùm datur in manibus inimicorum? Sancta in manu
extraneorum facta sunt: templum ejus sicut homo
9 ignobilis. Vasa gloriæ ejus captiva abducta sunt: tru-
cidati sunt senes ejus in plateis, & juvenes ejus ceci-
10 derunt in gladio inimicorum, Quæ gens non hæredi-
11 tavit regnum ejus, & non obtinuit spolia ejus? Omnis
compositio ejus ablata est. Quæ erat libera, facta est
12 ancilla. Et ecce sancta nostra, & pulchritudo nostra,
& claritas nostra desolata est, & coinquinaverunt ea
13 Gentes. Quò ergò nobis adhuc vivere? Et scidit ve-
14 stimenta sua Mathathias, & filii ejus: & operuerunt se
15 ciliciis, & planxerunt valdé. Et venerunt illuc qui
missi erant à rege Antiocho, ut cogerent eos, qui con-
fugerant in civitatem Modin, immolare, & accende-
re thura, & à lege Dei discedere.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α'.

60 Καὶ ὅπου εὑρίσκετο παρά τινι βιβλίον διαθήκης, καὶ εἴ τις
συνευδόκει τῷ νόμῳ, τὸ σύγκριμα τοῦ βασιλέως ἐθανάτου αὐτόν.
61 Ἐν ἰσχύϊ αὐτῶν ἐποίουν (*) οὕτως τῷ Ἰσραὴλ τοῖς εὑρισκομένοις ἐν
62 παντὶ μηνὶ καὶ μηνὶ ἐν ταῖς πόλεσι. Καὶ (φ) τῇ πέμπτῃ καὶ εἰκάδι
63 τοῦ μηνὸς θυσιάζοντες ἐπὶ τὸν βωμὸν ὃς ἦν ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου. Καὶ
τὰς γυναῖκας τὰς περιτετμηκυίας τὰ τέκνα αὐτῶν, ἐθανάτωσαν κατὰ
64 τὸ πρόσταγμα. Καὶ ἐκρέμασαν τὰ βρέφη ἐκ τῶν τραχήλων αὐτῶν, καὶ
τοὺς (χ) οἴκους αὐτῶν προενόμευσαν, καὶ τοὺς περιτετμηκότας αὐτοὺς
65 ἐθανάτωσαν. Καὶ πολλοὶ ἐν Ἰσραὴλ ἐκραταιώθησαν, καὶ ὠχυρώθησαν
66 ἐν (ψ) ἑαυτοῖς τοῦ μὴ φαγεῖν κοινά. καὶ ἐπελέξαντο ἀποθανεῖν,
67 ἵνα μὴ μιανθῶσι τοῖς βρώμασι, Καὶ μὴ (*) βεβηλώσωσι διαθήκην
ἁγίαν· καὶ ἀπέθανον. Καὶ ἐγένετο ὀργὴ μεγάλη ἐπὶ Ἰσραὴλ σφόδρα.
MS.A. (*) οὕτω (φ) πέμπτῃ (χ) οἰκείους αὐτῶν, καὶ τοὺς περιτετμηκότας αὐ-
τούς. Καὶ πολλοὶ ἐν Ἰσραὴλ * ἐκρεμάσθησαν, καὶ ὠχυρώθησαν (ψ) αὐτοῖς
(*) βεβηλώσωσιν

ΚΕΦ. β'.

1 ἘΝ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἀνέστη Ματταθίας Ἰωάννου τοῦ Συμεών,
ἱερεὺς τῶν υἱῶν (α) Ἰωαρὶβ ἀπὸ Ἱερουσαλήμ, καὶ ἐκάθισεν ἐν (*) Μωδεΐν.
2 Καὶ αὐτῷ υἱοὶ πέντε, (β) Ἰωαννὰν ὁ ἐπικαλούμενος (γ) Καδδίς,
3 Σίμων ὁ καλούμενος (δ) Θασσί, Ἰούδας ὁ (*) ἐπικαλούμενος Μακκα-
4 βαῖος, Ἐλεάζαρ ὁ (ε) ἐπικαλούμενος Αὐαράν, (ζ) Ἰωνάθαν ὁ ἐπι-
5 καλούμενος Ἀπφοῦς. Καὶ εἶδε τὰς βλασφημίας τὰς γινομένας
6 ἐν Ἰούδᾳ καὶ ἐν Ἱερουσαλήμ, Καὶ εἶπεν, (η) Οἴμοι, ἵνα τί τοῦτο
7 (*) ἐγεννήθην ἰδεῖν (θ) τὸ σύντριμμα τοῦ λαοῦ μου, καὶ τὸ σύντριμμα τῆς
πόλεως τῆς ἁγίας, καὶ καθίσαι ἐκεῖ ἐν τῷ δοθῆναι αὐτὴν ἐν χειρὶ
8 ἐχθρῶν, (ι) Καὶ τὸ ἁγίασμα ἐν χειρὶ ἀλλοτρίων; ἐγένετο ὁ ναὸς
9 αὐτῆς ὡς ἀνὴρ (κ) ἄδοξος, Τὰ σκεύη τῆς δόξης (λ) αὐτῆς αἰχ-
μάλωτα ἀπήχθη, ἀπεκτάνθη τὰ νήπια αὐτῆς ἐν ταῖς πλατείαις (μ),
10 οἱ νεανίσκοι αὐτῆς ἐν ῥομφαίᾳ ἐχθροῦ. Ποῖον ἔθνος οὐκ ἐκληρο-
νόμησε (ν) βασιλείαν αὐτῆς, καὶ οὐκ ἐκράτησε τῶν σκύλων αὐτῆς;
11 Πᾶς ὁ κόσμος αὐτῆς ἀφῃρέθη, ἀντὶ ἐλευθέρας (ξ) ἐγένετο εἰς
12 δούλην. Καὶ ἰδοὺ τὰ ἅγια ἡμῶν καὶ ἡ καλλονὴ ἡμῶν καὶ ἡ δόξα
13 ἡμῶν ἠρημώθη, καὶ ἐβεβήλωσαν αὐτὰ (ο) τὰ ἔθνη. Ἵνα τί
14 ἡμῖν ἔτι ζῆν; Καὶ διέῤῥηξε Ματταθίας καὶ (*) υἱοὶ αὐτοῦ τὰ ἱμάτια
15 αὐτῶν, καὶ περιεβάλοντο σάκκους, καὶ ἐπένθησαν σφόδρα. Καὶ
ἦλθον οἱ παρὰ τοῦ βασιλέως οἱ καταναγκάζοντες τὴν ἀποστασίαν,
εἰς (π) Μωδεῒν τὴν πόλιν, ἵνα θυσιάσωσι. MS.A. (α) Ἰωαρείμ,
(*) Μωδεείμ. (β) Ἰωάννης (γ) Γαδδίς, (δ) Θασσίς, (*) καλούμενος (ε) καλού-
μενος (ζ) Ἰωνάθας ὁ καλούμενος Σαπφοῦς. (η) Οἴμμοι, (*) ἐγεννήθην
(θ) τὰ συντρίμματα (ι) Τὸ ἁγίασμα (κ) ἔνδοξος, (λ) αἰχμάλωτα (μ) αὐτῆς, (ν) βασιλείαν, καὶ (ξ) ἐγενήθη (ο) ἔθνη. (*) οἱ υἱοὶ (π) Μωδεείν

Interp. LAT.

Et apud quemcunque inveniebatur liber testa- 60
menti, & si quis consentiebat legi; edictum
regis (b) occidebat illum. In virtute sua fa- 61
ciebant sic Israeli, his, qui inveniebantur in
omni mense, & mense in civitatibus. Et 62
quintâ & vigesimâ mensis sacrificabant super
aram quæ erat (i) super altare. Et mulieres, 63
quæ circumcidebant filios suos, trucidabant
juxta edictum: Et suspendebant pueros à cer-
vicibus ipsorum, & domos eorum diripiebant: 64
& eos, qui circunciderant illos, trucidabant.
Et multi in Israel confirmârunt se, & munierunt
in seipsis, ut non manducarent communia. Et 65
elegerunt magìs mori, ut non coinquinarentur
cibis, Et non polluerent testamentum sanctum: 66
Et mortui sunt: Et facta est ira magna super 67
Israel valdè.

CAP. II.

IN diebus illis surrexit Mattathias, filius 1
Joannis, filii Symeonis, sacerdos ex filiis Joa-
rib ab Jerusalem: & consedit in Modin. Et 2
habebat filios quinque: Joannem, qui cognomi-
nabatur Caddis; Simonem, qui vocabatur 3
Thassi; Judam, qui cognominabatur Macca- 4
bæus; Eleazarum, qui cognominabatur Av-
aran; Jonathan, qui cognominabatur Apphus 5
Et vidit blasphemias, quæ fiebant in Juda, & 6
in Hierusalem, Et dixit; Væ mihi: ut quid 7
natus sum videre contritionem populi mei, &
contritionem civitatis sanctæ, & sedere illic,
cùm datur in manu inimicorum, Et Sanctuarium 8
in manu extraneorum? Factum est templum ejus,
sicut homo ignobilis: Vasa gloriæ ejus captiva 9
abducta sunt: trucidati sunt infantes ejus in
plateis; juvenes ejus in gladio inimici. Quæ 10
gens non hæreditavit regnum ejus, & non obti-
nuit spolia ejus? Omnis compositio ejus ablata 11
est: quæ erat libera, facta est ancilla. Et ecce san- 12
cta nostra, & pulchritudo nostra, et claritas nostra
desolata est: & coinquinaverunt ea gentes.
Quò ergò nobis adhuc vivere? Et scidit 13
vestimenta sua Mattathias, & filii ejus: & 14
operuerunt se ciliciis, & planxerunt valdè. Et 15
venerunt qui missi erant à rege, qui cogebant ad
apostasiam, in Modin civitatem; ut sacrificarent,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

60 [illegible]
61 [illegible]
62 [illegible]
63 [illegible]
64 [illegible]
65 [illegible]
66 [illegible]
67 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]

Et ubicunque inveniebatur liber legis apud 60
aliquem, aut quisquis oblectabatur ipsâ le-
ge; hæc erat sententia regis, ut moreretur.
Atq; ita violenter cogebant Israelitas omnes 61
qui extabant in urbibus, singulis mensi-
bus. Vigesimâ quintâ ejusdem mensis, cùm 62
sacrificarent super aram illâ quæ erat super
altare, Venire jubebant mulieres illas quæ 63
circumciderant filios suos, & occidebant
eas secundùm edictum, Suspendentes filios 64
earum de collis ipsarum; domos earundi-
ripiebant; & eos qui circumciderant illos,
trucidabant. Multi tamen ex Israelitis con- 65
fortati & corroborati sunt, ne comederent
quod erat immundum: Eligentes sibi mo- 66
ri potiùs, quàm polluere se cibis, & sanctum
fœdus profanare; & mortui sunt. Ita fuit 67
ira magna in Israele.

CAP. II.

IIs diebus surrexit Mathitha, filius Johan- 1
nis, filii Simeonis, sacerdos (de filiis Jo-
nadab) ex Jerusalem, & habitavit in Mo-
raim. Is habebat quinque filios, Johannem 2
qui cognominabatur Gadi, Simeon qui 3
cognominabatur Tharsi, Juda qui cognomi- 4
nabatur Macbi, Eliazar qui cognominaba- 5
tur Horan, & Jonathan qui cognominaba-
tur Haphus. Is videns blasphemias quæ com- 6
mittebantur in Juda, & in Jerusalem, Dixit, 7
Heu mihi: quare natus sum ut viderem con-
fractionem filiæ populi mei, & urbis sanctæ,
ibique sedisse extraneos? quandoquidem
tradita est in manum inimicorum, Et sanctu- 8
arium ejus in manum extraneorum. Fuit ali-
quando templum ejus ut vir gloriosus, Nunc 9
autem vasa gloriæ ejus abierunt in captivi-
tatem: infantes ejus interfecti sunt in pla-
teis ejus, & juvenes lanceâ hostis. Quæ gens 10
non obtinuit aliquid in regno ejus, & ac-
cepit de spoliis ejus? Omnis ornatus ejus 11
ablatus est ab ea, & pro libertate ejus red-
acta est in servitutem: Et ecce sanctuari- 12
um nostrum, & ornatus, atque gloria nostra
versa sunt in desolationem, & contamina-
verunt ea gentes. Quid jam prodest nobis 13
vivere? Et lacerantes Mathitha & filii ejus 14
vestimenta sua, induerunt saccos, & luxe-
runt vehementer. Deinde venientibus mi- 15
nistris regis, qui cogebant ad apostasiam,
in urbem Moraim, ut sacrificarent;

Versio VULG. LAT.

16 Et multi de populo Israel consentientes accesserunt
ad eos: sed Mathathias, & filii ejus constanter stete-
17 runt. Et respondentes qui missi erant ab Antiocho, di-
xerunt Mathathiæ; Princeps & clarissimus & magnus
18 es in hac civitate, & ornatus filiis & fratribus. Ergò
accede prior, & fac jussum regis, sicut fecerunt omnes
Gentes, & viri Juda, & qui manserunt in Jerusalem:
& eris tu & filii tui, inter amicos regis, & amplifica-
19 tus auro & argento, & muneribus multis. Et respon-
dit Mathathias, & dixit magnâ voce; Et si omnes Gen-
tes regi Antiocho obediunt, ut discedat unusquisque à
servitute legis patrum suorum, & consentiat mandatis
20 ejus: Ego & filii mei, & fratres mei, obediemus le-
21 gi patrum nostrorum. Propitius sit nobis Deus, non
22 est nobis utile relinquere legem & justitias Dei: Non
audiemus verba regis Antiochi, nec sacrificabimus
transgredientes legis nostræ mandata, ut eamus alterâ
23 viâ. Et ut cessavit loqui verba hæc, accessit quidam
Judæus in omnium oculis sacrificare idolis super aram
24 in civitate Modin. secundùm jussum regis: Et vidit
Mathathias, & doluit, & contremuerunt renes ejus,
& accensus est furor ejus secundùm judicium legis,
25 & insiliens trucidavit eum super aram: Sed & virum
quem rex Antiochus miserat, qui cogebat immolare,
26 occidit in ipso tempore, & aram destruxit. Et zela-
tus est legem, sicut fecit Phinees Zamri filio Salomi.
27 Et exclamavit Mathathias voce magnâ in civitate,
dicens; Omnis, qui zelum habet legis statuens testa-
28 mentum, exeat post me. Et fugit ipse, & filii ejus
in montes, & reliquerunt quæcunque habebant in
29 civitate. Tunc descenderunt multi quærentes judi-
30 cium, & justitiam, in desertum: Et sederunt ibi
ipsi, & filii eorum, & mulieres eorum, & pecora eo-
31 rum: quoniam inundaverunt super eos mala. Et
renuntiatum est viris regis, & exercitui, qui erat in
Jerusalem civitate David, quoniam discessissent viri
quidam, qui dissipaverunt mandatum regis, in loca
occulta in deserto, & abiissent post illos multi.
32 Et statim perrexerunt ad eos, & constituerunt ad-
33 versus eos prælium in die sabbatorum, Et dixerunt
ad eos; Resistitis & nunc adhuc? exite, & facite se-
cundùm verbum regis Antiochi, & vivetis.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α΄.

16 Καὶ πολλοὶ ἀπὸ Ἰσραὴλ πρὸς αὐτοὺς (ρ) προσῆλθον· καὶ Ματτα-
17 θίας καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ συνήχθησαν. Καὶ ἀπεκρίθησαν οἱ παρὰ τοῦ
βασιλέως, καὶ (σ) εἶπον τῷ Ματταθίᾳ, λέγοντες, Ἄρχων καὶ
ἔνδοξος καὶ μέγας εἶ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, καὶ ἐστηριγμένος ἐν υἱοῖς
18 καὶ ἀδελφοῖς. Νῦν (τ) οὖν προσελθὼν πρῶτος, καὶ ποίησον τὸ
πρόσταγμα τοῦ βασιλέως, ὡς ἐποίησαν πάντα τὰ ἔθνη, καὶ οἱ (υ) ἄν-
δρες Ἰούδα, καὶ οἱ καταλειφθέντες ἐν Ἰερουσαλήμ· καὶ ἔσῃ σὺ καὶ ὁ
οἶκός σου τῶν φίλων τοῦ βασιλέως, καὶ σὺ καὶ οἱ υἱοί σου δοξασθήσεσθε
19 ἀργυρίῳ, καὶ χρυσίῳ, καὶ ἀποστολαῖς πολλαῖς. Καὶ ἀπεκρίθη Ματ-
ταθίας, καὶ εἶπε φωνῇ μεγάλῃ, Εἰ πάντα τὰ ἔθνη τὰ ἐν οἴκῳ
τῆς βασιλείας τοῦ βασιλέως ἀκούουσιν αὐτοῦ, ἀποστῆναι ἕκαστος ἀπὸ
λατρείας πατέρων αὐτοῦ, καὶ ἡρετίσαντο ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ,
20 (φ) Ἀλλ' ἐγὼ καὶ οἱ υἱοί μου καὶ οἱ ἀδελφοί μου πορευσόμεθα ἐν
21 διαθήκῃ πατέρων ἡμῶν. Ἵλεως ἡμῖν καταλιπεῖν νόμον καὶ δι-
22 καιώματα. (χ) Τῶν λόγων τοῦ βασιλέως οὐκ ἀκουσόμεθα, (ψ) τοῦ
23 παρελθεῖν τὴν λατρείαν ἡμῶν, δεξιὰν ἢ ἀριστεράν. Καὶ ὡς ἐπαύ-
σατο λαλῶν τοὺς λόγους τούτους, προσῆλθεν ἀνὴρ Ἰουδαῖος ἐν ὀφθαλ-
μοῖς πάντων, (†) θυσιάσαι ἐπὶ τοῦ βωμοῦ (⸸) τοῦ ἐν Μωδεὶν κατὰ
24 τὸ πρόσταγμα τοῦ βασιλέως. Καὶ εἶδε Ματταθίας καὶ ἐζήλωσε,
καὶ ἐτρόμησαν οἱ νεφροὶ αὐτοῦ, καὶ ἀνήνεγκε θυμὸν κατὰ τὸ κρίμα,
25 καὶ δραμὼν ἔσφαξεν αὐτὸν ἐπὶ τὸν βωμόν. Καὶ τὸν ἄνδρα τοῦ
βασιλέως τὸν ἀναγκάζοντα θύειν, ἀπέκτεινεν ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ,
26 καὶ τὸν βωμὸν καθεῖλε. Καὶ ἐζήλωσε τῷ νόμῳ καθὼς ἐποίησε
27 (ω) Φινεὲς τῷ Ζαμβρὶ υἱῷ Σαλώμ. Καὶ ἀνέκραξε Ματταθίας
ἐν τῇ πόλει φωνῇ μεγάλῃ, λέγων, Πᾶς ὁ ζηλῶν τῷ νόμῳ (α) καὶ
28 ἱστῶν διαθήκην, ἐξελθέτω ὀπίσω μου. Καὶ ἔφυγον αὐτὸς καὶ οἱ
29 υἱοὶ αὐτοῦ εἰς τὰ ὄρη, καὶ ἐγκατέλιπον ὅσα εἶχον ἐν τῇ πόλει. Τότε
κατέβησαν πολλοὶ ζητοῦντες δικαιοσύνην καὶ κρίμα, εἰς τὴν ἔρη-
30 μον, Καθίσαι ἐκεῖ, αὐτοὶ καὶ οἱ υἱοὶ αὐτῶν καὶ αἱ γυναῖκες
αὐτῶν καὶ τὰ κτήνη αὐτῶν, ὅτι (β) ἐπληθύνθη ἐπ' αὐτοὺς τὰ
31 κακά. Καὶ ἀνηγγέλη τοῖς ἀνδράσι τοῦ βασιλέως καὶ ταῖς δυνά-
μεσιν αἳ ἦσαν ἐν Ἱερουσαλὴμ πόλει Δαυίδ, ὅτι κατέβησαν ἄνδρες,
οἵτινες διεσκέδασαν τὴν ἐντολὴν τοῦ βασιλέως, εἰς τοὺς κρύφους ἐν
32 τῇ ἐρήμῳ. καὶ ἔδραμον ὀπίσω αὐτῶν πολλοί. Καὶ καταλαβόν-
τες αὐτοὺς παρενέβαλον ἐπ' αὐτούς, καὶ (γ) συνεστήσαντο πρὸς αὐτοὺς
33 πόλεμον ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων, Καὶ (*) εἶπον πρὸς αὐτούς, Ἕως
τοῦ νῦν (δ) ἱκανόν· ἐξέλθετε καὶ ποιήσατε κατὰ τὸν λόγον τοῦ
βασιλέως, καὶ ζήσεσθε.

MS.A. (ρ) προσῆλθαν· (σ) εἶπαν (τ) πρόσελθε (υ) ἄρχοντες (φ) Κἀγὼ (χ) τὸν μονὸν (ψ) παρελθεῖν (†) θυμιᾶσαι (⸸) ἐν Μωδεεὶμ (ω) Φινεὲς (α) ἱστῶν (β) ἐσκληρύνθη (γ) συνεστείλαντο (*) εἶπαν (δ) ἐξελθόντες ποιήσατε

Interp. LAT.

Et multi de Israel accesserunt ad eos. Et Mat- 16
tathias, & filii ejus congregati sunt. Et 17
responderunt, qui missi erant à rege, & dixe-
runt Mattathiæ, dicentes; Princeps, &
clarissimus, & magnus es in civitate hac, &
confirmatus in filiis, & fratribus: Nunc 18
ergò accede primus, & fac jussum regis, sicut
fecerunt omnes gentes, & viri Juda, & qui
remanserunt in Hierusalem. Et eris tu, &
domus tua, inter amicos regis: & tu, & filii
tui glorificabimini argento, & auro, & mu-
neribus multis. Et respondit Mattathias, & 19
dixit magnâ voce; Etsi omnes gentes, quæ
sunt in domo regni regis, obediunt ei, ut
discedat unusquisque à servitute legis patrum
suorum, & consenserunt mandatis ejus; at- 20
tamen ego, & filii mei, & fratres mei am-
bulabimus in testamento patrum nostrorum.
(a) Propitius sit nobis, relinquere legem, & ju- 21
stificationes. Non audiemus verba regis, 22
transgredientes religionem nostram, in dexte-
ram vel in sinistram. Et, ut cessavit loqui 23
verba hæc; accessit vir Judæus in oculis
omnium sacrificare super aram, quæ in Mo-
din; secundùm jussum regis. Et vidit Mat- 24
tathias, & zelavit: & contremuerunt re-
nes ejus, & affectus est furore secundùm
judicium: & currens jugulavit eum super
aram. Et virum regis, qui cogebat immolare, 25
occidit in tempore illo, & aram destruxit: Et 26
zelatus est legem, sicut fecit Phinees Zambri
filio Salom. Et exclamavit Mattathias in 27
civitate voce magnâ, dicens; Omnis qui zelum
habet legis, & statuit testamentum; exeat post
me. Et fugerunt ipse & filii ejus, in montes: 28
& reliquerunt quæcunque habebant in civita-
te. Tunc descenderunt multi quærentes justiti- 29
am, & judicium, in desertum, Sedentes ibi, ipsi, 30
& filii eorum, & mulieres eorum, & pecora eo-
rum: quoniam inundaverunt super eos mala.
Et renuntiatum est viris regis, & exercitibus, 31
qui erant in Hierusalem civitate David, quo-
niam descenderunt viri quidam, qui dissipaverant
mandatum regis, in loca occulta in deserto: &
cucurrerunt post eos multi: Et assecuti eos 32
castrametati sunt super eos, & constituerunt ad-
versùs eos prælium in die sabbatorum: Et 33
dixerunt ad eos; Usque nunc sufficiat. Exite, &
facite secundùm verbum regis, et vivetis.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

16 [illegible]
17 [illegible]
[illegible]

Multi ex Israele venerunt ad eos: etiam 16
Mathitha, & ii qui erant cum ipso, con-
gregati sunt. Et respondentes ministri re- 17
gis, dixerunt Mathithæ; Tu es caput, prin-
ceps, & gloriosus in hac urbe, qui confor-
tas & confirmas filios ac fratres. Nunc ita- 18
que accede tu prior, & fac mandatum regis,
quemadmodum fecerunt omnes populi & vi-
ri Judæ, qui superstites manserunt in Jerusa-
lem: erisque tu, ac filii tui inter amicos re-
gis, & tu, ac filii tui honorabimini auro &
argento, & reliquis aliis muneribus. Re- 19
spondens Mathitha elatâ voce ait, Tametsi
omnes populi subditi dominio regis obtem-
perant ei, recedendo à cultu majorum suo-
rum, & consentiendo mandatis ejus; Ego 20
verò & filii fratresque mei ambulabimus in
fœdere majorum nostrorum. Absit ut relin- 21
quamus legem Domini & mandata ejus.
Non obtemperabimus verbo regis, ut trans- 22
grediamur fœdus & cultum nostrum, aut ab
iis declinemus dextrorsum, aut sinistrorsum.
Cúmque cessâsset Mathitha proloqui sermo- 23
nes istos, accessit vir quidam Judæus, præsen-
te universo populo, ad sacrificandum super
aram, quæ erat in Moraim, secundùm præce-
ptum regis. Quod videns Mathitha, zelo 24
commotus est, & contremiscentibus renibus
ejus efferbuit indignatione tanquam judex, &
accurrens interfecit illum super aram. Quin 25
etiam principem illum regium qui cogebat
ad sacrificandum, occîdit eodem momento,
& aram destruxit. Et zelo affectus est Ma- 26
thitha pro lege, quemadmodū fecerat Phine-
hes Zamri filio Sallu. Deinde exclamavit Ma- 27
thitha in urbe altâ voce, et dixit; Quicunq; ze-
lotypus est legis, tenetq; fœdus, sequatur me.
Et fugerunt ipse, & filii ejus ad montem, dese- 28
rentes quicquid possidebant in urbe. Tunc 29
descenderunt multi qui quærebant justitiam
& judicium, ad terram deserti, Ut illic ha- 30
bitarent cum uxoribus, liberis, ac jumentis
suis, eò quòd multiplicata fuissent super eos
mala. Cùm autem dictum fuisset ministris 31
regis, & copiis quæ erant Jerosolymis in urbe
Davidis, descendisse homines illos qui man-
datum regis infregerant, & versari in late-
bris deserti; Cucurrerunt super eos multi, 32
& assecuti sunt eos, & prælium inierunt ad-
versùs eos in die sabbathi: & dixerunt eis;
Sat est vobis hucusque *processisse*; egredi- 33
mini & facite secundùm præceptum regis,
& vivite.

Versio VULG. LAT.

34 Et dixerunt ; Non exibimus, neque faciemus verbum
35 regis, ut polluamus diem sabbatorum. Et conci-
36 taverunt adversùs eos prælium. Et non responde-
runt eis, nec lapidem miserunt in eos, nec oppilave-
37 runt loca occulta, Dicentes ; Moriamur omnes in
simplicitate nostra : & testes erunt super nos cœ-
38 lum, & terra, quòd injustè perditis nos. Et intule-
runt illis bellum sabbatis : & mortui sunt ipsi, &
uxores eorum, & filii eorum, & pecora eorum, usque
39 ad mille animas hominum. Et cognovit Matha-
thias, & amici ejus, & luctum habuerunt super eos
40 valdè. Et dixit vir proximo suo ; Si omnes feceri-
mus sicut fratres nostri fecerunt, & non pugnaveri-
mus adversùs gentes pro animabus nostris, & justifi-
cationibus nostris : nunc citiùs disperdent nos à ter-
41 ra. Et cogitaverunt in die illa, dicentes ; Omnis
homo quicunque venerit ad nos in bello die sabba-
torum, pugnemus adversùs eum : & non moriemur
omnes, sicut mortui sunt fratres nostri in occultis.
42 Tunc congregata est ad eos synagoga Assidæorum
fortis viribus ex Israel omnis voluntarius in lege :
43 Et omnes, qui fugiebant à malis, additi sunt ad eos,
44 & facti sunt illis ad firmamentum. Et collegerunt
exercitum, & percusserunt peccatores in ira sua, &
viros iniquos in indignatione sua : & cæteri fugerunt
45 ad nationes, ut evaderent. Et circuivit Mathathias,
46 & amici ejus, & destruxerunt aras : Et circumde-
derunt pueros incircumcisos quotquot invenerunt in
47 finibus Israel : & in fortitudine. Et persecuti sunt
filios superbiæ, & prosperatum est opus in manibus
48 eorum : Et obtinuerunt legem de manibus gentium,
& de manibus regum : & non dederunt cornu pec-
49 catori. Et appropinquaverunt dies Mathathiæ mo-
riendi, & dixit filiis suis ; Nunc confortata est super-
bia, & castigatio, & tempus eversionis, & ira indi-
50 gnationis. Nunc ergò, ô filii, æmulatores estote le-
gis, & date animas vestras pro testamento patrum ve-
51 strorum, Et mementote operum patrum, quæ fece-
runt in generationibus suis : & accipietis gloriam
52 magnam, & nomen æternum. Abraham nónne in
tentatione inventus est fidelis, & reputatum est ei ad
53 justitiam ? Joseph in tempore angustiæ suæ custodi-
vit mandatum & factus est Dominus Ægypti.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α'.

34 Καὶ (γ) εἶπον, Οὐκ ἐξελευσόμεθα, οὐδὲ (δ) ποιήσομεν τὸν λόγον τοῦ
35 βασιλέως, (δ) τοῦ βεβηλῶσαι τὴν ἡμέραν τῶν σαββάτων. Καὶ ἐτά-
36 χυναν ἐπ' αὐτοὺς πόλεμον. Καὶ οὐκ ἀπεκρίθησαν αὐτοῖς, οὐδὲ λίθον
37 ἐνετίναξαν αὐτοῖς, οὐδὲ ἐνέφραξαν τοὺς κρύφους, Λέγοντες, Ἀπο-
θάνωμεν (ε) πάντες ἐν τῇ ἁπλότητι ἡμῶν· μαρτυρεῖ ἐφ' ἡμᾶς ὁ
38 οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ὅτι ἀκρίτως ἀπόλλυτε ἡμᾶς. Καὶ ἀνέστησαν
ἐπ' αὐτοὺς ἐν τῷ πολέμῳ τοῖς σάββασι, καὶ ἀπέθανον αὐτοὶ καὶ αἱ
γυναῖκες αὐτῶν, καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν, καὶ τὰ κτήνη αὐτῶν, ἕως χιλί-
39 ων ψυχῶν ἀνθρώπων. Καὶ ἔγνω Ματταθίας καὶ οἱ φίλοι αὐτοῦ,
40 καὶ ἐπένθησαν ἐπ' αὐτοὺς ἕως σφόδρα. Καὶ εἶπεν ἀνὴρ (ζ) τῷ
πλησίον αὐτοῦ, Ἐὰν πάντες ποιήσωμεν ὡς οἱ ἀδελφοὶ ἡμῶν
ἐποίησαν, καὶ μὴ πολεμήσωμεν (η) πρὸς τὰ ἔθνη ὑπὲρ (θ) τῶν ψυ-
χῶν ἡμῶν καὶ τῶν δικαιωμάτων ἡμῶν, νῦν τάχιον ἡμᾶς (ι) ἐξολο-
41 θρεύσουσιν ἀπὸ τῆς γῆς. Καὶ ἐβουλεύσαντο τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ,
λέγοντες, Πᾶς ἄνθρωπος ὃς ἐὰν ἔλθῃ πρὸς ἡμᾶς εἰς πόλεμον
τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων, πολεμήσωμεν κατέναντι αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ
ἀποθάνωμεν πάντες καθὼς ἀπέθανον οἱ ἀδελφοὶ ἡμῶν ἐν τοῖς
42 κρύφοις. Τότε συνήχθησαν πρὸς αὐτοὺς συναγωγὴ (κ) Ἰουδαί-
ων, ἰσχυροὶ δυνάμει ἀπὸ Ἰσραήλ, πᾶς ὁ ἑκουσιαζόμενος τῷ
43 νόμῳ. Καὶ πάντες οἱ φυγαδεύοντες ἀπὸ τῶν κακῶν προσετέθησαν
44 αὐτοῖς, καὶ ἐγένοντο αὐτοῖς εἰς στήριγμα. Καὶ συνεστήσαντο
δύναμιν, καὶ ἐπάταξαν ἁμαρτωλοὺς ἐν ὀργῇ (λ) αὐτῶν, καὶ ἄνδρας ἀνό-
μους ἐν θυμῷ αὐτῶν· καὶ οἱ λοιποὶ ἔφυγον εἰς τὰ ἔθνη σωθῆναι.
45 Καὶ ἐκύκλωσε Ματταθίας καὶ οἱ (*) φίλοι αὐτοῦ, καὶ καθεῖλον τοὺς
46 βωμούς. Καὶ περιέτεμον τὰ παιδάρια τὰ ἀπερίτμητα ὅσα
47 (μ) εὗρον ἐν ὁρίοις Ἰσραὴλ ἐν ἰσχύϊ. Καὶ ἐδίωξαν τοὺς υἱοὺς τῆς
48 ὑπερηφανίας, καὶ (†) κατευοδώθη τὸ ἔργον ἐν χειρὶ αὐτῶν. Καὶ
ἀντελάβοντο τοῦ νόμου ἐκ χειρὸς τῶν ἐθνῶν καὶ ἐκ χειρὸς τῶν βα-
49 σιλέων· καὶ οὐκ ἔδωκαν κέρας τῷ ἁμαρτωλῷ. Καὶ ἤγγισαν αἱ
ἡμέραι τοῦ Ματταθίου ἀποθανεῖν, καὶ εἶπε τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ, Νῦν
ἐστηρίχθη ὑπερηφανία καὶ ἐλεγμὸς καὶ καιρὸς καταστροφῆς καὶ ὀργὴ θυ-
50 μοῦ. Καὶ νῦν τέκνα ζηλώσατε τῷ νόμῳ, καὶ δότε τὰς ψυχὰς ὑμῶν
51 ὑπὲρ διαθήκης πατέρων ἡμῶν. Μνήσθητε τῶν πατέρων ἡμῶν τὰ ἔρ-
γα ἃ ἐποίησαν (ν) ἐν ταῖς γενεαῖς αὐτῶν, καὶ δέξασθε δόξαν μεγάλην
52 καὶ (ξ) ὄνομα αἰώνιον. Ἀβραὰμ (ο) οὐχὶ ἐν πειρασμῷ εὑρέθη πιστός,
53 καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ (π) εἰς δικαιοσύνην; Ἰωσὴφ ἐν καιρῷ στενοχω-
ρίας αὐτοῦ ἐφύλαξεν ἐντολήν, καὶ ἐγένετο κύριος Αἰγύπτου.

MS.A. (γ) εἶπαν, (δ) ποιήσωμεν (δ) βεβηλῶσαι (ε) οἱ πάντες (ζ) πρὸς τὸν πλησίον (η) εἰς (θ) τῆς ψυχῆς (ι) ὀλεθρεύσουσιν (κ) Ἀσιδαίων, ἰσχυροὶ (λ) αὐτῶν, ἄνδρας (*) υἱοὶ (μ) εὗρεν (†) κατευοδώθη (ν) ταῖς γενεαῖς (ξ) * δόξαν (ο) οὐκ (π) δικαιοσύνη;

Interp. LAT.

Et dixerunt ; Non exibimus, neque faciemus 34
verbum regis, ut polluamus diem sabbatorum. 35
Et concitaverunt adversùs eos prælium. Et 36
non responderunt eis, nec lapidem miserunt in
eos, nec oppilaverunt loca occulta : Dicentes ; 37
Moriamur omnes in simplicitate nostra. Testis
est super nos cœlum, & terra, quòd injustè per-
ditis nos. Et intulerunt illis bellum sabbatis ; 38
& mortui sunt ipsi, & uxores eorum, & filii
eorum, & pecora eorum, usque ad mille animas
hominum. Et cognovit Mattathias, & amici
ejus : & luctum habuerunt super eos usque val- 39
dè. Et dixit vir proximo suo ; Si omnes fece-
rimus, sicut fratres nostri fecerunt, & non pu- 40
gnaverimus adversùs gentes pro animabus no-
stris, & justificationibus nostris ; nunc citiùs
disperdent nos à terra. Et cogitaverunt in die
illa, dicentes ; Omnis homo, quicunque vene- 41
rit ad nos in bello, die sabbatorum ; pugnemus
adversùs eum : & non moriamur omnes, sicut
mortui sunt fratres nostri in occultis. Tunc 42
congregata est ad eos synagoga (b) Judæorum,
fortes viribus ex Israel, omnis voluntarius in
lege. Et omnes qui fugiebant à malis, additi 43
sunt ad eos : & facti sunt illis ad firmamen-
tum. Et collegerunt exercitum, & percusse- 44
runt peccatores in ira sua ; & viros iniquos
in indignatione sua. Et cæteri fugerunt ad na-
tiones, ut evaderent. Et circuivit Mattathias, 45
& amici ejus, & destruxerunt aras. Et cir- 46
cunciderunt pueros incircuncisos, quotquot inve-
nerunt in finibus Israel, in fortitudine. Et 47
persecuti sunt filios superbiæ ; & prosperatum
est opus in manibus eorum. Et obtinuerunt le- 48
gem de manu gentium, & de manu regum : &
non dederunt cornu peccatori. Et appropinqua- 49
verunt dies Mattathiæ moriendi : & dixit
filiis suis ; Nunc confortata est superbia, & 50
castigatio, & tempus eversionis, & ira indi-
gnationis. Nunc ergò, filii, æmulatores estote legis :
& date animas vestras pro testamento patrum
nostrorum. Mementote operum patrum nostro- 51
rum, quæ fecerunt in generationibus suis : & ac-
cipite gloriam magnam, & nomen æternum. A- 52
braam nónne in tentatione inventus est fidelis, et
reputatum est ei ad justitiam ? Joseph in tem- 53
pore angustiæ suæ custodivit mandatum : &
factus est dominus Ægypti.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]
50 [illegible]
51 [illegible]
52 [illegible]
53 [illegible]

Qui dixerunt, Non egrediemur, neque faciemus verbum regis, solvendo & irritum faciendo diem sabbathi. Itaque accelerarunt in eos prælium. Sed nullum reddiderunt eis responsum, neque lapidem jecerunt in eos, neque clauserunt ante faciem eorum latebras : sed dixerunt, Moriemur omnes in simplicitate nostrâ : & ecce attestantur pro nobis cœlum ac terra, quòd sine jure perditis nos. Ita insurgentes in eos die sabbathi, peremerunt eos, & uxores, liberos, ac jumenta eorum, animas humanas circiter mille. Quod audientes Mathitha & amici ejus, luxerunt eos luctu magno. Et dixerunt alter alteri, Si fecerimus omnes quemadmodum fecerunt fratres nostri, & non dimicaverimus contra gentes pro vita & lege nostrâ ; brevi perdent, auferentque nos de terra. Et inito eâ die consilio, dixerunt ; Quisquis venerit contra nos in prælium die sabbathi, pugnabimus adversùs eum, ne moriamur omnes, quemadmodum mortui sunt omnes fratres nostri in latebris. Tunc congregati sunt ad hos Mathithæos congregatio Israëlitarum ex Israële, valentes robore, quicunque adhærebant legi : Et adjunxerunt se eis omnes illi qui fugiebant mala, fueruntque eis confirmationi. Et composito exercitu, peremerunt iniquos in ira suâ, & transgressores legis in æstu suo : reliqui autem fugerunt inter gentes, ut servarentur. Et obeuntes Mathitha & amici ejus destruxerunt aras, Et circunciderunt infantes qui nondum circuncisi fuerant, quos invenerunt in terminis Israëlis, fortiter ac generosè : Et persecuti sunt superbos : & prosperè successit negotium in manibus eorum. Ita asseruerunt legem de manu gentium, & de manu regum earum ; & non permiserunt ut attolleretur cornu improbi. Verùm appropinquantibus diebus Mathithæ ut moreretur, dixit filiis suis ; Nunc confirmata est superbia & castigatio, & tempus destructionis, & æstuans ira. Nunc filii mei, zelotypi estote legis, & exponite animam vestram pro fœdere majorum nostrorum, Quod exercentes in ævis suis, comparaverunt sibi gloriam magnam & nomen æternum. Abraham nonne in tentatione inventus est fidelis, & ascriptum est ei ad justitiam ? Joseph tempore calamitatis suæ servavit præceptum, & factus est dominus Ægypti.

Verſio VULG. LAT.

54 Phinees pater noſter, zelando zelum Dei, accepit te-
55 ſtamentum ſacerdotii æterni. Jeſus dum implevit
56 verbum, factus eſt dux in Iſrael. Caleb, dum te-
57 ſtificatur in eccleſia, accepit hæreditatem. David in
58 ſua miſericordia conſecutus eſt ſedem regni in ſecu-
59 la. Elias dum zelat zelum legis, receptus eſt in
60 cœlum. Ananias & Azarias & Miſael credentes,
61 liberati ſunt de flamma. Daniel in ſua ſimplicita-
te liberatus eſt de ore leonum. Et ita cogitate per
generationem & generationem: quia omnes qui
62 ſperant in eum, non infirmantur. Et à verbis viri
peccatoris ne timueritis: quia gloria ejus, ſtercus
63 & vermis eſt: Hodiè extollitur, & cras non in-
venietur: quia converſus eſt in terram ſuam, &
64 cogitatio ejus periit. Vos ergò, filii, confortamini,
& viriliter agite in lege: quia in ipſa glorioſi eri-
65 tis. Et ecce Simon frater veſter, ſcio quòd vir
conſilii eſt: ipſum audite ſemper, & ipſe erit vo-
66 bis pater. Et Judas Machabæus fortis viribus à ju-
ventute ſua, ſit vobis princeps militiæ, & ipſe a-
67 get bellum populi. Et adducetis ad vos omnes
factores legis: & vindicate vindictam populi ve-
68 ſtri. Retribuite retributionem Gentibus, & inten-
69 dite in præceptum legis. Et benedixit eos, &
70 appoſitus eſt ad patres ſuos. Et defunctus eſt an-
no centeſimo & quadrageſimo ſexto: & ſepultus
eſt à filiis ſuis in ſepulchris patrum ſuorum in
Modin, & planxerunt eum omnis Iſrael planctu
magno.

CAP. III.

1 Et ſurrexit Judas, qui vocabatur Machabæus,
2 filius ejus pro eo: Et adjuvabant eum omnes
fratres ejus, & univerſi qui ſe conjunxerant pa-
tri ejus, & præliabantur prælium Iſrael cum læti-
3 tia. Et dilatavit gloriam populo ſuo, & induit
ſe loricam ſicut gigas, & ſuccinxit ſe arma belli-
ca ſua in præliis, & protegebat caſtra gladio ſuo.
4 Similis factus eſt leoni in operibus ſuis, & ſicut
catulus leonis rugiens in venatione.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α'.

54 Φινεὲς ὁ πατὴρ ἡμῶν ἐν τῷ ζηλῶσαι ζῆλον, ἔλαβε διαθήκην ἱερω-
55 σύνης (ρ) αἰωνίας. Ἰησοῦς ἐν τῷ πληρῶσαι λόγον, ἐγένετο κριτὴς
56 ἐν Ἰσραήλ. Χαλὲβ ἐν τῷ ἐπιμαρτύρασθαι (σ) ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ,
57 ἔλαβε γῆς κληρονομίαν. Δαυὶδ ἐν τῷ (τ) ἐλέει αὐτοῦ, ἐκληρο-
58 νόμησε θρόνον βασιλείας (υ) εἰς αἰῶνα αἰῶνος. Ἠλίας ἐν τῷ
59 ζηλῶσαι ζῆλον νόμου, ἀνελήφθη (ʹ) ἕως εἰς τὸν οὐρανόν. Ἀνανίας,
60 Ἀζαρίας, Μισαήλ, πιστεύσαντες ἐσώθησαν ἐκ φλογός. Δανιὴλ ἐν
61 τῇ ἁπλότητι αὐτοῦ (φ) ἐρρύσθη ἐκ στόματος λεόντων. Καὶ οὕτως
ἐννοήθητε κατὰ (χ) γενεὰν καὶ γενεάν, ὅτι πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπ'
62 αὐτὸν οὐκ ἀσθενήσουσι. Καὶ ἀπὸ λόγων ἀνδρὸς ἁμαρτωλοῦ μὴ
63 φοβηθῆτε, ὅτι ἡ δόξα αὐτοῦ εἰς κοπρίαν καὶ εἰς σκώληκας. Σήμερον
ἐπαρθήσεται, (ψ) καὶ αὔριον οὐ μὴ εὑρεθῇ, ὅτι (ω) ἐπέστρεψεν εἰς τὸν χοῦν
64 αὐτοῦ, καὶ ὁ διαλογισμὸς αὐτοῦ ἀπώλετο. Καὶ ὑμεῖς τέκνα (α) ἰσχύσα-
65 τε καὶ ἀνδρίζεσθε ἐν τῷ (˜) νόμῳ, ὅτι ἐν αὐτῷ δοξασθήσεσθε. Καὶ
ἰδοὺ Συμεὼν ὁ ἀδελφὸς ὑμῶν, οἶδα ὅτι ἀνὴρ βουλῆς ἐστιν, αὐτοῦ ἀκού-
66 ετε πάσας τὰς ἡμέρας, αὐτὸς ὑμῖν ἔσται εἰς πατέρα. Καὶ Ἰούδας
(β) Μακκαβαῖος ἰσχυρὸς δυνάμει ἐκ νεότητος αὐτοῦ, οὗτος ὑμῖν ἔσται
67 (γ) ἄρχων στρατιᾶς, καὶ πολεμήσει πόλεμον λαῶν. Καὶ ὑμεῖς
(ʹ) προσάξετε πρὸς ὑμᾶς πάντας τοὺς ποιητὰς τοῦ νόμου, καὶ ἐκδικήσα-
68 τε ἐκδίκησιν τοῦ λαοῦ ὑμῶν. (δ) Ἀνταπόδοτε ἀνταπόδομα τοῖς
69 ἔθνεσι, καὶ προσέχετε εἰς (ε) τὰ προστάγματα τοῦ νόμου. Καὶ (ζ)
70 εὐλόγησεν αὐτούς· καὶ προσετέθη πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ. Καὶ
ἀπέθανεν ἐν τῷ ἕκτῳ καὶ (η) τεσσαρακοστῷ καὶ ἑκατοστῷ ἔτει. καὶ
ἔθαψαν αὐτὸν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ἐν τάφοις πατέρων (θ) αὐτοῦ ἐν Μωδεΐν,
καὶ ἐκόψαντο αὐτὸν πᾶς Ἰσραὴλ κοπετὸν μέγαν.

MS.A. (ρ) ἁγίας. (σ) τῇ ἐκκλησίᾳ, ἔλαβεν γῆν κληρονομίαν. (τ) ἐλέει (υ) αἰωνίας. (ʹ) ὡς (φ) ἐρύσθη (χ) γενεάν, ὅτι πάντες (ψ) καὶ οὐ μὴ (ω) ἐπέστρεψεν (α) ἰσχύεται (˜) νόμῳ ὑμῶν, ὅτι (β) ὁ Μακκαβαῖος αὐτὸς ἰσχυρὸς ἐν δυνάμει* αὐτὸς ἐκ (γ) εἰς ἄρχοντα στρατιᾶς, καὶ πολεμήσατε (ʹ) προσάξεται (δ) Ἀνταποδίδοτε (ε) προστάγματα (ζ) ηὐλόγησεν (η) τεσσεράκοστῷ (θ) αὐτοῦ ἐν Μωδεΐν,

ΚΕΦ. γ'.

1 ΚΑὶ ἀνέστη Ἰούδας ὁ καλούμενος Μακκαβαῖος, υἱὸς αὐτοῦ ἀντ' αὐ-
2 τοῦ. Καὶ ἐβοήθουν αὐτῷ πάντες οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, καὶ πάντες ὅσοι
ἐκολλήθησαν τῷ πατρὶ αὐτοῦ, καὶ ἐπολέμουν τὸν πόλεμον Ἰσραὴλ μετ'
3 εὐφροσύνης. Καὶ ἐπλάτυνε δόξαν τῷ λαῷ αὐτοῦ, καὶ ἐνεδύσατο
θώρακα ὡς γίγας, καὶ συνεζώσατο τὰ σκεύη (α) αὐτοῦ τὰ πολεμικά·
4 καὶ συνεστήσατο πολέμους σκεπάζων παρεμβολὴν ἐν ῥομφαίᾳ. Καὶ
ὡμοιώθη λέοντι ἐν τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, καὶ ὡς σκύμνος ἐρευγόμενος
εἰς θήραν.

MS.A. (α) τὰ πολεμικὰ αὐτοῦ· πολέμους συνεστήσατο

Interp. LAT.

Phinees pater noſter zelando zelum accepit te- 54
ſtamentum ſacerdotii æterni. Jeſus, dum im- 55
plevit verbum, factus eſt judex in Iſrael. Ca- 56
leb, dum teſtificatur in Eccleſia, accepit terræ
hereditatem. David in ſua miſericordia con- 57
ſecutus eſt ſedem regni in ſeculum ſeculi. He- 58
lias, dum zelat zelum legis, receptus eſt uſque
in cælum. Ananias, Azarias, Miſael, creden- 59
tes liberati ſunt de flamma. Daniel in ſua ſim- 60
plicitate liberatus eſt de ore leonum. Et ita 61
cogitate per generationem, & generationem, quia
omnes qui ſperant in eum, non infirmabuntur.
Et à verbis viri peccatoris ne timueritis: quia 62
gloria ejus in ſtercus, & in vermes: Hodiè 63
extollетur, & cras non invenietur: quia rever-
ſus eſt in pulverem ſuum, & cogitatio ejus
periit. Vos ergò, filii, confortamini, & viriliter 64
agite in lege, quia in ipſa glorioſi eritis. Et 65
ecce Symeon frater veſter, ſcio quòd vir conſilii
eſt: ipſum audite omnibus diebus: ipſe vobis
erit in patrem. Et Judas Maccabæus fortis 66
viribus à juventute ſua, hic vobis erit princeps
militiæ, & bellabit (c) bellum populorum.
Et vos adducite ad vos omnes factores legis: 67
& vindicate vindictam populi veſtri. Retri- 68
buite retributionem gentibus: & intendite in
præcepta legis. Et benedixit eos: & appoſi- 69
tus eſt ad patres ſuos. Et defunctus eſt ſexto 70
& quadrageſimo & centeſimo anno: & ſepul-
tus eſt à filiis ſuis in ſepulchris patrum ſuorum
in Modin: & planxerunt eum omnis Iſrael
planctu magno.

C A P. III.

Et ſurrexit Judas, qui vocabatur Macca- 1
bæus, filius ejus pro eo. Et adjuvabant 2
eum omnes fratres ejus, et univerſi qui ſe
conjunxerant patri ejus, et præliabantur præ-
lium Iſrael cum lætitia. Et dilatavit gloriam 3
populo ſuo; et induit ſe loricam, ſicut gigas,
et ſuccinxit ſe arma bellica ſua: et commiſit
prælia protegens caſtra in gladio. Et ſimilis 4
factus eſt leoni in operibus ſuis, et ſicut
catulus leonis rugiens in venationem.

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

54 [illegible]
55 [illegible]
56 [illegible]
57 [illegible]
58 [illegible]
59 [illegible]
60 [illegible]
61 [illegible]
62 [illegible]
63 [illegible]
64 [illegible]
65 [illegible]
66 [illegible]
67 [illegible]
68 [illegible]
69 [illegible]
70 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

Phinehes pater noſter pro zelo quo affectus 54
eſt, obtinuit fœdus & ſacerdotium æternum.
Jeſus perficiendo verbum, factus eſt judex 55
ſuper Iſraëlem. Chaleb teſtimonium red- 56
dendo apud congregationem, acquiſivit
terram hæreditatis. David per clemen- 57
tiam obtinuit thronum regni ſempiter-
ni. Elia zelum habendo pro lege, elatus 58
eſt in cœlum. Hanania, Azaria, & Miſa- 59
el, quòd crediderint, erepti fuerunt è flam-
mâ ignis. Daniel propter ſimplicitatem 60
ſuam ereptus eſt ex ore leonum. Ita co- 61
gitate quomodo in ſingulis quibuſque ge-
nerationibus, quicunque ſperaverunt in eo,
nunquam depreſſi, aut infirmati ſunt. Ver- 62
ba viri iniqui ne pertimeſcatis; nam glo-
ria ejus in ſtercus & vermem abitura eſt:
Hodie extollitur, cras autem non erit: quo- 63
niam redibit in pulverem ſuum, & conſi-
lium ejus peribit. Vos ergo filii mei, con- 64
fortamini & corroboramini in lege, quia
per ipſam acquiretis gloriam. Ecce Sime- 65
onem fratrem veſtrum novi eſſe virum
conſilii atque prudentiæ; ipſi obedite cun-
ctis diebus veſtris, ipſéque ſit vobis ca-
put & rector. Juda verò Macbæus va- 66
lens robore à pueritia ſua, ipſe ſit vo-
bis dux & rector bellorum, ipſéque bel-
lum gerat contra gentes. Et vos, adducite 67
ad vos omnes factores legis, & ſumite vin-
dictam populi veſtri: Et retribuite retribu- 68
tionem gentibus, & reſpicite ad mandata
legis. Cúmque benedixiſſet eis, collectus 69
eſt ad majores ſuos. Ita mortuus eſt Ma- 70
thitha anno centeſimo quadrageſimo octa-
vo regni, & ſepelierunt eum filii ipſius in
ſepulchro patrum ejus in Moraim: & plan-
xerunt eum omnes Iſraëlitæ planctu magno.

CAP. III.

Itaque ſurrexit pro eo filius ejus Juda 1
Macbæus: Et adjuvabant eum omnes 2
fratres ejus, & omnes ii qui adhærebant
patri ejus: & gerebant prælium Iſraëlis li-
benti hilarique animo. Et magnam mul- 3
tamque gloriam conciliavit Juda populo
ſuo; nam indutus loricam ut gigas, & in-
ſtrumentis ſuis bellicis accinctus, prælia
geſſit, & caſtra jugulavit gladio ſuo: Et 4
ſimilis effectus leoni in operibus ſuis, &
ut catulus leonis rugiens ad prædam;

Versio VULG. LAT.

5 Et persecutus est iniquos perscrutans eos : & qui
conturbabant populum suum, eos succendit flam-
6 mis: Et repulsi sunt inimici ejus præ timore e-
jus, & omnes operarii iniquitatis conturbati sunt:
7 & directa est salus in manu ejus. Et exacerba-
bat reges multos, & lætificabat Jacob in operibus
suis, & in seculum memoria ejus in benedictione.
8 Et perambulavit civitates Juda, & perdidit impios
9 ex eis, & avertit iram ab Israel. Et nominatus
est usque ad novissimum terræ, & congregavit per-
10 euntes. Et congregavit Apollonius Gentes, & à
Samaria virtutem multam & magnam, ad bellan-
11 dum contra Israel. Et cognovit Judas, & exiit
obviàm illi : & percussit, & occidit illum : &
ceciderunt vulnerati multi, & reliqui fugerunt.
12 Et accepit spolia eorum: & gladiū Apollonii abstulit
13 Judas, & erat pugnans in eo omnibus diebus. Et
audivit Seron princeps exercitûs Syriæ, quòd con-
gregavit Judas congregationem fidelium & eccle-
14 siam secum, Et ait ; Faciam mihi nomen, & glo-
rificabor in regno, & debellabo Judam, & eos
qui cum ipso sunt, qui spernebant verbum regis.
15 Et præparavit se : & ascenderunt cum eo castra
impiorum, fortes auxiliarii, ut facerent vindictam
16 in filios Israel. Et appropinquaverunt usque ad
Bethoron : & exivit Judas obviàm illi cum paucis.
17 Ut autem viderunt exercitum venientem sibi obvi-
àm, dixerunt Judæ ; Quomodò poterimus pauci
pugnare contra multitudinem tantam, & tam for-
18 tem, & nos fatigati sumus jejunio hodié? Et ait
Judas ; Facile est concludi multos in manus pau-
corum : & non est differentia in conspectu Dei
19 cœli liberare in multis, & in paucis : Quoniam
non in multitudine exercitûs victoria belli, sed de
20 cœlo fortitudo est. Ipsi veniunt ad nos in mul-
titudine contumaci & superbia, ut disperdant nos,
& uxores nostras, & filios nostros, & ut spoli-
21 ent nos : Nos verò pugnabimus pro animabus
22 nostris, & legibus nostris : Et ipse Dominus
conteret eos ante faciem nostram : vos autem ne
timueritis eos.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α'.

5 Καὶ ἐδίωξεν ἀνόμους ἐξερευνῶν, καὶ τοὺς ταράσσοντας (†) τὸν λαὸν
6 αὐτοῦ ἐφλόγισε. Καὶ συνεστάλησαν οἱ ἄνομοι ἀπὸ τοῦ φόβου αὐτοῦ, καὶ
πάντες οἱ ἐργάται τῆς ἀνομίας συνεταράχθησαν, καὶ εὐωδώθη σωτη-
7 ρία ἐν χειρὶ αὐτοῦ. Καὶ (β) ἐπίκρανε βασιλεῖς πολλοὺς, καὶ (γ)
εὔφρανε τὸν Ἰακὼβ ἐν τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος τὸ
8 μνημόσυνον αὐτοῦ εἰς εὐλογίαν. Καὶ διῆλθεν ἐν πόλεσιν Ἰούδα,
καὶ (δ) ἐξωλόθρευσεν ἀσεβεῖς (ε) ἐξ αὐτῆς, καὶ ἀπέστρεψεν ὀργὴν
9 ἀπὸ Ἰσραήλ. Καὶ ὠνομάσθη ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς, καὶ συνήγαγεν
10 ἀπολλυμένους. Καὶ συνήγαγεν Ἀπολλώνιος ἔθνη, καὶ ἀπὸ Σαμα-
11 ρείας δύναμιν μεγάλην τοῦ πολεμῆσαι πρὸς Ἰσραήλ. Καὶ ἔγνω
Ἰούδας, καὶ ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν αὐτῷ, καὶ ἐπάταξεν αὐτὸν,
καὶ (ζ) ἀπέκτεινεν αὐτόν· καὶ ἔπεσον τραυματίαι πολλοὶ, καὶ οἱ ἐπίλοι-
12 ποι ἔφυγον. Καὶ (η) ἔλαβε τὰ σκῦλα αὐτῶν, καὶ τὴν μάχαιραν
Ἀπολλωνίου ἔλαβεν Ἰούδας, καὶ ἦν πολεμῶν ἐν αὐτῇ πάσας τὰς
13 ἡμέρας. Καὶ ἤκουσε Σήρων ὁ ἄρχων τῆς δυνάμεως Συρίας, ὅτι
ἤθροισεν Ἰούδας ἄθροισμα, καὶ ἐκκλησίαν πιστῶν μετ' αὐτοῦ (θ)
14 ἐκπορευομένων εἰς πόλεμον. Καὶ εἶπε, Ποιήσω ἐμαυτῷ ὄνομα καὶ
δοξασθήσομαι ἐν τῇ βασιλείᾳ, καὶ πολεμήσω τὸν Ἰούδαν καὶ τοὺς σὺν
15 αὐτῷ, (ι) τοὺς ἐξουδενοῦντας τὸν λόγον τοῦ βασιλέως. Καὶ (κ) προσέθε-
το τοῦ ἀναβῆναι· καὶ ἀνέβη μετ' αὐτοῦ παρεμβολὴ ἀσεβῶν ἰσχυρὰ
16 βοηθῆσαι αὐτῷ, καὶ ποιῆσαι τὴν ἐκδίκησιν ἐν υἱοῖς Ἰσραήλ. Καὶ
(λ) ἤγγισαν ἕως ἀναβάσεως (μ) Βαιθωρῶν· καὶ ἐξῆλθεν Ἰούδας
17 εἰς συνάντησιν (*) αὐτῶν ὀλιγοστός. Ὡς δὲ (ν) εἶδον τὴν παρεμβο-
λὴν ἐρχομένην εἰς συνάντησιν (ξ) αὐτοῖς, εἶπον τῷ Ἰούδα, Πῶς
δυνησόμεθα ὀλιγοστοὶ ὄντες πολεμῆσαι πρὸς πλῆθος (ο) τοσοῦτον
18 ἰσχυρόν; καὶ ἡμεῖς ἐκλελύμεθα ἀσιτοῦντες σήμερον. Καὶ εἶ-
πεν Ἰούδας, Εὔκοπόν ἐστι συγκλεισθῆναι πολλοὺς ἐν χερσὶν ὀλίγων.
καὶ οὐκ ἔστι διαφορὰ ἐναντίον (π) τοῦ Θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ σώζειν ἐν
19 πολλοῖς ἢ ἐν ὀλίγοις. Ὅτι οὐκ ἐν πλήθει δυνάμεως νίκη πολέ-
20 μου ἐστὶν, ἀλλ' ἢ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ (ρ) ἡ ἰσχύς. Αὐτοὶ ἔρχονται πρὸς
ἡμᾶς (σ) ἐν πλήθει ὕβρεως καὶ ἀνομίας, τοῦ ἐξᾶραι ἡμᾶς καὶ τὰς
21 γυναῖκας ἡμῶν καὶ τὰ τέκνα ἡμῶν, τοῦ σκυλεῦσαι ἡμᾶς. Ἡμεῖς
22 δὲ πολεμοῦμεν περὶ τῶν ψυχῶν ἡμῶν καὶ τῶν νομίμων ἡμῶν. Καὶ
αὐτὸς συντρίψει αὐτοὺς πρὸ προσώπου ἡμῶν· ὑμεῖς δὲ μὴ φοβεῖσθε
ἀπ' αὐτῶν.

MS.A. (†) τὸν * αὐτοῦ (β) ἐπίκραναν (γ) εὔφρανεν (δ) ἐξωλόθρευ-
σεν (ε) ἐπ' αὐτῆς, (ζ) ἀπέκτεινεν· καὶ ἔπεσον (η) ἔλαβον τὰ σκῦλα
(θ) καὶ ἐκπορευομένων (ι) καὶ τοὺς (κ) προσέθετο, καὶ ἀνέβη (λ)
ἤγγισεν (μ) Μεθωρῶν (*) αὐτῷ (ν) ἴδαν (ξ) αὐτῷ, εἶπαν τῷ
Ἰούδα, Τί δυνησόμεθα (ο) τοσοῦτο; καὶ ἡμεῖς (π) τοῦ οὐρανοῦ
(ρ) ἰσχύς. (σ) πλήθει

Interp. LAT.

Et persecutus est iniquos, perscrutans : & qui
conturbabant populum suum, eos succendit flam- 5
mis. Et compulsi sunt iniqui à timore ejus :
& omnes operarii iniquitatis conturbati sunt : 6
& directa est salus in manu ejus. Et exa-
cerbabat reges multos : & lætificabat Jacob in 7
operibus suis : & in seculum memoria ejus in
benedictione. Et perambulabat civitates Ju-
da, & perdidit impios ex ea : & avertit iram 8
ab Israel. Et nominatus est usque ad novissi-
mum terræ : & congregavit pereuntes. Et 9
congregavit Apollonius gentes, & à Samaria 10
virtutem magnam ad bellandum contra Israel.
Et cognovit Judas, & exivit obviàm illi : &
percussit illum, & occidit illum : & ceciderunt 11
vulnerati multi : & reliqui fugerunt. Et ac-
cepit spolia eorum : & gladium Apollonii ab- 12
tulit Judas : & erat pugnans in eo omnibus
diebus. Et audivit Seron princeps exercitûs
Syriæ, quòd congregavit Judas congregationem 13
& ecclesiam fidelium secum exeuntium in præ-
lium : Et ait ; Faciam mihi nomen, & glorifi-
cabor in regno : & debellabo Judam, & eos 14
qui cum ipso sunt, qui spernebant verbum re-
gis. Et præparavit se ad ascendendum: & ascen-
derunt cum eo castra impiorum fortia auxili- 15
ari ei, & facere vindictam in filios Israel. Et
appropinquaverunt usque ad ascensum Betho- 16
ron. Et exivit Judas obviàm illis cum pau-
cis. Ut autem viderunt exercitum venientem
sibi obviàm, dixerunt Judæ ; Quomodò pote- 17
rimus pauci pugnare contra multitudinem hanc
tantam, fortem ; & nos fatigati sumus jejunio
hodié? Et ait Judas ; Facile est concludi mul- 18
tos in manibus paucorum : & non est differen-
tia in conspectu (a) Dei cœli, liberare in mul-
tis, aut in paucis ; Quoniam non in multitu- 19
dine exercitûs victoria belli est : sed de cœlo
fortitudo. Ipsi veniunt ad nos in multitudine
contumeliæ, & iniquitatis ; ut disperdant nos, 20
& uxores nostras, & filios nostros, ut spoli-
ent nos. Nos verò pugnamus pro animabus 21
nostris, & legibus nostris. Et ipse conteret eos 22
ante faciem nostram. Vos autem ne timueri-
tis eos.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]

Sedulò persecutus est iniquos ; & eos qui
conterebant populum suum, flammis exus-
sit : Adeò ut fugerent & exterrerentur ini-
qui metu ipsius, & omnes flagitiosi per-
turbarentur, & oriretur salus per manum
ipsius. Sic exasperans & affligens reges
multos, lætitia & jucunditate affecit Isra-
ëlem operibus suis ; ita ut in seculum us-
que perduratura sit memoria ejus in bene-
dictionem. Et perlustrans urbes Judæ, per-
didit ex eis impios, & recessit ira ab Is-
raële. Factus est celebris usque ad extre-
ma terræ, & congregavit dispersos. Quam-
obrem congregavit Apollonius gentes, &
ex Samaria copias multas, ut pugnaret ad-
versùs Israëlem. Quod cùm cognovisset
Juda, processit obviam illis, & percussit
ac prostravit eum : & cadentibus ex eis
confossis multis, reliqui fugerunt : Et
ceperunt spolia eorum ; quin etiam
gladium Apollonii accepit Juda, eoque
bellum gerebat cunctis diebus. Audiens
autem Hiron dux copiarum Syriæ colle-
gisse Judam cœtum fidelium apud se,
prodeuntium ad bellum ; dixit : Com-
parabo mihi nomen, & gloriosus reddar
in regno, debellans Judam, & eos qui
sunt cum ipso, eos qui despiciunt verbum
regis. Cum itaque adjecisset ascendere,
& ascendisset cum eo classis magna & va-
lida hominum impiorum in auxilium ejus,
ad exercendam ultionem in filios Israëlis,
Pervenissétque usque ad clivum Beth ho-
ronis ; processit Juda obviam ei cum pau-
cis hominibus. At cùm vidissent hi qui
erant cum Juda classem venientem obvi-
am sibi, dixerunt Judæ ; Quomodo pote-
rimus cùm pauci simus, pugnare adver-
sùs totum hunc exercitum validissimum,
quum nos præsertim languidi simus, quòd
nil comederimus hodiè? Quibus dixit Ju-
da, Facile hoc est, ut tradantur multi in
manum paucorum, nec ullus est obex co-
ram habitatore cœli, per multos servare
an per paucos. Neque enim robore mul-
to reportatur victoria certaminis, sed è
cœlo quidem datur robur. Isti adoriuntur
nos cum multitudine exercitûs, iniquitatis,
& injuriarum, ut tollant deleántq; nos cum
uxoribus & filiis nostris, & ut nos præ-
dentur. Nos verò pugnamus pro anima-
bus nostris & lege nostrâ. Dominus con-
teret eos coram nobis : vos ergò ne metu-
atis eos.

Versio V U L G. LAT.

23 Ut cessavit autem loqui, insiluit in eos subitò : &
contritus est Seron, & exercitus ejus in conspectu
24 ipsius : Et persecutus est eum in descensu Bethoron
usque in campum, & ceciderunt ex eis octingenti vi-
25 ri, reliqui autem fugerunt in terram Philisthiim. Et
cecidit timor Judæ, ac fratrum ejus, & formido, super
26 omnes gentes in circuitu eorum. Et pervenit ad
regem nomen ejus, & de præliis Judæ narrabant o-
27 mnes gentes. Ut audivit autem rex Antiochus ser-
mones istos, iratus est animo : & misit, & congrega-
vit exercitum universi regni sui, castra fortia valdè :
28 Et aperuit ærarium suum, & dedit stipendia exer-
citui in annum : & mandavit illis ut essent parati ad
29 omnia. Et vidit quòd defecit pecunia de thesauris
suis, & tributa regionis modica propter dissensio-
nem, & plagam, quam fecit in terra, ut tolleret le-
30 gitima, quæ erant à primis diebus. Et timuit ne non
haberet ut semel & bis, in sumptus & donaria, quæ
dederat antè largâ manu : & abundaverat super re-
31 ges, qui ante eum fuerant. Et consternatus erat
animo valdè, & cogitavit ire in Persidem, & ac-
cipere tributa regionum, & congregare argentum
32 multum. Et reliquit Lysiam hominem nobilem de
genere regali, super negotia regia, à flumine Eu-
33 phrate usque ad flumen Ægypti : Et ut nutriret An-
34 tiochum filium suum, donec rediret. Et tradidit ei
medium exercitum, & elephantos : & mandavit ei
de omnibus quæ volebat, & de inhabitantibus Ju-
35 dæam & Jerusalem : Et ut mitteret ad eos exerci-
tum, ad conterendam & extirpandam virtutem Is-
rael, & reliquias Jerusalem, & auferendam memo-
36 riam eorum de loco : Et ut constitueret habita-
tores filios alienigenas in omnibus finibus eorum,
37 & sorte distribueret terram eorum. Et rex assum-
psit partem exercitûs residui, & exivit ab Antio-
chia civitate regni sui, anno centesimo & quadra-
gesimo septimo : & transfretavit Euphraten flu-
38 men, & perambulabat superiores regiones. Et
elegit Lysias Ptolemæum filium Dorymini, & Ni-
canorem, & Gorgiam, viros potentes ex amicis
regis :

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α'.

23 Ὡς δὲ ἐπαύσατο λαλῶν, ἐνήλατο(τ) εἰς αὐτοὺς ἄφνω, καὶ συνετρίβη
24 Σήρων καὶ ἡ παρεμβολὴ αὐτοῦ ἐνώπιον αὐτοῦ. Καὶ ἐδίωκον (υ) αὐτὸν
ἐν τῇ καταβάσει Βαιθωρὼν ἕως τοῦ πεδίου. καὶ ἔπεσον ἀπ' αὐτῶν εἰς
25 ἄνδρας ὀκτακοσίους· οἱ δὲ λοιποὶ ἔφυγον εἰς γῆν Φυλιστιείμ. Καὶ
ἤρξατο ὁ φόβος Ἰούδα καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ καὶ ἡ (φ) πτόησις ἐπιπί-
26 πτειν ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ κύκλῳ αὐτῶν. Καὶ ἤγγισεν ἕως τοῦ βασιλέως
τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ ὑπὲρ τῶν παρατάξεων Ἰούδα ἐξηγεῖτο πᾶν
27 ἔθνος. Ὡς δὲ ἤκουσεν Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς τοὺς λόγους τούτους,
ὠργίσθη θυμῷ. καὶ ἀπέστειλε καὶ συνήγαγε τὰς δυνάμεις πάσας τῆς
28 βασιλείας αὐτοῦ, παρεμβολὴν ἰσχυρὰν σφόδρα. Καὶ ἤνοιξε τὸ γα-
ζοφυλάκιον αὐτοῦ, καὶ ἔδωκεν ὀψώνια ταῖς δυνάμεσιν αὐτοῦ εἰς (χ)
ἐνιαυτόν· καὶ ἐνετείλατο (ψ) ταῖς αὐτοὺς ἑτοίμους εἰς πᾶσαν χρείαν.
29 Καὶ εἶδεν ὅτι ἐξέλιπε τὸ ἀργύριον ἀπὸ τῶν θησαυρῶν, καὶ οἱ (ω) φορο-
λόγοι τῆς χώρας ὀλίγοι, χάριν τῆς διχοστασίας καὶ πληγῆς ἧς κατεσκεύ-
ασεν ἐν τῇ γῇ, τοῦ ἆραι τὰ νόμιμα ἃ ἦσαν ἀφ' ἡμερῶν τῶν πρώ-
30 των. Καὶ εὐλαβήθη μὴ οὐκ (') ἔχῃ ὡς ἅπαξ καὶ δὶς εἰς τὰς δαπάνας
καὶ τὰ δόματα ἃ ἐδίδου (α) ἔμπροσθεν δαψιλεῖ χειρί, (β) καὶ ἐπερίσ-
31 σευσεν ὑπὲρ τοὺς βασιλεῖς τοὺς ἔμπροσθεν. Καὶ ἠπορεῖτο τῇ
ψυχῇ αὐτοῦ σφόδρα, καὶ (γ) ἐβουλεύσατο τοῦ πορευθῆναι εἰς τὴν Περ-
σίδα, καὶ λαβεῖν τοὺς φόρους τῶν χωρῶν, καὶ συναγαγεῖν ἀργύριον (δ)
32 πολύ. Καὶ κατέλιπε Λυσίαν ἄνθρωπον ἔνδοξον καὶ ἀπὸ γένους τῆς
βασιλείας, ἐπὶ τῶν πραγμάτων τοῦ βασιλέως ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ
33 Εὐφράτου, ἕως τῶν ὁρίων Αἰγύπτου. Καὶ τρέφειν Ἀντίοχον τὸν υἱὸν
34 αὐτοῦ ἕως τοῦ ἐπιστρέψαι αὐτόν. Καὶ παρέδωκεν αὐτῷ τὰς ἡμίσεις
τῶν δυνάμεων καὶ τοὺς ἐλέφαντας· καὶ ἐνετείλατο αὐτῷ περὶ πάντων ὧν
ἐβούλετο, καὶ περὶ (ε) τῶν κατοικούντων τὴν Ἰουδαίαν καὶ Ἱερουσαλήμ,
35 Ἀποστεῖλαι ἐπ' αὐτοὺς δύναμιν, τοῦ (ζ) ἐκτρίψαι καὶ ἐξᾶραι τὴν ἰσχὺν
Ἰσραήλ, καὶ τὸ κατάλειμμα Ἱερουσαλήμ, καὶ ἆραι τὸ μνημόσυνον (η)
36 αὐτῶν ἀπὸ τοῦ τόπου, Καὶ κατοικῆσαι υἱοὺς (θ) ἀλλογενεῖς ἐν πᾶσι
37 τοῖς ὁρίοις αὐτῶν, καὶ (ι) κατακληροδοτῆσαι τὴν γῆν αὐτῶν. Καὶ ὁ
βασιλεὺς παρέλαβε τὰς ἡμίσεις τῶν δυνάμεων τὰς καταλειφθεί-
σας, καὶ ἀπῆρεν ἀπὸ Ἀντιοχείας ἀπὸ πόλεως βασιλείας αὐτοῦ, ἔτους ἑ-
βδόμου καὶ (κ) τεσσαρακοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ· καὶ διεπέρασε τὸν
38 Εὐφράτην ποταμόν, καὶ διεπορεύετο τὰς ἐπάνω χώρας. Καὶ ἐπέ-
λεξε Λυσίας Πτολεμαῖον τὸν Δορυμένους, (λ) καὶ Νικάνορα, καὶ
Γοργίαν, ἄνδρας δυνατοὺς τῶν φίλων τοῦ βασιλέως.

MS. A. (τ) ἐπ' (υ) αὐτοὺς (φ) πτόη ἐπιπτεν (χ) τὸν ἐνιαυτόν. (ψ) αὐτοῖς εἰς ἐνιαυτὸν εἶναι ἑτοίμους (ω) φόροι (') ἔχει (α) ἔντροσθεν δαψιλῆ (ζ) Καὶ ἠπορεῖτο (γ) ἐβουλεύσατο (δ) πολύν. (ε) πάντων τῶν (ζ) ἐκτρίψαι (η) αὐτοῦ (θ) ἀλλοτρίους (ι) κατακληρονομῆσαι (κ) τεσσαρακοστοῦ (λ) Νικάνορα,

Interp. L A T.

Ut cessavit autem loqui; insiluit in eos subitò : 23
& contritus est Seron, & exercitus ejus in con-
spectu ipsius. Et persecutus est eum in descen- 24
su Bethoron usque in campum : & ceciderunt
ex eis octingenti circiter viri : reliqui autem
fugerunt in terram Phylistiim. Et cœpit timor 25
Judæ, & fratrum ejus, & formido, cadere
super gentes quæ in circuitu eorum. Et perve- 26
nit usque ad regem nomen ejus : & de præliis
Judæ narrabant omnes gentes. Ut audivit au- 27
tem rex Antiochus sermones istos; iratus est
animo : & misit, & congregavit exercitum
universum regni sui, castra fortia valdè. Et 28
aperuit ærarium suum, et dedit stipendia exer-
citui suo in annum : & mandavit, ut (b) essent
parati ad omnem usum. Et vidit, quòd defecit 29
pecunia de thesauris, & (c) collectores tribu-
torum regionis pauci propter dissensionem ; &
plagam, quam fecit in terra ; ut tolleret legiti-
ma quæ erant à primis diebus. Et timuit, ne 30
non haberet, ut semel, & bis, in sumptus, &
donaria, quæ dederat antè largâ manu : &
abundaverat super reges qui antea fuerant. Et 31
consternatus erat animo suo valdè : & cogitavit
ire in Persidem, & accipere tributa regio-
num, & congregare argentum multum. Et 32
reliquit Lysiam, hominem nobilem, & de genere
regali, super negotia regia à flumine Euphrate
usque ad fines Ægypti : Et ut nutriret Antio- 33
chum filium suum, donec rediret. Et tradidit ei 34
dimidium exercituum, & elephantos, & man-
davit ei de omnibus quæ volebat, & de inha-
bitantibus Judæam, & Hierusalem : Ut mit- 35
teret ad eos exercitum ad conterendam & ex-
tirpandam virtutem Israel, & reliquias Hie-
rusalem, & auferendam memoriam eorum de
loco : Et ut constitueret habitatores filios ali- 36
enigenas in, omnibus finibus eorum, & forte
distribueret terram eorum. Et rex assumpsit 37
dimidium exercitûs residuum : & exivit ab
Antiochia, à civitate regni sui, anno septimo
& quadragesimo et centesimo : et transfretavit
Euphratem flumen : et perambulabat superiores
regiones. Et elegit Lysias Ptolemæum filium 38
Dorymenis, et Nicanorem, et Gorgiam, viros po-
tentes, ex amicis regis.

Versio S Y R I A C A cum Interpretatione L A T I N A.

23 [illegible]
24 [illegible]
[illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
[illegible]
29 [illegible]
[illegible]
30 [illegible]
[illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
[illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
[illegible]
36 [illegible]
[illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
[illegible]

Cúmque desiisset Juda loqui, exiliens irruit 23
in eos repentè, corruitque Hiron, & militia
ipsius coram illo : Et persecuti sunt eum 24
Judæi in declivi Beth-horonis ad planitiem
usque ; & ceciderunt ex eis fermè octingen-
ti viri, reliqui verò fugerunt in regionem
Palæstinorum. Ita cœpit metus Judæ & 25
fratrum ipsius, eorúmque formido, irruere
in omnes populos circumiacentes : Et per- 26
venit nomen ejus ad regem usque : & ge-
sta Judæ narrabant omnes gentes. Ut au- 27
tem audivit Antiochus verba ista, irâ per-
citus est ; & mittens congregavit totum ex-
ercitum regni sui, militiam ingentem ac va-
lidam : Apertisq; thesauris suis dedit stipen- 28
dia copiis suis in annum unum, præcipiens
eis, ut parati et expediti essent ad omne opus.
Sed videns deficere sibi pecuniam ex ærario 29
suo, & coactiones pecuniæ terræ modicas
esse propter seditionem & plagam quam
fecerat in terra, quódque voluisset abolere
pristinos ritus majorum eorum ; Veritús- 30
que quin suppeteret sibi quod daret secun-
dâ vice (non desistebat enim donare lar-
gâ manu, plusquam reges qui præcesserant 31
eum) Ac proinde animo valdè afflictus ;
cogitavit Antiochus de eundo Persidem ad
exigendum tributa terræ, & colligendum
pecuniam multam. Itaque reliquit Lysi- 32
am virum gloriosum, qui erat è genere
regio, præfectum negotiis regis, à fluvio
Euphrate usque ad terminum Ægypti ; Et ad 33
educandum filium suum Antiochum usq; ad
reditum & adventum suum. Et tradidit ei 34
elephantos et dimidium exercitûs sui, dedit-
que mandata de omnibus iis quæ volebat,
& de habitatoribus Judææ & Jerusalem,
Ut mitteret in eos exercitum, & deleret 35
absumeretque nomen Israëlis, perderet
reliquias Jerusalem, tolleretque memori-
am eorum ex eo loco, Collocaret alie- 36
nigenas in omnibus finibus eorum, & ter-
ram eorum daret in hæreditatem. Rex au- 37
tem abduxit dimidium exercitûs quod re-
liquum erat, & profectus est Antiochiâ
urbe suâ regiâ : & anno centesimo qua-
dragesimo septimo, trajiciens fluvium Eu-
phratem perlustrabat regiones superiores.
Porrò Lysias elegit Ptolomæum filium 38
Dorymenis, & Nicanorem, & Gorgiam
homines potentes, ex amicis regis;

Versio VULG. LAT.

39 Et misit cum eis quadraginta millia virorum, & se-
ptem millia equitum, ut venirent in terram Juda, &
40 disperderent eam secundùm verbum regis. Et pro-
cesserunt cum universa virtute sua, & venerunt, &
41 applicuerunt Emmaum in terra campestri. Et audi-
erunt mercatores regionum nomen eorum : & acce-
perunt argentum & aurum multum valdè, & pue-
ros : & venerunt in castra, ut acciperent filios Israel
in servos : & additi sunt ad eos exercitus Syriæ, &
42 terræ alienigenarum. Et vidit Judas, & fratres e-
jus, quia multiplicata sunt mala, & exercitus appli-
cabant ad fines eorum : & cognoverunt verba regis,
quæ mandavit populo facere in interitum & consum-
43 mationem : Et dixerunt unusquisque ad proximum
suum ; Erigamus dejectionem populi nostri, & pu-
44 gnemus pro populo nostro, & sanctis nostris. Et
congregatus est conventus ut essent parati in præ-
lium ; & ut orarent, & peterent misericordiam &
45 miserationes. Et Jerusalem non habitabatur, sed
erat sicut desertum : non erat qui ingrederetur & e-
grederetur de natis ejus : & sanctum conculcabatur :
& filii alienigenarum erant in arce, ibi erat habita-
tio Gentium : & ablata est voluptas à Jacob, & de-
46 fecit ibi tibia & cithara. Et congregati sunt, &
venerunt in Maspha contra Jerusalem : quia locus
47 orationis erat in Maspha antè in Israel. Et jejuna-
verunt illâ die, & induerunt se ciliciis, & cinerem im-
posuerunt capiti suo, & disciderunt vestimenta sua :
48 Et expanderunt libros legis, de quibus scrutabantur
49 Gentes similitudinem simulachrorum suorum : Et
attulerunt ornamenta sacerdotalia, & primitias, &
decimas : & suscitaverunt Nazaræos, qui impleverant
50 dies : Et clamaverunt voce magnâ in cœlum, di-
centes ; Quid faciemus istis, & quò eos ducemus ?
51 Et sancta tua conculcata sunt, & contaminata sunt, &
sacerdotes tui facti sunt in luctum, & in humilitatem.
52 Et ecce Nationes convenerunt adversùm nos ut nos
53 disperdant : tu scis quæ cogitant in nos. Quomodò
poterimus subsistere ante faciem eorum, nisi tu, Deus,
54 adjuves nos ? Et tubis exclamaverunt voce magnâ.
55 Et post hæc constituit Judas duces populi, tribunos,
& centuriones, & pentacontarchos, & decuriones.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α΄.

39 Καὶ ἀπέστειλε μετ' αὐτῶν (μ) τεσσαράκοντα χιλιάδας ἀνδρῶν καὶ
(ν) ἑπτακισχιλίαν ἵππον, τοῦ ἐλθεῖν εἰς γῆν Ἰούδα, καὶ κατα-
40 φθεῖραι αὐτὴν, κατὰ τὸν λόγον τοῦ βασιλέως. Καὶ ἀπῆραν σὺν πάσῃ
τῇ δυνάμει αὐτῶν, καὶ ἦλθον, καὶ (ξ) παρενέβαλον πλησίον
41 Ἐμμαοὺμ ἐν τῇ γῇ τῇ πεδινῇ. Καὶ ἤκουσαν οἱ ἔμποροι τῆς χώρας
τὸ ὄνομα αὐτῶν, καὶ ἔλαβον ἀργύριον καὶ χρυσίον (ο) πολὺ σφόδρα
καὶ παῖδας, καὶ ἦλθον εἰς τὴν παρεμβολὴν τοῦ λαβεῖν τοὺς υἱοὺς
Ἰσραὴλ εἰς παῖδας· καὶ (π) προσετέθησαν πρὸς αὐτοὺς δύναμις
42 Συρίας καὶ γῆς ἀλλοφύλων. Καὶ εἶδεν Ἰούδας καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ
ὅτι ἐπληθύνθη τὰ κακὰ, καὶ αἱ δυνάμεις παρεμβάλλουσιν ἐν τοῖς
ὁρίοις αὐτῶν· καὶ ἐπέγνωσαν τοὺς λόγους (ρ) τοῦ βασιλέως οὓς ἐνε-
43 τείλατο ποιῆσαι τῷ λαῷ εἰς ἀπώλειαν καὶ συντέλειαν· Καὶ (σ)
εἶπεν ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, Ἀναστήσωμεν τὴν καθαίρεσιν
τοῦ λαοῦ ἡμῶν, (τ) καὶ πολεμήσωμεν περὶ τοῦ λαοῦ ἡμῶν καὶ τῶν
44 ἁγίων. Καὶ (υ) συνηθροίσθη ἡ συναγωγὴ τοῦ εἶναι ἑτοίμους εἰς πό-
45 λεμον, καὶ τοῦ προσεύξασθαι, καὶ αἰτῆσαι ἔλεον καὶ οἰκτιρμούς. Καὶ
Ἰερουσαλὴμ ἦν ἀοίκητος ὡς ἔρημος, οὐκ ἦν ὁ εἰσπορευόμενος
καὶ ἐκπορευόμενος ἐκ τῶν (φ) γεννημάτων αὐτῆς· καὶ τὸ ἁγία-
σμα καταπατούμενον, καὶ υἱοὶ ἀλλογενῶν ἐν τῇ ἄκρᾳ, (χ) κατά-
λυμα τοῖς ἔθνεσι· καὶ ἐξήρθη τέρψις ἐξ Ἰακὼβ, καὶ ἐξέλιπεν
46 αὐλὸς καὶ κινύρα. Καὶ συνήχθησαν, καὶ ἦλθοσαν εἰς Μασσηφὰ
κατέναντι Ἰερουσαλὴμ, ὅτι τόπος προσευχῆς εἰς Μασσηφὰ τὸ
47 πρότερον τῷ Ἰσραήλ. Καὶ ἐνήστευσαν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ περιεβάλον-
το σάκκους καὶ σποδὸν ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ διέῤῥηξαν τὰ ἱμά-
48 τια αὐτῶν· Καὶ ἐξεπέτασαν τὸ βιβλίον τοῦ νόμου, περὶ ὧν ἐξηρεύ-
49 νων τὰ ἔθνη τὰ ὁμοιώματα τῶν εἰδώλων αὐτῶν. Καὶ ἤνεγκαν
τὰ ἱμάτια τῆς ἱερωσύνης, καὶ τὰ (ψ) πρωτογεννήματα, καὶ τὰς δεκά-
50 τας· καὶ ἤγειραν τοὺς Ναζιραίους, οἳ ἐπλήρωσαν τὰς ἡμέρας. Καὶ ἐβόη-
σαν φωνῇ εἰς τὸν οὐρανὸν, λέγοντες, Τί ποιήσωμεν τούτοις, καὶ ποῦ αὐτοὺς
51 ἀπαγάγωμεν ; Καὶ τὰ ἅγιά σου καταπεπάτηνται, καὶ βεβήλωνται· καὶ οἱ
52 ἱερεῖς σου ἐν πένθει καὶ ταπεινώσει. Καὶ ἰδοὺ τὰ ἔθνη συνῆκται ἐφ'
53 ἡμᾶς τοῦ ἐξᾶραι ἡμᾶς. σὺ οἶδας ἃ λογίζονται ἐφ' ἡμᾶς. Πῶς
δυνησόμεθα ὑποστῆναι κατὰ πρόσωπον αὐτῶν, ἐὰν μὴ σὺ βοηθήσῃς
54 ἡμῖν ; Καὶ ἐσάλπισαν ταῖς σάλπιγξι, καὶ ἐβόησαν φωνῇ μεγάλῃ.
55 Καὶ μετὰ τοῦτο κατέστησεν Ἰούδας ἡγουμένους τοῦ λαοῦ, χιλιάρχους, καὶ
ἑκατοντάρχους, καὶ πεντηκοντάρχους, καὶ (ω) δεκάρχους.

MS.A. (μ) τεσσεράκοντα (ν) ἑπτακισχίλιον (ξ) παρέβαλον πλησίον
Ἀμμαοὺμ (ο) πολὺν (π) προσετέθησαν (ρ) τῆς βασιλείας (σ) εἶπαν (τ)
καὶ τῶν ἁγίων. Καὶ (υ) ἠθροίσθησαν (φ) γεννημάτων (χ) κατάλυμα ἐν
τοῖς (ψ) πρωτογενήματα, (ω) δεκαδάρχους. Καὶ εἶπεν

Interp. LAT.

Et misit cum eis quadraginta millia virorum, & septem millia equitum, ut venirent in terram Juda, & disperderent eam secundum verbum regis. Et processerunt cum universa virtute sua, & venerunt, & applicuerunt prope Emmaum in terra campestri. Et audierunt mercatores regionis nomen eorum : & acceperunt argentum & aurum multum valde, & pueros : & venerunt in castra ; ut acciperent filios Israel in servos. Et additi sunt ad eos exercitus Syriæ, & terræ alienigenarum. Et vidit Judas, & fratres ejus, quia multiplicata sunt mala, & exercitus castrametabantur in finibus ipsorum, & cognoverunt verba regis, quæ mandavit populo facere in interitum, & consummationem. Et dixit unusquisque ad proximum suum ; Erigamus dejectionem populi nostri, & pugnemus pro populo nostro, & sanctis. Et congregatus est conventus, ut essent parati in prælium, & ut orarent, & peterent misericordiam, & miserationes. Et Hierusalem erat inhabitata, sicut desertum : non erat qui ingrederetur, & egrederetur, de natis ejus : & sanctum conculcabatur : & filii alienigenarum erant in arce : ibi erat habitatio gentibus. Et ablata est voluptas à Jacob : & defecit tibia, & cithara. Et congregati sunt, & venerunt in Massepha contra Hierusalem : quia locus orationis erat in Massepha anteà Israeli. Et jejunaverunt illâ die, & induerunt se ciliciis, & cinere super capita sua, & disciderunt vestimenta sua. Et expanderunt (d) librum legis, de quibus scrutabantur gentes similitudinem simulachrorum suorum. Et attulerunt vestimenta sacerdotalia, & primitias, & decimas. Et suscitaverunt Naziræos : qui impleverunt dies. Et clamaverunt voce in cœlum, dicentes ; Quid faciemus istis, & quò eos ducemus ? Et sancta tua conculcata sunt, & contaminata sunt : & sacerdotes tui in luctu, & humilitate. Et ecce nationes convenerunt adversùm nos, ut nos disperdant. Tu scis quæ cogitant in nos. Quomodò poterimus subsistere ante faciem eorum, nisi tu adjuves nos ? Et cecinerunt tubis, & exclamaverunt voce magnâ. Et post hæc constituit Judas duces populi, tribunos, & centuriones, & pentacontarchos, & decuriones.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]
50 [illegible]
51 [illegible]
52 [illegible]
53 [illegible]
54 [illegible]
55 [illegible]

Et misit cum eis decem millia peditum & septem millia equitum, ut irent in terram Judæ ad vastandum eam secundùm verbum regis. Ptolomenses itaque profecti cum universo exercitu suo, venerunt & castrametati sunt ad latus Emaus in terra campestrium. Horum famam cùm audissent mercatores terræ, assumpserunt argentum & aurum multum, catenasque, & compedes, & venerunt ad castra, ad accipiendum Israëlitas in servos, quibuscum adjunxerunt se copiæ Syriæ & populus Palæstinorum. Videns ergo Juda & fratres ejus quòd multiplicata essent mala, & exercitus vallâsse terminos suos; rescientes etiam verba regis quæ mandaverat de populo perdendo atque delendo : dixerunt alter alteri, Restauremus destructionem populi nostri, & pugnemus pro populo & sanctuario nostro. Et congregatus est cœtus eorum, ut esset paratus ad pugnam, & ad orandum, petendúmque misericordiam & clementiam. Quoniam verò Jerusalem erat deserta, inhabitata, nullusque natorum ejus erat qui ingrederetur aut egrederetur in ea, sanctuarium ejus conculcabatur, alienigenæ habitabant in arce ipsius, eratque diversorium gentium, & ablata erat lætitia à Jacobo, & defecerant ab eo citharæ fidésque : Ideò congregaverunt se, & ingressi sunt in Masphia è regione Jerusalem, quia locus orationis fuerat olim Masphia Israëlitis. Et jejunarunt eo die, seséque ciliciis tegentes, imposuerunt pulverem capitibus suis, lacerârunt vestimenta sua, Expanderunt volumen legis, & exposuerunt coram Sancto, causâ gentium quæ cogebant eos ad gerendum se iuxta ipsarum. Attulerunt etiam vestes sacerdotales, & primitias proventuum, ac decimas; excitaverunt Nazaræos illos qui perfecerant dies abstinentiæ suæ : Exclamaverunt ad habitatorem cœli, & dixerunt; Quid faciemus istis, aut quò transferemus eos ? Et ecce sanctuarium tuum conculcatur, & contaminatur, & sacerdotes tui in luctu & humilitate versantur : Et ecce gentes congregatæ sunt adversùm nos, ut tollant nos, tu nôsti quid machinantur contra nos. Quomodo poterimus resistere eis, nisi tu opem feras nobis ? Clanxeruntque buccinis, & exclamaverunt clarâ voce. Posthæc constituit Juda duces populi, tribunos, centuriones, & duces quinquagenorum.

Versio VULG. LAT.

56 Et dixit his, qui ædificabant domos, & sponsabant u-
xores, & plantabant vineas, & formidolosis, ut redi-
rent unusquisque in domum suam secundùm legem.
57 Et moverunt castra, & collocaverunt ad Austrum Em-
58 maum. Et ait Judas; Accingimini, & estote filii po-
tentes, & estote parati in mane, ut pugnetis adversùs
Nationes has, quæ convenerunt adversùs nos, disper-
59 dere nos & sancta nostra: Quoniam melius est nos
mori in bello, quàm videre mala gentis nostræ, & san-
60 ctorum. Sicut autem fuerit voluntas in cœlo, sic fiat.

CAP. IV.

1 Et assumpsit Gorgias quinque millia virorum, &
2 mille equites electos: & moverunt castra nocte, Ut
applicarent ad castra Judæorum, & percuterent eos
3 subitò: & filii, qui erant ex arce, erant illis duces. Et
audivit Judas, & surrexit ipse, & potentes, percutere
virtutem exercituum regis, qui erant in Emmaum.
4 Adhuc enim dispersus erat exercitus à castris. Et ve-
5 nit Gorgias in castra Judæ noctu, & neminem inve-
nit, & quærebat eos in montibus: quoniam dixit;
6 Fugiunt hi à nobis. Et cùm dies factus esset, apparuit
Judas in campo cum tribus millibus virorum tantùm,
7 qui tegumenta & gladios non habebant: Et viderunt
castra Gentium valida, & loricatos, & equitatus in
8 circuitu eorum, & hi docti ad prælium. Et ait Judas
viris, qui secum erant; Ne timueritis multitudinem
9 eorum, & impetum eorum ne formidetis. Memento-
te qualiter salvi facti sunt patres nostri in mari rubro,
10 cùm sequeretur eos Pharao cum exercitu multo. Et
nunc clamemus in cœlum; & miserebitur nostri Do-
minus, & memor erit testamenti patrum nostrorum,
& conteret exercitum istum ante faciem nostram ho-
11 diè: Et scient omnes gentes, quia est qui redimat &
12 liberet Israel. Et elevaverunt alienigenæ oculos suos,
13 & viderunt eos venientes ex adverso. Et exierunt de
castris in prælium, & tubâ cecinerunt hi qui erant cum
14 Juda. Et congressi sunt, & contritæ sunt Gentes, &
15 fugerunt in campum. Novissimi autem omnes cecide-
runt in gladio, & persecuti sunt eos usque Gezeron,
& usque in campos Idumææ, & Azoti, & Jamniæ: &
ceciderunt ex illis usque ad tria millia virorum.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α΄.

56 Καὶ εἶπον τοῖς οἰκοδομοῦσιν (*) οἰκίας, καὶ μνηστευομένοις γυναῖκας, καὶ
φυτεύουσιν ἀμπελῶνας, καὶ δειλοῖς, ἀποστρέφειν ἕκαστον εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ,
57 κατὰ τὸν νόμον. Καὶ ἀπῆρεν ἡ παρεμβολὴ, καὶ (α) παρενέβαλε κατὰ Νό-
58 τον Ἐμμαούμ. Καὶ εἶπεν Ἰούδας, Περιζώσασθε, καὶ γίνεσθε εἰς υἱοὺς δυ-
νατοὺς, καὶ γίνεσθε ἕτοιμοι εἰς τὸ πρωῒ τοῦ πολεμῆσαι ἐν τοῖς ἔθνεσι τού-
τοις, τοῖς ἐπισυνηγμένοις ἐφ᾽ ἡμᾶς ἐξᾶραι ἡμᾶς, καὶ τὰ ἅγια ἡμῶν.
59 Ὅτι κρεῖσσον ἡμᾶς ἀποθανεῖν ἐν τῷ πολέμῳ, ἢ (β) ἐπιδεῖν ἐπὶ τὰ κα-
60 κὰ τοῦ ἔθνους ἡμῶν καὶ τῶν ἁγίων. Ὡς δ᾽ ἂν ᾖ θέλημα ἐν οὐρανῷ,
(*) οὕτω ποιήσει. MS.A. (*) οἰκείαν,
(α) παρενεβάλοσαν κατὰ Νότου Ἀμμαούμ. (β) ἐφιδεῖν (*) αὐτοὺς,

ΚΕΦ. Δ΄.

1 Καὶ παρέλαβε Γοργίας πεντακισχιλίους ἄνδρας καὶ χιλίαν ἵππον
2 ἐκλεκτὴν, καὶ ἀπῆρεν ἡ παρεμβολὴ νυκτὸς, Ὥστε ἐπιβαλεῖν ἐπὶ
τὴν παρεμβολὴν τῶν Ἰουδαίων, καὶ πατάξαι αὐτοὺς ἄφνω· καὶ οἱ υἱοὶ
3 τῆς ἄκρας ἦσαν αὐτῷ ὁδηγοί. Καὶ ἤκουσεν Ἰούδας, καὶ ἀπῆρεν αὐ-
τὸς καὶ οἱ δυνατοὶ πατάξαι τὴν δύναμιν τοῦ βασιλέως τὴν ἐν Ἐμ-
4 μαούμ, Ἕως ἔτι αἱ δυνάμεις ἐσκορπισμέναι ἦσαν ἀπὸ τῆς παρεμβο-
5 λῆς. Καὶ ἦλθε Γοργίας εἰς τὴν παρεμβολὴν Ἰούδα νυκτὸς, καὶ οὐδένα
εὗρε. καὶ ἐζήτει αὐτοὺς ἐν τοῖς ὄρεσιν, ὅτι εἶπε, Φεύγουσιν οὗτοι ἀφ᾽
6 ἡμῶν. Καὶ ἅμα (α) τῇ ἡμέρᾳ, ὤφθη Ἰούδας ἐν τῷ πεδίῳ ἐν τρισχιλί-
οις ἀνδράσι· πλὴν καλύμματα καὶ (β) μαχαίρας οὐκ εἶχον καθὼς ἠβού-
7 λοντο. Καὶ εἶδον παρεμβολὴν ἐθνῶν ἰσχυρὰν, τεθωρακισμένην,
8 καὶ ἵππον κυκλοῦσαν αὐτὴν, καὶ οὗτοι διδακτοὶ πολέμου. Καὶ εἶπεν
Ἰούδας τοῖς ἀνδράσι τοῖς μετ᾽ αὐτοῦ, Μὴ φοβεῖσθε τὸ πλῆθος αὐτῶν,
9 καὶ τὸ ὅρμημα αὐτῶν μὴ (γ) δειλωθῆτε. Μνήσθητε (*) πῶς ἐσώθησαν
οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν θαλάσσῃ ἐρυθρᾷ, ὅτε ἐδίωξεν αὐτοὺς Φαραὼ
10 ἐν δυνάμει. Καὶ νῦν βοήσωμεν εἰς (δ) τὸν οὐρανὸν, εἴπως ἐλεήσει
ἡμᾶς, καὶ μνησθήσεται (*) διαθήκης (ε) πατέρων ἡμῶν, καὶ συντρίψει τὴν παρ-
11 εμβολὴν ταύτην κατὰ πρόσωπον ἡμῶν σήμερον. Καὶ (*) γνώσεται πάν-
12 τα τὰ ἔθνη, ὅτι ἐστὶν ὁ λυτρούμενος καὶ σώζων τὸν Ἰσραήλ. Καὶ ἦραν
οἱ ἀλλόφυλοι τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, καὶ (ζ) ἴδον αὐτοὺς ἐρχομένους
13 ἐξεναντίας, Καὶ (η) ἐξῆλθον ἐκ τῆς παρεμβολῆς εἰς πόλεμον· καὶ
14 ἐσάλπισαν οἱ (θ) μετὰ Ἰούδα. Καὶ συνῆψαν, καὶ συνετρίβησαν τὰ ἔθνη,
15 καὶ ἔφυγον εἰς τὸ πεδίον. Οἱ δὲ ἔσχατοι πάντες (ι) ἔπεσον ἐν ῥομ-
φαίᾳ. καὶ ἐδίωξαν αὐτοὺς ἕως (κ) Γαζηρῶν καὶ ἕως τῶν πεδίων τῆς
(λ) Ἰδουμαίας καὶ Ἀζώτου καὶ (μ) Ἰαμνίας, καὶ ἔπεσον ἐξ αὐτῶν εἰς
ἄνδρας τρισχιλίους.

MS. A. (α) ἡμέρᾳ, (β) μάχαιραν (γ) δειωθῆται. (*) ὡς (δ) οὐρανὸς, εἰ
θελήσει (ε) πατέρων, καὶ (*) γνώσονται (ζ) ἴδαν αὐτοὺς ἐχομένους (η)
ἐξῆλθαν (θ) παρὰ Ἰούδα. (ι) ἔπεσαν (κ) Γασηρῶν (λ) * Ἰουδαίας
(μ) Ἰαννείας, καὶ ἔπεσαν

Interp. LAT.

Et dixerunt his qui ædificabant domos, & sponsa- 56
bant uxores, & plantabant vineas, & formidolosis,
ut redirent unusquisque in domum suam, secun-
dùm legem. Et moverunt castra, & collocave- 57
runt ad Austrum Emmaum. Et ait Judas; 58
Accingimini, & estote filii potentes, & estote
parati in mane, ut pugnetis adversùs nationes
has quæ convenerunt super nos disperdere nos, &
sancta nostra. Quoniam melius est nos mori in 59
bello, quàm videre mala gentis nostræ, & sancto-
rum. Sicut autem fuerit voluntas in cælo, sic 60
faciat.

CAP. IV.

Et (a) assumpsit Gorgias quinque millia viro- 1
rum, & mille equites electos: & moverunt ca-
stra nocte: Ut applicarent ad castra Judæorum, 2
& percuterent eos subitò. Et filii arcis erant illis
duces itineris. Et audivit Judas, & surrexit 3
ipse, & potentes, percutere virtutem regis, quæ
erat in Emmaum: Adhuc enim dispersi erant 4
exercitus à castris. Et venit Gorgias in castra 5
Judæ noctu, & neminem invenit. Et quærebat
eos in montibus: quoniam dixit; Fugiunt hi à
nobis. Et simul cum die apparuit Judas in 6
campo cum tribus millibus virorum: (b) tantùm
tegumenta, & gladios non habebant, sicut vole-
bant. Et viderunt castra gentium valida, lori- 7
cata, & equitatum in circuitu eorum: & hi
docti ad prælium. Et ait Judas viris, qui se- 8
cum erant; Ne timueritis multitudinem eorum,
& impetum eorum ne formidetis. Mementote, 9
qualiter salvati sunt patres nostri in mari rubro,
cùm sequeretur eos Pharao cum exercitu. Et 10
nunc clamemus in cælum, si quo modo miserebitur
nostri, & memor erit testamenti patrum nostrorum,
& conteret exercitum istum ante faciem nostram
hodiè. Et scient omnes gentes, quia est qui redi- 11
mat & liberet Israel. Et elevaverunt alieni- 12
genæ oculos suos, & viderunt eos venientes ex
adverso: Et exierunt de castris in prælium. 13
Et tubâ cecinerunt qui erant (c) cum Juda:
Et congressi sunt: & contritæ sunt gentes, & fu- 14
gerunt in campum. Novissimi autem omnes ce- 15
ciderunt in gladio. Et persecuti sunt eos usque
(d) Gazeron, & usque in campos Idumææ, &
Azoti, & Jamniæ: & ceciderunt ex illis ad
tria millia virorum.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

[illegible]

Dixitque iis qui ædificabant sibi domos, de- 56
sponderant sibi uxores, plantaverant sibi vi-
neas, timidisque, ut reverterentur quisque
domum suam, prout ait lex. Tum profecta 57
sunt castra, & metati sunt ad plagam austra-
lem Emaus. Et dixit Juda, Accingimini, & 58
estote strenui, sitisque parati manè ad bel-
landum contra gentes istas, quæ congregatæ
sunt adversùm nos, ut tollant nos & sanctu-
arium nostrum. Consultius enim est nobis 59
occumbere in bello, quàm videre malum po-
puli nostri, & sanctuarii nostri. Prout autem 60
fuerit voluntas coram habitante in cœlo,
sic faciat.

CAP. IV.

Duxit autem Gorgia secum quinque mil- 1
lia peditum, & equites mille selectos: & pro-
fecta sunt hæc ipsius castra noctu: Ut incau- 2
ta occuparent castra Judæ noctu, & trucida-
rent eos ex improviso: & hi qui habitabant
in arce, ipsi fuerunt ductores eorum. Quod 3
audiens Juda, profectus est ipse cum copiis
quæ secum erant, ad opprimendum exerci-
tum regis qui erat in Emaus, Dum disper- 4
sus esset exercitus ej⁹ à castris suis. Veniens 5
itaq; Gorgia in castra Judæ, cùm neminem
invenisset, quæsivit eos in montibus; dicebat
enim, Fugerunt isti à nobis. Sed illucescen- 6
te die, conspectus est Juda in planitie cum
tribus millibus peditum, nihil habentibus
præter gladios & clypeos tantùm, prout
voluerant. Cùm itaque vidissent castra for- 7
tissima armis præcincta, stipata equitibus, at-
que iis quidem belli peritis; Dixit Juda vi- 8
ris qui secum erant, Ne metuite multitudi-
nem istorum, & ab instructione eorum ne
trepidate. Mementote quomodo liberati fu- 9
erint majores nostri in mari Suph, quando
persequebatur eos Pharaon magno cum ex-
ercitu. Et nunc clamemus ad habitatorem 10
cœli; fortè miserebitur nostri, & recorda-
bitur Domin⁹ fœderis majorum nostrorum,
contereteque castra hæc coram nobis hodie: 11
Ut discant omnes gentes, esse qui liberet, ser-
vetque Israëlem. Attollentes autem Palæ- 12
stini oculos suos, & videntes eos obviam
sibi venientes; Processerunt è castris suis 13
ad bellum. Clanxerúntque buccinis Judæi,
Et processerunt adversùs eos: & profligatæ 14
fuerunt gentes illæ, fugerúntque ad plani-
tiem; Reliqui verò qui remanserant, gladio 15
ceciderunt: & persecuti sunt illos usque
ad Gazar, usque ad planitiem Adum, usque
ad Azam, & usque ad Jamnin, cecide-
runtque ex eis, quasi tria millia virorum.

Versio VULG. LAT.

16 Et reversus est Judas, & exercitus ejus, sequens
17 eum. Dixitque ad populum ; Non concupiscatis
18 spolia : quia bellum contra nos est, Et Gorgias
& exercitus ejus prope nos in monte : sed state
nunc contra inimicos nostros, & expugnate eos, &
19 sumetis posteà spolia securi. Et adhuc loquente
Judâ hæc, ecce apparuit pars quædam prospiciens
20 de monte. Et vidit Gorgias quòd in fugam con-
versi sunt sui, & succenderunt castra : fumus enim,
21 qui videbatur, declarabat quod factum est. Qui-
bus illi conspectis timuerunt valdè, aspicientes
simul & Judam, & exercitum in campo paratum
22 ad prælium. Et fugerunt omnes in campum alie-
23 nigenarum : Et Judas reversus est ad spolia castro-
rum, & acceperunt aurum multum, & argentum,
& hyacinthum, & purpuram marinam, & opes
24 magnas. Et conversi, hymnum canebant, & be-
nedicebant Deum in cœlum, quoniam bonus est,
25 quoniam in seculum misericordia ejus. Et facta
26 est salus magna in Israel in die illa. Quicunque
autem alienigenarum evaserunt, venerunt, & nun-
27 tiaverunt Lysiæ universa quæ acciderant. Quibus
ille auditis, consternatus animo deficiebat : quòd
non qualia voluit, talia contigerunt Israel, & qua-
28 lia mandavit rex. Et sequenti anno congregavit
Lysias virorum electorum sexaginta millia, & equi-
29 tum quinque millia, ut debellaret eos. Et vene-
runt in Judæam, & castra posuerunt in Bethoron,
& occurrit illis Judas cum decem millibus viris.
30 Et viderunt exercitum fortem, & oravit, & dixit ;
Benedictus es, Salvator Israel, qui contrivisti impe-
tum potentis in manu servi tui David, Et tradi-
disti castra alienigenarum in manu Jonathæ filii
31 Saul, & armigeri ejus. Conclude exercitum istum
in manu populi tui Israel, & confundantur in ex-
32 ercitu suo & equitibus. Da illis formidinem, &
tabefac audaciam virtutis eorum, & commovean-
33 tur contritione suâ. Dejice illos gladio diligen-
tium te : & collaudent te omnes, qui noverunt
34 nomen tuum in hymnis. Et commiserunt prælium :
& ceciderunt de exercitu Lysiæ quinque millia vi-
rorum.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΏΝ Α΄.

16 Καὶ ἐπέστρεψεν Ἰούδας καὶ ἡ δύναμις ἀπὸ τοῦ διώκειν ὄπισθεν αὐτῶν,
17 Καὶ εἶπε πρὸς τὸν λαὸν, Μὴ ἐπιθυμήσητε τῶν σκύλων, ὅτι πόλε-
18 μος ἐξεναντίας ἡμῶν, Καὶ Γοργίας καὶ ἡ δύναμις ἐν τῷ ὄρει
ἐγγὺς ἡμῶν· ἀλλὰ στῆτε νῦν ἐναντίον τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν, καὶ πολε-
μήσατε αὐτοὺς, καὶ μετὰ ταῦτα (ν) λήψεσθε τὰ σκῦλα μετὰ παῤῥησίας.
19 Ἔτι λαλοῦντος Ἰούδα ταῦτα, ὤφθη μέρος τι ἐκκύπτον ἐκ τοῦ ὄρους.
20 Καὶ εἶδεν ὅτι (ξ) τετρόπωνται, καὶ ἐμπυρίζουσι οἱ περὶ Ἰούδαν τὴν παρεμ-
21 βολὴν, ὁ γὰρ καπνὸς (ο) θεωρούμενος ἐνεφάνιζε τὸ γεγονός. Οἱ δὲ ταῦ-
τα (ο) συνιδόντες ἐδειλώθησαν σφόδρα· συνιδόντες δὲ (") τὴν Ἰούδα
22 παρεμβολὴν ἐν τῷ πεδίῳ ἑτοίμην εἰς παράταξιν, Ἔφυγον πάντες
23 εἰς γῆν ἀλλοφύλων. Καὶ (π) ἀνέστρεψεν Ἰούδας ἐπὶ τὴν σκυλείαν
τῆς παρεμβολῆς· καὶ (ρ) ἔλαβον χρυσίον πολὺ καὶ ἀργύριον καὶ
24 ὑάκινθον καὶ πορφύραν (σ) θαλασσίαν καὶ πλοῦτον μέγαν. Καὶ
(τ) ἐπιστραφέντες ὕμνουν καὶ εὐλόγουν εἰς οὐρανὸν τὸν κύριον, ὅτι καλὸν,
25 ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. Καὶ (υ) ἐγενήθη σωτηρία μεγάλη
26 τῷ Ἰσραὴλ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. Ὅσοι δὲ τῶν ἀλλοφύλων διεσώ-
θησαν, παραγενηθέντες ἀπήγγειλαν τῷ Λυσίᾳ πάντα τὰ συμβε-
27 βηκότα. Ὁ δὲ ἀκούσας (φ) συνεχύθη καὶ ἠθύμει, ὅτι οὐχ οἷα ἤθε-
λε, τοιαῦτα (") γεγόνει τῷ Ἰσραὴλ, καὶ οὐχ οἷα ἐνετείλατο αὐτῷ ὁ βα-
28 σιλεὺς, (χ) τοιαῦτα ἐξέβη. Καὶ ἐν τῷ ἐχομένῳ ἐνιαυτῷ συν-
ελόχησεν (ψ) ὁ Λυσίας ἀνδρῶν ἐπιλέκτων ἑξήκοντα χιλιάδας καὶ
29 πεντακισχιλίαν ἵππον, ὥστε ἐκπολεμῆσαι αὐτούς. Καὶ ἦλθον
εἰς τὴν Ἰδουμαίαν, καὶ παρενέβαλον ἐν Βαιθσούροις, καὶ συνήντη-
30 σεν αὐτοῖς Ἰούδας ἐν δέκα χιλιάσιν ἀνδρῶν. Καὶ εἶδε τὴν παρ-
εμβολὴν ἰσχυρὰν, καὶ προσηύξατο, καὶ εἶπεν, Εὐλογητὸς εἶ ὁ
σωτὴρ (ω) τοῦ Ἰσραὴλ, ὁ συντρίψας τὸ ὅρμημα τοῦ δυνατοῦ ἐν χει-
ρὶ τοῦ δούλου σου Δαυὶδ, καὶ παρέδωκας τὴν παρεμβολὴν τῶν ἀλλοφύλων εἰς
χεῖρας (α) Ἰωνάθαν υἱοῦ Σαοὺλ, καὶ τοῦ αἴροντος τὰ σκεύη αὐτοῦ.
31 Σύγκλεισον τὴν παρεμβολὴν ταύτην (β) ἐν χειρὶ λαοῦ σου Ἰσραὴλ,
32 καὶ αἰσχυνθήτωσαν ἐπὶ τῇ δυνάμει καὶ τῇ ἵππῳ αὐτῶν. Δὸς αὐτοῖς
δειλίαν, καὶ τῆξον θράσος ἰσχύος αὐτῶν, καὶ σαλευθήτωσαν τῇ
33 συντριβῇ αὐτῶν. Κατάβαλε αὐτοὺς ῥομφαίᾳ ἀγαπώντων σε, καὶ
αἰνεσάτωσάν σε πάντες οἱ (γ) εἰδότες τὸ ὄνομά σου ἐν ὕμνοις.
34 Καὶ συνέβαλον ἀλλήλοις, καὶ ἔπεσον ἐκ τῆς παρεμβολῆς Λυσίου εἰς
πεντακισχιλίους ἄνδρας, καὶ ἔπεσον ἐξ ἐναντίας αὐτῶν.

MS. A. (ν) λάβετε σκῦλα καὶ μετὰ παῤῥησίας. Ἔτι πληροῦντος Ἰούδου (ξ) τετρόπωνται, καὶ ἐμπυρίζουσιν τὴν (") ὁ θεωρούμενος (ο) συνιδόντες (") καὶ τὴν (π) Ἰούδας ἀνέστρεψεν (ρ) ἔλαβεν χρυσίον καὶ ἀργύριον πολὺν, καὶ (σ) καὶ θαλασσίαν (τ) ἐπιστρέψαντες ὕμνουν καὶ ηὐλόγουν εἰς οὐρανὸν, ὅτι καλὸν εἰς τὸν αἰῶνα (υ) ἐγενήθη (φ) πάντα (") γέγονεν (χ) ἐξέβη. Καὶ ἐν τῷ ἐρχομένῳ (ψ) ἄνδρων (ω) Ἰσραὴλ, (α) Ἰωνάθου (β) εἰς χεῖρας (γ) ἰδόντες

Interp. LAT.

Et reversus est Judas, & exercitus à sequendo post eos, Dixitque ad populum ; Non concupiscatis spolia : quia bellum contra nos est : Et Gorgias, & exercitus [ejus] prope nos in monte. Sed state nunc contra inimicos nostros, & expugnate eos : & sumetis posteà spolia securè. Adhuc loquente Judâ hæc, apparuit pars quædam prospiciens de monte : Et vidit quòd in fugam conversi sunt, & succendunt, (e) qui circa Judam, castra : fumus enim qui videbatur, declarabat quod factum est. Quibus illi conspectis timuerunt valdè : aspicientes autem simul & Judæ exercitum in campo paratum ad prælium, Fugerunt omnes in terram alienigenarum. Et Judas reversus est ad spolia castrorum ; & acceperunt aurum multum, & argentum, & hyacinthum, & purpuram marinam, & opes magnas. Et conversi hymnum canebant, & benedicebant Dominum in cælum, quoniam bonum, quoniam in seculum misericordia ejus. Et facta est salus magna Israëli in die illa. Quicunque autem alienigenarum evaserunt ; advenientes nuntiaverunt Lysiæ universa quæ acciderant. Quibus ille auditis, consternatus animo deficiebat : quòd non qualia voluit, talia contigerunt Israeli : & non qualia mandavit ei rex, talia evenerunt. Et in (f) proximo anno congregavit Lysias virorum electorum sexaginta millia, & equitum quinque millia ; ut debellaret eos. Et venerunt in (g) Idumæam, & castra posuerunt in Bæthsuris. Et occurrit illis Judas cum decem millibus viris. Et vidit exercitum fortem, & oravit, & dixit ; Benedictus es, Salvator Israel, qui contrivisti impetum potentis in manu servi tui David, & tradidisti castra alienigenarum in manus Jonathæ filii Saul, & armigeri ejus. Conclude exercitum istum in manu populi tui Israel : & confundatur in virtute, & equitatu suo. Da illis formidinem, & tabefac audaciam virtutis eorum ; & commoveantur contritione suâ. Dejice illos gladio diligentium te : & collaudent te omnes qui noverunt nomen tuum, in hymnis. Et commiserunt prælium inter se : & ceciderunt de exercitu Lysiæ quinque millia virorum : & ceciderunt ex adverso ipsorum.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]

Reversus autem Juda cum exercitu suo ab iis quos persequebantur, Dixit populo ; Ne concupiscatis spolia ; nam adhuc bellum viget coram nobis, Et Gorgia cum exercitu suo in montibus sunt, nec procul distant à nobis : sed state nunc adversùm inimicos nostros, ut expugnetis eos, ac posteà spolia eorum liberè sumetis. Dum Juda talia loqueretur, prospexerunt è montibus quidam ex iis qui erant cum Gorgia, Et viderunt eum devictum esse, & Judæos comburentes castra ipsorum : fumus enim qui conspiciebatur, factum demonstrabat. Cùm autem hæc vidissent, timuerunt valdè : & videntes adhuc castra Judæ in planitie ad prælium instructa, Fugerunt omnes in terram Palestinorum. Tunc reversus Juda ad spolia castrorum, accepit aurum multum, & argentum, lapides pretiosos hyacinthi, purpuras marinas, & divitias magnas. Ita redeuntes laudabant & gratias agebant Domino qui in cœlis est, quòd bonus esset, & in æternum miserationes ejus. Factáque est salus Israëli eo die. Reliqui verò qui remanserant è Palestinis, venientes indicaverunt Lysiæ quod acciderat. Iste autem cùm audîsset, languore mœroréque magno captus est, quòd non prout optabat ita evenisset Israëli, neque prout mandaverat sibi rex, ita fecisset. Anno autem sequente, collegit Lysia virorum selectorum sexies mille equites, ut debellarent Israëlem. Et venientes in Adum, castra fixerunt in Beth-sure, occurrítque eis Juda cum decies mille viris : Et videns castra munitissima hostium suorum, oravit ac dixit ; Benedictus sis servator Israëlis ; qui contrivisti confidentiam gigantis per manum Davidis servi tui, & tradidisti castra Palæstinorum in manum Jonathanis filii Saulis, & bajuli armorum ejus ; Nunc etiam conclude castra hæc in manu populi tui Israëlis, & erubescant in robore & equitibus suis : Injice in eos timorem, & contere fortitudinem exercitûs eorum, & concutiantur contritione suâ : Dejice illos gladiis dilectorum tuorum, ut laudibus te celebrent omnes cognoscentes nomen tuum. Tum unà congressi sunt, cecideruntque de castris Lysiæ ferè quinque millia virorum, & profligati sunt coram eis.

Versio VULG. LAT.

35 Videns autem Lysias fugam suorum, & Judæorum
audaciam, & quòd parati sunt aut vivere, aut mori
fortiter, abiit Antiochiam, & elegit milites, ut mul-
tiplicati rursus venirent in Judæam. Dixit autem
36 Judas, & fratres ejus; Ecce contriti sunt inimici no-
stri: ascendamus nunc mundare sancta, & renova-
37 re. Et congregatus est omnis exercitus, & ascen-
38 derunt in montem Sion. Et viderunt sanctificatio-
nem desertam, & altare profanatum, & portas ex-
ustas, & in atriis virgulta nata sicut in saltu vel mon-
39 tibus, & pastophoria diruta. Et sciderunt vesti-
menta sua, & planxerunt planctu magno, & impo-
40 suerunt cinerem super caput suum. Et ceciderunt
in faciem super terram, & exclamaverunt turbis si-
41 gnorum, & clamaverunt in cœlum. Tunc ordina-
vit Judas viros, ut pugnarent adversùs eos qui erant
42 in arce, donec emundarent sancta. Et elegit sacer-
dotes sine macula: voluntatem habentes in lege Dei:
43 Et mundaverunt sancta, & tulerunt lapides contami-
44 nationis in locum immundum. Et cogitavit de al-
tari holocaustorum, quod profanatum erat, quid de
45 eo faceret. Et incidit illis consilium bonum, ut de-
struerent illud: ne fortè illis esset in opprobrium,
quia contaminaverunt illud Gentes, & demoliti sunt
46 illud. Et reposuerunt lapides in monte domûs in
loco apto, quoadusque veniret propheta, & respon-
47 deret de eis. Et acceperunt lapides integros secun-
dùm legem, & ædificaverunt altare novum, secun-
48 dùm illud quod fuit priùs: Et ædificaverunt san-
cta, & quæ intra domum erant intrinsecus: & ædem,
49 & atria sanctificaverunt. Et fecerunt vasa sancta no-
va, & intulerunt candelabrum, & altare incensorum,
& mensam in templum. Et incensum posuerunt su-
50 per altare, & accenderunt lucernas, quæ super can-
51 delabrum erant, & lucebant in templo. Et posuerunt
super mensam panes, & appenderunt vela, & consum-
52 maverunt omnia opera quæ fecerant. Et ante matu-
tinum surrexerunt quintâ & vigesimâ die mensis noni
(hic est mensis Casleu) centesimi quadragesimi octavi
53 anni: Et obtulerunt sacrificium secundùm legem, su-
per altare holocaustorum novum quod fecerunt.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α'.

35 Ἰδὼν δὲ Λυσίας τὴν γενομένην τροπὴν τῆς αὐτοῦ συντάξεως, τῆς δὲ Ἰούδα
τὸ γεγενημένον θάρσος, καὶ ὡς ἕτοιμοί εἰσιν ἢ ζῆν ἢ (δ) τεθνάναι γεν-
ναίως, ἀπῆρεν εἰς Ἀντιόχειαν, καὶ ἐξενολόγει· καὶ (ε) πλεονάσας
τὴν γενηθεῖσαν στρατιὰν, ἐλογίζετο πάλιν παραγενέσθαι εἰς τὴν Ἰουδαίαν.
36 Εἶπε δὲ Ἰούδας καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, Ἰδοὺ συνετρίβησαν οἱ ἐχθροὶ
37 ἡμῶν, ἀναβῶμεν καθαρίσαι τὰ ἅγια καὶ ἐγκαινίσαι. Καὶ συνήχθη
38 ἡ παρεμβολὴ πᾶσα, καὶ ἀνέβησαν εἰς ὄρος Σιών. Καὶ εἶδον τὸ
ἁγίασμα (ζ) ἠρημωμένον, καὶ τὸ θυσιαστήριον βεβηλωμένον,
καὶ τὰς πύλας κατακεκαυμένας, καὶ ἐν ταῖς αὐλαῖς φυτὰ πεφυ-
κότα ὡς ἐν δρυμῷ ἢ ὡς ἐν ἑνὶ τῶν ὀρέων, καὶ τὰ παστο-
39 φόρια καθηρημένα. Καὶ διέρρηξαν τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ ἐκό-
ψαντο κοπετὸν μέγαν, καὶ ἐπέθεντο σποδὸν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῶν.
40 Καὶ ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἐσάλπισαν ταῖς σάλπιγξι
41 τῶν σημασιῶν, καὶ ἐβόησαν εἰς (η) τὸν οὐρανόν. Τότε ἐπέταξεν Ἰούδας
(*) ἄνδρας πολεμεῖν τοὺς ἐν τῇ ἄκρᾳ, ἕως (θ) ἂν καθαρίσῃ τὰ ἅγια.
42 Καὶ ἐπέλεξεν ἱερεῖς ἀμώμους, θελητὰς νόμου. Καὶ ἐκαθάρισαν
43 τὰ ἅγια, καὶ ἦραν τοὺς λίθους τοῦ μιασμοῦ εἰς τόπον ἀκάθαρτον.
44 Καὶ ἐβουλεύσαντο περὶ τοῦ θυσιαστηρίου τῆς ὁλοκαυτώσεως τοῦ βεβη-
45 λωμένου, τί αὐτῷ ποιήσωσι. Καὶ (ι) ἐπέπεσεν αὐτοῖς βουλὴ ἀ-
γαθὴ, καθελεῖν αὐτὸ, μήποτε γένηται αὐτοῖς εἰς ὄνειδος, ὅτι ἐμίαναν
46 τὰ ἔθνη αὐτό. καὶ καθεῖλον τὸ θυσιαστήριον, Καὶ ἀπέθεντο τοὺς λίθους
ἐν τῷ ὄρει τοῦ οἴκου, ἐν τόπῳ ἐπιτηδείῳ, μέχρι τοῦ παραγενηθῆναι προφή-
47 την τοῦ ἀποκριθῆναι περὶ αὐτῶν. Καὶ (κ) ἔλαβον λίθους ὁλοκλήρους κατὰ
τὸν νόμον, καὶ (λ) ᾠκοδόμησαν θυσιαστήριον καινὸν κατὰ τὸ πρότε-
48 ρον. Καὶ ᾠκοδόμησαν τὰ ἅγια καὶ τὰ ἐντὸς τοῦ οἴκου, καὶ τὰς αὐλὰς
49 (μ) ἡγίασαν. Καὶ ἐποίησαν (ν) σκεύη ἅγια καινὰ, καὶ εἰσήνεγκαν
τὴν λυχνίαν καὶ τὸ θυσιαστήριον τῶν (ξ) θυμιαμάτων καὶ τὴν τράπεζαν εἰς
50 τὸν ναόν. Καὶ ἐθυμίασαν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἐξῆψαν τοὺς
51 λύχνους τοὺς ἐπὶ τῆς λυχνίας, καὶ ἔφαινον ἐν τῷ ναῷ. Καὶ ἐπέθηκαν
ἐπὶ τὴν τράπεζαν ἄρτους, καὶ ἐξεπέτασαν τὰ καταπετάσματα, καὶ
52 ἐτέλεσαν πάντα τὰ ἔργα ἃ ἐποίησαν. Καὶ ὤρθρισαν τοπρωῒ τῇ
πέμπτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ μηνὸς τοῦ ἐνάτου· οὗτος ὁ μὴν (*) Χασελεῦ τοῦ ὀγδόου
53 καὶ (ο) τεσσαρακοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ ἔτους. Καὶ ἀνήνεγκαν θυσίαν κατὰ
τὸν νόμον ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τῶν ὁλοκαυτωμάτων τὸ καινὸν ὃ ἐποίη-
σαν.

MS. A. (δ) τεθνηκέναι (ε)* πλεονάσας τὴν πάλιν γενηθεῖσαν παραγενέσθαι (ζ) ἡμῶν ἠρημωμένον, (η) οὐρανόν. (*) ἀνδράσιν (θ) καθαρίσῃ (ι) ἔπεσεν (κ) ἔλαβεν (λ) ᾠκοδόμησεν θυσιαστήριον (μ) ἡγίασεν. (ν) τὰ σκεύη τὰ ἅγια (ξ) ὁλοκαυτωμάτων καὶ θυμιαμάτων, καὶ (*) Χασηλεῦ (ο) τεσσαρακοστοῦ

Interp. LAT.

Videns autem Lysias fugam aciei suæ, ejus 35
autem, quæ Judæ audaciam, & quòd parati sunt
aut vivere, aut mori generosè; abiit Antio-
chiam, & colligebat externos milites: & cùm
multiplicâsset priorem exercitum, cogitabat
rursus venire in Judæam. Dixit autem Judas, 36
& fratres ejus; Ecce contriti sunt inimici nostri:
ascendamus mundare sancta, & renovare. Et 37
congregatus est omnis exercitus: & ascenderunt
in montem Sion. Et viderunt sanctificationem 38
desertam, & altare prophanatum, & portas
exustas, & in atriis virgulta nata, sicut in sal-
tu, vel sicut in uno ex montibus, & pastophoria
diruta. Et sciderunt vestimenta sua, & plan- 39
xerunt planctu magno, & imposuerunt cinerem
super caput suum: Et ceciderunt in faciem super 40
terram. Et exclamaverunt tubis signorum, &
clamaverunt in cælum. Tunc ordinavit Judas 41
viros, ut pugnarent adversùs eos qui erant in
arce; donec emundaret sancta. Et elegit sa- 42
cerdotes sine macula, voluntatem habentes in
lege. Et mundaverunt sancta, & tulerunt 43
lapides contaminationis in locum immundum.
Et cogitaverunt de altari holocaustorum, quod 44
prophanatum erat, quid de eo facerent. Et in- 45
cidit (b) illis consilium bonum, ut destruerent
illud, ne fortè illis esset in opprobrium: quia
contaminaverant illud gentes. Et demoliti sunt al-
tare: Et reposuerunt lapides in monte domûs, in loco 46
apto, quoadusque veniret propheta; et responderet
de eis. Et acceperunt lapides integros, secundùm 47
legem: Et ædificaverunt altare novum secundùm
illud, quod fuit priùs. Et ædificaverunt sancta, 48
et quæ intra domum, et atria sanctificaverunt:
Et fecerunt vasa sancta nova: et intulerunt can- 49
delabrum, et altare incensorum, et mensam in
templum. Et incensum posuerunt super altare, 50
et accenderunt lucernas, quæ supra candela-
brum erant: et lucebant in templo. Et po- 51
suerunt super mensam panes: et expanderunt
velamina: et consummaverunt omnia opera quæ
fecerant. Et ante matutinum surrexerunt quintâ 52
et vigesimâ die mensis noni: hic est mensis Cha-
sleu octavi et quadragesimi et centesimi anni.
Et obtulerunt sacrificium secundùm legem su- 53
per altare holocaustorum novum, quod fecerant.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

35 [illegible]
[illegible]
[illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
[illegible]
[illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
[illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
[illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
[illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]
50 [illegible]
51 [illegible]
52 [illegible]
[illegible]
53 [illegible]
[illegible]

Cùm autem videret Lysia devicta castra 35
sua, castra verò Judæ confortata & genero-
sè parata ad moriendum aut vivendum; pro-
fectus inde contulit se Antiochiam: & coa-
ctis sibi copiis permultis, disposuit sese:
cogitabat enim denuò aggredi Judæam.
Dixit autem Juda fratribus suis; Ecce pro- 36
fligati sunt inimici nostri, ascendamus &
purgemus Sanctuarium, ac renovemus il-
lud. Quamobrem congregata tota castra, 37
ascenderunt ad montem Sionis: Ubi vi- 38
dentes Sanctuarium destructum, altare de-
molitum, portas exustas, in atriis natas ar-
bores ut in saltu, aut velut in aliquo monti-
um, omnia denique ornamenta destructa;
Sciderunt vestimenta sua, planxerunt plan- 39
ctum magnum, imposuerunt pulverem capi-
tibus suis, Prociderunt in facies suas su- 40
per terram, clanxerunt tubis peculiaribus, &
clamaverunt ad habitatorem cœli. Tunc 41
præcepit Juda, & constituit viros ad bellan-
dum & oppugnandum eos qui habitabant
in arce, tantisperdum ipse mundaret San-
ctuarium. Electisque sacerdotibus imma- 42
culatis legisque amantibus, mundavit San-
ctuarium. Et ablatos lapides abominatio- 43
nis collocavit in loco immundo. Deinde 44
consilium inierunt de altari oblationum
quod contaminatum fuerat, quid ei factu-
ri essent; Accidit eis consilium bonum 45
dissolvendi illud, ne unquam foret eis pro-
bro; quia contaminaverant illud gentes.
Itaque dissoluto altari, posuerunt lapides 46
in loco peculiari, ad latus circuitûs ædis;
donec veniret propheta & diceret, quid fa-
ciendum esset eis: Assumptisque lapidi- 47
bus integris, prout scriptum est in lege,
ædificaverunt altare quemadmodum erat
antea. Deinde ædificaverunt Sanctuarium, 48
& omnia interiora domûs, & atria conse-
craverunt: Fecerunt vasa Sanctuarii no- 49
va, intulerunt candelabrum, & altare thy-
miamatum, ac mensam in templum: Sa- 50
crificaverunt super altare, accenderunt lu-
cernas super candelabrum, & lucebant in
templo: Imposuerunt mensæ panem, ap- 51
penderunt aulæa portarum, & perfecerunt
omnia opera sua. Tum surgentes dilucu- 52
lò diei vigesimæ quintæ mensis noni, qui
est Kanun prior, anno centesimo quadra-
gesimo octavo regni; Obtulerunt sacri- 53
ficia secundùm legem super altare holo-
caustorum illud novum, quod fecerant.

Versio VULG. LAT.

54 Secundùm tempus & secundùm diem, in qua conta-
minaverunt illud gentes, in ipsa renovatum est in can-
55 ticis, & citharis, & cinyris, & in cymbalis. Et cecidit
omnis populus in faciem, & adoraverunt, & benedi-
56 xerunt in cœlum eum, qui prosperavit eis. Et fece-
runt dedicationem altaris diebus octo, & obtulerunt
holocausta cum lætitia, & sacrificium salutaris & lau-
57 dis. Et ornaverunt faciem templi coronis aureis &
scutulis: & dedicaverunt portas, & pastophoria, & im-
58 posuerunt eis januas. Et facta est lætitia in populo
magna valdè, & aversum est opprobrium Gentium.
59 Et statuit Judas, & fratres ejus, & universa Ecclesia
Israel, ut agatur dies dedicationis altaris in tempori-
bus suis, ab anno in annum, per dies octo, à quinta
& vigesima die mensis Casleu, cum lætitia & gaudio.
60 Et ædificaverunt in tempore illo montem Sion, &
per circuitum muros altos, & turres firmas, ne quan-
do venirent Gentes, & conculcarent eum, sicut anteà
61 fecerunt. Et collocavit illic exercitum, ut servarent
eum, & munivit eum ad custodiendam Bethsuram, ut
haberet populus munitionem contra faciem Idu-
mææ.

CAP. V.

1 ET factum est, ut audierunt Gentes in circuitu, quia
ædificatum est altare & sanctuarium sicut priùs, ira-
2 tæ sunt valdé: Et cogitabant tollere genus Jacob,
qui erant inter eos, & cœperunt occidere de popu-
3 lo, & persequi. Et debellabat Judas filios Esau in
Idumæa, & eos qui erant in Acrabathane, quia cir-
cumsedebant Israelitas, & percussit eos plagâ magnâ.
4 Et recordatus est malitiam filiorum Bean, qui erant
populo in laqueum, & in scandalum, insidiantes ei
5 in via. Et conclusi sunt ab eo in turribus, & appli-
cuit ad eos, & anathematizavit eos, & incendit tur-
6 res eorum igni, cum omnibus qui in eis erant. Et
transivit ad filios Ammon, & invenit manum fortem,
& populum copiosum, et Timotheum ducem ipso-
7 rum: Et commisit cum eis prælia multa, et contriti
sunt in conspectu eorum, et percussit eos:

ΜΑΚΚΑΒΑΙΏΝ Α΄.

54 Κατὰ τὸν καιρὸν (π) καὶ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ ἐβεβήλωσαν αὐτὸ τὰ
ἔθνη, ἐν ἐκείνῃ ἐνεκαινίσθη ἐν ᾠδαῖς καὶ κιθάραις καὶ κινύραις, καὶ
55 ἐν κυμβάλοις. Καὶ ἔπεσεν πᾶς ὁ λαὸς ἐπὶ πρόσωπον, καὶ προσε-
κύνησαν, καὶ (ᵃ) εὐλόγησαν εἰς οὐρανὸν τὸν εὐοδώσαντα (ρ) αὐτοῖς.
56 Καὶ ἐποίησαν τὸν (ᵇ) ἐγκαινισμὸν τοῦ θυσιαστηρίου ἡμέρας ὀκτὼ, καὶ
προσήνεγκαν ὁλοκαυτώματα μετ᾽ εὐφροσύνης, καὶ ἔθυσαν θυσίαν
57 (σ) σωτηρίου καὶ αἰνέσεως. Καὶ κατεκόσμησαν τὸ κατὰ πρόσωπον τοῦ ναοῦ
στεφάνοις χρυσοῖς καὶ ἀσπιδίσκαις, καὶ (τ) ἐνεκαίνισαν τὰς πύλας
58 καὶ τὰ παστοφόρια, καὶ ἐθύρωσαν αὐτά. Καὶ ἐγενήθη εὐφροσύνη μεγάλη
59 ἐν τῷ λαῷ σφόδρα, καὶ ἀπεστράφη ὄνειδος ἐθνῶν. Καὶ ἔστησεν Ἰούδας καὶ
οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ καὶ πᾶσα (υ) ἡ ἐκκλησία Ἰσραὴλ, ἵνα ἄγωνται (φ) αἱ ἡμέ-
ραι ἐγκαινισμοῦ τοῦ θυσιαστηρίου ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν ἐνιαυτὸν κατ᾽ ἐνι-
αυτὸν ἡμέρας ὀκτὼ ἀπὸ τῆς πέμπτης καὶ εἰκάδος τοῦ μηνὸς Χασελεῦ, μετ᾽
60 εὐφροσύνης καὶ χαρᾶς. Καὶ ᾠκοδόμησαν ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ τὸ ὄρος
Σιὼν, κυκλόθεν τείχη ὑψηλὰ καὶ πύργους (ᶜ) ὀχυροὺς, μήποτε παραγενη-
θέντα τὰ ἔθνη καταπατήσωσιν αὐτὰ, ὡς ἐποίησαν πρότερον.
61 Καὶ (ᵈ) ἀπέταξεν ἐκεῖ δύναμιν τηρεῖν αὐτὸ, καὶ ὠχύρωσαν αὐτὸ τηρεῖν
τὴν (χ) Βαιθσούραν, τοῦ ἔχειν τὸν λαὸν ὀχύρωμα κατὰ πρόσωπον τῆς Ἰδουμαίας.

MS. A. (π) κατὰ τὸν (ᵃ) ηὐλόγησαν (ρ) αὐτούς. (ᵇ) ἐγκαινισμὸν (σ) σωτηρίου
** [ἡμέρας ὀκτὼ, καὶ προσήνεγκαν ὁλοκαυτώματα μετ᾽ εὐφροσύνης,
καὶ ἔθυσαν θυσίαν σωτηρίου] καὶ αἰνέσεως. (τ) ἐνεκαίνισαν (υ) ἐκκλησία
(φ) ἡμέραι (ᶜ) ἰσχυροὺς, (ᵈ) ἀπέταξαν (χ) Βαιθσούρα

ΚΕΦ. ε΄.

1 ΚΑὶ ἐγένετο ὅτε ἤκουσαν τὰ ἔθνη κυκλόθεν ὅτι ᾠκοδομήθη τὸ
θυσιαστήριον, καὶ ἐνεκαινίσθη τὸ ἁγίασμα ὡς τὸ πρότερον, καὶ (α) ὠρ-
2 γίσθησαν σφόδρα. Καὶ ἐβουλεύσαντο τοῦ ἆραι τὸ γένος Ἰακὼβ τοὺς
ὄντας ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ ἤρξαντο τοῦ θανατοῦν ἐν τῷ λαῷ καὶ ἐξαίρειν.
3 Καὶ ἐπολέμει Ἰούδας πρὸς τοὺς υἱοὺς Ἡσαῦ ἐν τῇ (β) Ἰδουμαίᾳ τὴν
Ἀκραβαττήνην, ὅτι περιεκάθηντο τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς
πληγὴν μεγάλην, καὶ συνέστειλεν αὐτοὺς, καὶ ἔλαβε τὰ (ᵃ) σκῦλα αὐτῶν.
4 Καὶ ἐμνήσθη τῆς κακίας υἱῶν Βαιὰν, οἳ ἦσαν τῷ λαῷ εἰς παγίδα
καὶ εἰς σκάνδαλον ἐν τῷ ἐνεδρεύειν αὐτοὺς ἐν ταῖς ὁδοῖς. Καὶ
5 (γ) συνεκλείσθησαν ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐν τοῖς πύργοις, καὶ παρενέβαλεν
ἐπ᾽ αὐτοὺς, καὶ ἀνεθεμάτισεν (δ) αὐτοὺς, καὶ ἐνεπύρισε τοὺς πύργους
6 αὐτῆς ἐν πυρὶ σὺν πᾶσι τοῖς ἐνοῦσι. Καὶ διεπέρασεν ἐπὶ τοὺς
υἱοὺς Ἀμμὼν, καὶ εὗρε χεῖρα κραταιὰν καὶ λαὸν πολὺν, καὶ Τιμόθεον
7 ἡγούμενον αὐτῶν. Καὶ συνῆψε πρὸς αὐτοὺς πολέμους πολλοὺς, καὶ συνε-
τρίβησαν πρὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἐπάταξεν αὐτούς.

MS. A. (α) ὠργίσθη (β) * Ἰουδαίᾳ τὴν Ἀκραβαττήνην, (ᵃ) * σκῦλα
(γ) διεκλείσθησαν ὑπ᾽ αὐτοὺς εἰς τοὺς πύργους, καὶ παρέβαλεν (δ) * ἑαυτοὺς.

Interp. LAT.

Secundùm tempus, & secundùm diem, in qua con-
taminaverunt illud gentes; in ipsa renovatum est 54
in canticis, et citharis, et cinyris, et in cymbalis. Et
cecidit omnis populus in faciem; & adoraverunt, 55
& benedixerunt in cœlum, cum qui prosperavit
eis. Et fecerunt dedicationem altaris diebus
octo: & obtulerunt holocausta cum lætitia: & 56
sacrificaverunt sacrificium salutaris, & laudis.
Et ornaverunt faciem templi coronis aureis, &
scutulis: & dedicaverunt portas, & pastopho- 57
ria: & imposuerunt eis januas. Et facta est
lætitia in populo magna valdé: & aversum est 58
opprobrium gentium. Et statuit Judas, & fra-
tres ejus, & universa Ecclesia Israel, ut agan- 59
tur dies dedicationis altaris in temporibus suis
ab anno in annum per dies octo à quinta & vi-
gesima die mensis Chasleu, cum lætitia, & gau-
dio. Et ædificaverunt in tempore illo montem 60
Sion, per circuitum muros altos, & turres
firmas; ne quando venirent gentes, & concul-
carent ea, sicut anteà fecerant. Et collocavit 61
illic exercitum, ut servaret eum: & munierunt
eum ad custodiendam Bæthsuram; ut haberet
populus munitionem contra faciem Idumææ.

CAP. V.

ET factum est, ut audierunt gentes in circuitu, 1
quia ædificatum est altare, & renovatum est san-
ctuarium, sicut priùs; iratæ sunt valdé. Et 2
cogitabant tollere genus Jacob, qui erant inter
eos: & cœperunt occidere de populo, & tollere.
Et bellabat Judas adversùs filios Esau in Idu- 3
mæa ipsam Acrabattinam: quia circumsedebant
Israelitas: & percussit eos plagâ magnâ: & com-
pressit eos, & cepit spolia eorum. Et recordatus 4
est malitiæ filiorum Bæan, qui erant populo in
laqueum, et in scandalum, insidiantes ei in viis.
Et conclusi sunt ab eo in turribus: et applicuit ad 5
eos: et anathematizavit eos, et incendit turres
(a) ejus igni cum omnibus qui in eis erant. Et 6
transivit ad filios Ammon, et invenit manum for-
tem, et populum copiosum, et Timotheum ducem
ipsorum. Et commisit cum eis prælia multa; 7
et contriti sunt in conspectu ejus: & percussit
eos.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

54 [illegible]
55 [illegible]
56 [illegible]
57 [illegible]
58 [illegible]
59 [illegible]
60 [illegible]
61 [illegible]

Quibus diebus, quibusque temporibus con- 54
taminaverunt illud gentes, eodem die facta
fuit renovatio ejus cum psalteriis, citharis,
fidibúsque. Et procidentes universus popu- 55
lus in facies suas adoraverunt & benedixe-
runt habitatorem cœli, qui complanaverat
& præparaverat viam ipsorum. Et celebra- 56
verunt renovationem altaris octo diebus, &
obtulerunt sacrificia cum jucunditate, & sa-
crificaverunt sacrificia salutis & laudis. Or- 57
naverunt etiam anteriorem templi faciem
coronis aureis & scutulis, renovarunt por-
tas & omnia instrumenta ornatûs. Denique 58
fuit jucunditas magna, & lætitia plurima po-
pulo, & aversum est opprobrium gentium.
Et statuit Juda & fratres ejus, totúsque cœ- 59
tus Israëlis, ut agerentur dies renovationis
altaris suis temporibus annuatim, octo die-
bus, à vigesima quinta Kanun prioris, cum
lætitia & jucunditate. Et ædificaverunt eo- 60
dem tempore monti Sionis circunquaque
muros altos & turres munitas, nequando
venientes gentes conculcarent eum, ut fe-
cerant antea; Ponentes ibi exercitum ut 61
custodiret eum: & muniverunt Beth-sur,
ut haberet populus munitionem contra Idu-
mæam.

CAP. V.

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]

FUit autem ut cùm audissent gentes quæ 1
circunjacebant eis, ædificatum esse altare, &
Sanctuarium renovatum ut antea; iratæ sunt
vehementer: Et cogitantes ascendere & 2
delere semen Jacobi, eos qui habitabant in-
ter ipsas, inciperent occidere & necem in-
ferre populo. Verùm Juda bellum gere- 3
bat adversùs filios Esau in Edom in Ecra-
bath, quia cum Israëlitis degebant: &
percussit eos plagâ magnâ, dispersit illos,
tulítque spolia eorum. Deinde recorda- 4
tus malorum filiorum Beanis, qui fuerant
populo in laqueos & offendicula, struen-
tes eis insidias in itineribus; Conclusit 5
illos in turres, obsedit illos, anathemati
devovit illos, & igne succendit turres il-
lius *regionis*, cum omnibus quæ erant in
eis. Inde transivit Juda contra Ammoni- 6
tas, ubi invenit populum fortem & ma-
num validam, quorum Timotheus dux
erat. Habitísque cum eis bellis gravissi- 7
mis, tandem profligati fuerunt ante con-
spectum ipsius, & percussit eos.

Versio VULG. LAT.

8 Et cepit Gazer civitatem, & filias ejus, & reversus
9 est in Judæam. Et congregatæ sunt gentes quæ sunt
in Galaad, adversùs Israelitas qui erant in finibus eo-
rum, ut tollerent eos : & fugerunt in Datheman mu-
10 nitionem, Et miserunt literas ad Judam & fratres
ejus, dicentes ; Congregatæ sunt adversùm nos gen-
11 tes per circuitum, ut nos auferant : Et parant veni-
re, & occupare munitionem, in quam confugimus :
12 & Timotheus est dux exercitûs eorum. Nunc ergò
veni, & eripe nos de manibus eorum, quia cecidit
13 multitudo de nobis. Et omnes fratres nostri, qui
erant in locis Tubin, interfecti sunt : & captivas du-
xerunt uxores eorum, & natos, & spolia, & pere-
merunt illic ferè mille viros. Et adhuc epistolæ le-
14 gebantur, & ecce alii nuntii venerunt de Galilæa con-
15 scissis tunicis, nunciantes secundùm verba hæc : Di-
centes convenisse adversùm se à Ptolemaida, & Ty-
ro, & Sidone : & repleta est omnis Galilæa alienige-
16 nis, ut nos consumant. Ut audivit autem Judas, &
populus sermones istos, convenit Ecclesia magna co-
gitare quid facerent fratribus suis, qui in tribulatio-
17 ne erant, & expugnabantur ab eis. Dixitque Ju-
das Simoni fratri suo ; Elige tibi viros, & vade, &
libera fratres tuos in Galilæa : ego autem & frater
18 meus Jonathas ibimus in Galaaditim. Et reliquit
Josephum filium Zachariæ & Azariam, duces po-
puli, cum residuo exercitu in Judæa ad custodiam :
19 Et præcepit illis, dicens ; Præstote populo huic :
& nolite bellum committere adversùm gentes, do-
20 nec revertamur. Et partiti sunt Simoni viri tria
millia, ut iret in Galilæam : Judæ autem octo mil-
21 lia in Galaaditim. Et abiit Simon in Galilæam,
& commisit prælia multa cum gentibus : & con-
tritæ sunt gentes à facie ejus, & persecutus est eos
22 usque ad portam Ptolemaidis : & ceciderunt de
Gentibus ferè tria millia virorum, & accepit spo-
23 lia eorum. Et assumpsit eos, qui erant in Gali-
læa, & in Arbatis, cum uxoribus, & natis, & o-
mnibus quæ erant illis, & adduxit in Judæam cum
24 lætitia magna. Et Judas Machabæus & Jonathas fra-
ter ejus transierunt Jordanem, & abierunt viam trium
dierum per desertum.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α'.

8 Καὶ (ε) προκατελάβετο τὴν Ἰαζὴρ καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῆς, καὶ ἀνέ-
9 στρεψεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν. Καὶ ἐπισυνήχθησαν τὰ ἔθνη τὰ ἐν τῇ
(ζ) Γαλαὰδ ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ τοὺς ὄντας ἐπὶ τοῖς ὁρίοις αὐτῶν τοῦ
10 ἐξᾶραι αὐτούς. καὶ ἔφυγον εἰς (η) Διάθεμα τὸ ὀχύρωμα. Καὶ ἀπέ-
στειλαν γράμματα πρὸς Ἰούδαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, λέγοντες, Ἐπι-
συνηγμένα ἐστὶν ἐφ' ἡμᾶς τὰ ἔθνη τὰ κύκλῳ ἡμῶν τοῦ ἐξᾶραι ἡμᾶς,
11 Καὶ ἑτοιμάζονται ἐλθεῖν καὶ προκαταλαβέσθαι τὸ ὀχύρωμα εἰς ὃ κατε-
12 φύγομεν, καὶ Τιμόθεος ἡγεῖται τῆς (θ) δυνάμεως αὐτῶν. Νῦν
οὖν ἐλθὼν ἐξελοῦ ἡμᾶς ἐκ χειρὸς αὐτῶν, ὅτι πέπτωκεν ἐξ ἡμῶν πλῆθος.
13 Καὶ πάντες οἱ ἀδελφοὶ ἡμῶν οἱ ὄντες ἐν τοῖς (*) Τωβίου τεθανάτωνται,
καὶ (**) ᾐχμαλωτίκασι τὰς γυναῖκας αὐτῶν καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν καὶ τὴν ἀπο-
14 σκευήν, καὶ ἀπώλεσαν ἐκεῖ ὡς μίαν (ι) χιλιαρχίαν ἀνδρῶν. Ἔτι
αἱ ἐπιστολαὶ ἀνεγινώσκοντο, καὶ ἰδοὺ ἄγγελοι ἕτεροι παρεγένοντο ἐκ
τῆς Γαλιλαίας διερρηχότες τὰ ἱμάτια, ἀπαγγέλλοντες κατὰ τὰ ῥήματα
15 ταῦτα, Λέγοντες (κ) ἐπισυνῆχθαι ἐπ' αὐτοὺς ἐκ Πτολεμαΐδος καὶ
Τύρου καὶ Σιδῶνος καὶ (λ) πᾶσαν Γαλιλαίαν ἀλλοφύλων, τοῦ ἐξαναλῶσαι
16 ἡμᾶς. Ὡς δὲ ἤκουσεν Ἰούδας καὶ ὁ λαὸς τοὺς λόγους τούτους, ἐπισυνήχθη
ἐκκλησία μεγάλη, (μ) βουλεύσασθαι τί ποιήσωσι τοῖς ἀδελφοῖς αὐτῶν
17 τοῖς οὖσιν ἐν θλίψει, καὶ πολεμουμένοις ὑπ' (ν) αὐτῶν. Καὶ εἶπεν
Ἰούδας Σίμωνι τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, Ἐπίλεξον σεαυτῷ ἄνδρας, καὶ πο-
ρεύου καὶ ῥῦσαι τοὺς ἀδελφούς σου (ξ) τοὺς ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ· ἐγὼ δὲ καὶ
18 Ἰωνάθαν ὁ ἀδελφός μου πορευσόμεθα εἰς τὴν Γαλααδῖτιν. Καὶ κατέλι-
πεν Ἰώσηπον τὸν τοῦ Ζαχαρίου, καὶ Ἀζαρίαν, (ο) ἡγουμένους τοῦ λαοῦ, μετὰ
19 τῶν ἐπιλοίπων τῆς δυνάμεως, ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ εἰς τήρησιν. Καὶ ἐνε-
τείλατο αὐτοῖς, λέγων, Πρόστητε τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ μὴ συνάψητε πόλεμον
20 πρὸς τὰ ἔθνη ἕως τοῦ ἐπιστρέψαι ἡμᾶς. Καὶ ἐμερίσθησαν Σίμωνι ἄν-
δρες τρισχίλιοι τοῦ πορευθῆναι εἰς τὴν Γαλιλαίαν, Ἰούδᾳ δὲ ἄνδρες ὀκτα-
21 κισχίλιοι εἰς τὴν Γαλααδῖτιν. Καὶ ἐπορεύθη Σίμων εἰς τὴν Γαλιλαίαν,
καὶ συνῆψε πολέμους πολλοὺς πρὸς τὰ ἔθνη, καὶ συνετρίβη τὰ ἔθνη
22 ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἐδίωξεν αὐτοὺς ἕως (π) τῆς πύλης Πτο-
λεμαΐδος. καὶ ἔπεσον ἐκ τῶν ἐθνῶν εἰς τρισχιλίους ἄνδρας, καὶ ἔλαβεν τὰ
23 σκῦλα αὐτῶν. Καὶ παρέλαβε (ρ) τοὺς ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ καὶ ἐν Ἀρβάττοις
σὺν ταῖς γυναιξὶ καὶ τοῖς τέκνοις, καὶ πάντα ὅσα ἦν αὐτοῖς, καὶ (σ) ἤγαγεν
24 εἰς τὴν Ἰουδαίαν μετ' εὐφροσύνης μεγάλης. Καὶ Ἰούδας ὁ Μακκαβαῖος
καὶ Ἰωνάθαν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ διέβησαν τὸν Ἰορδάνην, καὶ ἐπορεύθησαν
ὁδὸν τριῶν ἡμερῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ.

MS. A. (ε) προκατέλαβε τὴν Ἰαζὴν (ζ) Γαλααδίτι (η) Δάθεμα
(θ) παρεμβολῆς (*) Τουβίν (**) αἰχμαλωτίκασι (ι) χιλιάδων (κ) ἐπισυνή-
χθη (λ) πᾶσα Γαλιλαίων (μ) βουλεύσασθαι (ν) αὐτοῦ. (ξ) ἐν τῇ (ο) ἡγούμενον
(π) τῶν πόλεων (ρ) αὐτοὺς ἐκ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἐν Ἀρβάκτοις (σ) ἤγαγον

Interp. LAT.

Et cepit Gazer, & filias ejus : & reversus est 8
in Judæam. Et congregatæ sunt gentes, quæ in 9
Galaad, adversus Israelitas, qui erant in finibus
eorum, ut tollerent eos. Et fugerunt in Dathema
munitionem ; Et miserunt literas ad Judam, & 10
fratres ejus, dicentes ; Congregatæ sunt adversum
nos gentes, quæ in circuitu nostro, ut nos aufe-
rant : Et parant venire, & occupare munitio- 11
nem, in quam confugimus : & Timotheus est dux
exercitûs eorum. Nunc ergò veni, & eripe nos 12
de manibus eorum : quia cecidit multitudo de no-
bis : Et omnes fratres nostri, qui erant in locis 13
Tobin, interfecti sunt ; & captivas duxerunt
uxores eorum, & natos eorum, & supellectilem :
& peremerunt illic ferè mille viros. Adhuc epi- 14
stolæ legebantur : & ecce alii nuntii venerunt de
Galilæa conscissis vestibus, nuntiantes secundùm
verba hæc, Dicentes convenisse adversùm se à 15
Ptolemaide, & Tyro, & Sidone, & omni Galilæa
alienigenarum, ut nos consumant. Ut audivit 16
autem Judas, & populus, sermones istos ; con-
venit ecclesia magna cogitare quid facerent fra-
tribus suis, qui in tribulatione erant, & expugna-
bantur ab eis. Dixitque Judas Simoni frati suo; 17
Elige tibi viros, & vade, & libera fratres tuos,
qui in Galilæa. Ego autem, & Jonathan frater
meus, ibimus in Galaaditin. Et reliquit Jose- 18
phum filium Zachariæ, & Azariam, duces po-
puli, cum residuo exercitu in Judæa ad custo-
diam. Et præcepit illis, dicens; Præstote populo 19
huic : & nolite bellum committere adversùm gen-
tes, donec nos revertamur. Et distributa sunt 20
Simoni virorum tria millia, ut iret in Galilæam:
Judæ autem octo millia virorum in Galaaditim.
Et abiit Simon in Galilæam : & commisit prælia 21
multa cum gentibus: & contritæ sunt gentes à fa-
cie ejus : & persecutus est eos usque ad portam
Ptolemaidis. Et ceciderunt de gentibus ferè tria 22
millia virorum : & accepit spolia eorum. Et 23
assumpsit eos qui erant in Galilæa, & in Arbattis,
cum uxoribus, & natis, & omnibus quæ erant
illis : & adduxit in Judæam cum lætitia magna.
Et Judas Maccabæus, et Jonathan frater ejus 24
transierunt Jordanem, et abierunt viam trium
dierum in deserto :

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

Captáque Jazere & filiabus ejus, demum re- 8
versus est Juda in Edom. Et congregatis 9
gentibus quæ erant in Galaad, contra Israëli-
tas illos qui erant in finibus suis, ut delerent
eos ; Fugerunt hi ad Ramatham munitionem, 10
miserúntque epistolas ad Judam & fratres
ejus, dicentes ei ; Congregatæ sunt con- 11
trà nos gentes quæ nos circumstant, ad
delendum nos, & ecce parant se ad ve-
niendum, & capiendam munitionem hanc
ad quam confugimus, & Timotheus est
dux earum. Nunc ergò veni & eripe nos 12
è manibus earum : nam cecidit è nobis
populus multus. Et omnes fratres nostri 13
qui erant in Tobin, mortui sunt, & capti-
vas abduxerunt uxores eorum, & filios, atq;
omnem supellectilem ipsorũ, & perdiderunt
ibi ferè mille animas. Dum epistolæ istæ 14
legerentur, ecce nuntii præcones alii vene-
runt è Galilæa, qui scissis vestibus talia ver-
ba nuntiabant ; Ac dicebant, Congregatas 15
esse contra ipsos è Ptolomaide, Tyro, Si-
done, totâque Galilæa, gentes exteras ad
delendum & absumendum nos. Cùm autem 16
audissent Juda totúsque populus hujusmo-
di sermones, congregati sunt cœtu magno,
ut consilium inirent quid agendum esset fra-
tribus suis qui versabantur in calamitate,
qui vexabantur ab illis. Tunc dixit Juda 17
Simoni fratri suo, Congrega tibi viros, &
vade, libera fratres tuos qui sunt in Gali-
læa : ego verò & Jonathan frater meus ibi-
mus in Galaad. Et relictis Josepho filio 18
Zachariæ, & Azaria duce populi, cum re-
liquo exercitu qui erat in Judæa, ut essent
custodes ; Præcepit eis, & dixit eis ; Vi- 19
dete, curam gerite hujus populi, & ne bel-
lum committatis adversùm gentes, donec
revertamur ac veniamus. Itaque segregati 20
fuerunt cum Simone ter mille viri, ut abi-
rent cum eo in Galilæam : cum Juda verò
octies mille viri. Et profectus Simon in 21
Galilæam commisit prælia magna cum gen-
tibus, & profligatæ sunt gentes à conspectu
ejus, & persecutus est eas usque ad Ptolo-
maidem : Et ceciderunt è gentibus ferè tria 22
millia virorum, ceperúntque spolia earum :
Et tulit Simon eos qui erant in Galilæa, 23
quique in Ardabot, cum uxoribus ac li-
beris eorum, & supellectili eorum, adduxitq;
eos in Judæam summa cum jucunditate. 24
Juda verò Machabæus, & Jonathan frater
ejus trajecto Jordane, abierunt itinere tri-
um dierum in deserto :

Versio VULG. LAT.

25 Et occurrerunt eis Nabuthæi, & susceperunt eos pa-
cificè, & narraverunt eis omnia, quæ acciderant fra-
26 tribus eorum in Galaaditide, Et quia multi ex eis
comprehensi sunt in Barasa, & Bosor, & in Alimis,
& in Casphor, & Mageth, & Carnaim : hæ omnes
27 civitates munitæ, & magnæ. Sed in cæteris civita-
tibus Galaaditidis tenentur comprehensi, & in cra-
stinum constituerunt admovere exercitum civitati-
bus his, & comprehendere, & tollere eos in una die.
28 Et convertit Judas, & exercitus ejus, viam in deser-
tum Bosor repentè, & occupavit civitatem : & oc-
cidit omnem masculum in ore gladii, & accepit o-
29 mnia spolia eorum, & succendit eam igni. Et sur-
rexerunt indè noctè, & ibant usque ad munitionem.
30 Et factum est diluculò, cùm elevâssent oculos suos,
ecce populus multus, cujus non erat numerus, por-
tantes scalas & machinas, ut comprehenderent mu-
31 nitionem, & expugnarent eos. Et vidit Judas quia
cœpit bellum, & clamor belli ascendit ad cœlum
32 sicut tuba, & clamor magnus de civitate : Et dixit
exercitui suo ; Pugnate hodiè pro fratribus vestris.
33 Et venit tribus ordinibus post eos, & exclamaverunt
34 tubis, & clamaverunt in oratione. Et cognoverunt
castra Timothei quia Machabæus est, & refugerunt
à facie ejus : & percusserunt eos plagâ magnâ, &
ceciderunt ex eis in die illa ferè octo millia virorum.
35 Et divertit Judas in Maspha, & expugnavit, & cepit
eam : & occidit omnem masculum ejus, & sumpsit
36 spolia ejus, & succendit eam igni. Indè perrexit,
& cepit Casbon, & Mageth, & Bosor, & reliquas
37 civitates Galaaditidis. Post hæc autem verba con-
gregavit Timotheus exercitum alium, & castra po-
38 suit contra Raphon trans torrentem, Et misit Ju-
das speculari exercitum : & renuntiaverunt ei, di-
centes ; Quia convenerunt ad eum omnes gentes,
quæ in circuitu nostro sunt, exercitus multus nimis :
39 Et Arabas conduxerunt in auxilium sibi, & castra
posuerunt trans torrentem, parati ad te venire in
40 prælium. Et abiit Judas obviam illis. Et ait Timo-
theus principibus exercitûs sui, Cùm appropinqua-
verit Judas, & exercitus ejus ad torrentem aquæ : si
transierit ad nos prior, non poterimus sustinere eum :
quia potens poterit adversùm nos.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α΄.

25 Καὶ συνήντησαν τοῖς Ναβαταίοις, καὶ ἀπήντησαν αὐτοῖς εἰρηνικῶς,
καὶ διηγήσαντο αὐτοῖς ἅπαντα τὰ (τ) συμβάντα τοῖς ἀδελφοῖς αὐτῶν
26 ἐν τῇ Γαλααδίτιδι. Καὶ ὅτι πολλοὶ ἐξ αὐτῶν συνειλημμένοι εἰσὶν
εἰς Βόσορρα, καὶ (υ) Βοσὸρ, ἐν Ἀλέμοις, Χασφὼρ, Μακὲδ, καὶ Καρναΐν·
27 πᾶσαι αἱ πόλεις αὗται ὀχυραὶ καὶ μεγάλαι· Καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς πόλεσι
τῆς Γαλααδίτιδός εἰσι συνειλημμένοι, (φ) καὶ εἰς αὔριον τάσσονται παρεμ-
βάλλειν ἐπὶ τὰ ὀχυρώματα, καὶ καταλαβέσθαι, καὶ ἐξᾶραι πάντας
28 (χ) τούτους ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ. Καὶ ἀπέστρεψεν Ἰούδας καὶ ἡ παρεμβολὴ
αὐτοῦ ὁδὸν εἰς τὴν ἔρημον εἰς Βοσὸρ ἄφνω· καὶ κατελάβετο τὴν πόλιν, καὶ
ἀπέκτεινε πᾶν ἀρσενικὸν ἐν στόματι ῥομφαίας, καὶ ἔλαβε πάντα τὰ
29 σκῦλα αὐτῶν, καὶ ἐνέπρησεν αὐτὴν πυρί. Καὶ ἀπῆρεν ἐκεῖθεν νυκτὸς,
30 καὶ ἐπορεύετο ἕως ἐπὶ τὸ ὀχύρωμα. Καὶ ἐγένετο ἑωθινὴ, καὶ ἦραν
τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, καὶ ἰδοὺ λαὸς πολὺς (ψ) οὐκ ἦν ἀριθμὸς,
αἴροντες κλίμακας καὶ μηχανὰς καταλαβέσθαι τὸ ὀχύρωμα, καὶ ἐπολέμουν
31 αὐτούς· Καὶ εἶδεν Ἰούδας ὅτι ἦρκται ὁ πόλεμος, καὶ ἡ κραυγὴ τῆς
32 πόλεως ἀνέβη (ω) εἰς τὸν οὐρανὸν σάλπιγξι καὶ φωνῇ μεγάλῃ. Καὶ εἶπε
τοῖς ἀνδράσι τῆς δυνάμεως, Πολεμήσατε σήμερον ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν (α) ὑ-
33 μῶν. Καὶ ἐξῆλθεν ἐν τρισὶν ἀρχαῖς ἐξόπισθεν αὐτῶν, καὶ (β) ἐσάλπισαν
34 ταῖς σάλπιγξι, καὶ ἐβόησαν ἐν προσευχῇ. Καὶ ἐπέγνω ἡ παρεμβολὴ Τιμο-
θέου ὅτι (γ) Μακκαβαῖός ἐστι, καὶ ἔφυγον ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἐπάταξεν
αὐτοὺς (δ) πληγὴν μεγάλην, καὶ ἔπεσον ἐξ αὐτῶν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ εἰς
35 ὀκτακισχιλίους ἄνδρας. Καὶ ἀπέκλινεν εἰς (ε) Μασφὰ, καὶ ἐπολέμη-
σεν αὐτὴν, καὶ (ζ) προκατελάβετο αὐτὴν, καὶ ἀπέκτεινε πᾶν ἀρσενικὸν
αὐτῆς, καὶ ἔλαβε τὰ σκῦλα αὐτῆς, καὶ ἐνέπρησεν αὐτὴν (η) πυρί.
36 Ἐκεῖθεν ἀπῆρε, καὶ προκατελάβετο τὴν (θ) Χασφὼν, Μακὲδ, Βοσὸρ,
37 καὶ τὰς λοιπὰς πόλεις τῆς Γαλααδίτιδος. Μετὰ δὲ τὰ ῥήματα ταῦτα
συνήγαγε Τιμόθεος παρεμβολὴν ἄλλην, καὶ παρενέβαλε κατὰ πρόσωπον
38 Ῥαφὼν ἐκ πέραν τοῦ χειμάῤῥου. Καὶ ἀπέστειλεν Ἰούδας (*) κατασκοπεῦσαι
τὴν παρεμβολήν· καὶ ἀπήγγειλαν αὐτῷ, λέγοντες, (ι) Ἐπισυνηγμένα
εἰσὶ πρὸς αὐτοὺς πάντα τὰ ἔθνη τὰ κύκλῳ ἡμῶν, δύναμις πολλὴ σφό-
39 δρα. Καὶ (κ) Ἄραβας μεμίσθωνται εἰς βοήθειαν αὐτοῖς, καὶ (λ) παρεμ-
βάλλουσι πέραν τοῦ χειμάῤῥου ἕτοιμοι τοῦ ἐλθεῖν ἐπὶ σὲ εἰς πόλεμον.
40 Καὶ ἐπορεύθη Ἰούδας εἰς συνάντησιν αὐτῶν. Καὶ εἶπε Τιμόθεος τοῖς
ἄρχουσι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, Ἐν τῷ ἐγγίζειν Ἰούδαν καὶ τὴν παρεμβο-
λὴν αὐτοῦ ἐπὶ τὸν χειμάῤῥουν τοῦ ὕδατος, ἐὰν διαβῇ πρὸς ἡμᾶς πρότερος,
οὐ δυνησόμεθα (*) ὑποστῆναι αὐτὸν, ὅτι δυνάμενος δυνήσεται πρὸς ἡμᾶς.

MS. A. (τ) συμβεβηκότα (υ) Βοσσὸρ, ἐν Ἀλλέμοις, Κασφὼρ, Μακὲδ, καὶ Καρναΐν (φ) εἰς αὔριον (χ) αὐτοὺς (ψ) οὗ (ω) ἕως τοῦ οὐρανοῦ (α) ἡμῶν. (β) ἐσάλπισαν (γ) ὁ Μακκαβαῖος (δ) πληγῇ μεγάλῃ, (ε) Μαφὰ, (ζ) κατελάβετο (η) ἐν πυρί. (θ) Χασφὼθ, (*) κατασκοπῆσαι (ι) Ἐπισυνήχθησαν (κ) Ἄραβες (λ) παρεμβάλλουσιν (*) ὑποστῆναι

Interp. LAT.

Et facti sunt obviàm Nabathæis : & occurre- 25
runt eis pacificè : et narraverunt eis omnia quæ
acciderant fratribus eorum in Galaaditide :
Et quia multi ex eis comprehensi sunt in Bosora, 26
et Bosor, in Alimis, Chasphor, Maced, et Carnaim :
hæ omnes civitates munitæ, et magnæ : Et in 27
cæteris civitatibus Galaaditidis tenentur compre-
hensi : et in crastinum constituunt admovere exer-
citum ad munitiones, et comprehendere, et tollere
omnes hos in una die. Et convertit Judas, et 28
exercitus ejus viâ in desertum in Bosor repentè :
et occupavit civitatem : et occidit omnem mascu-
lum in ore gladii, et accepit omnia spolia eorum :
et succendit eam igni. Et surrexit indè noctè : et 29
ibat usque ad munitionem. Et factum est (b) di- 30
luculum : et elevaverunt oculos suos ; et ecce popu-
lus multus, cujus non erat numerus, portantes
scalas et machinas, ut comprehenderent munitio-
nes : et expugnabant eos. Et vidit Judas, quia 31
cœpit bellum : et clamor civitatis ascendit ad
cœlum tubis, et voce magnâ. Et dixit viris 32
exercitûs ; Pugnate hodiè pro fratribus vestris.
Et exiit tribus ordinibus post eos : et exclama- 33
verunt tubis, et clamaverunt in oratione. Et 34
cognoverunt castra Timothei, quia Maccabæus est :
et refugerunt à facie ejus. Et percussit eos plagâ
magnâ : et ceciderunt ex eis in die illa ferè octo
millia virorum. Et divertit in Maspha, et ex- 35
pugnavit eam, et cepit eam, et occidit omnem
masculum ejus : et sumpsit spolia ejus : et suc-
cendit eam igni. Indè perrexit, et cepit Chasphon, 36
Maced, Bosor, et reliquas civitates Galaaditidis.
Post hæc autē verba congregavit Timotheus exer- 37
citum alium, et castra posuit contra faciem Raphon
trans torrentem. Et misit Judas speculari exer- 38
citum : et nuntiaverunt ei, dicentes ; Convene-
runt ad eos omnes gentes, quæ in circuitu nostro
sunt, exercitus multus nimis. Et Arabas con- 39
duxit in auxilium sibi : et castra posuerunt
trans torrentem, parati ad te venire in prælium.
Et abiit Judas obviàm illis. Et ait Timotheus 40
principibus exercitûs sui ; Cùm appropinquaverit
Judas, et exercitus ejus, ad torrentem aquæ ; si
transierit ad nos prior ; non poterimus sustinere
eum : quia potens poterit adversùm nos.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]

Ubi occurrerunt eis Nabatæi, & pacificè
suscipientes eos, narraverunt eis quicquid
acciderat fratribus eorum in Galaad ; Et is
multos ex ipsis conclusos esse in Bosra, in
Bosira, in Olim, in Chesphor, in Macor, &
in Carna, quæ omnes urbes magnæ sunt ac
munitæ : In reliquis etiam urbibus quæ
sunt in Galaad, eos esse conclusos, & po-
stridiè paratos esse ad obsidendas munitio-
nes & destruendas eas, & illos omnes unicâ
die perdendos. Quapropter reversus Ju-
da cum universis copiis suis per viam deser-
ti Bosræ, irruerunt ex improviso in urbem,
occiderunt in ea omnem masculum acie gla-
dii, ceperunt omnia spolia eorum, eamque
succenderunt igni. Inde verò noctè mo-
vens Juda, contulerunt se usque ad munitio-
nem. Sed ad auroram diei sublatis oculis
viderunt, & ecce populus multus & innume-
rus scalas funésque portabant admovebánt-
que ad occupandam munitionem. Videns
itaque Juda grave esse prælium, & clamo-
rem urbis ad cœlum usque ascendisse, vo-
cem urbis, atque perturbationem plurimam,
dixit Juda viris militibus ; Pugnate hodie
pro fratribus vestris. Tum procedens Juda
cum tribus ducibus à tergo illorum, clama-
runt tubis, & cum oratione clamaverunt.
Agnoscentes autem copiæ Timothei, quòd
is esset Macabæus, fugerunt à conspectu ipsi-
us : quare percussit eos plagâ magnâ, adeò
ut occubuerint ex eis illâ die ferè octo millia
virorum. Inde declinans Juda ad Olim, præ-
lium inivit cum ea, omnem masculum qui e-
rat in ea cecidit, spolia abstulit, eamque igne
combusserunt. Inde movens Juda occupa-
runt Echsephorem, Macorem, Boseriam, &
reliquas urbes quæ erant in Galaade. Post
hæc autem congregavit Timotheus copias al-
teras, & castrametatus est prope Raphin ad
latus fluminis. Juda verò misit quosdam qui
explorarent copias, qui redeuntes dixerunt
ei ; Congregatæ sunt adversùm te omnes
gentes circunjacentes nobis, exercitus ma-
gnus ac validus : Quin etiam Arabes merce-
de conducti sunt ab eis ad auxilium, & ca-
stra habent ad latus fluminis, paratique sunt
adoriri te certamine. Igitur abeunte Juda
obviàm illis, Dixit Timotheus ducibus ex-
ercitûs sui ; Cùm appropinquaverit Juda
cum copiis suis ad latus ripæ fluminis, si
transierit ad nos, non poterimus
quia omninò prævalebit viribus nostris.

Versio VULG. LAT.

Si verò timuerit transire, & posuerit castra extra flumen, transfretemus ad eos, & poterimus adversus illam. Ut autem appropinquavit Judas ad torrentem aquæ, statuit scribas populi secus torrentem, & mandavit eis, dicens, Neminem hominum reliqueritis: sed veniant omnes in prælium. Et transfretavit ad illos prior, & omnis populus post eum: & contritæ sunt omnes gentes à facie eorum, & projecerunt arma sua, & fugerunt ad fanum, quod erat in Carnaim. Et occupavit ipsam civitatem, & fanum succendit igni, cum omnibus qui erant in ipso: & oppressa est Carnaim, & non potuit sustinere contra faciem Judæ. Et congregavit Judas universos Israelitas, qui erant in Galaaditide, à minimo usque ad maximum, & uxores eorum, & natos, & exercitum magnum valdè, ut venirent in terram Juda. Et venerunt usque Ephron: & hæc civitas magna in ingressu posita, munita valdè, & non erat declinare ab ea dexterâ vel sinistrâ, sed per mediam iter erat. Et incluserunt se qui erant in civitate, & obstruxerunt portas lapidibus: & misit ad eos Judas verbis pacificis, Dicens; Transeamus per terram vestram, ut eamus in terram nostram: & nemo vobis nocebit: tantùm pedibus transibimus. Et nolebant eis aperire. Et præcepit Judas prædicare in castris, ut applicarent unusquisque in quo erat loco. Et applicuerunt se viri virtutis: & oppugnavit civitatem illam totâ die, & totâ nocte, & tradita est civitas in manu ejus: Et peremerunt omnem masculum in ore gladii, & eradicavit eam, & accepit spolia ejus, & transivit per totam civitatem super interfectos. Et transgressi sunt Jordanem in campo magno, contra faciem Bethsan. Et erat Judas congregans extremos, & exhortabatur populum per totam viam, donec venirent in terram Juda. Et ascenderunt in montem Sion cum lætitia & gaudio, & obtulerunt holocausta, quòd nemo ex eis cecidisset, donec reverterentur in pace. Et in diebus, quibus erat Judas & Jonathas in terra Galaad, & Simon frater ejus in Galilæa contra faciem Ptolemaidis, Audivit Josephus Zachariæ filius, & Azarias princeps virtutis, res benè gestas, & prælia quæ facta sunt.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΏΝ Α´.

41 Ἐὰν δὲ δειλανθῇ, καὶ παρεμβάλῃ πέραν τοῦ ποταμοῦ, διαπεράσομεν
42 πρὸς (μ) αὐτὸν, καὶ δυνησόμεθα πρὸς αὐτόν. Ὡς δὲ ἤγγισεν Ἰούδας ἐπὶ τὸν
χειμάῤῥουν τοῦ ὕδατος, ἔστησε τοὺς γραμματεῖς τοῦ λαοῦ ἐπὶ τοῦ χειμάῤῥου,
καὶ ἐνετείλατο αὐτοῖς, λέγων, Μὴ ἀφῆτε (ν) πάντα ἄνθρωπον παρεμ-
43 βαλεῖν, (*) ἀλλ᾽ ἐρχέσθωσαν πάντες εἰς τὸν πόλεμον. Καὶ διεπέρασεν
(ξ) ἐπ᾽ αὐτοὺς πρότερος, καὶ πᾶς ὁ λαὸς (ο) ὄπισθεν αὐτοῦ. καὶ συνετρίβησαν
πρὸ προσώπου αὐτοῦ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ (π) ἔῤῥιψαν τὰ ὅπλα αὐτῶν, καὶ
44 ἔφυγον εἰς τὸ τέμενος ἐν Καρναΐν. Καὶ προκατελάβοντο τὴν πόλιν,
καὶ τὸ τέμενος ἐνεπύρισαν ἐν πυρὶ σὺν πᾶσι τοῖς (ρ) ἐν αὐτῷ. καὶ
ἐτροπώθη ἡ Καρναΐν, καὶ οὐκ (σ) ἐδύναντο ἔτι ὑποστῆναι κατὰ πρόσωπον
45 Ἰούδα. Καὶ συνήγαγεν Ἰούδας πάντα Ἰσραὴλ τοὺς ἐν τῇ Γαλαα-
δίτιδι ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν, καὶ τὰ
τέκνα αὐτῶν, καὶ τὴν ἀποσκευὴν, παρεμβολὴν μεγάλην
46 σφόδρα, ἐλθεῖν εἰς γῆν Ἰούδα. Καὶ ἦλθον ἕως Ἐφρών· καὶ αὕτη ἡ
πόλις μεγάλη (τ) ἐπὶ τῆς εἰσόδου ὀχυρὰ σφόδρα· οὐκ ἦν ἐκκλῖναι ἀπ᾽
47 αὐτῆς δεξιὰν ἢ ἀριστερὰν, ἀλλ᾽ ἢ διὰ μέσου αὐτῆς πορεύεσθαι. Καὶ
ἀπέκλεισαν αὐτοὺς οἱ ἐκ τῆς πόλεως, καὶ ἐνέφραξαν τὰς πύλας λίθοις.
48 καὶ ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς Ἰούδας λόγοις εἰρηνικοῖς, λέγων, (υ) Διελευ-
σόμεθα διὰ τῆς γῆς σου τοῦ ἀπελθεῖν εἰς τὴν γῆν ἡμῶν, καὶ οὐδεὶς κακοποιήσει
ὑμᾶς, πλὴν τοῖς ποσὶ παρελευσόμεθα. καὶ οὐκ ἠθέλοντο ἀνοῖξαι αὐτῷ.
49 Καὶ ἐπέταξεν Ἰούδας κηρύξαι ἐν τῇ παρεμβολῇ, τοῦ παρεμβαλεῖν
50 ἕκαστον ἐν ᾧ ἐστι τόπῳ. Καὶ παρενέβαλον οἱ ἄνδρες τῆς (φ) δυνάμεως,
καὶ ἐπολέμησαν τὴν πόλιν ὅλην τὴν ἡμέραν ἐκείνην καὶ ὅλην τὴν νύκτα, καὶ
51 παρεδόθη ἡ πόλις ἐν χειρὶ αὐτοῦ. Καὶ ἀπώλεσε πᾶν ἀρσενικὸν
ἐν στόματι ῥομφαίας, καὶ (χ) ἐξεῤῥίζωσεν αὐτὴν, καὶ ἔλαβε
τὰ σκῦλα (*) αὐτῆς, καὶ διῆλθε διὰ τῆς πόλεως ἐπάνω τῶν
52 ἀπεκταμμένων. Καὶ διέβησαν τὸν Ἰορδάνην εἰς τὸ πεδίον τὸ μέγα
53 κατὰ πρόσωπον Βαιθσάν. Καὶ ἦν Ἰούδας ἐπισυνάγων τοὺς ἐσχατίζον-
τας, καὶ παρακαλῶν τὸν λαὸν κατὰ πᾶσαν τὴν ὁδὸν, (ψ) ἕως οὗ ἦλθον εἰς
54 γῆν Ἰούδα. Καὶ ἀνέβησαν εἰς τὸ ὄρος Σιὼν ἐν εὐφροσύνῃ καὶ χαρᾷ.
καὶ προσήγαγον ὁλοκαυτώματα, ὅτι οὐκ ἔπεσεν ἐξ αὐτῶν οὐθεὶς ἕως τοῦ
55 ἐπιστρέψαι ἐν εἰρήνῃ. Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις αἷς ἦν Ἰούδας καὶ Ἰωνάθαν
ἐν τῇ Γαλαὰδ, καὶ Σίμων ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ κατὰ πρόσωπον
56 Πτολεμαΐδος, Ἤκουσεν Ἰωσὴφ ὁ τοῦ (*) Ζαχαρίου, καὶ Ἀζαρίας, ἄρχοντες
(ω) τῆς δυνάμεως, τῶν ἀνδραγαθιῶν καὶ τοῦ πολέμου οἷα ἐποίησαν,

MS. A. (μ) αὐτόν. Ὡς δὲ (ν) ἄνθρωπον (*) ἀλλά (ξ) πρὸς αὐτοὺς πρότερον, (ο) αὐτοῦ ἔμπροσθεν (π) ἔῤῥιψαν πάντα τὰ ὅπλα (ρ) οὖσιν ἐν (σ) ἠδύνατο (τ) *αἱ τῆς εἰσόδου ἰσχυρά (υ) Διελεύσομαι εἰς τὴν γῆν σου (φ)* πόλεως, (χ) ἐξεῤῥίζωσεν (*) τῆς πόλεως. (ψ) ἕως ἦλθεν (*) Ζαχαρίου, καὶ Ζαχαρίας, (ω) τῶν δυνάμεων, τῶν ἀνδραγαθιῶν

Interp. LAT.

Si verò timuerit, & posuerit castra ultra flu- 41
men; transfretabimus ad eum, & poteri-
mus adversus illum. Ut autem appropin- 42
quavit Judas ad torrentem aquæ, statuit
scribas populi secus torrentem: & man-
davit eis, dicens; Neminem hominum relique-
ritis in castris: sed veniant omnes in prælium.
Et transfretavit ad illos prior, et omnis populus 43
post eum. Et contritæ sunt omnes gentes à facie
ejus: et projecerunt arma sua, et fugerunt ad
phanum, quod erat in Carnain. Et occupaverunt 44
ipsam civitatem: et phanum succenderunt igni
cum omnibus quæ erant in ipso. Et oppressa est
Carnain: et non potuerunt ultra sustinere con-
tra faciem Judæ. Et congregavit Judas uni- 45
versos Israelitas, qui erant in Galaaditide à
minimo usque ad maximum, et uxores eorum,
et natos eorum, et apparatum, castra magna valdè,
ut venirent in terram Juda. Et venerunt usque ad 46
Ephron: et hæc civitas magna in ingressu munita
valdè: non erat declinare ab ea ad dexteram vel
sinistram: sed per medium ejus iter erat. Et 47
incluserunt se, qui erant de civitate, et obstru-
xerunt portas lapidibus. Et misit ad eos Judas
verba pacifica, Dicens; Transibimus per ter- 48
ram tuam, ut eamus in terram nostram: et nemo
vobis nocebit: tantùm pedibus transibimus. Et
nolebant ei aperire. Et præcepit Judas prædicari 49
in castris, ut applicarent unusquisque, in quo
erat loco. Et applicuerunt viri virtutis: et 50
oppugnaverunt civitatem, totâ die illâ, et totâ
nocte. Et tradita est civitas in manibus ejus.
Et peremit omnem masculum in ore gladii: et 51
eradicavit eam: et accepit spolia ejus: et trans-
ivit per civitatem super interfectos. Et trans- 52
gressi sunt Jordanem in campum magnum contra
faciem Bæthsan. Et erat Judas congregans ex- 53
tremos, et exhortabatur populum per totam viam,
donec venerunt in terram Judæ. Et ascenderunt 54
in montem Sion cum lætitia, et gaudio: et obtu-
lerunt holocausta; quòd nemo ex eis cecidisset,
donec reverterentur in pace. Et in diebus, quibus 55
erat Judas et Jonathan in Galaad, et Simon fra-
ter ejus in Galilæa contra faciem Ptolemaidis,
Audivit Joseph Zachariæ filius, et Azarias, prin- 56
cipes virtutis, res benè gestas, et prælia, quæ facta
sunt.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

[illegible]

At si formidaverit castráque fixerit ab illâ 41
parte fluminis, transeamus ad eum, & præ-
valebimus viribus ejus. Itaque cùm ap- 42
propinquâsset Juda ad flumen, statuit scribas
populi secus flumen, præcepitque eis, & di-
xit illis; Nemini permiseritis in castris de-
gere, sed veniant omnes in prælium: Tra- 43
jecítque ipse prior in illos, totúsque popu-
lus post ipsum: & profligatæ sunt gentes il-
læ à conspectu ipsius, projectísque armis
suis fugerunt ad fanum idolorum quod erat
in Carna. Sed captâ urbe, fanum idolorum 44
igni succenderunt cum iis omnibus quæ erant
in ipso: & devicta fuit Carna, ita ut non pos-
set ampliùs resistere Judæ. Tum collegit 45
Juda cunctos Israelitas qui erant in Galaad, à
parvo ad magnum usque, uxores & liberos
eorum, totámque supellectilem eorum, ca-
stra magna & ingentia, ut venirent in ter-
ram Judæ. Cùm autem venisset Ophram 45
usque (porrò hæc est urbs magna, super viâ
sita, valde munita, à qua deflecti non pote-
rat dextrorsum aut sinistrorsum, sed per me-
dium ejus transeundum,) Clauserunt ante 47
facies eorum incolæ civitatis, Et obstruxe- 48
runt portas ejus lapidibus. Misit verò ad 49
eos Juda verbis pacificis, & dixit eis; Trans- 50
ibo per terram vestram, ut redeam in patri-
am meam, nemoque damnum vobis inferet,
sed tantùm pedibus nostris transibimus: at
noluerunt aperire eis. Quamobrem man- 51
davit Juda ut prædicaretur in castris, castra-
metandũ esse unicuique contra locum suum;
& castrametati sunt viri exercitûs, impugna-
verúntque urbem toto die illo, totáque no-
cte: tum demum tradita est urbs in manus e-
jus: Perdidítque ex ea omnem masculum a- 52
cie gladii, & funditùs everterunt eam, cepe-
runt spolia ejus, & pervaserunt per mediam
urbem super occisos: inde trajecerunt Jorda-
nem ad planitiem magnam è regione Beth-ja-
sanis. Juda verò congregabat extremos, & 53
consolabatur populum toto in itinere, donec
pervenissent ad terram Judææ. Et ascenden- 54
tes in montem Sionis cum jucunditate & læ-
titia, obtulerunt sacrificia et holocausta, quòd
ne unus quidem ex eis cecidisset, & pacificè
reversi essent. Iis diebus quibus erant Juda 55
& Jonathan frater ejus in terra Galaad, &
Simon frater ejus in Galilæa contra Ptolo-
maidem: Audiens Joseph filius Zachariæ, 56
& Azaria duces copiarum, fortitudinem,
præclara facinora, & bella Judæ, dixerunt;

Versio VULG. LAT.

57 Et dixit; Faciamus & ipsi nobis nomen, & eamus
pugnare adversùs gentes, quæ in circuitu nostro
58 sunt. Et præcepit his qui erant in exercitu suo,
59 & abierunt Jamniam. Et exivit Gorgias de civi-
60 tate, & viri ejus obviàm illis in pugnam. Et fu-
gati sunt Josephus & Azarias usque ad fines Ju-
dææ: & ceciderunt illo die de populo Israel ad
duo millia viri, & facta est fuga magna in po-
61 pulo: Quia non audierunt Judam & fratres ejus,
62 existimantes fortiter se facturos. Ipsi autem non
erant de semine virorum illorum, per quos salus
63 facta est in Israel. Et viri Juda magnificati sunt
valdè in conspectu omnis Israel, & gentium o-
64 mnium ubi audiebatur nomen eorum. Et conve-
65 nerunt ad eos fausta acclamantes. Et exivit Judas,
& fratres ejus, & expugnabant filios Esau, in
terra quæ ad Austrum est, & percussit Chebron
& filias ejus: & muros ejus & turres succendit igni
66 in circuitu. Et movit castra ut iret in terram a-
67 lienigenarum, & perambulabat Samariam. In die
illo ceciderunt sacerdotes in bello, dum volunt
fortiter facere, dum sine consilio exeunt in præ-
68 lium. Et declinavit Judas in Azotum in terram
alienigenarum, & diruit aras eorum, & sculptilia
deorum ipsorum succendit igni: & cepit spolia ci-
vitatum, & reversus est in terram Juda.

CAP. VI.

1 ET rex Antiochus perambulabat superiores re-
giones, & audivit esse civitatem Elymaidem in
Perside nobilissimam, & copiosam in argento &
2 auro, Templúmque in ea locuples valdé: & illic
velamina aurea, & loricæ, & scuta, quæ reliquit
Alexander Philippi, rex Macedo, qui regnavit pri-
3 mus in Græcia. Et venit, & quærebat capere ci-
vitatem, & deprædari eam: & non potuit, quo-
niam innotuit sermo his qui erant in civitate:
4 Et insurrexerunt in prælium, & fugit indè, &
abiit cum tristitia magna, & reversus est in Ba-
byloniam.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α'.

57 Καὶ (α) εἶπεν, Ποιήσωμεν καὶ αὐτοὶ ἑαυτοῖς ὄνομα, καὶ πορευθῶμεν
58 πολεμῆσαι πρὸς τὰ ἔθνη τὰ κύκλῳ ἡμῶν. Καὶ παρήγγειλαν τοῖς
ἀπὸ τῆς δυνάμεως τῆς μετ' αὐτῶν, καὶ ἐπορεύθησαν ἐπὶ Ἰάμνειαν.
59 Καὶ ἐξῆλθε Γοργίας ἐκ τῆς πόλεως, καὶ οἱ ἄνδρες αὐτοῦ εἰς συνάν-
60 τησιν αὐτοῖς εἰς πόλεμον. Καὶ ἐτροπώθη (β) Ἰώσηπος καὶ Ἀζαρίας,
καὶ ἐδιώχθησαν ἕως τῶν ὁρίων τῆς Ἰουδαίας. καὶ ἔπεσον ἐν τῇ ἡμέρᾳ
ἐκείνῃ ἐκ τοῦ λαοῦ (γ) τοῦ Ἰσραὴλ εἰς δισχιλίους ἄνδρας. καὶ ἐγενήθη
61 τροπὴ μεγάλη ἐν τῷ (δ) λαῷ Ἰσραὴλ, Ὅτι οὐκ ἤκουσαν (ε) Ἰούδα καὶ
62 τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, οἰόμενοι ἀνδραγαθῆσαι (ζ). Αὐτοὶ δὲ οὐκ ἦσαν
ἐκ τοῦ σπέρματος τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων, οἷς ἐδόθη σωτηρία Ἰσραὴλ
63 διὰ χειρὸς αὐτῶν. Καὶ ὁ ἀνὴρ Ἰούδας καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ ἐδοξάσθησαν
σφόδρα ἐναντίον παντὸς Ἰσραὴλ, καὶ τῶν ἐθνῶν πάντων, οὗ ἠκούετο
64 τὸ ὄνομα αὐτῶν. Καὶ ἐπισυνήγοντο πρὸς αὐτοὺς εὐφημοῦντες.
65 Καὶ ἐξῆλθεν Ἰούδας καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, καὶ ἐπολέμουν τοὺς υἱοὺς Ἡσαῦ
ἐν τῇ γῇ πρὸς Νότον, καὶ ἐπάταξε τὴν Χεβρὼν καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῆς,
καὶ καθεῖλε τὸ ὀχύρωμα αὐτῆς, καὶ τοὺς πύργους αὐτῆς (*) ἐνέπρησε κυκλό-
66 θεν. Καὶ ἀπῆρε τοῦ πορευθῆναι εἰς γῆν ἀλλοφύλων, καὶ διεπορεύετο
67 τὴν Σαμάρειαν. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ (η) ἔπεσον ἱερεῖς ἐν πολέμῳ
βουλόμενοι ἀνδραγαθῆσαι, ἐν τῷ (θ) αὐτοὺς ἐξελθεῖν εἰς (*) πόλεμον
68 ἀβουλεύτως. Καὶ ἐξέκλινεν Ἰούδας εἰς Ἄζωτον γῆν ἀλλοφύλων, καὶ
καθεῖλε τοὺς βωμοὺς αὐτῶν, καὶ τὰ γλυπτὰ τῶν θεῶν αὐτῶν κατέκαυσε
(ι) πυρὶ, καὶ ἐσκύλευσε τὰ σκῦλα τῶν πόλεων, καὶ ἐπέστρεψεν εἰς τὴν
(κ) γῆν Ἰούδα.

MS.A. (α) εἶπαν. Ποιήσωμεν (β) Σιώσηπος (γ) * σὺ (δ) λαῷ, Ὅτι οὐκ (ε) Ἰούδα (ζ) αὐτόν. (*) ἐνεπύρισεν (η) ἔπεσαν ἱερεῖς πολέμῳ βουλόμενοι αὐτῶν (θ) αὐτὸν (*) τὸν πόλεμον (ι) καὶ ἐσκύλευσεν (κ) Ἰουδαίαν.

ΚΕΦ. ϛ'.

1 ΚΑὶ ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχος διεπορεύετο τὰς ἐπάνω χώρας, καὶ ἤκου-
σεν ὅτι ἐστὶν (α) Ἐλυμαῒς ἐν τῇ Περσίδι πόλις ἔνδοξος πλούτῳ,
2 (β) ἀργυρίῳ τε καὶ χρυσίῳ, Καὶ τὸ ἱερὸν τὸ ἐν αὐτῇ πλούσιον σφόδρα,
καὶ ἐκεῖ καλύμματα χρυσᾶ, καὶ θώρακες, καὶ ὅπλα ἃ κατέλιπεν ἐκεῖ
Ἀλέξανδρος ὁ (γ) Φιλίππου, βασιλεὺς ὁ Μακεδὼν, ὃς ἐβασίλευσε
3 (δ) πρῶτος ἐν τοῖς Ἕλλησι. Καὶ ἦλθε καὶ ἐζήτει (ε) καταλαβέσθαι τὴν
πόλιν, καὶ προνομεῦσαι αὐτὴν, καὶ οὐκ ἠδυνάσθη, ὅτι ἐγνώσθη ὁ λόγος
4 τοῖς ἐκ τῆς πόλεως. Καὶ ἀνέστησαν αὐτῷ εἰς πόλεμον, καὶ ἔφυγε καὶ
(ζ) ἀπῆρεν ἐκεῖθεν μετὰ λύπης μεγάλης, ὑποστρέψαι εἰς Βαβυλῶνα.

MS.A. (α) ἐν Ἐλυμαῒς (β) ἀργυρίῳ καὶ (γ) τοῦ Φιλίππου, ὁ βασιλεὺς (δ) τοῖς Ἕλλησι πρῶτος. (ε) καταλαβεῖν (ζ) ἀπῆλθεν

Interp. LAT.

Et dixit; Faciamus & ipsi nobis nomen, & eamus pugnare adversùm gentes, quæ in circuitu nostro sunt. Et præceperunt his qui erant in exercitu suo: & abierunt Jamniam. Et exivit Gorgias de civitate, & viri ejus obviàm illis in pugnam. Et fugati sunt Joseph, & Azarias, & propulsati usque in fines Judææ. Et ceciderunt die illâ de populo Israel ad duo millia viri: & facta est plaga magna in populo Israel: Quia non audierunt Judam, & fratres ejus, existimantes fortiter se facturos. Ipsi autem non erant de semine virorum illorum, quibus data est salus Israel per manum eorum. Et vir Judas, & fratres ejus glorificati sunt valdè in conspectu omnis Israel, & gentium omnium, ubi audiebatur nomen eorum. Et convenerunt ad eos fausta acclamantes. Et exivit Judas, & fratres ejus, & expugnabant filios Esau in terra, quæ ad Austrum est: & percussit Chebron, & filias ejus: & destruxit munitionem ejus: & turres ejus succendit in circuitu. Et movit castra ut iret in terram alienigenarum: & perambulabat Samariam. In die illa ceciderunt sacerdotes (c) in bello, dum volunt fortiter facere, dum sine consilio exeunt in prælium. Et declinavit Judas in Azotum terram alienigenarum: & diruit aras eorum: & sculptilia deorum eorum succendit igni: & cepit spolia civitatum: & reversus est in terram Juda.

CAP. VI.

ET rex Antiochus perambulabat superiores regiones: & audivit esse Elymaidem in Perside civitatem nobilissimam divitiis, argentóque, & auro: Templúmque, quod in ea, locuples valdè: & illic velamina aurea, & loricæ, & scuta, quæ reliquit ibi Alexander Philippi, rex Macedo, qui regnavit primus in Græcis. Et venit, & quærebat capere civitatem, & deprædari eam: & non potuit; quoniam innotuit sermo his qui erant de civitate. Et insurrexerunt in eum in prælium: et fugit, et abiit indè cum tristitia magna, ut reverteretur Babyloniam.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

57 [illegible]
58 [illegible]
59 [illegible]
60 [illegible]
61 [illegible]
62 [illegible]
63 [illegible]
64 [illegible]
65 [illegible]
66 [illegible]
67 [illegible]
68 [illegible]

Comparemus nos etiam nobis nomen, & eamus pugnatum contra gentes quæ circumstant nos: Præceptóque dato copiis quæ secum erant, abierunt ad Jamnin. Sed egressi sunt Gorgia ex urbe & viri qui cum eo erant, adversus eos in prælium: Et devicti sunt Joseph & Azaria, & persecutus est eos usque ad limites Edom, ceciderúntque eo die ex populo Israëlitico fermè duo millia virorum, & fuit contritio magna in Israële: Eò quòd non obtemperâssent Judæ & fratribus ejus, volentes etiam ipsi comparare sibi nomen & claritatem. Isti verò non erant de semine virorum illorum quorum opera præstiterat Deus salutem in Israële. Ita Juda & fratres ejus magis laudati fuerunt apud omnes Israelitas, & inter cunctas gentes: & ubicunque audiebatur fama illorum. Congregabantur, & venientes celebrabant eos. Deinde procedens Juda & fratres ejus, pugnabant contra filios Esau in terra Australi: & percusserunt Hebronem & filias ejus. Arces ejus everterunt, & turres ejus igne succenderunt per circuitum. Tum profectus est inde Juda ut abiret in terram Palæstinorum, transivítque per Samariam. Eo die ceciderunt sacerdotes in bello præstare volentes præclara facinora, & procedentes ad bellum sine consilio. Et declinavit Juda in Azotum quæ est in terra Palæstinorum, & demoliti sunt aras eorum, sculptilia idolorum eorum igne combusserunt, diripuerunt spolia urbium, & reversi sunt in Judæam.

CAP. VI.

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

REx autem Antiochus perlustrans regiones superiores, audivit esse in Perside Elam urbem nobilem divitiis auri & argenti. Et templum loci idolorum ejus esse valde opulentum, ibique extare galeas aureas, thoraces, & vasa bellica, quæ reliquerat ibi Alexander Philippi filius rex Macedo, is qui primus fuerat rex Græcorum. Quamobrem venit animo capiendi eam urbem atque diripiendi: sed non potuit, quoniam re civibus urbis patefactâ. Restiterunt ei cives illius bello; ita ut fugiens proficisceretur inde magna cum tristitia, ut Babylonem remearet.

Versio VULG. LAT.

Et venit qui nuntiaret ei in Perside, quia fugata sunt castra, quæ erant in terra Juda: Et quia abiit Lysias cum virtute forti in primis, & fugatus est à facie Judæorum, & invaluerunt armis, & viribus, & spoliis multis, quæ ceperunt de castris, quæ exciderunt: Et quia diruerunt abominationem, quam ædificaverat super altare, quod erat in Jerusalem, & sanctificationem, sicut priùs, circumdederunt muris excelsis, sed & Bethsuram civitatem suam. Et factum est ut audivit rex sermones istos, expavit, & commotus est valdè: & decidit in lectum, & incidit in languorem præ tristitia, quia non factum est ei sicut cogitabat. Et erat illic per dies multos: quia renovata est in eo tristitia magna, & arbitratus est se mori. Et vocavit omnes amicos suos, & dixit illis; Recessit somnus ab oculis meis, & concidi, & corrui corde præ solicitudine: Et dixi in corde meo; In quantam tribulationem deveni, & in quos fluctus tristitiæ, in qua nunc sum: qui jucundus eram, & dilectus in potestate mea! Nunc verò reminiscor malorum, quæ feci in Jerusalem, unde & abstuli omnia spolia aurea & argentea, quæ erant in ea, & misi auferre habitantes Judæam sine causa. Cognovi ergò quia propterea invenerunt me mala ista: & ecce pereo tristitiâ magnâ in terra aliena. Et vocavit Philippum, unum de amicis suis, & præposuit eum super universum regnum suum: Et dedit ei diadema, & stolam suam, & annulum, ut adduceret Antiochum filium suum, & nutriret eum, & regnaret. Et mortuus est illic Antiochus rex, anno centesimo quadragesimo nono. Et cognovit Lysias quoniam mortuus est rex, & constituit regnare Antiochum filium ejus, quem nutrivit adolescentem: & vocavit nomen ejus Eupator. Et hi qui erant in arce, concluserant Israel in circuitu sanctorum: & quærebant eis mala semper, & firmamentum Gentium. Et cogitavit Judas disperdere eos: & convocavit universum populum, ut obsiderent eos. Et convenerunt simul, & obsederunt eos, anno centesimo quinquagesimo; & fecerunt balistas & machinas.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α'.

5 Καὶ ἦλθεν ἀπαγγέλλων τις αὐτῷ εἰς τὴν Περσίδα, ὅτι τετρόπωνται
6 αἱ παρεμβολαὶ αἱ πορευθεῖσαι εἰς γῆν Ἰούδα. Καὶ ἐπορεύθη Λυσίας
δυνάμει ἰσχυρᾷ ἐν πρώτοις, καὶ ἀνετράπη ἀπὸ προσώπου αὐτῶν, καὶ
ἐπίσχυσαν ὅπλοις (η) καὶ δυνάμει καὶ σκύλοις πολλοῖς οἷς ἔλαβον ἀπὸ
7 τῶν παρεμβολῶν ὧν ἐξέκοψαν. Καὶ (θ) καθεῖλον τὸ βδέλυγμα ὃ
ᾠκοδόμησεν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τὸ ἐν Ἱερουσαλήμ, καὶ τὸ ἁγίασμα
καθὼς τὸ πρότερον ἐκύκλωσαν τείχεσιν ὑψηλοῖς, καὶ τὴν (ι) Βαιθσούραν
8 πόλιν αὐτοῦ. Καὶ ἐγένετο ὡς ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς τοὺς λόγους τούτους,
ἐθαμβήθη καὶ ἐσαλεύθη σφόδρα· καὶ ἔπεσεν ἐπὶ τὴν κοίτην, καὶ ἐνέ-
πεσεν εἰς ἀρρωστίαν ἀπὸ τῆς λύπης, ὅτι οὐκ ἐγένετο αὐτῷ καθὼς
9 ἐνεθυμεῖτο. Καὶ ἦν ἐκεῖ ἡμέρας πλείους, ὅτι ἀνεκαινίσθη ἐπ' αὐτὸν
10 λύπη μεγάλη, καὶ ἐλογίσατο ὅτι ἀποθνήσκει. Καὶ ἐκάλεσε πάντας
τοὺς φίλους αὐτοῦ, καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς, Ἀφίσταται (κ) ὁ ὕπνος ἀπὸ
11 τῶν ὀφθαλμῶν μου, καὶ συμπέπτωκα τῇ καρδίᾳ ἀπὸ τῆς μερίμνης. Καὶ
εἶπα τῇ καρδίᾳ (λ) μου, Ἕως τίνος θλίψεως ἦλθον καὶ κλύδωνος
μεγάλου, ἐν ᾧ νῦν εἰμι; ὅτι χρηστὸς καὶ ἀγαπώμενος ἤμην ἐν τῇ
12 ἐξουσίᾳ μου. Νῦν δὲ (μ) μιμνήσκομαι τῶν κακῶν ὧν ἐποίησα ἐν
Ἱερουσαλήμ, καὶ ἔλαβον πάντα τὰ σκεύη (ν) τὰ χρυσᾶ καὶ τὰ ἀργυρᾶ
τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ ἐξαπέστειλα (ξ) ἐξᾶραι τοὺς κατοικοῦντας Ἰούδα δια-
13 κενῆς. Ἔγνων (ο) οὖν ὅτι χάριν τούτου εὗρέν με τὰ κακὰ ταῦτα·
14 καὶ ἰδοὺ ἀπόλλυμαι λύπῃ μεγάλῃ ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ. Καὶ ἐκάλεσε
Φίλιππον ἕνα τῶν φίλων αὐτοῦ, καὶ κατέστησεν αὐτὸν ἐπὶ πάσης τῆς
15 βασιλείας αὐτοῦ. Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ τὸ διάδημα καὶ τὴν στολὴν αὐτοῦ καὶ
τὸν δακτύλιον, τοῦ ἀγαγεῖν Ἀντίοχον τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ ἐκθρέψαι
16 αὐτὸν τοῦ (π) βασιλεύειν. Καὶ ἀπέθανεν ἐκεῖ Ἀντίοχος ὁ βασι-
17 λεὺς ἔτους ἐνάτου καὶ (*) τεσσαρακοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ. Καὶ ἐπέγνω Λυσίας
ὅτι τέθνηκεν ὁ βασιλεύς, καὶ κατέστησε βασιλεύειν Ἀντίοχον τὸν υἱὸν
αὐτοῦ ἀντ' αὐτοῦ, ὃν ἐξέθρεψε νεώτερον, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ
18 (ρ) Εὐπάτορα. Καὶ οἱ ἐκ τῆς ἄκρας ἦσαν συγκλείοντες τὸν Ἰσραὴλ κύκλῳ
19 τῶν ἁγίων, καὶ ζητοῦντες (σ) τὰ κακὰ δι' ὅλου, καὶ στήριγμα τοῖς ἔθνεσι.
Καὶ ἐλογίσατο Ἰούδας ἐξᾶραι αὐτούς· καὶ ἐξεκκλησίασε πάντα τὸν
20 λαὸν τοῦ περικαθίσαι ἐπ' (τ) αὐτούς. Καὶ συνήχθησαν ἅμα, καὶ περιε-
κάθισαν ἐπ' αὐτοὺς ἔτους πεντηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ, καὶ ἐποίησεν ἐπ' αὐτοὺς
(*) βελοστάσεις καὶ μηχανάς.

MS. A. (η) οἷς ἔλαβον (θ) καθεῖλαν (ι) Βεθσούρα (κ) ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν μου ὁ ὕπνος, (λ) Ἕως τίνος (μ) μνήσκομαι (ν) τὰ ἀργυρᾶ καὶ τὰ χρυσᾶ (ξ) τοῦ ἐξᾶραι (ο) ὅτι χάριν (π) * μὴ βασιλεύειν (*) τεσσαρακοστοῦ (ρ) Εὐπάτωρ. (σ) κακὰ (τ) αὐτοὺς, ἔτους πεντηκοστοῦ (*) βελοστασίας

Interp. LAT.

Et venit qui nuntiaret ei in Perside; quia fu- 5
gata sunt castra, quæ iverant in terram Juda:
Et ivit Lysias cum virtute forti in primis, & 6
fugatus est à facie eorum; & invaluerunt armis,
& viribus, & spoliis multis, quæ ceperunt de
castris, quæ exciderunt: Et diruerunt abomi- 7
nationem, quam ædificaverat super altare, quod
erat in Hierusalem; et sanctificationem, sicut
priùs, circundederunt muris excelsis, et Bethsu-
ram civitatem suam. Et factum est, ut audivit 8
rex sermones istos; expavit, et commotus est
valdè: et decidit in lectum, et incidit in lan-
guorem præ tristitia, quia non est factum sibi,
sicut cogitabat. Et erat illic per dies multos: 9
quia renovata est in eo tristitia magna: et arbi-
tratus est se mori. Et vocavit omnes amicos 10
suos, et dixit illis; Recessit somnus ab oculis
meis, et concidi corde præ solicitudine: Et 11
dixi in corde meo; In quantam tribulationem
deveni, et tempestatem magnam, in qua nunc sum?
quia jucundus eram, et dilectus in potestate
mea. Nunc verò reminiscor malorum, quæ feci 12
in Hierusalem, et abstuli omnia vasa aurea, et
argentea, quæ erant in ea: et misi auferre ha-
bitantes Judæam, sine causa. Cognovi ergò, 13
quia propterea invenerunt me mala ista: et ecce
pereo tristitiâ magnâ in terra aliena. Et vocavit 14
Philippum unum de amicis suis, et præposuit
eum super universum regnum suum: Et dedit 15
ei diadema, et stolam suam, et annulum; ut
adduceret Antiochum filium suum, et nutriret
eum, ut regnaret. Et mortuus est illic Antio- 16
chus rex anno nono et quadragesimo et centesimo.
Et cognovit Lysias, quoniam mortuus est rex, et 17
constituit regnare Antiochum filium suum pro se,
quem nutrivit adolescentem, et vocavit nomen
ejus Eupatorem. Et qui erant in arce, con- 18
cluserant Israel in circuitu sanctorum, et quæ-
rebant mala semper, (a) et firmamentum gentibus.
Et cogitavit Judas disperdere eos: et convocavit 19
universum populum, ut obsiderent eos. Et con- 20
venerunt simul, et obsederunt eos anno centesimo
quinquagesimo. Et fecit super eos balistas, et
machinas.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]

Venerunt etiam *quidam*, & dixerunt An- 5
tiocho in Perside, devictas esse copias ejus
illas quæ profectæ fuerunt in Judæam. Et 6
quomodo abiisset Lysia primùm magno cum
exercitu, devictúsque esset ab eis: & in-
valuissent armis Judæi, copiis, spoliísque
permultis, quæ ceperant à castris quæ devi-
cerant: Evertissent abominationem illam 7
quæ ædificata fuerat super altare Jerosoly-
mitanum: Sanctuarium cinxissent muris in-
gentibus ut antea, & Beth-suram urbem
suam reædificassent. Et factum est, cùm au- 8
disset rex hujusmodi sermones, ut obstupe-
sceret ac magnopere turbaretur, decumbe-
rétque super lectum suum; & ægrotaret
præ tristitia; eò quòd res pro votis ejus
minimè successisset. Fuit ergo ibi diebus 9
multis, quia renovata fuerat in ipso tristi-
tia ipsius. Et arbitratus Antiochus se mori- 10
turum, advocavit omnes amicos suos, &
dixit eis; Recessit somnus ab oculis meis,
& cor meum contabuit in præcordiis meis
præ nimia anxietate. Et dixi cordi meo, 11
Ad quantam usque calamitatem deveni, tan-
támque tempestatem quâ jactor! Nam ju- 12
cundus eram atque dilectus in dominio meo:
nunc autem ecce recordor malorum quæ
commisi in Jerusalem, accipiens vasa au-
rea & argentea quæ erant in ipsa, & mit-
tens ut delerentur habitatores Judææ gratis.
Equidem novi has ob res accidisse mihi 13
omnia ista mala: & ecce multam ob tri-
stitiam pereo in terra aliena. Tum advo- 14
cans Antiochus Philippum unum ex amicis
suis, præfecit eum toti regno suo; Dedítque 15
ei diadema, stolam suam, annulúmque suum,
ut deferret ea Antiocho filio suo, & nutri-
ret eum ut esset rex. Ita mortuus est illic 16
Antiochus rex, anno centesimo quadrage-
simo nono. Et cognoscens Lysia mortuum 17
esse regem, statuit Antiochum filium ejus
in regno ipsius, quem ipse educaverat inde
ab ejus pueritia, vocavítque nomen ejus
Eupatorem. Illi autem qui degebant in 18
arce, concludebant Israëlem ex omni parte
Sanctuarii, & studebant omnia ei inferre
mala, erántque auxilio gentibus. Qua- 19
propter decrevit Juda tollere eos, congre-
gavítque universum populum, ut obside-
rent eos. Itaque simul congregati, obse- 20
derunt eos anno centesimo quinquagesimo,
& fecerunt adversùs eos turrim & machi-
nam ad impugnandum eos.

Versio VULG. LAT.

21 Et exierunt quidam ex eis qui obsidebantur, &
22 adjunxerunt se illis aliqui impii ex Israel, Et ab-
ierunt ad regem, & dixerunt; Quousque non facis
23 judicium, & vindicas fratres nostros? Nos decre-
vimus servire patri tuo, & ambulare in præceptis
24 ejus, & obsequi edictis ejus: Et filii populi no-
stri propter hoc alienabant se à nobis, & quicunque
inveniebantur ex nobis, interficiebantur, & hæ-
25 reditates nostræ diripiebantur. Et non ad nos tan-
tùm extenderunt manum, sed & in omnes fines no-
26 stros. Et ecce applicuerunt hodiè ad arcem Jerusa-
lem occupare eam, & munitionem Bethsuram muni-
27 erunt: Et nisi præveneris eos velociùs, majora
28 quàm hæc facient, & non poteris obtinere eos. Et
iratus est rex, ut hæc audivit: & convocavit omnes
amicos suos, & principes exercitûs sui, & eos qui
29 super equites erant. Sed & de regnis aliis, & de
insulis maritimis, venerunt ad eum exercitus condu-
30 ctitii. Et erat numerus exercitûs ejus, centum mil-
lia peditum, & viginti millia equitum, & elephanti
31 trigintaduo, docti ad prælium. Et venerunt per
Idumæam, & applicuerunt ad Bethsuram, & pugna-
verunt dies multos, & fecerunt machinas: & exie-
runt, & succenderunt eas igni, & pugnaverunt viri-
32 liter. Et recessit Judas ab arce, & movit castra ad
33 Bethzacharam contra castra regis. Et surrexit rex
ante lucem, & concitavit exercitus in impetum con-
tra viam Bethzacharam: & comparaverunt se exer-
34 citus in prælium, & tubis cecinerunt: Et elephan-
tis ostenderunt sanguinem uvæ & mori, ad acuen-
35 dos eos in prælium: Et diviserunt bestias per le-
giones: & astiterunt singulis elephantis mille viri
in loricis concatenatis, & galeæ æreæ in capitibus
eorum: & quingenti equites ordinati unicuique be-
36 stiæ electi erant. Hi ante tempus ubicunque erat
bestia, ibi erant: & quocunque ibat, ibant, & non
discedebant ab ea.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α΄.

21 Καὶ ἐξῆλθον ἐξ (υ) αὐτῶν ἐκ τοῦ συγκλεισμοῦ, καὶ ἐκολλήθησαν
22 αὐτοῖς τινες τῶν ἀσεβῶν ἐξ Ἰσραήλ, Καὶ ἐπορεύθησαν πρὸς τὸν
βασιλέα, καὶ (φ) εἶπον, Ἕως πότε οὐ ποιήσῃ κρίσιν, καὶ ἐκδικήσεις
23 τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν; Ἡμεῖς εὐδοκοῦμεν δουλεύειν τῷ πατρί σου,
καὶ πορεύεσθαι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ λεγομένοις, καὶ κατακολουθεῖν τοῖς
24 προστάγμασιν αὐτοῦ. (χ) Καὶ περιεκάθηντο εἰς τὴν ἄκραν υἱοὶ
τοῦ λαοῦ ἡμῶν, χάριν τούτου (ψ) καὶ ἠλλοτριοῦντο ἀφ' ἡμῶν. πλὴν ὅσοι
εὑρίσκοντο ἀφ' ἡμῶν, ἐθανατοῦντο, καὶ αἱ κληρονομίαι ἡμῶν διηρπά-
25 ζοντο. Καὶ οὐκ ἐφ' ἡμᾶς μόνον ἐξέτειναν χεῖρα, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ
26 πάντα τὰ ὅρια αὐτῶν. Καὶ ἰδοὺ παρεμβεβλήκασι σήμερον ἐπὶ
τὴν ἄκραν ἐν Ἱερουσαλήμ, τοῦ καταλαβέσθαι αὐτήν, καὶ τὸ ἁγίασμα,
27 καὶ τὴν Βαιθσούραν (ʌ) ὠχύρωσαν. Καὶ ἐὰν μὴ προκαταλάβῃ αὐτοὺς
διὰ τάχους, μείζονα τούτων ποιήσουσι, καὶ οὐ (˜) δυνήσῃ τοῦ κατασχεῖν αὐτῶν.
28 Καὶ ὠργίσθη ὁ βασιλεὺς ὅτε ἤκουσε, καὶ συνήγαγε πάντας τοὺς
φίλους αὐτοῦ, (ω) καὶ τοὺς ἄρχοντας τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν
29 (α) ἡνιῶν. Καὶ ἀπὸ βασιλειῶν ἑτέρων καὶ ἀπὸ νήσων θαλασσῶν
30 ἦλθον πρὸς αὐτὸν δυνάμεις μισθωταί. Καὶ ἦν ὁ ἀριθμὸς τῶν δυνά-
μεων αὐτοῦ ἑκατὸν χιλιάδες (β) τῶν πεζῶν, καὶ εἴκοσι χιλιάδες
31 (γ) ἵππων, καὶ ἐλέφαντες δύο καὶ τριάκοντα εἰδότες πόλεμον. Καὶ
ἦλθοσαν διὰ τῆς Ἰδουμαίας, καὶ παρενεβάλοσαν ἐπὶ (δ) Βαιθσούραν,
καὶ ἐπολέμησαν (ε) ἡμέρας πολλάς, καὶ ἐποίησαν μηχανάς· καὶ
ἐξῆλθον, καὶ ἐνεπύρισαν (ζ) αὐτὰς ἐν πυρί, καὶ ἐπολέμησαν ἀν-
32 δρωδῶς. Καὶ ἀπῆρεν Ἰούδας ἀπὸ τῆς ἄκρας, καὶ παρενέβαλεν
33 εἰς Βαιθζαχαρία ἀπέναντι τῆς παρεμβολῆς τοῦ βασιλέως. Καὶ
ὤρθρισεν ὁ βασιλεὺς πρωΐ, καὶ ἀπῆρε τὴν παρεμβολὴν ἐν ὁρμήματι
αὐτῆς κατὰ τὴν ὁδὸν Βαιθζαχαρία, καὶ διεσκευάσθησαν αἱ δυνάμεις
34 εἰς τὸν πόλεμον, καὶ ἐσάλπισαν ταῖς σάλπιγξι. Καὶ τοῖς ἐλέφασιν
ἔδειξαν αἷμα σταφυλῆς καὶ μόρων, τοῦ παραστῆσαι αὐτοὺς εἰς τὸν πόλε-
35 μον. Καὶ διεῖλον τὰ θηρία εἰς τὰς (˜) φάλαγγας, καὶ παρέστησαν
(η) ἑκάστῳ ἐλέφαντι χιλίους ἄνδρας (˙) τεθωρακισμένους ἐν ἁλυσιδωτοῖς,
καὶ περικεφαλαῖαι χαλκαῖ ἐπὶ τῶν κεφαλῶν αὐτῶν, καὶ (θ) πεντακόσιοι
36 ἵπποι διατεταγμένοι ἑκάστῳ θηρίῳ ἐκλελεγμένοι. Οὗτοι πρὸ
καιροῦ, οὗ (ι) ἐὰν ἦν τὸ θηρίον, ἦσαν, καὶ οὗ (κ) ἐὰν ἐπορεύετο, ἐπορεύοντο
ἅμα, οὐκ ἀφίσταντο ἀπ' αὐτοῦ.

MS. A. (υ) αὐτοῦ (φ) εἶπαν, Ἕως πότε οὐ ποιήσεις (χ) ὅτι * οἱ υἱοὶ τοῦ λαοῦ ἡμῶν (ψ) ἠλλοτριοῦντο (ʌ) ὀχύρωσαν. (˜) δυνάσῃ (ω) ἄρχοντας δυνάμεως (α) ἡνιῶν. Καὶ ἀπὸ βασιλέων (β) πεζῶν, (γ) τῶν ἵππων, (δ) Βεθσούρα, (ε) ἐπὶ ἡμέρας (ζ) αὐτὰς (˜) φάραγγας, (η) ἐφ' ἑκάστῳ (˙) τεθωρακισμένοις (θ) πεντακόσια ἵπποι διατεταγμένοι ἑκάστῳ θηρίῳ ἐκλελεγμένοι. (ι) ἂν ἦ (κ) ἂν ἐπορεύετο,

Interp. LAT.

Et exierunt [quidam] ex eis de clausura: & adjunxerunt se illis aliqui impii ex Israel: Et abierunt ad regem, & dixerunt; Quousque non facies judicium, & vindicabis fratres nostros? Nos decrevimus servire patri tuo, & ambulare in præceptis ejus, & obsequi edictis ejus. Et (b) obsessi sunt in arce filii populi nostri: propter hoc & alienant se à nobis; & quicunque inveniebantur ex nobis, interficiebantur, & hæreditates nostræ diripiebantur. Et non ad nos tantùm extenderunt manum, & in omnes fines nostros. Et ecce applicuerunt hodiè ad arcem in Hierusalem occupare eam; & sanctificationem, & Bæthsuram munierunt. Et, nisi præveneris eos velociùs, majora, quàm hæc, facient, & non poteris obtinere eos. Et iratus est rex, ut audivit; & convocavit omnes amicos suos, & principes exercitûs sui, & eos qui super equites erant. Et de regnis aliis, & de insulis maritimis venerunt ad eum exercitus conductitii. Et erat numerus exercituum ejus centum millia peditum, & viginti millia equitum, & elephanti triginta duo docti ad prælium. Et venerunt per Idumæam, & applicuerunt ad Bæthsuram: & pugnaverunt dies multos: & fecerunt machinas. Et exierunt, & succenderunt eas igni, & pugnaverunt viriliter. Et recessit Judas ab arce, & movit castra ad Bæthzacharia contra castra regis. Et surrexit rex ante lucem, & concitavit exercitum impetu ejus contra viam Bæthzacharia. Et comparaverunt se exercitus in prælium, & tubis cecinerunt. Et Elephantis ostenderunt sanguinem uvæ, & mororum, ad acuendos eos in prælium. Et diviserunt bestias legiones, & statuerunt singulis elephantis mille viros in loricis concatenatis: & galeæ æreæ in capitibus eorum: & quingenti equites ordinati unicuique bestiæ electi. Hi ante tempus ubicunque erat bestia, ibi erant; & quocunque ibat, ibant simul, non discedebant ab ea.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]

Et egressis quibusdam illorum è clausura, adhæserunt illis quidam impii ex Israele, qui abeuntes ad regem, dixerunt ei; Quousque non exercebis judicium & vindictionem contra fratres nostros? Nos ultrò volebamus servitutem exhibere patri tuo, obsequi omnibus mandatis ejus, & cunctis placitis ejus hærere: at ecce populares nostri obsident arcem hanc ob causam, & censentur ab eis veluti extranei, Quemcunque reperiunt è nobis, occidunt, & possessio nostra diripitur ab eis. Et non in nos tantùm extenderunt manus, sed etiam in omnes terminos suos. Et ecce castra habent hodie contra arcem quæ est in Jerusalem, ut capiant eam: & Sanctuarium atque Beth-suram muniverunt. Et nisi celeriter præoccupaveris eos, his majora & plura facient, neque præpollebitis viribus eorum. Iratus est rex cùm hæc audisset, convocavitque omnes amicos suos, & duces copiarum suarum, & eos qui præerant curribus. Et ex aliis regnis, multisque ex insulis venerunt ad eum copiæ ab eo conductæ: Adeò ut esset numerus exercitûs ejus centum millia peditum, & viginti millia equitum, elephantorúmque triginta duorum, belli peritorum. Tum venientes per Edom, castra posuerunt contra Beth-suram, & oppugnaverunt eam diebus multis, fabricatis machinis: at egressi *cives*, combusserunt eas igni, & strenuè dimicaverunt. Movit itaque Juda ab arce, castrametatus est prope Beth-Zachariam ex adverso castrorum regis. Et rex manè surgens, duxit castra impetu per viam Beth-Zachariæ: dispositóque ad bellum exercitu, clanxerunt tubis. Et cùm ostendissent elephantis sanguinem uvæ & mororum, & paravissent eos ad bellum; Diviserunt eos in phalanges, & tradiderunt cuique elephanto mille viros vestitos loricis ferreis, & galeas æreas gestantes capitibus suis: & quingenti equites comitabantur unumquemque elephantum; Hi multò ante delecti fuerant, & quocunque proficiscebatur unus ex *elephantis*, ibi aderant etiam isti, nec discedebant ab eo.

Versio VULG. LAT.

37 Sed & turres ligneæ super eos firmæ protegentes
super singulas bestias: & super eas machinæ: &
super singulas viri virtutis trigintaduo, qui pu-
38 gnabant desuper, & Indus magister bestiæ. Et
residuum equitatum hinc & indè statuit in duas
partes, tubis exercitum commovere, & perurgere
39 constipatos in legionibus ejus. Et ut refulsit Sol
in clypeos aureos, & æreos, resplenduerunt mon-
tes ab eis, & resplenduerunt sicut lampades ignis.
40 Et distincta est pars exercitûs regis per montes ex-
celsos, & alia per loca humilia: & ibant cautè
41 & ordinatè. Et commovebantur omnes inhabitan-
tes terram à voce multitudinis, & incessu turbæ,
& collisione armorum: erat enim exercitus ma-
42 gnus valdè, & fortis. Et appropiavit Judas, &
exercitus ejus in prælium: & ceciderunt de exer-
43 citu regis sexcenti viri. Et vidit Eleazar filius
Saura unam de bestiis loricatam loricis regis: &
erat eminens super cæteras bestias: & visum est
44 ei quòd in ea esset rex: Et dedit se ut libera-
ret populum suum, & acquireret sibi nomen æ-
45 ternum. Et concurrit ad eam audacter in medio
legionis, interficiens à dextris & à sinistris, & ca-
46 debant ab eo huc atque illuc. Et ivit sub pedes
elephantis, & supposuit se ei, & occidit eum: &
cecidit in terram super ipsum, & mortuus est il-
47 lic. Et videntes virtutem regis, & impetum ex-
48 ercitûs ejus, diverterunt se ab eis. Castra autem
regis ascenderunt contra eos in Jerusalem, & ap-
plicuerunt castra regis ad Judæam & montem Sion.
49 Et fecit pacem cum his qui erant in Bethsura: &
exierunt de civitate, quia non erant eis ibi ali-
50 menta conclusis, quia sabbata erant terræ. Et
comprehendit rex Bethsuram: & constituit illic cu-
51 stodiam servare eam. Et convertit castra ad lo-
cum sanctificationis dies multos: & statuit illic
balistas, & machinas, & ignis jacula, & tormen-
ta ad lapides jactandos, & spicula, & scorpios
52 ad mittendas sagittas, & fundibula. Fecerunt au-
tem & ipsi machinas adversùs machinas eorum, &
pugnaverunt dies multos.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α΄.

37 Καὶ πύργοι ξύλινοι ἐπ' αὐτὰς ὀχυροὶ σκεπαζόμενοι ἐφ' ἑκάστου
θηρίου, ἐζωσμένοι ἐπ' (*) αὐτοῦ μηχαναῖς· ϗ ἐφ' ἑκάστου ἄνδρες
(λ) δυνάμεως δύο καὶ τριάκοντα οἱ πολεμοῦντες ἐπ' (μ) αὐ-
38 τοῖς, ϗ ὁ Ἰνδὸς αὐτοῦ. Καὶ τὴν ἐπίλοιπον ἵππον ἔνθεν καὶ
ἔνθεν (ν) ἔστησαν ἐπὶ τὰ δύο μέρη τῆς παρεμβολῆς, κατασείοντες
39 ϗ καταφρασσόμενοι ἐν ταῖς (**) φάραγξιν. Ὡς δὲ ἔστιλβεν ὁ ἥλιος
ἐπὶ τὰς (***) χρυσᾶς καὶ χαλκᾶς ἀσπίδας, ἔστιλβε τὰ ὄρη ἀπ' αὐτῶν,
40 ϗ κατηύγαζεν ὡς λαμπάδες πυρός. Καὶ ἐξετάθη μέρος τι τῆς
παρεμβολῆς τοῦ βασιλέως ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ ὄρη, καί τινες ἐπὶ
41 (°) ταπεινά· καὶ ἤρχοντο ἀσφαλῶς ϗ τεταγμένως. Καὶ ἐσαλεύοντο
πάντες οἱ ἀκούοντες φωνῆς πλήθους αὐτῶν, καὶ ὁδοιπορείας τοῦ
πλήθους, ϗ (ξ) συγκρουσμοῦ τῶν ὅπλων· ἦν γὰρ ἡ παρεμβο-
42 λὴ μεγάλη σφόδρα ϗ ἰσχυρά. Καὶ ἤγγισεν Ἰούδας ϗ ἡ παρεμβολὴ
αὐτοῦ εἰς παράταξιν· καὶ (ο) ἔπεσον ἀπὸ τῆς παρεμβολῆς τοῦ βασιλέως
43 ἑξακόσιοι ἄνδρες. Καὶ εἶδεν Ἐλεάζαρ ὁ Σαυαρὰν ἓν τῶν θηρίων
τεθωρακισμένον (π) θώραξι βασιλικοῖς, ϗ ἦν ὑπεράγον πάντα τὰ
44 θηρία, ϗ ὤφθη ὅτι ἐν αὐτῷ ἐστιν ὁ βασιλεύς. Καὶ ἔδωκεν ἑαυτὸν
45 τοῦ σῶσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ, ϗ περιποιῆσαι (ρ) ἑαυτῷ ὄνομα αἰώνιον. Καὶ
ἐπέδραμεν αὐτῷ θράσει εἰς μέσον τῆς (σ) φάλαγγος, ϗ ἐθανάτου
46 δεξιὰ ϗ εὐώνυμα, ϗ ἐσχίζοντο ἀπ' αὐτοῦ ἔνθα καὶ ἔνθα. Καὶ εἰσέδυ
ὑπὸ τὸν ἐλέφαντα, καὶ ὑπέθηκεν αὐτῷ, ϗ ἀνεῖλεν αὐτόν, καὶ ἔπε-
47 σεν ἐπὶ τὴν γῆν ἐπάνω αὐτοῦ, ϗ ἀπέθανεν ἐκεῖ. Καὶ ἴδον τὴν
ἰσχὺν τῆς βασιλείας ϗ (τ) τὸ ὅρμημα τῶν δυνάμεων, ϗ ἐξέκλιναν
48 ἀπ' αὐτῶν. (υ) Οἱ δὲ ἐκ τῆς παρεμβολῆς τοῦ βασιλέως (*) ἀνέβαινον
εἰς συνάντησιν αὐτῶν εἰς Ἱερουσαλήμ. ϗ παρενέβαλεν ὁ βασιλεὺς
49 εἰς τὴν Ἰουδαίαν ϗ εἰς τὸ ὄρος Σιών. Καὶ ἐποίησεν (φ) εἰρήνην
μετὰ τῶν ἐκ Βαιθσούρων· ϗ (χ) ἐξῆλθον ἐκ τῆς πόλεως, ὅτι οὐκ ἦν αὐ-
τοῖς ἐκεῖ διατροφὴ τοῦ συγκεκλεῖσθαι ἐν αὐτῇ, ὅτι σάββατον ἦν τῇ
50 γῇ. Καὶ κατελάβετο (ψ) βασιλεὺς τὴν Βαιθσούραν, ϗ ἀπέταξεν ἐκεῖ
51 φρουρὰν τηρεῖν αὐτήν. Καὶ παρενέβαλεν ἐπὶ τὸ ἁγίασμα ἡμέρας
πολλάς, καὶ ἔστησεν ἐκεῖ βελοστάσεις ϗ μηχανὰς ϗ πυροβόλα καὶ λι-
52 θόβολα ϗ σκορπίδια εἰς τὸ βάλλεσθαι βέλη, ϗ σφενδόνας. Καὶ
ἐποίησαν ϗ αὐτοὶ μηχανὰς πρὸς τὰς μηχανὰς αὐτῶν, ϗ ἐπολέμησαν
ἡμέρας πολλάς.

MS. A. (*) αὐτὸς (λ) δύο καὶ τριάκοντα (μ) αὐτὸς, (ν) ἔστησεν (**) φάλαγξιν. (***) χρυσᾶς ἀσπίδας (°) τὰ ταπεινά· (ξ) συγκρουσμὸς (ο) ἔπεσαν (π) θώραξιν βασιλικοῖς, (ρ) αὐτῷ (σ) φάραγγος, (τ) τὰ ὁρμήματα (υ) Καὶ ἐκ (*) ἀνέβαινον (φ)* μετὰ τῶν (χ) ἐξῆλθεν (ψ) ὁ βασιλεὺς

Interp. LAT.

Et turres ligneæ super eos firmæ, protegentes 37
super unamquamque bestiam, accinctæ super
eam machinis: & super unamquamque viri
virtutis triginta duo, qui pugnabant in eis, &
magister ejus. Et residuum equitatum hinc & 38
indè statuerunt in duas partes castrorum, com-
moventes, & constipati in (c)vallibus. Ut 39
autem refulsit Sol in clypeos aureos, & æreos;
resplenduerunt montes ab eis, & resplendue-
runt sicut lampades ignis. Et extendit se pars 40
quædam exercitûs regis per montes excelsos, &
quidam per loca humilia: & ibant cautè, &
ordinatè. Et commovebantur omnes audientes 41
vocem multitudinis eorum, & incessum tur-
bæ, & collisionem armorum. Erat enim exer-
citus magnus valdè, & fortis. Et appro- 42
piavit Judas, & exercitus ejus, in prælium:
& ceciderunt de exercitu regis sexcenti viri.
Et vidit Eleazar filius Savaran unam de be- 43
stiis loricatam loricâ regis: & erat eminens
super cæteras bestias: & visum est, quòd in ea
esset rex. Et dedit se, ut liberaret populum 44
suum, & acquireret sibi nomen æternum. Et 45
cucurrit ad eam audacter in medium legionis
interficiens à dextris & sinistris: & scinde-
bantur ab eo hinc & indè. Et subiit sub ele- 46
phantum, & supposuit se ei, & occidit eum:
& cecidit in terram super ipsum, & mortuus
est illic. Et videntes virtutem regni, & im- 47
petum exercituum, diverterunt se ab eis. Qui 48
autem erant de castris regis, ascenderunt con-
tra eos in Hierusalem: & applicuit rex ad
Judæam, & montem Sion: Et fecit pacem 49
cum his qui erant in Bæthsuris. Et exierunt
de civitate: quia non erant eis ibi alimenta
conclusis in ea: quia Sabbatum erat terræ. Et 50
comprehendit rex Bæthsuram: & constituit ibi
custodiam, servare eam. Et castra habuit ad 51
locum sanctificationis dies multos. Et statuit
illic balistas, et machinas, et ignis jacula, et
tormenta ad lapides jactandos, et scorpios ad
mittendas sagittas, et fundibula. Fecerunt 52
autem et ipsi machinas adversùs machinas
eorum: et pugnaverunt dies multos.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

Erant quoque iis impositæ turres ligneæ 37
ingentes, obtegentes unumquemque ele-
phantum, adeoque erant machinis accincti:
& super unumquemque eorum, viri bellato-
res triginta, qui bellabant super eum, nec-
non gubernator ejus. Reliquos autem equites 38
hinc inde statuerunt in utrâque extremitate
castrorum, bellantes & ostentantes nitorem
armorum suorum inter phalangas. Fiebat 39
enim ut oriente sole, & super clypeos au-
reos æneosque fulgente, splenderent fulge-
rentque montes ab eis, ceu lampades ignitæ.
Pars autem exercitûs ejus ordine disposita 40
stabat super montes excelsos, pars verò su-
per montes exiguos: atque ita procedebant
securè in ordinibus suis: Et commoveban- 41
tur omnes qui audiebant vocem exercitûs
eorum, & incessum multitudinis eorum, so-
nitumque armorum; erat quippe exercitus
maximus & admodum fortis. Verùm acce- 42
dente Juda cum exercitu suo in prælium,
ceciderunt è castris regis sexcenti viri. Vi- 43
dens autem Eliazar qui vocabatur Horam,
unum ex elephantis accinctum armis regiis,
& omnium elephantorum præstantissimum;
ratus in eo regem adesse, Exposuit seipsum 44
ut servaret populum suum, & compa-
raret sibi nomen æternum. Incurrens 45
enim in illum viriliter ac generosè inter
exercitus & phalangas, & dextrorsum at-
que sinistrorsum occidens, ita ut fugerent
à conspectu ejus hinc inde: Subiit sub 46
elephantum illum, & ventrem ejus gladio
feriens, occidit illum, corruitque super eum
in terram, & mortuus est ibi. Cúmque vi- 47
disset Juda potentiam regiam, & apparatum
exercitûs, declinavit ab eis. E castris au- 48
tem regis ascendebant quidam contra eos
in Jerusalem, quòd rex castra posuisset
contra Judæam & montem Sionis. Nam 49
pace initâ cum his qui erant in Bethsura,
egressi sunt ex urbe, eò quòd non haberent
commeatum ut conclusi manerent in ea, quia
sabbatum erat terræ. Captâ rex igitur Beth- 50
surâ, statuit ibi custodiam ad servandam
illam: Tum castra posuit contra Sanctua- 51
rium, oppugnavitque illud multis die-
bus: & erexit ibi turres & machinas
ad pugnandum contra eos, & ad eja-
culandum balistis sagittas, lapides, ig-
nemque. Fecerunt autem illi quoque 52
machinas contra machinas eorum, & prœ-
liati sunt diebus multis.

Versio VULG. LAT.

53 Escæ autem non erant in civitate, eò quòd septimus annus esset: & qui remanserant in Judæa de Gentibus, consumpserant reliquias eorum, quæ repositæ
54 fuerant. Et remanserunt in sanctis viri pauci, quoniam obtinuerat eos fames: & dispersi sunt unusquisque in locum suum.
55 Et audivit Lysias quòd Philippus, quem constituerat rex Antiochus, cùm adhuc viveret, ut nutriret Antiochum filium suum, & regna-
56 ret, Reversus esset à Perside, & Media, & exercitus qui abierat cum ipso, & quia quærebat suscipere re-
57 gni negotia: Festinavit ire, & dicere ad regem, & duces exercitûs; Deficimus quotidiè, & esca nobis modica est, & locus, quem obsidemus, est munitus,
58 & incumbit nobis ordinare de regno. Nunc itaque demus dexteras hominibus istis, & faciamus cum illis
59 pacem, & cum omni gente eorum: Et constituamus illis ut ambulent in legitimis suis sicut priùs, propter legitima enim ipsorum quæ despeximus, irati
60 sunt, & fecerunt omnia hæc. Et placuit sermo in conspectu regis & principum: & misit ad eos pacem
61 facere, & receperunt illam. Et juravit illis rex, &
62 principes: & exierunt de munitione. Et intravit rex montem Sion, & vidit munitionum loci: & rupit citiùs juramentum, quod juravit: & mandavit destru-
63 ere murum in gyro. Et discessit festinanter, & reversus est Antiochiam, & invenit Philippum dominantem civitati: & pugnavit adversùs eum, & occupavit civitatem.

CAP. VII.

1 ANno centesimo quinquagesimo primo, exiit Demetrius Seleuci filius ab urbe Roma, & ascendit cum paucis viris in civitatem maritimam, & regnavit il-
2 lic. Et factum est, ut ingressus est domum regni patrum suorum, comprehendit exercitus Antiochum &
3 Lysiam, ut adducerent eos ad eum. Et res ei inno-
4 tuit: & ait; Nolite mihi ostendere faciem eorum. Et occidit eos exercitus. Et sedit Demetrius super sedem
5 regni sui: Et venerunt ad eum viri iniqui & impii ex Israel: & Alcimus dux eorum, qui volebat fieri
6 sacerdos. Et accusaverunt populum apud regem, dicentes; Perdidit Judas, & fratres ejus, omnes amicos tuos, & nos dispersit de terra nostra.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α'.

53 Βρώματα δὲ οὐκ ἦν ἐν τοῖς (ω) ἀγγείοις, διὰ τὸ ἕβδομον ἔτος εἶναι, καὶ οἱ ἀνασωζόμενοι εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν
54 κατέφαγον τὸ ὑπόλειμμα τῆς παραθέσεως. Καὶ ὑπελείφθησαν ἐν τοῖς ἁγίοις ἄνδρες ὀλίγοι, ὅτι κατεκράτησεν αὐτῶν ὁ λιμός·
55 καὶ ἐσκορπίσθησαν ἕκαστος εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ. Καὶ ἤκουσε Λυσίας, ὅτι Φίλιππος, ὃν κατέστησεν ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχος ἔτι (α) ζῶν,
56 ἐκθρέψαι Ἀντίοχον τὸν υἱὸν αὐτοῦ εἰς τὸ βασιλεῦσαι αὐτόν, Ἀπέστρεψεν ἀπὸ τῆς Περσίδος καὶ Μηδίας, καὶ αἱ δυνάμεις αἱ πορευθεῖσαι τοῦ βασιλέως μετ' αὐτοῦ, καὶ ὅτι ζητεῖ παραλαβεῖν τὰ (β)
57 πράγματα. Καὶ κατέσπευσεν τοῦ ἀπελθεῖν, καὶ εἶπεν πρὸς τὸν βασιλέα καὶ τοὺς ἡγεμόνας τῆς δυνάμεως, καὶ τοὺς ἄνδρας, Ἐκλείπομεν καθ' ἡμέραν, καὶ ἡ τροφὴ ἡμῖν ὀλίγη, καὶ ὁ τόπος οὗ παρεμβάλλομέν ἐστιν
58 ὀχυρός, καὶ ἐπίκειται ἡμῖν τὰ τῆς βασιλείας. Νῦν οὖν δῶμεν δεξιὰν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, καὶ ποιήσωμεν μετ' αὐτῶν εἰρήνην καὶ
59 μετὰ παντὸς ἔθνους αὐτῶν, Καὶ στήσωμεν αὐτοῖς τοῦ πορεύεσθαι τοῖς νομίμοις αὐτῶν, ὡς τὸ πρότερον· χάριν γὰρ τῶν νομίμων αὐτῶν ὧν
60 διεσκεδάσαμεν, ὠργίσθησαν, καὶ ἐποίησαν ταῦτα πάντα. Καὶ ἤρεσεν ὁ λόγος ἐναντίον τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ἀρχόντων, καὶ ἀπέστειλε πρὸς αὐτοὺς εἰρηνεῦσαι, καὶ (γ) ἐπεδέξαντο.
61 Καὶ ὤμοσεν αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς καὶ οἱ ἄρχοντες· ἐπὶ τούτοις ἐξῆλθον ἐκ τοῦ ὀχυρώματος.
62 Καὶ εἰσῆλθεν ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ὄρος Σιών, καὶ εἶδε τὸ ὀχύρωμα τοῦ τόπου· καὶ ἠθέτησε τὸν ὁρκισμὸν ὃν ὤμοσε, καὶ ἐνετεί-
63 λατο (δ) καθελεῖν τὸ τεῖχος κυκλόθεν. Καὶ (ε) ἀπῆρε κατὰ σπουδήν, καὶ ἀπέστρεψεν εἰς Ἀντιόχειαν, καὶ εὗρε Φίλιππον κυριεύοντα τῆς πόλεως, καὶ ἐπολέμησε πρὸς αὐτόν, καὶ κατελάβετο τὴν πόλιν βίᾳ.

MS. A. (ω) ἁγίοις, (α) ζῶντος αὐτοῦ, (β) τῶν πραγμάτων. Καὶ κατέσπευδον καὶ ἐπενεύσαντο τοῦ ἀπελθεῖν, καὶ εἶπεν (γ) ἐπεδέξατο. (δ) καὶ καθεῖλεν (ε) ἀπῆραν

ΚΕΦ. ζ'.

1 ΕΤους ἑνὸς καὶ (*) πεντηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ ἐξῆλθε Δημήτριος ὁ τοῦ Σελεύκου ἐκ Ῥώμης, καὶ ἀνέβη σὺν ἀνδράσιν ὀλίγοις εἰς πόλιν παρα-
2 θαλασσίαν, καὶ ἐβασίλευσεν ἐκεῖ. Καὶ ἐγένετο ὡς εἰσεπορεύετο εἰς οἶκον βασιλείας πατέρων αὐτοῦ, συνέλαβον αἱ δυνάμεις τὸν Ἀντίοχον
3 καὶ τὸν Λυσίαν (α) ἄγειν αὐτοὺς αὐτῷ. Καὶ ἐγνώσθη αὐτῷ τὸ πρᾶγμα,
4 καὶ εἶπε, Μή μοι δείξητε τὰ πρόσωπα αὐτῶν. Καὶ ἀπέκτειναν αὐτοὺς αἱ δυνάμεις, καὶ ἐκάθισε Δημήτριος ἐπὶ θρόνου βασιλείας αὐ-
5 τοῦ. Καὶ ἦλθον πρὸς αὐτὸν πάντες ἄνδρες ἄνομοι καὶ ἀσεβεῖς ἐξ
6 Ἰσραήλ, καὶ (β) Ἄλκιμος ἡγεῖτο αὐτῶν, βουλόμενος ἱερατεύειν. Καὶ κατηγόρησαν τοῦ λαοῦ πρὸς τὸν βασιλέα, λέγοντες, Ἀπώλεσεν Ἰούδας καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ (*) τοὺς φίλους σου, καὶ ἡμᾶς (γ) ἐσκόρπισαν ἀπὸ τῆς γῆς ἡμῶν.

MS. A. (*)* πεντηκοστοῦ ἐξῆλθεν (α) ἀγαγεῖν (β) Ἄλκιμος (*) πάντας τοὺς (γ) ἐσκόρπισεν

Interp. LAT.

Escæ autem non erant in vasis, eò quòd septimus annus esset: & qui evaserant in Judæam de gentibus, comederant reliquias eorum quæ reposita fuerant. Et remanserunt in sanctis viri pauci; quoniam obtinuerat eos fames: & dispersi sunt unusquisque in locum suum. Et audivit Lysias, quòd Philippus, quem constituerat rex Antiochus, cùm adhuc viveret, ut nutriret Antiochum filium suum ad faciendum illum regnare, Reversus est à Perside, & Media, & exercitus regis, qui abierant cum ipso, & quia quærit suscipere negotia. Et festinavit ire, & (d) dicere ad regem, & duces exercitûs, & viros; Deficimus quotidiè, & esca nobis modica est, & locus, quem obsidemus, est munitus: & incumbunt nobis negotia regni. Nunc igitur demus dexteram hominibus istis, & faciamus cum illis pacem, & cum omni gente eorum: Et constituamus illis, ut ambulent in legitimis suis, sicut priùs. Propter legitima enim ipsorum, quæ dispersimus, irati sunt, & fecerunt omnia hæc. Et placuit sermo in conspectu regis, & principum. Et misit ad eos pacem facere: & acceperunt. Et juravit illis rex, & principes: tunc exierunt de munitione. Et intravit rex in montem Sion, & vidit munitionem loci: & rupit juramentum, quod juravit, & mandavit destruere murum in gyro. Et discessit festinanter, & reversus est Antiochiam: & invenit Philippum dominantem civitati: & pugnavit adversùs eum, & occupavit civitatem vi. 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63

CAP. VII.

ANno uno & quinquagesimo, & centesimo, exiit Demetrius Seleuci filius è Roma: & ascendit cum paucis viris in civitatem maritimam: & regnavit illic. Et factum est, ut ingressus est domum regni patrum suorum, comprehendit exercitus Antiochum, & Lysiam, ut adducerent eos ad eum. Et res ei innotuit, & ait; Nolite mihi ostendere facies eorum. Et occidit eos exercitus. Et sedit Demetrius super sedem regni sui. Et venerunt ad eum omnes viri iniqui, & impii ex Israel: et Alcimus dux erat eorum, qui et volebat fieri sacerdos. Et accusaverunt populum apud regem, dicentes; Perdidit Judas, & fratres ejus, amicos tuos: & nos disperdiderunt de terra nostra. 1 2 3 4 5 6

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

53 [illegible]
54 [illegible]
55 [illegible]
56 [illegible]
57 [illegible]
58 [illegible]
59 [illegible]
60 [illegible]
61 [illegible]
62 [illegible]
63 [illegible]
1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]

53 Sed cùm commeatus non esset in Sanctuario, quoniam annus erat septimus; & qui evaserant è gentibus, comederant residuum annonæ eorum: 54 Remanserunt in Sanctuario homines pauci, quia prævalente eis fame, dispersi sunt quisque in locum suum. 55 Audiens autem Lysia Philippum illum cui provinciam demandaverat Antiochus dum viveret, educandi filium suum, eumque regem constituendi; 56 Reversum esse è Perside & Media stipatum copiis omnibus quæ profectæ fuerant cum rege, & velle usurpare negotia regni, ac festinum se conferre: 57 Dixit Lysia regi & ducibus exercitûs, atque principibus populi; Consumimur hîc, & alimenta pauca sunt nobis, hujus loci quem obsidemus, arx munitissima est, & negotia regni nobis incumbunt: 58 Demus ergo dexteram hominibus istis, pacemque ineamus cum eis, & cum tota gente ipsorum: 59 Et constituamus eis ut ambulent in legibus suis, ut antea: nam quia leges eorum abrogavimus, indignati sunt; & irati fecerunt hæc omnia. 60 Placuit sermo coram rege & principibus ejus; misitque ad eos ut pacem iniret cum eis; & acquieverunt eis: 61 Cúmq; jurâsset eis rex, et principes ejus, iccirco egressi sunt ex arce sua. 62 At ingressus rex in montem Sionis, cùm vidisset munitionem loci, rescidit jusjurandum quod juraverat, præcepitque ut destruerent murum circunquaque. 63 Tum inde profectus, & Antiochiam diligenter reversus, invenit Philippum urbem à se vi rapuisse.

CAP. VII.

1 ANno centesimo quinquagesimo primo, egressus Demetrius Seleuci filius Româ, ascendit paucis cum hominibus contra urbes litoribus maris adjacentes, & regnavit illic. 2 Fuit autem ut cùm ingrederetur in domum regiam patrum suorum, caperent duces copiarum Antiochum & Lysiam, ut perducerent eos ad ipsum. 3 At re ab eo cognitâ, dixit; Ne ostendatis mihi facies eorum: 4 Quare occiderunt eos copiæ. Itaque sedente Demetrio super solio regni sui, 5 Confluxerunt ad eum omnes viri scelerati & impii ex Israële: & Elcimus erat dux eorum, qui volebat esse summus sacerdos. 6 Is accusavit populum apud regem, & ait; Perdidit Juda cum fratribus suis amicos tuos, & nos disperserunt è terra.

Versio VULG. LAT.

7 Nunc ergò mitte virum, cui credis, ut eat, & videat
exterminium omne, quod fecit nobis, & regionibus
regis: & puniat omnes amicos ejus, & adjutores
8 eorum. Et elegit rex ex amicis suis Bacchidem, qui
dominabatur trans flumen, magnum in regno, & fi-
9 delem regi: & misit eum, Ut videret exterminium,
quod fecit Judas: sed & Alcimum impium constituit
in sacerdotium, & mandavit ei facere ultionem in fi-
10 lios Israel. Et surrexerunt, & venerunt cum exer-
citu magno in terram Juda: & miserunt nuntios, &
locuti sunt ad Judam, & ad fratres ejus, verbis pacifi-
11 cis in dolo. Et non intenderunt sermonibus eorum:
viderunt enim quia venerunt cum exercitu magno.
12 Et convenerunt ad Alcimum & Bacchidem congre-
13 gatio scribarum requirere quæ justa sunt: Et pri-
mi, Assidæi qui erant in filiis Israel, & exquirebant
14 ab eis pacem. Dixerunt enim; Homo sacerdos de
15 semine Aaron venit, non decipiet nos. Et locutus
est cum eis verba pacifica: & juravit illis, dicens;
Non inferemus vobis malum, neque amicis vestris.
16 Et crediderunt ei: & comprehendit ex eis sexaginta
viros, & occidit eos in una die, secundùm verbum
17 quod scriptum est; Carnes Sanctorum tuorum, &
sanguinem ipsorum effuderunt in circuitu Jerusalem,
18 & non erat qui sepeliret. Et incubuit timor & tre-
mor in omnem populum: quia dixerunt; Non est ve-
ritas & judicium in eis: transgressi sunt enim consti-
19 tutum, & jusjurandum quod juraverunt. Et movit
Bacchides castra ab Jerusalem, & applicuit in Beth-
zecha: & misit, & comprehendit multos ex eis qui à
se effugerant, & quosdam de populo mactavit, & in
20 puteum magnum projecit. Et commisit regionem
Alcimo, & reliquit cum eo auxilium in adjutorium
21 ipsi. Et abiit Bacchides ad regem: Et satis agebat
22 Alcimus pro principatu sacerdotii sui. Et convene-
runt ad eum omnes, qui perturbabant populum suum,
& obtinuerunt terram Juda, & fecerunt plagam ma-
23 gnam in Israel. Et vidit Judas omnia mala quæ fe-
cit Alcimus, & qui cum eo erant, filiis Israel, multò
24 plus quàm Gentes. Et exiit in omnes fines Judææ in
circuitu, & fecit vindictam in viros desertores, & ces-
saverunt ultrà exire in regionem.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α'.

7 Νῦν οὖν ἀπόστειλον ἄνδρα ᾧ πιστεύεις, καὶ πορευθεὶς ἰδέτω τὴν (γ) ἐξολό-
θρευσιν πᾶσαν ἣν ἐποίησεν ἡμῖν καὶ τῇ χώρᾳ τοῦ βασιλέως, καὶ (δ) κολα-
8 σάτω αὐτοὺς καὶ πάντας τοὺς ἐπιβοηθοῦντας αὐτοῖς. Καὶ ἐπέλεξεν ὁ
βασιλεὺς τὸν (ε) Βακχίδην τῶν φίλων τοῦ βασιλέως, κυριεύοντα ἐν τῷ
πέραν τοῦ ποταμοῦ, καὶ μέγαν ἐν τῇ βασιλείᾳ, καὶ πιστὸν τῷ βασιλεῖ.
9 Καὶ ἀπέστειλεν αὐτὸν, Καὶ Ἄλκιμον τὸν ἀσεβῆ, καὶ (ζ) ἔστησεν αὐτῷ
τὴν ἱερωσύνην, καὶ ἐνετείλατο αὐτῷ ποιῆσαι τὴν ἐκδίκησιν ἐν τοῖς
10 υἱοῖς Ἰσραήλ. Καὶ (η) ἀπῆραν, καὶ ἦλθον μετὰ δυνάμεως πολλῆς εἰς
γῆν Ἰούδα. καὶ ἀπέστειλεν ἀγγέλους πρὸς Ἰούδαν, καὶ (θ) τοὺς ἀδελ-
11 φοὺς αὐτοῦ, λόγοις εἰρηνικοῖς μετὰ δόλου. Καὶ οὐ (ι) προσέσχον τοῖς
12 λόγοις αὐτῶν, ἴδον γὰρ ὅτι ἦλθον μετὰ δυνάμεως πολλῆς. Καὶ
ἐπισυνήχθησαν πρὸς (κ) Ἄλκιμον καὶ Βακχίδην συναγωγὴ γραμματέων
13 ἐκζητῆσαι δίκαια. Καὶ πρῶτοι οἱ Ἀσιδαῖοι ἦσαν ἐν υἱοῖς Ἰσ-
14 ραήλ, καὶ ἐπεζήτουν (*) παρὰ αὐτῶν εἰρήνην. Εἶπον γὰρ, Ἄνθρωπος
ἱερεὺς ἐκ σπέρματος Ἀαρὼν ἦλθεν ἐν ταῖς δυνάμεσι, καὶ οὐκ ἀδική-
15 σει ἡμᾶς. Καὶ ἐλάλησε μετ' αὐτῶν (λ) λόγους εἰρηνικοὺς, καὶ ὤμοσεν
αὐτοῖς, λέγων, Οὐκ ἐκζητήσομεν ὑμῖν κακὸν, καὶ τοῖς φίλοις ὑμῶν.
16 Καὶ ἐνεπίστευσαν αὐτῷ. καὶ συνέλαβεν ἐξ αὐτῶν ἑξήκοντα ἄνδρας, καὶ
ἀπέκτεινεν αὐτοὺς ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ κατὰ (μ) τὸν λόγον ὃν ἔγραψε,
17 Σάρκας ὁσίων σου καὶ αἵματα αὐτῶν ἐξέχεαν κύκλῳ Ἱερουσαλὴμ, καὶ
18 οὐκ ἦν αὐτοῖς ὁ θάπτων. Καὶ ἐπέπεσεν αὐτοῖς ὁ φόβος καὶ ὁ τρόμος
(ν) ἐπὶ πάντα τὸν λαὸν, ὅτι εἶπαν, Οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ἀλήθεια καὶ
19 (ξ) κρίσις· παρέβησαν γὰρ τὴν στάσιν καὶ τὸν ὅρκον ὃν ὤμοσαν. Καὶ ἀπῆρε
Βακχίδης ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ, καὶ παρενέβαλεν ἐν Βηζὲθ, καὶ ἀπέ-
στειλε καὶ συνέλαβε πολλοὺς ἀπὸ τῶν (ο) ἀπ' αὐτοῦ αὐτομολησάντων
ἀνδρῶν, καί τινας τοῦ λαοῦ, καὶ ἔθυσεν αὐτοὺς εἰς τὸ φρέαρ τὸ μέγα.
20 Καὶ κατέστησε τὴν χώραν τῷ Ἀλκίμῳ. καὶ ἀφῆκε μετ' αὐτοῦ δύναμιν
21 τοῦ βοηθεῖν αὐτῷ. καὶ ἀπῆλθε Βακχίδης πρὸς τὸν βασιλέα. Καὶ
22 ἠγωνίσατο Ἄλκιμος περὶ τῆς (*) ἀρχιερωσύνης. Καὶ συνήχθησαν πρὸς
αὐτὸν πάντες οἱ ταράσσοντες τὸν λαὸν αὐτῶν, καὶ κατεκράτησαν γῆν
23 Ἰούδα, καὶ ἐποίησαν πληγὴν μεγάλην ἐν Ἰσραήλ. Καὶ εἶδεν Ἰούδας
πᾶσαν τὴν κακίαν ἣν ἐποίησεν (*) Ἄλκιμος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἐν υἱοῖς
24 Ἰσραήλ, ὑπὲρ τὰ ἔθνη. Καὶ ἐξῆλθεν εἰς πάντα τὰ ὅρια τῆς Ἰου-
δαίας (π) κυκλόθεν, καὶ ἐποίησεν ἐκδίκησιν ἐν τοῖς ἀνδράσι (ρ) τοῖς
αὐτομολήσασι, καὶ ἀνεστάλησαν τοῦ (σ) πορεύεσθαι εἰς τὴν χώραν.

MS.A. (γ) ἐξολόθρευσιν ἅπασαν (δ) ἐκολάσατο (ε) Βαραχχίδην (ζ) ἔστησαν (η) ἀπῆλθεν, (θ) πρὸς τοὺς (ι) προσέσχον (κ) Ἄλκινον (*) παρ' (λ) εἰρηνικοὺς λόγους, (μ) τοὺς λόγους οὓς (ν) εἰς (ξ)* κρίσει (ο) μετ' αὐτοῦ (*) ἀρχιερωσύνης. (*) Ἄλκιμος (π) καὶ κυκλόθεν, (ρ) καὶ τοῖς (σ) πορευθῆναι εἰς χώραν.

Interp. LAT.

Nunc ergò mitte virum, cui credis, & profectus 7
videat exterminium omne quod fecit nobis, &
regioni regis: & puniat eos, & omnes adjuto-
res eorum. Et elegit rex Bacchidem ex amicis 8
regis, qui dominabatur trans flumen, & ma-
gnum in regno, & fidelem regi. Et misit eum,
Et Alcimum impium: & statuit ei sacerdotium: 9
& mandavit ei facere ultionem in filios Israel. Et 10
surrexerunt, & venerunt cum exercitu magno
in terram Juda. Et misit nuntios ad Judam, &
fratres ejus, verbis pacificis cum dolo. Et non 11
intenderunt sermonibus eorum. Viderunt enim,
quia venerant cum exercitu magno. Et con- 12
venerunt ad Alcimum & Bacchidem congregatio
scribarum, requirere quæ justa sunt. (a) Et pri- 13
mi Asidæi erant in filiis Israel: & exquirebant
ab eis pacem. Dixerunt enim; Homo sacerdos 14
de semine Aaron venit in exercitu: & non no-
cebit nobis. Et locutus est cum eis verba pa- 15
cifica, & juravit illis, dicens; Non quæremus
vobis malum, neque amicis vestris. Et credi- 16
derunt ei. Et comprehendit ex eis sexaginta
viros: & occidit eos in una die secundùm ver-
bum, quod (b) scripsit; Carnes Sanctorum tuo- 17
rum, & sanguinem ipsorum effuderunt in circui-
tu Hierusalem; & non erat eis qui sepeliret. Et 18
incubuit eorum timor, & tremor in omnem
populum: quia dixerunt; Non est veritas, &
judicium in eis. Transgressi sunt enim constitu-
tum, & jusjurandum, quod juraverunt. Et 19
movit Bacchides castra ab Hierusalem, & ap-
plicuit in Bezeth: & misit, & comprehendit
multos ex viris, qui à se refugerant, & quosdam
de populo: & mactavit eos in puteum ma-
gnum. Et commisit regionem Alcimo: & reli- 20
quit cum eo exercitum in adjutorium ipsi. Et
abiit Bacchides ad regem. Et satagebat Alci- 21
mus pro principatu sacerdotii. Et convenerunt 22
ad eum omnes qui perturbabant populum suum:
& obtinuerunt terram Juda: & fecerunt
plagam magnam in Israel. Et vidit Judas 23
omnia mala, quæ fecit Alcimus, & qui cum
eo erant, filiis Israel, plusquàm (c) gentes. Et 24
exiit in omnes fines Judææ in circuitu, & fecit
vindictam in viros desertores: & cessaverunt
ire in regionem.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

7–24 [illegible]

Jam mitte virum tibi fidum, qui abeat, vi- 7
deátque totam perditionem quam fecerunt
nobis & regioni regis, & quomodo excru-
ciaverit illos & omnes adjutores eorum.
Elegit ergò rex Bacherium amicum suum 8
qui præerat regioni transfluviali, & ma-
gnus ac fidus erat in regno suo; Misitque 9
eum & Elcimum impium cui instituit sacer-
dotium; præcepítque ei ut exerceret vin-
dictam in filios Israëlis. Itaque profecti 10
venerunt in terram Judæ multo cum exerci-
tu, misitque legatum ad Judam & fratres
ejus verbis pacificis cum dolo. Sed non 11
attenderunt, neque animum adhibuerunt
verbis eorum, viderant enim illos venisse
ad se magno cum exercitu. Et convene- 12
runt apud Elcimum & Bacherium cœtus
Scribarum ad exquirendam & petendam
æquitatem: Et præcipui, erant cantores 13
inter filios Israëlis, & petebant ab eis pa-
cem. Dicebant enim; Vir sacerdos de se- 14
mine Aharonis venit cum exercitu, neque
lædent nos. Ille verò allocutus est eos ver- 15
bis pacificis, & juravit eis, dixítque;
Non procurabimus neque machinabimur
malum contra vos & amicos vestros. Sed 16
cùm credidissent ei, prehendit ex eis sexa-
ginta viros, & peremit eos eodem die, se-
cundùm verbum quod dixit propheta;
Carnem sanctorum tuorum, & sanguinem 17
eorum effuderunt circum Jerusalem, &
non est eis qui sepeliat. Et occupavit ter- 18
ror eorum totum populum, dicebant enim;
Non inest his veritas neque jus, quando-
quidem transgressi sunt jus & juramentum
ac pactum quod inierant. Deinde movens 19
Bacherius de Jerusalem, castra posuerunt
contra Beth-dara: & mittens prehendit ex
hominibus qui rebellaverant in eum, ac
etiam *quosdam* è populo, & jugulavit eos
juxta puteum magnum. Tum committens 20
regionem Elcimo, & relictis apud eum
copiis in præsidium ejus, venit Bacherius
ad regem. Elcimus autem contendebat de 21
principatu sacerdotii: Et convenerunt ad 22
eum omnes ii qui conturbabant gentem su-
am, & occupaverunt terram Judæ, & fe-
cerunt plagam magnam in Israële. Videns 23
itaque Juda totum malum quod intulerant
Elcimus & comites ejus filiis Israëlis, de-
teriùs quàm gentes ipsæ; Prodiens ad 24
omnes terminos Judææ circunquaque,
exercuit judicium in viros illos qui re-
bellaverant, & missi fuerant ad cursitan-
dum per regionem.

Versio VULG. LAT.

25 Vidit autem Alcimus quòd prævaluit Judas, & qui
cum eo erant: & cognovit quia non potest sustinere
eos, & regressus est ad regem, & accusavit eos multis
26 criminibus. Et misit rex Nicanorem, unum ex prin-
cipibus suis nobilioribus: qui erat inimicitias exer-
cens contra Israel: & mandavit ei evertere popu-
27 lum. Et venit Nicanor in Jerusalem cum exercitu
magno, & misit ad Judam & ad fratres ejus verbis
28 pacificis cum dolo, Dicens; Non sit pugna inter
me & vos: veniam cum viris paucis, ut videam facies
29 vestras cum pace. Et venit ad Judam, & salutave-
runt se invicèm & pacificè: & hostes parati erant ra-
30 pere Judam. Et innotuit sermo Judæ, quoniam cum
dolo venerat ad eum: & conterritus est ab eo, &
31 ampliùs noluit videre faciem ejus. Et cognovit Ni-
canor quoniam denudatum est consilium ejus: & exi-
vit obviàm Judæ in pugnam juxta Capharsalama.
32 Et ceciderunt de Nicanoris exercitu ferè quinque
33 millia viri, & fugerunt in civitatem David. Et post
hæc verba ascendit Nicanor in montem Sion: & exi-
erunt de sacerdotibus populi salutare eum in pace,&
demonstrare ei holocautomata, quæ offerebantur pro
34 rege. Et irridens sprevit eos, & polluit: & locutus
35 est superbè. Et juravit cum ira, dicens; Nisi tradi-
tus fuerit Judas, & exercitus ejus in manus meas,
continuò cum regressus fuero in pace, succendam do-
36 mum istam. Et exiit cum ira magna. Et intraverunt
sacerdotes, & steterunt ante faciem altaris & templi:
37 & flentes dixerunt; Tu, Domine, elegisti domum
istam ad invocandum nomen tuum in ea, ut esset do-
38 mus orationis & obsecrationis populo tuo. Fac vin-
dictam in homine isto, & exercitu ejus, & cadant in
gladio: memento blasphemias eorum, & ne dederis
39 eis ut permaneant. Et exiit Nicanor ab Jerusalem,
& castra applicuit ad Bethoron: & occurrit illi ex-
40 ercitus Syriæ. Et Judas applicuit in Adarsa cum tri-
41 bus millibus viris: & oravit Judas, & dixit; Qui
missi erant à rege Sennacherib, Domine, quia blasphe-
maverunt te, exiit angelus, & percussit ex eis centum
octogintaquinque millia:

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α'.

25 Ὡς δὲ εἶδεν Ἄλκιμος ὅτι ἐνίσχυσεν Ἰούδας καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, καὶ ἔγνω
(ᵃ) ὅτι οὐ δύναται ὑποστῆναι αὐτοὺς, καὶ ἐπέστρεψε πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ
26 κατηγόρησεν αὐτῶν πονηρά. Καὶ ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς Νικάνο-
ρα, ἕνα τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ τῶν ἐνδόξων, καὶ μισοῦντα καὶ ἐχθραίνοντα
27 τῷ Ἰσραὴλ, καὶ ἐνετείλατο αὐτῷ ἐξᾶραι τὸν λαόν. Καὶ ἦλθε Νι-
κάνωρ εἰς Ἱερουσαλὴμ δυνάμει πολλῇ, καὶ ἀπέστειλε πρὸς Ἰούδαν καὶ
28 τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ μετὰ δόλου λόγοις εἰρηνικοῖς, Λέγων, Μὴ ἔστω
μάχη ἀναμέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν· ἥξω ἐν ἀνδράσιν ὀλίγοις, ἵνα (τ)
29 ὑμῶν ἴδω τὰ πρόσωπα μετ' εἰρήνης. Καὶ ἦλθε πρὸς Ἰούδαν, καὶ
ἠσπάσαντο ἀλλήλους εἰρηνικῶς. καὶ οἱ πολέμιοι ἦσαν ἕτοιμοι ἐξαρ-
30 πάσαι τὸν Ἰούδαν. Καὶ ἐγνώσθη ὁ λόγος τῷ Ἰούδᾳ, ὅτι μετὰ δόλου
ἦλθεν ἐπ' αὐτόν· καὶ ἐπτοήθη ἀπ' αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐβουλήθη ἔτι ἰδεῖν τὸ
31 πρόσωπον αὐτοῦ. Καὶ ἔγνω Νικάνωρ ὅτι ἀπεκαλύφθη ἡ βουλὴ αὐτοῦ,
καὶ ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν τῷ (υ) Ἰούδᾳ ἐν πολέμῳ κατὰ Χαφαρσαλα-
32 μά. Καὶ (φ) ἔπεσον τῶν παρὰ Νικάνορος (ˉ) ὡσεὶ πεντακισχίλιοι
33 ἄνδρες, καὶ ἔφυγον εἰς τὴν πόλιν Δαυίδ. Καὶ μετὰ τοὺς λόγους τούτους
ἀνέβη Νικάνωρ εἰς τὸ ὄρος Σιών. καὶ (χ) ἐξῆλθον ἀπὸ τῶν ἱερέων
ἐκ τῶν ἁγίων καὶ ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων τοῦ λαοῦ ἀσπάσασθαι αὐτὸν
εἰρηνικῶς, καὶ δεῖξαι αὐτῷ τὴν ὁλοκαύτωσιν τὴν προσφερομένην ὑπὲρ
34 τοῦ βασιλέως. Καὶ ἐμυκτήρισεν αὐτοὺς, καὶ κατεγέλασεν αὐτῶν,
35 καὶ ἐμίανεν αὐτοὺς, καὶ ἐλάλησεν ὑπερηφάνως. Καὶ ὤμοσε μετὰ θυ-
μοῦ, λέγων, Ἐὰν μὴ παραδοθῇ Ἰούδας καὶ ἡ παρεμβολὴ αὐτοῦ (ψ)
εἰς χεῖράς μου τὸ νῦν, καὶ ἔσται ἐὰν ἐπιστρέψω ἐν εἰρήνῃ, ἐμπυριῶ τὸν οἶ-
36 κον τοῦτον. καὶ ἐξῆλθε μετὰ (ω) θυμοῦ μεγάλου. Καὶ εἰσῆλθον οἱ
ἱερεῖς, καὶ ἔστησαν κατὰ πρόσωπον τοῦ θυσιαστηρίου καὶ τοῦ ναοῦ, καὶ (ˉ) ἔκλαυσαν, καὶ
37 εἶπον, Σὺ (α) κύριε ἐξελέξω τὸν οἶκον τοῦτον ἐπικληθῆναι τὸ ὄνο-
μά σου ἐπ' (β) αὐτῷ, εἶναι οἶκον προσευχῆς καὶ δεήσεως τῷ λαῷ
38 σου. Ποίησον ἐκδίκησιν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ καὶ ἐν τῇ παρεμβο-
λῇ αὐτοῦ, καὶ (ˉ) πεσέτωσαν ἐν ῥομφαίᾳ· μνήσθητι τῶν δυσφημιῶν αὐ-
39 τῶν, καὶ μὴ δῷς αὐτοῖς μονήν. Καὶ ἐξῆλθε Νικάνωρ ἐξ Ἱερου-
σαλὴμ, καὶ (γ) παρενέβαλεν ἐν Βαιθωρὼν, καὶ συνήντησεν αὐτῷ
40 δύναμις Συρίας. Καὶ Ἰούδας παρενέβαλεν ἐν Ἀδασὰ ἐν τρισχι-
41 λίοις ἀνδράσι· καὶ προσηύξατο Ἰούδας, καὶ εἶπεν, Οἱ παρὰ τοῦ βα-
σιλέως (δ) Ἀσσυρίων ὅτε ἐδυσφήμησαν, ἐξῆλθεν ἄγγελός (ε) σου
κύριε, καὶ ἐπάταξεν ἐν αὐτοῖς ἑκατὸν ὀγδοηκονταπέντε χιλιάδας.

MS.A. (ᵃ) ὅτι * δύναται (τ) ἴδω ὑμῶν (υ) Ἰούδᾳ κατὰ Χαρφαρσα-
ραμά. (φ) ἔπεσαν (ˉ) ὡς * πενταχισχιλίους (χ) ἐξῆλθεν (ψ) τὸ νῦν εἰς
χεῖράς μου, (ω) θυμοῦ. Καὶ εἰσῆλθον (ˉ) * ἔκλαυσεν, καὶ εἶπαν, (α)
ἐξελέξω (β) αὐτὸν, (ˉ) πεσάτωσαν (γ) παρενέβαλον (δ) ὅτε
ἐδυσφήμησαν (ε) σε, καὶ

Interp. LAT.

Ut autem vidit Alcimus, quòd prævaluit Judas, 25
& qui cum eo erant, & cognovit, quia non potest
sustinere eos; & regressus est ad regem: Et accu-
savit eos criminibus. Et misit rex Nicanorem, 26
unum ex principibus suis nobilioribus, & qui
odio habebat, & inimicitias exercebat contra
Israel: & mandavit ei evertere populum. Et 27
venit Nicanor in Hierusalem cum exercitu ma-
gno: & misit ad Judam, & fratres ejus, cum
dolo verbis pacificis; Dicens: Non sit pugna 28
inter me & vos. Veniam cum viris paucis; ut
videam facies vestras cum pace. Et venit ad 29
Judam: & salutaverunt se invicèm pacificè:
& hostes parati erant rapere Judam. Et inno- 30
tuit sermo Judæ; quoniam cum dolo venerat ad
eum: & conterritus est ab eo, & ampliùs noluit
videre faciem ejus. Et cognovit Nicanor, quoni- 31
am denudatum est consilium ejus: & exivit
obviàm Judæ in pugnam juxta Chapharsalama.
Et ceciderunt de Nicanoris exercitu ferè quinque 32
mille viri: & fugerunt in civitatem David.
Et post hæc verba ascendit Nicanor in montem 33
Sion: & exierunt de sacerdotibus è sanctis, & de
senioribus populi salutare eum in pace, & demon-
strare ei holocaustomata, quæ offerebantur pro 34
rege. Et irridens sprevit eos, & polluit eos, &
locutus est superbè. Et juravit cum ira, di- 35
cens; Nisi traditus fuerit Judas, & exercitus
ejus in manus meas nunc; & erit, cùm regressus
fuero in pace, succendam domum istam. Et exiit
cum ira magna. Et intraverunt sacerdotes, & 36
steterunt ante faciem altaris, & templi: & flen-
tes dixerunt; Tu, Domine, elegisti domum istam 37
ad invocandum nomen tuum in ea, ut esset do-
mus orationis, & obsecrationis populo tuo. Fac 38
vindictam in homine isto, & exercitu ejus: &
cadant in gladio. Memento blasphemias eorum:
& ne dederis eis ut permaneant. Et exiit Nica- 39
nor ab Hierusalem: & castra applicuit ad Be-
thoron: et occurrit illi exercitus Syriæ. Et Ju- 40
das applicuit in Adasa cum tribus millibus vi-
ris. Et oravit Judas, & dixit; Qui missi erant 41
à rege Assyriorum, quando blasphemaverunt, exiit
angelus tuus, Domine, et percussit ex eis centum
octoginta quinque millia.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

25 [illegible]
26 [illegible]
[illegible]
27 [illegible]
[illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
[illegible]
[illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
[illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
[illegible]

Ut autem vidit Elcimus prævaluisse Judam & 25
comites ejus; & agnovit se non posse resi-
stere eis; reversus est ad regem, & accusavit
eos multis criminibus. Quamobrem misit 26
rex Demetrius Nicanorem unum ex honesti-
oribus principibus suis, qui odio & inimi-
citiâ prosequebatur populum Israëliticum,
& mandavit ei ut deleret tolleretque popu-
lum. Veniens itaque Nicanor Jerosolymam 27
multo cum exercitu, misit ad Judam & fra-
tres ejus verbis pacificis sub dolo, dixitque
eis: Ne esto jurgium inter me & vos: pau-
cis cum viris veni ad videndum facies ve-
stras pacificè. Ita venerunt ad Judam, & 28
salutarunt alter alterum: copiæ tamen pa-
ratæ erant ad abripiendum Judam. Sed re- 29
innotescente Judæ, quod *scilicet* cum dolo
venissent ad se; recessit ab eo, nec voluit in-
posterum videre faciem ejus. Agnoscens 31
itaque Nicanor detectum esse consilium,
processit in occursum Judæ è regione op-
pidi pacis: Cecideruntque de viris qui 32
erant cum Nicanore, quasi quingenti: tum fu-
gerunt in urbem Davidis. His rebus gestis, 33
ascendit Nicanor in montem Sionis, egres-
sique sunt sacerdotes è Sanctuario, &
quidam è senioribus populi, ut salutarent
eum, & significarent ei holocausta & sacri-
ficia quæ offerebant pro rege. Verùm sub- 34
sannans & irridens eos contempsit eos, &
locutus est insolenter. Juravitque cum furo- 35
re, & ait; Nisi tradat se nunc Juda & ex-
ercitus ejus in manus meas, cùm rediero
incolumis, amburam domum istam: & e-
gressus est magno furore percitus. Ingressi 36
verò sacerdotes, steterunt ante altare &
scamnum, & fleverunt dicentes; Tu Do- 37
mine, elegisti tibi domum istam, ut voce-
tur nomen tuum super illam, & sit domus
orationis & precationis populo tuo. Fac 38
ultionem de viro isto & de exercitu ejus,
cadantque gladio: recordare blasphemias
eorum, & ne præstes eis robur & consisten-
tiam. Egressus autem Nicanor Jerosoly- 39
mis, castra posuit ad Beth-horonem, oc-
curritque illi exercitus Syriæ: Juda verò 40
castra posuit ad Arsam cum tribus millibus
virorum. Oravitque Juda, & ait; Do- 41
mine, tu is es, in quem cùm blasphemâsset
exercitus regis Assur, egressus est Angelus
tuus, & occidit centum illa & octoginta
quinque millia.

Versio VULG. LAT.

42 Sic contere exercitum istum in conspectu nostro hodie: & sciant cæteri quia malè locutus est super sancta tua: & judica illum secundùm malitiam illius.
43 Et commiserunt exercitus prælium tertiadecimâ die mensis Adar: & contrita sunt castra Nicanoris, & cecidit ipse primus in prælio.
44 Ut autem vidit exercitus ejus quia cecidisset Nicanor, projecerunt arma sua, & fugerunt:
45 Et persecuti sunt eos viam unius diei, ab Adazer usquequò veniatur in Gazara, & tubis cecinerunt post eos cum significationibus:
46 Et exierunt de omnibus castellis Judææ in circuitu, & ventilabant eos cornibus, & convertebantur iterùm ad eos, & ceciderunt omnes gladio, & non est relictus ex eis nec unus.
47 Et acceperunt spolia eorum in prædam: & caput Nicanoris amputaverunt, & dexteram ejus, quam extenderat superbè, & attulerunt & suspenderunt contra Jerusalem.
48 Et lætatus est populus valdè, & egerunt diem illam in lætitia magna.
49 Et constituit agi omnibus annis diem istam, tertiadecimâ die mensis Adar.
50 Et siluit terra Juda dies paucos.

CAP. VIII.

1 Et audivit Judas nomen Romanorum, quia sunt potentes viribus, & acquiescunt ad omnia, quæ postulantur ab eis: & quicunque accesserunt ad eos, statuerunt cum eis amicitias, & quia sunt potentes viribus.
2 Et audierunt prælia eorum, & virtutes bonas, quas fecerunt in Galatia, quia obtinuerunt eos, & duxerunt sub tributum:
3 Et quanta fecerunt in regione Hispaniæ, & quòd in potestatem redegerunt metalla argenti & auri quæ illìc sunt, & possederunt omnem locum consilio suo, & patientiâ:
4 Locáque quæ longè erant valdè ab eis; & Reges qui supervenerant eis ab extremis terræ, contriverunt, & percusserunt eos plagâ magnâ: cæteri autem dant eis tributum omnibus annis.
5 Et Philippum & Persen Ceteorum regem, & cæteros qui adversùm eos arma tulerant, contriverunt in bello, & obtinuerunt eos:
6 Et Antiochum magnum regem Asiæ, qui eis pugnam intulerat habens centum viginti elephantos, & equitatum, & currus, & exercitum magnum valdè, contritum ab eis.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α'.

42 (ζ) Οὕτω σύντριψον τὴν παρεμβολὴν ταύτην ἐνώπιον ἡμῶν σήμερον, καὶ γνώτωσαν οἱ ἐπίλοιποι, ὅτι κακῶς (η) ἐλάλησεν ἐπὶ τὰ ἅγιά σου, καὶ κρῖνον αὐτὸν κατὰ τὴν κακίαν αὐτοῦ.
43 Καὶ συνῆψαν αἱ παρεμβολαὶ εἰς πόλεμον τῇ τρισκαιδεκάτῃ τοῦ μηνὸς Ἀδαρ, καὶ συνετρίβη ἡ παρεμβολὴ Νικάνορος, καὶ ἔπεσεν αὐτὸς πρῶτος ἐν τῷ πολέμῳ.
44 Ὡς δὲ εἶδεν ἡ παρεμβολὴ αὐτοῦ ὅτι ἔπεσε Νικάνωρ,
45 ῥίψαντες τὰ ὅπλα αὐτῶν ἔφυγον. Καὶ κατεδίωκον αὐτοὺς ὁδὸν ἡμέρας μιᾶς ἀπὸ Ἀδασὰ ἕως τοῦ ἐλθεῖν εἰς Γάζηρα, καὶ ἐσάλπισαν ὀπίσω αὐτῶν ταῖς σάλπιγξι τῶν σημασιῶν.
46 Καὶ ἐξῆλθον ἐκ πασῶν τῶν κωμῶν τῆς Ἰουδαίας κυκλόθεν, καὶ ὑπερεκέρων αὐτούς, καὶ ἀνέστρεφον οὗτοι πρὸς τούτους· καὶ (θ) ἔπεσον πάντες ῥομφαίᾳ, καὶ οὐ
47 κατελείφθη ἐξ αὐτῶν οὐδὲ εἷς. Καὶ ἔλαβον τὰ σκῦλα καὶ τὴν προνομήν, καὶ τὴν κεφαλὴν Νικάνορος (ι) ἀφεῖλον, καὶ τὴν δεξιὰν αὐτοῦ ἣν ἐξέτεινεν ὑπερηφάνως, καὶ ἤνεγκαν, καὶ ἐξέτειναν
tathias filius Abessalomi, & Judas filius Calphi,
71 *principes militiæ exercituũ. Et scidit Jonathas*
vestimenta sua, & posuit terram in capite suo, &
72 *oravit. Et reversus est ad eos in prælium : &*
73 *convertit eos in fugam: & fugerunt. Et viderunt*
qui fugiebant partis illius, & reversi sunt ad eum,
& insequebantur cum eo usq; Cades, usque ad ca-
74 *stra eorum: & castrametati sunt illic. Et ecide-*
runt de alienigenis in die illa ad tria millia vi-
rorum. Et reversus est Jonathas in Hierusalem.

CAP. XII.

1 *ET vidit Jonathas, quia tempus eum juvat: &*
elegit viros, & misit Romam, statuere & renovare
2 *cum eis amicitiam. Et ad Spartiatas, & alia*
3 *loca, misit epistolas, secundùm eandem formam. Et*
abierunt Romam, & intraverunt curiam, & di-
xerunt; Jonathas, summus sacerdos, & gens Ju-
dæorum, miserunt nos, ut renovaremus amicitiam
4 *cum ipsis & societatem secundùm pristinum. Et*
dederunt illis epistolas (a) ad ipsos per loca, ut de-
5 *ducerent eos in terram Judæ cum pace. Et hoc est*
exemplum epistolarum, quas scripsit Jonathas
6 *Spartiatis : Jonathas summus sacerdos, & se-*
niores gentis, & sacerdotes, & reliquus populus
7 *Judæorũ, Spartiatis fratribus salutem. Jam pri-*
dem missæ erant epistolæ ad Oniam summum sa-
cerdotem, à Dario, qui regnabat apud vos, quoniam
estis fratres nostri, sicut exemplum subjectum est.
8 *Et suscepit Onias virum, qui missus fuerat cum*
honore: & accepit epistolas, in quibus significaba-
9 *tur de societate, et amicitia. Et nos igitur, cũ nullo*
horũ indigeremus, solatio habentes sanctos libros,
10 *qui sunt in manibus nostris, Aggressi sumus mit-*
tere ad vos renovare fraternitatem, & amicitiam ;
ne alieni efficiamur à vobis. Multa enim tempora
11 *transierũt, ex quo misistis ad nos. Nos ergò in omni*
tempore, sine intermissione & in diebus solennibus,
& cæteris quibus oportet, memores sumus vestri
in sacrificiis, quæ offerimus, & in orationibus,
sicut fas est, & decet meminisse fratrum.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

67 [illegible]
68 [illegible]
69 [illegible]
70 [illegible]
71 [illegible]
72 [illegible]
73 [illegible]
74 [illegible]
1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

Jonathan verò & exercitus ejus castrameta- 67
ti sunt ad aquas Genesar, & prætervertit
manè ad planitiem Asoris : Cùm ecce ex- 68
ercitus Palæstinorum occurrit ei in eadem
planitie, & emiserunt in eum insidias. Qui- 69
bus à tergo illorum exurgentibus, bellum-
que miscentibus ; Fugerunt omnes mili- 70
tes Jonathanis, nemine eorum cum ipso
manente, præter Mathitham filium Abisalo-
mi, & Judam filium Haphi, & præcipuos
duces militiæ. Tunc Jonathan lacerans 71
vestimenta sua, & pulverem capiti suo im-
ponens, oravit ; Reversúsque ad eos in 72
prælium, devicit eos, ita ut fugerent. Vi- 73
dentes autem eos fugientes, illi qui erant cũ
ipso, reversi venerunt ad eum, & persecuti
sunt eos usque ad Seleuc *ubi erant* castra
eorum ; ibique castrametati sunt : Et ceci- 74
derunt è Palæsthinis eo die, quasi tria mil-
lia virorũ : tum rediit Jonathan Jerosolymã.

CAP. XII.

VIdens itaque Jonathan tempus hoc esse 1
sibi adjumento, elegit viros, misitque Ro-
mam ad statuendam & renovandam cum eis
amicitiam : Ad Spartiatas quoque & alia 2
loca misit epistolas eodem modo. Ergò Ro- 3
mam profecti & Senatum eorum ingressi,
dixerunt eis ; Jonathan summus sacerdos &
gens Judæorum miserunt nos ad renovan-
dam amicitiam & auxilium ut antea. Et ac- 4
ceperunt eos Romani cum gaudio, dede-
rúntque eis literas, ut ubicunque commora-
rentur, deducerent eos cum pace in terram
Judææ. Porrò hoc est exemplar epistolæ 5
quam misit Jonathan Spartiatis : Jonathan 6
summ⁹ sacerdos, & seniores, atq; sacerdotes,
totáq; gens Judæorũ, Spartiatis fratrib⁹ no-
stris salutem. Etiã nuper missæ sunt literæ à 7
Dario rege vestro ad Honiam summum sa-
cerdotem, vos esse fratres nostros, ut eædem
literæ declarant. Et accepit Honia virum 8
illum qui missus fuerat, honorificè ; accepit-
que literas illas quæ scriptæ erant de auxi-
lio deque amicitia. Nos autem his rebus 9
minimè confisi (nam consolationi sunt no-
bis libri sacri quos præ manibus habemus)
Propterea voluimus ad vos mittere ad re- 10
novandam amicitiam & concordiã quã vo-
biscũ habemus, ne simus vobis quasi alieni ;
nam ecce tempus multũ elapsum est ex quo
misistis ad nos. Nos quidẽ omni tempore in- 11
desinenter, festis & diebus celebrioribus re-
cordamur vestri in omnibus sacrificiis quæ
offerimus, & in omnibus orationibus, prout
oportet ac decet quempiam meminisse fra-
trum suorum.

Versio VULG. LAT.

12 Lætamur itaque de gloria vestra. Nos autem cir-
13 cumdederunt multæ tribulationes, & multa prælia, &
impugnaverunt nos reges, qui sunt in circuitu no-
14 stro. Noluimus ergò vobis molesti esse, neque cæ-
15 teris sociis & amicis nostris, in his prælius. Habuimus
enim de cœlo auxilium, & liberati sumus nos, & hu-
16 miliati sunt inimici nostri. Elegimus itaque Nume-
nium Antiochi filium, & Antipatrem Jasonis filium,
& misimus ad Romanos renovare cum eis amicitiam
17 & societatem pristinam. Mandavimus itaque eis ut
veniant etiam ad vos, & salutent vos: & reddant
vobis epistolas nostras de innovatione fraternitatis
18 nostræ. Et nunc benè facietis respondentes nobis
19 ad hæc. Et hoc est rescriptum epistolarum, quod
20 miserat Oniæ: Arius, rex Spartiatarum, Oniæ sa-
21 cerdoti magno salutem. Inventum est in scriptura
de Spartiatis & Judæis, quoniam sunt fratres, &
22 quòd sunt de genere Abraham. Et nunc ex quo hæc
cognovimus, benè facitis scribentes nobis de pace
23 vestra. Sed & nos rescripsimus vobis; Pecora no-
stra, & possessiones nostræ, vestræ sunt; & vestræ,
24 nostræ: mandavimus itaque hæc nuntiari vobis. Et
audivit Jonathas, quoniam regressi sunt principes
Demetrii cum exercitu multo supra quàm priùs, pu-
25 gnare adversùs eum. Et exiit ab Jerusalem, & oc-
currit eis in Amathite regione: non enim dederat
26 eis spatium ut ingrederentur regionem ejus. Et mi-
sit speculatores in castra eorum: & reversi renuntia-
verunt quòd constituunt supervenire illis nocte.
27 Cùm occidisset autem Sol, præcepit Jonathas suis
vigilare, & esse in armis paratos ad pugnam totâ
nocte, & posuit custodes per circuitum castrorum.
28 Et audierunt adversarii quòd paratus est Jonathas
cum suis in bello: & timuerunt, & formidaverunt
in corde suo: & accenderunt focos in castris suis.
29 Jonathas autem, & qui cum eo erant, non cognove-
runt usque manè: videbant autem luminaria arden-
30 tia: Et secutus est eos Jonathas, & non compre-
hendit eos: transierant enim flumen Eleutherum.

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ Α'.

12 Εὐφραινόμεθα δὲ ἐπὶ τῇ δόξῃ ὑμῶν. Ἡμᾶς δὲ ἐκύκλωσαν πολλαὶ
13 θλίψεις, καὶ πόλεμοι πολλοί, καὶ ἐπολέμησαν ἡμᾶς οἱ βασιλεῖς οἱ
14 κύκλῳ ἡμῶν. (θ) Καὶ οὐκ ἠβουλόμεθα οὖν παρενοχλεῖν ὑμῖν, καὶ (ι)
τοῖς λοιποῖς συμμάχοις, καὶ φίλοις ἡμῶν, ἐν τοῖς πολέμοις
15 τούτοις. Ἔχομεν γὰρ τὴν ἐξ (κ) οὐρανοῦ βοήθειαν βοηθοῦσαν ἡμῖν, καὶ
(λ) ἐρρύσθημεν ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν, καὶ ἐταπεινώθησαν οἱ ἐχθροὶ ἡμῶν.
16 Ἐπελέξαμεν οὖν Νουμήνιον Ἀντιόχου καὶ Ἀντίπατρον (*) Ἰάσωνος,
καὶ ἀπεστάλκαμεν πρὸς Ῥωμαίους ἀνανεώσασθαι τὴν πρὸς αὐτοὺς
17 φιλίαν, καὶ συμμαχίαν τὴν (μ) προτέραν. Ἐνετειλάμεθα οὖν αὐτοῖς
καὶ πρὸς ὑμᾶς πορευθῆναι, καὶ ἀσπάσασθαι ὑμᾶς, καὶ ἀποδοῦναι ὑμῖν
18 τὰς παρ' ἡμῶν ἐπιστολὰς περὶ τῆς ἀνανεώσεως καὶ τῆς ἀδελφότητος ἡμῶν.
19 Καὶ νῦν καλῶς (ν) ποιήσετε ἀντιφωνήσαντες ἡμῖν πρὸς ταῦτα. Καὶ
20 τοῦτο τὸ ἀντίγραφον τῶν ἐπιστολῶν (ξ) ὧν ἀπέστειλεν. Ὀνιάρης βασι-
21 λεὺς Σπαρτιατῶν Ὀνίᾳ ἱερεῖ μεγάλῳ (ο) χαίρειν. Εὑρέθη ἐν γραφῇ
περί τε τῶν Σπαρτιατῶν καὶ Ἰουδαίων, ὅτι (π) εἰσὶν ἀδελφοί, καὶ ὅτι
22 εἰσὶν ἐκ γένους Ἀβραάμ. Καὶ νῦν ἀφ' οὗ ἔγνωμεν ταῦτα, καλῶς
23 ποιήσετε γράφοντες ἡμῖν περὶ τῆς εἰρήνης ὑμῶν. Καὶ ἡμεῖς δὲ ἀντι-
γράφομεν ὑμῖν, Τὰ κτήνη ὑμῶν καὶ ἡ ὕπαρξις ὑμῶν ἡμῖν ἐστι, καὶ
τὰ ἡμῶν ὑμῖν ἐστιν. ἐντελλόμεθα οὖν ὅπως ἀπαγγείλωσιν ὑμῖν κατὰ
24 ταῦτα. Καὶ ἤκουσεν Ἰωνάθαν ὅτι ἐπέστρεψαν οἱ ἄρχοντες Δημητρίου
μετὰ δυνάμεως πολλῆς ὑπὲρ τὸ πρότερον τοῦ πολεμῆσαι πρὸς αὐτόν.
25 Καὶ ἀπῆρεν ἐξ Ἱερουσαλήμ, καὶ ἀπήντησεν αὐτοῖς εἰς τὴν Ἀμαθῖτιν
χώραν· οὐ γὰρ ἔδωκεν αὐτοῖς ἀνοχὴν (ρ) ἐμβατεῦσαι εἰς τὴν χώραν αὐ-
26 τοῦ. Καὶ ἀπέστειλε κατασκόπους εἰς τὴν παρεμβολὴν (σ) αὐτῶν, καὶ (τ) ἀπέ-
στρεψαν, καὶ ἀπήγγειλαν αὐτῷ, ὅτι (υ) οὕτω τάσσονται ἐπιπεσεῖν ἐπ'
27 αὐτοὺς τὴν νύκτα. Ὡς δὲ ἔδυ ὁ ἥλιος, ἐπέταξεν Ἰωνάθαν τοῖς παρ'
αὐτοῦ γρηγορεῖν, καὶ εἶναι ἐπὶ τοῖς ὅπλοις, (φ) καὶ ἑτοιμάζεσθαι εἰς πόλε-
μον δι' ὅλης τῆς νυκτός, καὶ ἐξέβαλε προφύλακας κύκλῳ τῆς παρεμβο-
28 λῆς. Καὶ ἤκουσαν οἱ ὑπεναντίοι ὅτι ἡτοίμασται Ἰωνάθαν καὶ οἱ παρ'
αὐτοῦ εἰς πόλεμον, καὶ ἐφοβήθησαν καὶ (χ) ἔπτηξαν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν,
29 καὶ ἀνέκαυσαν πυρὰς ἐν τῇ παρεμβολῇ αὐτῶν. Ἰωνάθαν δὲ καὶ οἱ
παρ' αὐτοῦ οὐκ ἔγνωσαν ἕως πρωΐ, ἔβλεπον γὰρ τὰ φῶτα καιόμενα.
30 Καὶ (ψ) κατεδίωξεν Ἰωνάθαν ὀπίσω αὐτῶν, καὶ οὐ κατέλαβεν αὐτούς,
διέβησαν γὰρ τὸν Ἐλεύθερον ποταμόν.

MS.A. (θ) Οὐκ (ι) τοὺς λοιποὺς συμμάχους, καὶ φίλους (κ) οὐρανῶν (λ) ἐρρύσθημεν (*) Ἰάσονος, (μ) πρότερον. (ν) ἐποιήσατε (ξ) ἀπέστειλαν. Ὀνιάρης (ο) χαίρειν. (π) ἀδελφοί εἰσιν, (ρ) τοῦ ἐμβατεῦσαι (σ) αὐτοῦ, (τ) ἐπέστρεψαν, (υ) οὕτως (φ) ἑτοιμάζεσθαι (χ) ἔντηξαν τὴν καρδίαν (ψ) κατεδίωξαν ὀπίσω αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐκατέλαβεν

Interp. LAT.

Lætamur itaque de gloria vestra. Nos autem circundederunt multæ tribulationes, & mult[a] prælia, & impugnaverunt nos reges, qui sunt in circuitu nostro. Et noluimus ergò vobis molest[i] esse, neque cæteris sociis & amicis nostris, in his præliis. Habemus enim auxilium quod [de] cælo, adjuvans nos, & liberati sumus ab inimicis nostris: & humiliati sunt inimici nostri. Elegimus itaque Numenium Antiochi filium, & Antipatrum Jasonis filium: & misimus ad Romanos renovare cum eis amicitiam, & societatem pristinam. Mandavimus itaque eis, ut veniant etiam ad vos, & salutent vos, & reddant vobis epistolas nostras de innovatione (b) etiam fraternitatis nostræ. Et nunc benè facietis respondentes nobis ad hæc. Et hoc rescriptum epistolarum, quas (c) misit Oniares Rex Spartiatarum Oniæ sacerdoti magno salutem. Inventum est in scriptura de Spartiatis & Judæis, quoniam sunt fratres, & quia sunt de genere Abraam. Et nunc, ex quo hæc cognovimus, benè facietis scribentes nobis de pace vestra. Sed & nos rescribimus vobis; Pecora vestra, & possessiones vestræ nostræ sunt; & nostræ, vestræ. Mandamus itaque hæc nuntiari vobis. Et audivit Jonathas, quoniam regressi sunt principes Demetrii cum exercitu multo super quàm priùs, pugnare adversùs eum. Et exiit ab Hierusalem, & occurrit eis in Amathite regione: Non enim dederat eis spatium, ut ingrederentur regionem ejus. Et misit speculatores in castra eorum: & reversi renuntiaverunt ei, quòd constituunt supervenire illis nocte. Cùm occidisset autem Sol; præcepit Jonathas suis vigilare, & esse in armis, & paratos esse ad pugnam totâ nocte. Et emisit custodes per circuitum castrorum. Et audierunt adversarii, quòd paratus est Jonathas cum suis in prælium: & timuerunt, & formidaverunt corde suo: & accenderunt pyras in castris (d) suis. Jonathas autem, & qui cum eo erant, non cognoverunt usque mane. Videbant enim luminaria accensa. Et secutus est eos Jonathas, & non comprehendit eos: transierant enim flumen Eleutherum.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
[illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
[illegible]
[illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
[illegible]
27 [illegible]
[illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
[illegible]

Et vehementer gaudemus de gloria vestra. Nos verò licèt circundati calamitatibus plurimis & bellis gravissimis quibus oppugnaverunt nos omnes reges circumjacentes nobis; Noluimus tamen inferre molestiam vobis neque cæteris amicis & adjutoribus nostris in cunctis bellis nostris. Habemus enim auxilium de cœlo quod opitulatur nobis, liberavit nos ab inimicis nostris, & humiliavit eos coram nobis. Etenim elegimus Eumenium filium Antiochi, & Antipatrum filium Asionis, & misimus eos ad Romanos, ut renovarent auxilium & amicitiam cum eis. Iisdémque mandavimus ut ad vos quoque irent, & salutarent vos, ac redderent vobis epistolas nostras de renovatione fraternitatis vobiscum. Et nunc rectè feceritis, si de his responsum rescribatur nobis. Cæterùm hoc est exemplum epistolæ quam scripserat Anris rex Spartiatarum. Honiæ summo sacerdoti salutem. Inventum est in libro apud Spartiatas de Judæis, esse eos fratres, & esse ipsos de semine Abrahami. Jam ergò ex his quæ novimus, rectè feceritis, si scribatis nobis de salute vestra. Nos quidem scribimus vobis de his omnibus quæ apud nos sunt; quia quicquid vestrum est, nostrum est; & quicquid nostrum est, vestrum est: mandavimus autem eis ut hæc omnia dicerent vobis. Interim audiens Jonathan reversos esse duces copiarum Demetrii majore & copiosiore cum exercitu quàm præcedente, ut oppugnarent eum; Movit Jonathan è Jerusalem, occurritque eis in terra Hamathæorum; non enim concedebat illis tempus, conculcare terram ipsius. Et misit speculatores in castra illorum, qui reversi dixerunt ei; Ita machinantur, occupare scilicet vos *incautos*. Quum itaque sol occubuisset, præcepit Jonathan iis qui erant cum ipso ut vigilarent totâ nocte, & prompta parataque haberent arma sua: emisitque custodias extra castra circumquaque. Audientes verò hostes eorum paratum esse Jonathanem & socios ejus ad bellum, timuerunt & trepidaverunt in corde suo; & relicto igne in castris suis, fugerunt. Sed Jonathan & socii ejus nesciérunt ad matutinum usque; videbant enim ignem ardentem. Tunc persecutus est eos Jonathan, at non assecutus est eos; trajecerant enim fluvium, qui vocatur Ingenuus.

Versio VULG. LAT.

31 Et divertit Jonathas ad Arabas, qui vocantur Zaba-
32 dæi, & percussit eos, & accepit spolia eorum. Et
junxit, & venit Damascum, & perambulabat omnem
33 regionem illam. Simon autem exiit, & venit usque
ad Ascalonem, & ad proxima præsidia: & declina-
vit in Joppen, & occupavit eam: (Audivit enim
34 quòd vellent præsidium tradere partibus Demetrii,)
& posuit ibi custodes ut custodirent eam. Et rever-
35 sus est Jonathas, & convocavit seniores populi, &
cogitavit cum eis ædificare præsidia in Judæa, Et
36 ædificare muros in Jerusalem, & exaltare altitudinem
magnam inter medium arcis & civitatis, ut separa-
ret eam à civitate, ut esset ipsa singulariter, & neque
emant, neque vendant. Et convenerunt, ut ædifica-
37 rent civitatem: & cecidit murus, qui erat super tor-
rentem ab ortu Solis, & reparavit eum, qui vocatur
38 Caphetetha: Et Simon ædificavit Adiada in Se-
phela, & munivit eam, & imposuit portas & seras.
39 Et cùm cogitâsset Tryphon regnare Asiæ, & assume-
re diadema, & extendere manum in Antiochum re-
40 gem: Timens ne fortè non permitteret eum Jona-
thas, sed pugnaret adversùs eum, quærebat compre-
hendere eum, & occidere. Et exurgens abiit in Beth-
41 san. Et exivit Jonathas obviàm illi cum quadragin-
ta millibus virorum electorum in prælium, & venit
42 Bethsan. Et vidit Tryphon quia venit Jonathas
cum exercitu multo ut extenderet in eum manus, &
43 timuit. Et excepit eum cum honore, & commenda-
vit eum omnibus amicis suis, & dedit ei munera:
& præcepit exercitibus suis ut obedirent ei, sicut sibi.
44 Et dixit Jonathæ; Ut quid vexâsti universum popu-
45 lum, cùm bellum nobis non sit? Et nunc remitte
eos in domos suas: elige autem tibi viros paucos,
qui tecum sint, & veni mecum Ptolemaidam, &
tradam eam tibi, & reliqua præsidia, & exercitum,
& universos præpositos negotii, & conversus abi-
46 bo: propterea enim veni. Et credidit ei, & fecit
sicut dixit: & dimisit exercitum, & abierunt in ter-
47 ram Juda. Retinuit autem secum tria millia viro-
rum: ex quibus remisit in Galilæam duo millia, mil-
le autem venerunt cum eo.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΏΝ Α΄.

31 Καὶ ἐξέκλινεν Ἰωνάθαν ἐπὶ τοὺς Ἄραβας τοὺς καλουμένους (*)Ζαβεδαί-
32 ους, καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς, καὶ ἔλαβε τὰ σκῦλα αὐτῶν. Καὶ ἀναζεύξας
33 ἦλθεν εἰς Δαμασκὸν, καὶ διώδευσεν ἐν πάσῃ τῇ χώρᾳ. Καὶ Σί-
μων ἐξῆλθε, καὶ διώδευσεν ἕως Ἀσκάλωνος, καὶ (ω) τῶν πλησίον
ὀχυρωμάτων, καὶ ἐξέκλινεν εἰς Ἰόππην, καὶ προκατελάβετο αὐτήν.
34 Ἤκουσε γὰρ ὅτι βούλονται τὸ ὀχύρωμα παραδοῦναι τοῖς παρὰ Δημητρίου,
35 καὶ ἔθετο ἐκεῖ φρουρὰν ὅπως φυλάσσωσιν αὐτήν. Καὶ ἐπέστρεψεν
Ἰωνάθαν, καὶ ἐξεκκλησίασε τοὺς πρεσβυτέρους τοῦ λαοῦ, καὶ ἐβουλεύσατο
36 μετ' αὐτῶν τοῦ οἰκοδομῆσαι ὀχυρώματα ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, Καὶ προσυ-
ψῶσαι τὰ τείχη Ἱερουσαλὴμ, καὶ ὑψῶσαι ὕψος μέγα ἀναμέσον τῆς
ἄκρας καὶ τῆς πόλεως, εἰς τὸ (α) διαχωρίζειν αὐτὴν τῆς πόλεως, ἵνα ᾖ
37 αὕτη κατὰ μόνας, ὅπως μήτε ἀγοράζωσι μήτε πωλῶσι. Καὶ συνή-
χθησαν τοῦ οἰκοδομεῖν (β) τὴν πόλιν, καὶ ἤγγισε τοῦ τείχους τοῦ χειμάῤῥου τοῦ
38 ἐξ ἀπηλιώτου, καὶ (γ) ἐπεσκεύασαν τὸ καλούμενον Χαφεναθά. Καὶ
Σίμων ᾠκοδόμησε τὴν Ἀδιδὰ ἐν τῇ Σεφηλᾷ, καὶ ὠχύρωσεν θύρας, καὶ
39 μοχλούς. Καὶ ἐζήτησε Τρύφων βασιλεῦσαι τῆς Ἀσίας, καὶ περιθέσθαι τὸ
40 διάδημα, καὶ ἐκτεῖναι (δ) χεῖρα ἐπ' Ἀντίοχον τὸν βασιλέα. Καὶ (ε)
ἐφοβήθη μήποτε οὐκ ἐάσῃ αὐτὸν Ἰωνάθαν, καὶ μήποτε πολεμήσῃ
πρὸς αὐτὸν, καὶ ἐζήτει πόρον τοῦ συλλαβεῖν (ζ) τὸν Ἰωνάθαν τοῦ ἀπο-
41 λέσαι αὐτὸν, καὶ ἀπάρας ἦλθεν εἰς Βαιθσάν. Καὶ ἐξῆλθεν Ἰωνάθαν εἰς
ἀπάντησιν αὐτῷ ἐν (*) τεσσαράκοντα χιλιάσιν ἀνδρῶν ἐπιλελεγμέναις
42 εἰς παράταξιν, καὶ ἦλθεν εἰς Βαιθσάν. Καὶ εἶδε Τρύφων ὅτι πάρεστι
(η) Ἰωνάθαν μετὰ δυνάμεως πολλῆς, καὶ ἐκτεῖναι χεῖρας ἐπ' αὐτὸν
43 (θ) εὐλαβήθη. Καὶ ἐπεδέξατο αὐτὸν ἐνδόξως, καὶ συνέστησεν αὐτὸν πᾶ-
σι τοῖς φίλοις αὐτοῦ, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ δόματα, καὶ ἐπέταξε (ι) ταῖς δυνά-
44 μεσιν αὐτοῦ ὑπακούειν αὐτῷ ὡς ἑαυτῷ. Καὶ εἶπε τῷ Ἰωνάθαν, Ἵνα τί
45 ἔκοψας πάντα τὸν λαὸν τοῦτον, πολέμου μὴ ἐνεστηκότος ἡμῖν; Καὶ νῦν
ἀπόστειλον αὐτοὺς εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν, (*) ἐπίλεξαι δὲ σεαυτῷ ἄνδρας
ὀλίγους οἵτινες ἔσονται μετὰ σοῦ, καὶ δεῦρο μετ' ἐμοῦ εἰς Πτολεμαΐδα, καὶ
παραδώσω σοι αὐτὴν καὶ τὰ λοιπὰ ὀχυρώματα καὶ τὰς δυνάμεις τὰς
(κ) λοιπὰς καὶ πάντας τοὺς ἐπὶ τῶν χρειῶν, καὶ ἐπιστρέψας ἀπελεύσομαι,
46 τούτου γὰρ χάριν πάρειμι. Καὶ ἐμπιστεύσας αὐτῷ ἐποίησε καθὼς
47 εἶπε, καὶ ἐξαπέστειλε τὰς δυνάμεις, καὶ ἀπῆλθον εἰς γῆν Ἰούδα. Κατ-
έλιπε δὲ μεθ' ἑαυτοῦ ἄνδρας τρισχιλίους, (λ) ὧν δισχιλίους ἀφῆκεν ἐν
τῇ Γαλιλαίᾳ, χίλιοι δὲ συνῆλθον αὐτῷ.

MS.A. (*)Ζαβαδαίους, (ω) τὰ πλησίον ὀχυρώματα, (α) διαχωρῆ-
σαι (β) καὶ ἔπεσεν τοῦ τείχους (γ) ἀπεσκεύασεν (δ) χεῖρας (ε)
ηὐλαβήθη (ζ) αὐτὸν τοῦ ἀποκτεῖναι, καὶ (*) τεσσαράκοντα (η) μετὰ
δυνάμεως (θ) ηὐλαβήθη. (ι) τοῖς φίλοις αὐτοῦ καὶ ταῖς (*) ἐπίλεξον
(κ) πολλὰς (λ)* ὡς

Interp. LAT.

Et divertit Jonathas ad Arabas, qui vocaban- 31
tur Zabedæi: & percussit eos, & accepit spolia
eorum. Et junxit, & venit Damascum: & 32
perambulavit omnem regionem. Et Simon exiit, 33
& venit usque Ascalonem, & ad proxima præ-
sidia: & declinavit in Joppen, & occupavit
eam. Audivit enim, quòd vellent præsidium tra- 34
dere partibus Demetrii: & posuit ibi custodiam,
ut custodirent eam. Et reversus est Jonathas, 35
& convocavit seniores populi, & cogitavit cum
eis ædificare præsidia in Judæa, Et exaltare 36
muros Hierusalem, & exaltare altitudinem
magnam inter medium arcis, & civitatis, ut
separaret eam à civitate: ut esset ipsa singulari-
ter, ut neque emant, neque vendant. Et conve- 37
nerunt, ut ædificarent civitatem: & (e) appropin-
quavit muro torrentis, qui est à Subsolano: &
reparaverunt eum qui vocatur Chaphenatha. Et 38
Simon ædificavit Adida in (f) Sephela: & mu-
nivit portas, & seras. Et quæsivit Tryphon 39
regnare Asiæ, & assumere diadema, & extendere
manum in Antiochum regem. Et timens, ne fortè 40
non permitteret eum Jonathas, & ne fortè pugna-
ret adversùs eum, quærebat viam comprehendendi
Jonatham, ut occideret eum. Et exurgens venit
in Bæthsan. Et exiit Jonathas obviam ei cum 41
quadraginta millibus virorum electis in præ-
lium: & venit in Bæthsan. Et vidit Tryphon, 42
quia adest Jonathas cum exercitu multo: & ex-
tendere manus in eum timuit. Et excepit eum 43
cum honore, & commendavit eum omnibus ami-
cis suis, & dedit ei munera, & præcepit
exercitibus suis, ut obedirent ei, sicut sibi. Et 44
dixit Jonathæ; Ut quid vexâsti universum po-
pulum istum; cùm bellum nobis non sit? Et 45
nunc remitte eos in domos suas: elige autem tibi
viros paucos, qui tecum sint: & veni mecum
Ptolemaidam: & tradam eam tibi, & reliqua
præsidia, & reliquos exercitus, & universos
præpositos negotiis: & conversus abibo. Pro- 46
pterea enim veni. Et credidit ei, et fecit, sicut
dixit: et dimisit exercitus: et abierunt in ter-
ram Juda. Retinuit autem secum tria millia 47
virorum: ex quibus remisit in Galilæam duo
millia: mille autem venerunt cum eo.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]

Inde reversus est Jonathan adversùs Ara- 31
bas illos qui vocantur Zebidæi, & percus-
sit eos, accepitque spolia eorum. Inde mo- 32
vens venit Damascum, lustravitque regio-
nes. Interea Simon egressus abiit ad Asca- 33
lonem usque, & ad arces circumiacentes:
tum deflectens ad Joppen, occupavit eam,
(Audierat enim eos velle arcem illam tra- 34
dere Demetrianis) & collocavit ibi præsi-
dium ut custodirent eam. Reversus Jona- 35
than congregavit seniores populi, & con-
silium inivit cum eis ædificandi in Judæa
munitiones, & elevandi muros Jerusalem.
Fecerunt ergò molem magnam inter arcem 36
& urbem, adeoque separata mansit ab ur-
be, ut urbs citra illam esset, nec emere aut
vendere *possent*. Et cùm congregati essent 37
ad extruendam urbem, corruit pars muri
prope torrentem Orientalem, & obruit col-
lem qui vocatur Chesphanaita (*i. argente-*
us.) Simon verò ædificavit Adiram in Sa- 38
phia, & munivit eam portis & vectibus.
Volebat autem Triphon regnare super Asi- 39
am & imponere sibi diadema, manumque
extendere in Antiochum regem. Sed ti- 40
mens ne fortè Jonathan non permitteret ei,
aut oppugnaret ipsum; quærebat sibi oc-
casionem capiendi Jonathanem & perden-
di eum: & movens venit Beth-jasanem.
Processitque Jonathan cum quadraginta 41
millibus viris delectis ad prælium, & egres-
sus venit Beth-jasanem. Videns itaque 42
Triphon advenisse Jonathanem magno cum
exercitu, & timens extendere manum in
eum, Excepit eum honorificè, & exaltavit 43
eum coram omnibus amicis suis, deditque
ei munera: dixitque amicis suis, & dederunt
hi quoque munera ipsi & militibus ejus: &
præcepit ut obedirent ei, quemadmodum si-
bi. Tum dixit Jonathani, Quare vexâsti 44
& adduxisti totum hunc populum, cùm bel-
lum non sit nobis? Remitte igitur eos quem- 45
que domum suam, & delige tibi homines
paucos qui tecum sint, & veni mecum Pto-
lomaidem, ut tradam eam tibi cum reliquis
arcibus, & reliquis copiis, & omnibus iis
qui præsunt negotiis; ut revertar & abeam:
ad hoc enim veni. Fidem adhibuit ei, & 46
fecit quemadmodum dixerat ipsi; nam re-
misit exercitum suum Jonathan, qui rever-
sus est in terram Judæ; Reliquit autem apud 47
se ter mille viros: atque horum bis milli-
bus in Galilæa relictis, mille abierunt cum
eo.

Versio VULG. LAT.

48 Ut autem intravit Ptolemaidam Jonathas, clauserunt
portas civitatis Ptolemenses: & comprehenderunt
eum: & omnes qui cum eo intraverant, gladio inter-
49 fecerunt. Et misit Tryphon exercitum & equites in
Galilæam, & in campum magnum, ut perderent o-
50 mnes socios Jonathæ. At illi cùm cognovissent quia
comprehensus est Jonathas, & periit, & omnes qui
cum eo erant, hortati sunt semetipsos, & exierunt pa-
51 rati in prælium. Et videntes hi, qui insecuti fuerant,
52 quia pro anima res est illis, reversi sunt: Illi autem
venerunt omnes cum pace in terram Juda. Et planxe-
runt Jonathan, & eos qui cum ipso fuerant, valdè: &
53 luxit Israel luctu magno. Et quæsierunt omnes gen-
tes, quæ erant in circuitu eorum, conterere eos: dixe-
54 runt enim; Non habent principem, & adjuvantem:
nunc ergò expugnemus illos, & tollamus de homini-
bus memoriam eorum.

CAP. XIII.

1 Et audivit Simon quòd congregavit Tryphon ex-
ercitum copiosum, ut veniret in terram Juda, & atte-
2 reret eam. Videns quia in tremore populus est, & in
timore, ascendit Jerusalem, & congregavit populum:
3 Et adhortans dixit; Vos scitis quanta ego, & fratres
mei, & domus patris mei, fecimus pro legibus & pro
4 sanctis prælia, & angustias quales vidimus: Horum
gratiâ perierunt fratres mei omnes propter Israel, &
5 relictus sum ego solus. Et nunc non mihi contingat
parcere animæ meæ in omni tempore tribulationis:
6 non enim melior sum fratribus meis. Vindicabo ita-
que gentem meam, & sancta, natos quoque nostros,
& uxores: quia congregatæ sunt universæ gentes con-
7 terere nos inimicitiæ gratiâ. Et accensus est spirit' po-
8 puli simul ut audivit sermones istos: Et responde-
runt voce magnâ, dicentes; Tu es dux noster loco Ju-
9 dæ & Jonathæ fratris tui: Pugna prælium nostrum:
10 & omnia, quæcunque dixeris nobis, faciemus. Et con-
gregans omnes viros bellatores, acceleravit consum-
mare universos muros Jerusalem, & munivit eam in
11 gyro. Et misit Jonathan filium Absalomi, & cum eo
exercitum novum, in Joppen; & ejectis his, qui erant
12 in ea, remansit illic ipse. Et movit Tryphon à Ptole-
maida cum exercitu multo, ut veniret in terram Juda,
& Jonathas cum eo in custodia.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α'.

48 Ὡς δὲ εἰσῆλθεν Ἰωνάθαν εἰς Πτολεμαΐδα, ἀπέκλεισαν οἱ (μ) Πτολε-
μαεῖς τὰς πύλας, καὶ συνέλαβον αὐτὸν, καὶ πάντας τοὺς (ν) εἰσελθόντας
49 μετ' αὐτοῦ ἀπέκτειναν ἐν ῥομφαίᾳ. Καὶ ἀπέστειλε Τρύφων δυνάμεις, καὶ
ἵππον εἰς (ξ) τὴν Γαλιλαίαν, καὶ τὸ πεδίον τὸ μέγα, τοῦ ἀπολέσαι πάντας
50 τοὺς παρὰ (ο) Ἰωνάθαν. Καὶ ἐπέγνωσαν ὅτι συνελήφθη (ο) Ἰωνάθαν καὶ
ἀπόλωλε, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, καὶ παρεκάλεσαν ἑαυτοὺς, καὶ ἐπορεύοντο
51 συνεστραμμένοι ἕτοιμοι εἰς πόλεμον. Καὶ ἰδόντες οἱ διώκοντες ὅτι περὶ
52 ψυχῆς (π) αὐτοῖς ἐστι, καὶ ἐπέστρεψαν. Καὶ ἦλθον πάντες μετ' εἰρή-
νης εἰς γῆν Ἰούδα, καὶ ἐπένθησαν τὸν Ἰωνάθαν, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐφο-
53 βήθησαν σφόδρα, καὶ ἐπένθησε πᾶς Ἰσραὴλ πένθος μέγα. Καὶ
ἐζήτησαν πάντα τὰ ἔθνη τὰ κύκλῳ αὐτῶν ἐκτρῖψαι αὐτούς· εἶπον
54 γὰρ, Οὐκ ἔχουσιν (ρ) ἄρχοντα καὶ βοηθοῦντα· νῦν οὖν πολεμήσωμεν αὐτοὺς,
καὶ (σ) ἐξάρωμεν ἐξ ἀνθρώπων τὸ μνημόσυνον αὐτῶν. MS.A.
(μ) Πτολεμαΐται (ν) συνελθόντας (ξ) Γαλιλαίαν, εἰς τὸ (ο) Ἰωνάθου.
(ο) καὶ ἀπόλωλεν, (π) ἐστιν αὐτοῖς, (ρ) ἄνδρα ἄρχοντα (σ) ἐξαροῦμεν

ΚΕΦ. ιγ'.

1 Καὶ ἤκουσε Σίμων ὅτι συνήγαγε Τρύφων δύναμιν πολλὴν τοῦ ἐλθεῖν
2 εἰς γῆν Ἰούδα, (α) καὶ ἐκτρῖψαι αὐτήν. Καὶ εἶδε τὸν λαὸν ὅτι ἐστὶν ἔν-
τρομος, καὶ (β) ἔμφοβος, καὶ ἀνέβη εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἤθροισε τὸν λαόν.
3 Καὶ παρεκάλεσεν αὐτοὺς, καὶ (γ) εἶπεν αὐτοῖς, Αὐτοὶ οἴδατε ὅσα ἐγὼ,
καὶ οἱ ἀδελφοί μου, καὶ (δ) ὁ οἶκος τοῦ πατρός μου, ἐποιήσαμεν περὶ τῶν νόμων,
4 καὶ τῶν ἁγίων, καὶ τοὺς πολέμους, καὶ τὰς (ε) στενοχωρίας ἃς εἴδομεν. Τούτου
χάριν ἀπώλοντο οἱ ἀδελφοί μου πάντες χάριν τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ κατελεί-
5 φθην ἐγὼ μόνος. Καὶ νῦν μή μοι γένοιτο φείσασθαί μου τῆς ψυχῆς
6 ἐν παντὶ καιρῷ θλίψεως, οὐ γάρ εἰμι κρείσσων τῶν ἀδελφῶν μου. Πλὴν
ἐκδικήσω περὶ τοῦ ἔθνους μου, καὶ περὶ τῶν ἁγίων, καὶ περὶ τῶν γυναικῶν,
καὶ τῶν τέκνων ἡμῶν, ὅτι συνήχθησαν πάντα τὰ ἔθνη ἐκτρῖψαι ἡμᾶς
7 ἔχθρας χάριν. Καὶ ἀνεζωπύρησε τὸ πνεῦμα τοῦ λαοῦ (ζ) ἅμα τοῦ
8 ἀκοῦσαι τῶν λόγων τούτων, Καὶ ἀπεκρίθησαν φωνῇ μεγάλῃ, λέγον-
τες, Σὺ εἶ ἡμῶν ἡγούμενος ἀντὶ (η) Ἰούδα, καὶ (θ) Ἰωνάθαν τοῦ ἀδελφοῦ
9 σου. Πολέμησον τὸν πόλεμον ἡμῶν, καὶ πάντα ὅσα (ι) ἂν εἴπῃς ἡμῖν, ποι-
10 ήσομεν. Καὶ συνήγαγε πάντας τοὺς ἄνδρας τοὺς πολεμιστὰς, καὶ ἐτάχυνε
τοῦ τελέσαι τὰ τείχη Ἱερουσαλὴμ, καὶ ὠχύρωσεν αὐτὴν κυκλόθεν.
11 Καὶ ἀπέστειλεν Ἰωνάθαν τὸν τοῦ (κ) Ἀβεσσαλώμου, καὶ μετ' αὐτοῦ δύναμιν
ἱκανὴν εἰς Ἰόππην, καὶ ἐξέβαλε τοὺς (λ) ὄντας ἐν αὐτῇ, καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ
12 ἐν αὐτῇ. Καὶ ἀπῆρε Τρύφων ἀπὸ Πτολεμαΐδος μετὰ δυνάμεως
πολλῆς εἰσελθεῖν εἰς γῆν Ἰούδα, καὶ Ἰωνάθαν μετ' αὐτοῦ ἐν φυλακῇ.
MS.A. (α) τοῦ ἐκτρῖψαι (β) ἔκφοβος, (γ) * εἶπον (δ) οἶκος (ε)
στενοχωρίας. Τούτου χάριν (ζ) αὐτοῦ ἀκοῦσαι (η) * Ἰούδα, (θ) Ἰωνάθου (ι)
ἐὰν (κ) Ἀψαλώμου, (λ) ἐν αὐτῇ ὄντας,

Interp. LAT.

Ut autem intravit Ptolemaidam Jonathas; clau-
serunt portas Ptolemenses, & comprehenderunt
eum: & omnes qui cum eo intraverunt, gladio
interfecerunt. Et misit Tryphon exercitum, &
equites in Galilæam, & campum magnum, ut per-
derent omnes socios Jonathæ. At illi, cùm co-
gnovissent, quia comprehensus est Jonathas, &
periit, & qui cum eo erant; hortati sunt semet-
ipsos, & exierunt conglobati parati in prælium. Et
videntes hi, qui insecuti fuerant, quia pro anima
res est illis, reversi sunt. Et venerunt omnes
cum pace in terram Juda: & planxerunt Jo-
natham, & eos qui cum ipso erant: & timu-
erunt valde: & luxit universus Israel luctu
magno. Et quæsierunt omnes gentes, quæ erant in
circuitu eorum, conterere eos. Dixerunt enim; Non
habent principem, & adjuvantem. Nunc ergò ex-
pugnemus illos, & tollamus de hominibus memo-
riam eorum.

CAP. XIII.

Et audivit Simon, quòd congregavit Tryphon
exercitum copiosum, ut veniret in terram Juda,
& attereret eam. Et videns, quia in tremore po-
pulus est, & in timore, ascendit Hierusalem, &
congregavit populum: Et adhortans eos dixit eis;
Vos ipsi scitis, quanta ego, & fratres mei, & do-
mus patris mei, fecimus pro legibus, & pro sanctis,
& prælia, & angustias, quas vidimus. Hujus
rei gratiâ perierunt fratres mei omnes propter
Israel: & relictus sum ego solus. Et nunc non mi-
hi contingat parcere animæ meæ in omni tempore
tribulationis: non enim melior sum fratribus me-
is. Quinimò vindicabo gentem meam, & sancta,
uxores quoque, & natos nostros: quia congrega-
tæ sunt universæ gentes conterere nos inimicitiæ
gratiâ. Et accensus est spiritus populi, simul ut au-
divit sermones istos: Et responderunt voce ma-
gnâ, dicentes; Tu es dux noster loco Judæ, & Jo-
nathæ fratris tui: Pugna prælium nostrum: &
omnia quæcunque dixeris nobis, faciemus. Et con-
gregavit omnes viros bellatores: & acceleravit
consummare muros Hierusalē, & munivit eam in
gyro. Et misit Jonatham filiū Abessalomi, & cum
eo exercitū, qui satis esset, in Joppen: & ejectis his
qui erant in ea, remansit illic ipse. Et movit Try-
phon à Ptolemaida cum exercitu multo, ut veniret
in terram Juda: & Jonathas cum eo in custodia.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

48 [illegible]
49 [illegible]
50 [illegible]
51 [illegible]
52 [illegible]
53 [illegible]
54 [illegible]
1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]

Sed cùm ingressus esset Jonathan urbem 48
Ptolomaidem, concluserunt eum illic; & eos
omnes qui ingressi fuerant cum eo, pereme-
runt gladio. Tum misit Triphon copias & 49
equites in Galilæam & in planitiem ma-
gnam, ad perdendum omnes Judæos illos:
Qui scientes comprehensum esse Jonatha- 50
nem, & periisse tam ipsum quàm omnes
qui erant cum eo; confortârunt & conso-
lati sunt seipsos, & redibant collecti in præ-
lium. Videntes autem persecutores eorum 51
eos amaritudine tactos ad animam usque, &
totis viribus dimicare; regressi sunt ab eis.
Ita pervenerunt omnes incolumes in ter- 52
ram Judææ, & luxerunt Jonathanem & co-
mites ejus, timueruntque timore magno:
luxit etiam totus Israel luctu magno. Tum 53
volebant omnes gentes quæ circum illos e-
rant, consumere eos: Dicebant enim; Non 54
habent principem qui adjuvet eos, agite
nunc, oppugnemus eos, & auferamus me-
moriam eorum ex hominibus.

CAP. XIII.

Audiens autem Simon congregâsse Tri- 1
phonem exercitum copiosum, ut veniret in
terram Judææ & deleret eam; Et videns po- 2
pulum timidum ac trepidum: ascendit
Jerosolymam, congregavitque populum:
Et consolatus est eos, dicens eis: Nô- 3
stis quanta fecerim ego & fratres mei, tota-
que familia mea paterna, pro lege & pro
Sanctuario, bella & calamitates quas experti
sumus: Ob id enim mortui sunt omnes 4
fratres mei causâ totius Israëlis, & remansi
ego solus. Et nunc absit à me ut parcam 5
animæ meæ toto tempore calamitoso, quia
non sum præstantior fratribus meis. Ve- 6
rùm pugnabo pro gente nostra, pro Sanctu-
ario nostro, & pro liberis nostris; quando-
quidem congregatæ sunt omnes gentes ad
consumendum nos, ob inimicitiam suam. Ita 7
expergefactus et accensus est spiritus populi,
statim atq; audierunt verba illius; & respon- 8
dentes elatâ voce, dixerunt illi; Tu es dux
noster loco Judæ & Jonathanis fratrum tuo-
rum. Gere bella nostra, & quicquid edix- 9
eris nobis, exequemur. Itaque congregavit 10
Simon omnes viros bellatores, & accelera-
vit absolvere atque perficere murum Jero-
solymorū, munivitque totum circunquaque.
Et misit Jonathanem filium Abisalomi, & 11
cum eo exercitum numerosum in Joppen;
qui ejectis iis qui erant in ea, mansit illic i-
pse. Movit autē Triphon è Ptolomaide mul- 12
to cum exercitu, ut ingrederetur in terrā Ju-
dæ, habens Jonathanem secum in custodia:

Versio VULG. LAT.

13 Simon autem applicuit in Addus contra faciem cam-
14 pi. Et ut cognovit Tryphon quia surrexit Simon
loco fratris sui Jonathæ: & quia commissurus esset
15 cum eo prælium, misit ad eum legatos, Dicens;
Pro argento, quod debebat frater tuus Jonathas in
ratione regis, propter negotia quæ habuit, detinui-
16 mus eum. Et nunc mitte argenti talenta centum,
& duos filios ejus obsides, ut non dimissus fugiat à
17 nobis, & remittemus eum. Et cognovit Simon
quia cum dolo loqueretur secum, jussit tamen dari
argentum, & pueros: nè inimicitiam magnam sume-
18 ret ad populum Israel, dicentem; Quia non misit
19 ei argentum, & pueros, propterea periit, Et misit
pueros, & centum talenta: & mentitus est, & non
20 dimisit Jonathan. Et post hæc venit Tryphon intra
regionem, ut contereret eam: & gyraverunt per
viam quæ ducit Ador: & Simon, & castra ejus am-
21 bulabant in omnem locum quocunque ibant. Qui
autem in arce erant, miserunt ad Tryphonem legatos,
ut festinaret venire per desertum, & mitteret illis
22 alimonias. Et paravit Tryphon omnem equitatum, ut
veniret illâ nocte: erat autem nix multa valdè, &
23 non venit in Galaaditim. Et cùm appropinquâsset
24 Bascaman, occidit Jonathan & filios ejus illic. Et
25 convertit Tryphon, & abiit in terram suam. Et
misit Simon, & accepit ossa Jonathæ fratris sui, &
26 sepelivit ea in Modin civitate patrum ejus. Et
planxerunt eum omnis Israel planctu magno, & lu-
27 xerunt eum dies multos. Et ædificavit Simon super
sepulchrum patris sui & fratrum suorum ædificium
28 altum visu, lapide polito retrò & antè: Et statuit
septem pyramidas, unam contra unam patri & ma-
29 tri, & quatuor fratribus: Et his circumposuit
columnas magnas; & super columnas arma, ad
memoriam æternam; & juxta arma naves sculptas,
30 quæ viderentur ab omnibus navigantibus mare. Hoc
est sepulchrum, quod fecit in Modin, usque in hunc
31 diem. Tryphon autem cùm iter faceret cum Anti-
ocho rege adolescente, dolo occidit eum.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α΄.

13 Σίμων δὲ παρενέβαλεν ἐν (μ) Ἀδιδὰ κατὰ πρόσωπον τοῦ πεδίου.
14 Καὶ ἐπέγνω Τρύφων ὅτι ἀνέστη Σίμων ἀντὶ (ν) Ἰωνάθαν τοῦ ἀδελφοῦ
αὐτοῦ, καὶ ὅτι συνάπτειν αὐτῷ μέλλει (ξ) πόλεμον, καὶ ἀπέστειλε πρὸς
15 αὐτὸν πρέσβεις, Λέγων, Περὶ ἀργυρίου οὗ ὤφειλεν Ἰωνάθαν (ο) ὁ ἀ-
δελφός σου εἰς τὸ βασιλικὸν δι᾽ ἃς εἶχε χρείας συνέχομεν αὐτόν.
16 Καὶ νῦν ἀπόστειλον ἀργυρίου (π) τάλαντα ἑκατὸν, καὶ δύο τῶν υἱῶν αὐτοῦ
ὅμηρα, ὅπως μὴ ἀφεθεὶς (ϙ) ἀποστατήσῃ ἀφ᾽ ἡμῶν, καὶ ἀφήσομεν αὐτόν.
17 Καὶ ἔγνω Σίμων ὅτι δόλῳ λαλοῦσι πρὸς αὐτὸν, καὶ πέμπει τὸ ἀργύριον,
καὶ τὰ παιδάρια, (ρ) μήποτε ἔχθραν ἄρῃ μεγάλην πρὸς τὸν λαὸν,
18 (σ) λέγων, Ὅτι οὐκ ἀπέστειλα αὐτῷ τὸ ἀργύριον, καὶ τὰ παιδάρια,
19 (τ) καὶ ἀπώλετο. Καὶ ἀπέστειλε τὰ παιδάρια, καὶ τὰ ἑκατὸν τάλαντα.
20 καὶ διεψεύσατο, καὶ οὐκ ἀφῆκε τὸν Ἰωνάθαν. Καὶ μετὰ ταῦτα ἦλθε
Τρύφων τοῦ ἐμβατεῦσαι εἰς τὴν (υ) χώραν, καὶ ἐκτρίψαι αὐτήν, καὶ
ἐκύκλωσεν ὁδὸν τὴν εἰς Ἄδωρα. καὶ Σίμων, καὶ ἡ παρεμβολὴ αὐτοῦ
21 ἀντιπαρῆγεν αὐτῷ εἰς πάντα τόπον οὗ (φ) ἂν ἐπορεύετο. Οἱ δὲ ἐκ
τῆς ἄκρας ἀπέστελλον (χ) πρὸς Τρύφωνα πρεσβευτὰς κατασπεύδοντας
αὐτὸν τοῦ ἐλθεῖν πρὸς (ψ) αὐτοὺς διὰ τῆς ἐρήμου, καὶ ἀποστεῖλαι αὐ-
22 τοῖς τροφάς. Καὶ ἡτοίμασε Τρύφων πᾶσαν τὴν ἵππον αὐτοῦ (ω) ἐλθεῖν
ἐν τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ· καὶ ἦν χιὼν πολλὴ σφόδρα, καὶ οὐκ ἦλθε διὰ τὴν χιό-
23 να. καὶ ἀπῆρε, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν Γαλααδῖτιν. Ὡς δὲ ἤγγισε (α) τῇ
24 Βασκαμᾷ, ἀπέκτεινε τὸν Ἰωνάθαν, καὶ ἐτάφη ἐκεῖ. Καὶ ἐπέστρεψε
25 Τρύφων, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ. Καὶ ἀπέστειλε Σίμων, καὶ
ἔλαβε τὰ ὀστᾶ Ἰωνάθαν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ ἔθαψεν (β) αὐτὰ ἐν Μω-
26 δεῒν πόλει τῶν πατέρων αὐτοῦ. Καὶ ἐκόψαντο αὐτὸν πᾶς Ἰσραὴλ
27 κοπετὸν μέγαν, καὶ ἐπένθησαν αὐτὸν ἡμέρας πολλάς. Καὶ ᾠκοδό-
μησε Σίμων ἐπὶ τὸν τάφον τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ,
καὶ ὕψωσεν αὐτὸν τῇ ὁράσει λίθῳ (γ) ξεστῷ ἐκ τοῦ ὄπισθεν καὶ ἐκ τοῦ (δ) ἔμ-
28 προσθεν. Καὶ ἔστησεν (ε) ἐπ᾽ αὐτὰ ἑπτὰ πυραμίδας, μίαν κατέναντι
29 τῆς μιᾶς, τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ καὶ (ζ) τοῖς τέσσαρσιν ἀδελφοῖς. Καὶ
ταύταις ἐποίησε μηχανήματα, περιθεὶς στύλους μεγάλους, καὶ ἐποίησεν
ἐπὶ τοῖς στύλοις πανοπλίας εἰς ὄνομα αἰώνιον, καὶ παρὰ τὰς πανοπλίας
πλοῖα ἐγγεγλυμμένα, εἰς τὸ θεωρεῖσθαι ὑπὸ πάντων τῶν πλεόντων
30 τὴν θάλασσαν. Οὗτος ὁ τάφος ὃν ἐποίησεν ἐν (η) Μωδεῒν, ἕως
31 τῆς ἡμέρας ταύτης. Ὁ δὲ Τρύφων ἐπορεύετο δόλῳ μετὰ Ἀντιόχου τοῦ
βασιλέως τοῦ νεωτέρου, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτὸν,

MS. A. (μ) Ἀδίδοις (ν) Ἰωνάθου (ξ) εἰς πόλεμον, (ο) ἀδελφός (π) ἑκατὸν τάλαντα, (ϙ) ἀποστατήσει (ρ) καὶ μήποτε (σ) λέγοντες, (τ) ἀπώλετο. (υ) πόλιν, (φ) ἐπορεύετο. (χ) πρεσβευτὰς καὶ κατασπεύδοντες (ψ) αὐτὸν (ω) ἐλθεῖν· καὶ ἐν τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ ἦν χιὼν (α) τῆς Βασκαμᾶ (β) αὐτὸν ἐν Μωδεεὶμ (γ) ξυστῷ (δ)* ὄπισθεν. (ε) ἑπτὰ (ζ) τέσσαρσιν (η) Μωδεείμ,

Interp. LAT.

Simon autem applicuit in Adida contra faciem 13
campi. Et cognovit Tryphon, quia surrexit Si- 14
mon loco Jonathæ fratris sui, & quia commis-
surus esset cum eo prælium: & misit ad eum le-
gatos, Dicens; Pro argento, quod debebat fra- 15
ter tuus Jonathas in ratione regis propter negotia
quæ habuit, (a) detinemus eum. Et nunc mitte 16
argenti talenta centum, & duos filios ejus ob-
sides, ut dimissus non recedat à nobis: & re-
mittemus eum. Et cognovit Simon, quia cum 17
dolo loquerentur secum. Misit tamen argentum,
& pueros; ne inimicitiam magnam sumeret ad
populum, dicentem; Quia non misit ei argen- 18
tum, & pueros; & periit. Et misit pueros, 19
& centum talenta. Et mentitus est, & non di-
misit Jonatham. Et post hæc venit Tryphon, ut 20
intraret in regionem, & contereret eam: &
gyravit per viam, quæ ducit in Adora. Et Simon,
& castra ejus opponebant se ei, in omnem locum
quocunque ibat. Qui autem in arce erant, mi- 21
serunt ad Tryphonem legatos, qui urgerent eum,
ut veniret ad eos per desertum, & mitteret illis a-
limonias. Et paravit Tryphon omnem equitatum 22
suum, ut veniret illâ nocte, & fuit nix multa
valdè: & non venit propter nivem. Et movit
castra, & venit in Galaaditim. Ut autem ap- 23
propinquavit ad Bascaman; occidit Jonatham:
& sepultus est illic. Et convertit Tryphon, & 24
abiit in terram suam. Et misit Simon, & ac- 25
cepit ossa Jonathæ fratris sui: & sepelivit ea
in Modin civitate patrum ejus. Et planxerunt 26
eum omnis Israel planctu magno, & luxerunt
eum dies multos. Et ædificavit Simon super 27
sepulchrum patris sui, & fratrum suorum: &
exaltavit illud ad aspectum lapide polito retrò,
& antè. Et statuit (b) super ea septem pyrami- 28
das, unam contra unam, patri et matri, et
quatuor fratribus. Et his fecit machinamenta, 29
circumponens columnas magnas: et fecit super
columnas arma ad nomen æternum, et juxta
arma naves sculptas, ut viderentur ab omnibus
navigantibus mare. Hoc est sepulchrum, quod 30
fecit in Modin usque in hunc diem. Tryphon
autem iter faciebat dolo cum Antiocho rege ado-
lescente, et occidit eum:

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

[illegible]

Simon verò castra fixit secus Adiram è regi- 13
one planitiei. Et sciens Triphon surrexis- 14
se Simonem loco Jonathanis fratris sui,
eumque paratum esse ad pugnandum adver-
sùm se; misit ad eum legatos, & dixit ei;
Propter pecuniam illam quam debebat fra- 15
ter tuus in domo regia causâ negotiorum
quæ gerebat, detinemus eum: Sed nunc 16
mitte centum argenti talenta, & duos filios
ejus obsides; ne cùm dimiserimus eum, de-
flectat recedátque à nobis: & dimittemus
eum. Et licet nôsset Simon dolosè eos lo- 17
qui secum, tamen misit pecuniam & pueros,
ne fortè contraheret inimicitiam magnam
cum Israëlitis dicentibus; Quia non misit 18
pecuniam & pueros illos, periit. Misit ergò 19
pueros & centum talenta: sed *ille* mentitus
est, neque remisit Jonathanem. Post hæc 20
venit Triphon ad peragrandam regionem
Judææ, ut deleret eam, abiítque per viam
Adoir: Simon verò cum exercitu suo præve-
niebat quocunq; ille abibat. Porrò habita- 21
tores arcis miserunt ad Triphonem legatos,
ut veniret ad ipsos diligenter per desertum,
& mitteret ipsis annonam. Paravit ergò 22
Triphon omnes equites suos, ut veniret eâ-
dem nocte; sed cùm multum ninxisset, non
potuit venire propter nivem: deinde movens
venit Galaadem. Cùm autem pervenisset 23
Triphon ad Bascamas, interfecit Jonatha-
nem, qui sepultus fuit illic: Inde reversus 24
Triphon abiit in terram suam, Mittênsque 25
Simon tulit ossa Jonathanis fratris sui, & se-
pelivit eum in Moraim, in urbe majorum
suorum. Et planxerunt luxerúntque eum o- 26
mnes Israëlitæ diebus multis. Et ædificium 27
fecit Simon supra sepulchrum patris sui &
fratrum suorum, extulítque ornatum illius
lapidibus elaboratis, utrâque parte sculptis:
Et erexit septé *monumenta*, unum ex adver- 28
so alterius; patri matríque suæ, & quatuor
fratribus suis: Et struxit machinas, erexítque 29
illis columnas magnas, & columnis insculpsit
omnia instrumenta armorum bellicorum, ad
nomen æternum: & ad latus instrumento-
rum bellicorum fecit naves sculptas, quas
ita extulit ut conspicerentur ab omnibus
mare sulcantibus. Hoc sepulchrum quod 30
fecit Simon, extat in Moraim ad hunc usque
diem. Cæterum Triphon dolosè ambula- 31
bat cum Antiocho rege magno: tum demum
interfecit illum,

Versio VULG. LAT.

32 Et regnavit loco ejus, & imposuit sibi diadema Asiæ,
33 & fecit plagam magnam in terra. Et ædificavit Si-
mon præsidia Judææ, muniens ea turribus excelsis, &
muris magnis, & portis, & seris: & posuit alimen-
34 ta in munitionibus. Et elegit Simon viros, & misit
ad Demetrium regem, ut faceret remissionem regio-
ni: quia actus omnes Tryphonis ad direptionem
35 fuerant gesti. Et Demetrius rex ad verba ista re-
36 spondit ei, & scripsit epistolam talem: REX De-
metrius Simoni summo sacerdoti: & amico regum,
37 & senioribus & Genti Judæorum, salutem. Coro-
nam auream, & bahem, quem misistis, suscepimus:
& parati sumus facere vobiscum pacem magnam,
& scribere præpositis regis remittere vobis quæ in-
38 dulsimus. Quæcunque enim constituimus, vobis con-
39 stant. Munitiones, quas ædificâstis, vobis sint. Remitti-
mus quoque ignorantias, & peccata usque in hodier-
num diem, & coronâ quam debebatis: & si quid aliud
erat tributarium in Jerusalem, jam non sit tributarium.
40 Et si qui ex vobis apti sunt conscribi inter nostros,
41 conscribantur, & sit inter nos pax. Anno centesimo
septuagesimo ablatum est jugum Gentium ab Israel.
42 Et cœpit populus Israel scribere in tabulis & gestis
publicis; Anno primo sub Simone summo sacerdote,
43 magno duce, & principe Judæorum. In diebus illis
applicuit Simon ad Gazam, & circumdedit eam ca-
stris, & fecit machinas, & applicuit ad civitatem, &
44 percussit turrem unam, & comprehendit eam. Et
eruperunt qui erant intra machinam in civitatem: &
45 factus est motus magnus in civitate. Et ascenderunt
qui erant in civitate, cùm uxoribus & filiis supra mu-
rum, scissis tunicis suis, & clamaverunt voce magnâ,
46 postulantes à Simone dextras sibi dari, Et dixerunt;
Non nobis reddas secundùm malitias nostras, sed
47 secundùm misericordias tuas. Et flexus Simon, non
debellavit eos: ejecit tamen eos de civitate, & mun-
davit ædes in quibus fuerant simulacra, & tunc in-
travit in eam cum hymnis benedicens Dominum:
48 Et ejectâ ab ea omni immunditiâ, collocavit in ea vi-
ros qui legem facerent: & munivit eam, & fecit sibi
habitationem.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α΄.

32 Καὶ ἐβασίλευσεν ἀντ' αὐτοῦ, καὶ περιέθετο (ϑ) διάδημα τῆς Ἀσίας, καὶ
33 ἐποίησε πληγὴν μεγάλην ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ ᾠκοδόμησε Σίμων (ι) τὰ
ὀχυρώματα τῆς Ἰουδαίας, καὶ περιετείχισε πύργοις ὑψηλοῖς, καὶ τείχεσι
μεγάλοις, (κ) καὶ πύλαις, καὶ μοχλοῖς, καὶ ἔθετο βρώματα ἐν τοῖς
34 ὀχυρώμασι. Καὶ (λ) ἐπέλεξε Σίμων ἄνδρας, καὶ ἀπέστειλε πρὸς
Δημήτριον τὸν βασιλέα τοῦ ποιῆσαι ἄφεσιν τῇ χώρᾳ, ὅτι πᾶσαι
35 αἱ πράξεις Τρύφωνος ἦσαν (μ) ἁρπαγαί. Καὶ ἀπέστειλεν αὐτῷ
Δημήτριος ὁ βασιλεὺς κατὰ τοὺς λόγους τούτους, καὶ ἀπεκρίθη αὐτῷ,
36 καὶ ἔγραψεν αὐτῷ ἐπιστολὴν τοιαύτην· Βασιλεὺς Δημήτριος Σίμωνι
ἀρχιερεῖ καὶ φίλῳ βασιλέων, καὶ πρεσβυτέροις, καὶ ἔθνει Ἰουδαίων χαί-
37 ρειν. Τὸν στέφανον τὸν χρυσοῦν, καὶ τὴν (ν) βαΐνην ἣν ἀπεστείλατε, κεκο-
μίσμεθα, καὶ ἕτοιμοί ἐσμεν τοῦ ποιεῖν ὑμῖν εἰρήνην μεγάλην, καὶ γράφειν
38 τοῖς ἐπὶ τῶν χρειῶν τοῦ (*)ἀφιέναι ὑμῖν ἀφέματα. Καὶ ὅσα (ξ) ἐστή-
καμεν πρὸς ὑμᾶς ἕστηκε, καὶ τὰ ὀχυρώματα ἃ (**)ᾠκοδομήκατε ὑπαρχέτω
39 ὑμῖν. Ἀφίεμεν δὲ (ο) ἀγνοήματα καὶ τὰ ἁμαρτήματα ἕως τῆς
σήμερον ἡμέρας, καὶ τὸν στέφανον ὃν ὠφείλετε, καὶ εἴ τι ἄλλο ἐτελωνεῖτο
40 ἐν Ἱερουσαλήμ, μηκέτι τελωνείσθω. Καὶ εἴ τινες ἐπιτήδειοι ὑμῶν
γραφῆναι εἰς τοὺς περὶ ἡμᾶς, ἐγγραφέσθωσαν, καὶ γενέσθω ἀναμέσον ἡμῶν
41 εἰρήνη. Ἔτους (π) ἑβδομηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ ἤρθη ὁ ζυγὸς τῶν ἐθνῶν
42 ἀπὸ τοῦ Ἰσραήλ. Καὶ ἤρξατο ὁ λαὸς Ἰσραὴλ γράφειν ἐν ταῖς συγγρα-
φαῖς καὶ συναλλάγμασιν, Ἔτους πρώτου ἐπὶ Σίμωνος ἀρχιερέως μεγάλου
43 καὶ στρατηγοῦ καὶ ἡγουμένου Ἰουδαίων. Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις παρενέβαλε
(ρ) Σίμων ἐπὶ Γάζαν, καὶ ἐκύκλωσεν αὐτὴν παρεμβολαῖς, καὶ ἐποίησεν
(σ) ἑλεπόλεις καὶ προσήγαγε τῇ πόλει, καὶ ἐπάταξε πύργον ἕνα καὶ
44 κατελάβετο. Καὶ ἐξήλλοντο οἱ ἐν τῇ (τ) ἑλεπόλει εἰς τὴν πόλιν, καὶ
45 ἐγένετο κίνημα μέγα ἐν τῇ πόλει. Καὶ ἀνέβησαν οἱ ἐν τῇ πόλει
σὺν ταῖς γυναιξὶ καὶ τοῖς τέκνοις ἐπὶ τὸ τεῖχος διεῤῥηχότες τὰ
ἱμάτια αὐτῶν, καὶ ἐβόησαν φωνῇ μεγάλῃ, ἀξιοῦντες Σίμωνα δεξιὰς
46 αὐτοῖς δοῦναι, Καὶ (υ) εἶπον, Μὴ (**) ἡμῖν χρήσῃ κατὰ τὰς πονηρίας
47 ἡμῶν, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἔλεός σου. Καὶ συνελύθη (φ) Σίμων αὐτοῖς,
καὶ οὐκ ἐπολέμησεν αὐτούς· καὶ ἐξέβαλεν αὐτοὺς ἐκ τῆς πόλεως, καὶ
ἐκαθάρισε τὰς οἰκίας ἐν αἷς ἦν τὰ εἴδωλα, καὶ οὕτως εἰσῆλθεν εἰς
48 αὐτὴν ὑμνῶν καὶ εὐλογῶν. Καὶ ἐξέβαλεν ἐξ αὐτῆς πᾶσαν ἀκαθαρ-
σίαν, καὶ (χ) κατῴκισεν ἐκεῖ ἄνδρας οἵ τινες τὸν νόμον ποιῶσι,
καὶ προσωχύρωσεν αὐτήν, καὶ ᾠκοδόμησεν ἑαυτῷ ἐν αὐτῇ οἴ-
κησιν.

MS. A. (ϑ) τὸ διάδημα (ι) τὸ ὀχύρωμα (κ)* καὶ πύργοις, καὶ πύλαις, (λ) ἐπελέξατο (μ) ἁρπάσαι. (ν) βαΐν (*) ἀφεῖναι (ξ) ἐστήκαμεν (**) ᾠκοδομήσατε (ο) ὑμῖν ἀγνοήματα (π) ἑκατοστοῦ ἑβδομηκοστοῦ (ρ) ἐπὶ Γάζαν, (σ) καὶ προσήγαγεν (τ) πόλει (υ) εἶπαν, (**) ἡ μὴν (φ) αὐτοῖς Σίμων, (χ) κατῴκισεν ἐν αὐτῇ ἄνδρας

Interp. LAT.

Et regnavit loco ejus: & imposuit sibi diadema
Asiæ: & fecit plagam magnam in terra. Et 32
ædificavit Simon præsidia Judææ, muniens ea 33
turribus excelsis, & muris magnis, & portis,
& seris: & posuit alimenta in munitionibus.
Et elegit Simon viros, & misit ad Demetrium
regem ut faceret remissionem regioni: quia 34
omnes actus Tryphonis fuerant direptiones.
misit ei Demetrius rex secundùm verba ista; Et 35
respondit ei, & scripsit ei epistolam talem:
Rex Demetrius Simoni summo sacerdoti, et
amico regum, et senioribus, et genti Judæorum 36
salutem. Coronam auream, et bainem, quam
misistis, accepimus: et parati sumus facere 37
vobiscum pacem magnam, et scribere iis qui præ-
sunt negotiis, remittere vobis remissiones. Et
quæcunque constituimus vobis, constant: et mu- 38
nitiones, quas ædificâstis, vobis sint. Remitti-
mus quoque ignorantias, et peccata usque in ho- 39
diernum diem, et coronam, quam debebatis:
et siquid aliud erat tributarium in Hierusalem,
non sit ampliùs tributarium: Et si qui ex vobis
apti sunt conscribi inter eos qui circa nos; con- 40
scribantur: et sit inter nos pax. Anno centesimo 41
septuagesimo ablatum est jugum gentium ab Israel.
Et cœpit populus Israel scribere in syngraphis, et 42
contractibus; Anno primo sub Simone summo
sacerdote magno, et duce, et principe Judæorum.
In diebus illis applicuit Simon ad Gazam, et 43
circumdedit eam castris: et fecit machinas, et
admovit civitati, et percussit turrim unam, et
comprehendit. Et eruperunt, qui erant in ma-
china, in civitatem: et factus est motus magnus 44
in civitate. Et ascenderunt qui erant in civi-
tate, cum uxoribus et filiis, supra murum, 45
scissis tunicis suis, et clamaverunt voce magnâ,
postulantes à Simone dexteras sibi dari: Et
dixerunt; Non nobis utaris secundùm malitias 46
nostras, sed secundùm misericordiam tuam.
Et flexus eis Simon non debellavit eos: ejecit 47
tamen eos de civitate: et emundavit domos,
in quibus fuerant simulacra: et sic intravit in
eam hymnos canens, et benedicens. Et ejectâ 48
ab ea omni immunditiâ collocavit ibi viros, qui
legem facerent: et munivit eam: et ædificavit
sibi in ea habitationem.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
48 [illegible]

Et regnavit loco ipsius, assumpsitq; diade- 32
ma Asiæ, & fecit plagam magnam in terra.
Ædificavit quoq; Simon munitiones Judææ, 33
cinxitque turribus altis, muris ingentibus,
& portis, ac vectibus, & posuit annonam
in munitionibus. Tum elegit Simon viros, 34
misitque ad Demetrium regem, ut indul-
gentiâ uteretur erga regionem, eò quòd
omnes actiones Triphonis essent rapinæ.
Remisitque rex Demetrius talia verba, & 35
scripsit ei per epistolam hujusmodi respon-
sum: Demetrius rex Simoni summo sacer- 36
doti & amico regis, senioribúsque & genti
Judæorum salutem.
A ver. 36. ad 41. supplevimus ex MSS. Usser. & Poc. Coronam auream, & 37
vestem quam misistis nobis, accepim': & pa-
rati sumus facere vobiscum pacem magná,
& scribere præfectis negotiorum, ut remit-
tant vobis vectigalia. Et quæcunque mi- 38
simus vobis, firma sint: & munitiones quas
ædificavistis, vobis sunto. Et remittimus 39
etiam peccata & stultitias usq; in hodiernum
diem, & coronam quam debebatis: & qui-
cunque tributum pendebat in Israële, am- 40
pliùs ne pendito. Et siqui ex vobis luben-
tes sunt conscribi inter nostros, conscriban-
tur, & pax sit inter nos. Anno centesimo 41
septuagesimo sublatum est jugum gentium
ab Israële; Cœpitque populus scribere, 42
accipere, & dare anno primo sub nomine
Simonis summi sacerdotis, principis, ducis,
& rectoris Judæorum. Iis temporibus ob- 43
sedit Simon Azam, & vallavit eam copiis;
factisque turribus ligneis ingentibus, ac-
cessit ad murum urbis; & destructâ unâ
turrium, occupavit urbem. Nam exilienti- 44
bus & è lignea turri egredientibus viris bel-
latoribus, & in urbem erumpentibus; fuit
perturbatio magna intra urbem. Quam- 45
obrem ascenderunt cives urbis cum uxori-
bus & liberis suis discissis vestibus, excla-
mantes altâ voce, & Simonem rogantes, ut
daret eis dexteras, Atque dicentes; Ne 46
agas nobiscum secundum nequitiã nostram,
sed pro tua bonitate. Itaque reliquit eos 47
Simon, nec oppugnavit eos; sed ejecit eos
ab urbe, cum purgavit domos ubi erant si-
mulacra, & sic ingressus est eam laudans ac
benedicens. Cùmq; ejecisset ex ea omnem 48
immunditiem, collocavit ibi viros amatores
legis; & arcem ædificavit in ea, fecitque in
ea sibi domum.

Versio VULG. LAT.

49 Qui autem erant in arce Jerusalem, prohibebantur e-
gredi & ingredi regionem, & emere, ac vendere :
& esurierunt valdè, & multi ex eis fame perierunt.
50 Et clamaverunt ad Simonem ut dextras acciperent :
& dedit illis : & ejecit eos indè, & mundavit ar-
51 cem à contaminationibus : Et intraverunt in eam
tertiâ & vigesimâ die secundi mensis, anno centesimo
septuagesimo primo, cum laude, & ramis palmarum,
& cinyris, & cymbalis, & nablis, & hymnis, & can-
ticis, quia contritus est inimicus magnus ex Israel.
52 Et constituit ut omnibus annis agerentur dies hi cum
53 lætitia. Et munivit montem templi, qui erat secus
arcem, & habitavit ibi ipse, & qui cum eo erant. Et
54 vidit Simon Joannem filium suum, quòd fortis prælii
vir esset : & posuit eum ducem virtutum universarum :
& habitavit in Gazaris.

CAP. XIV.

1 ANno centesimo septuagesimo secundo congrega-
vit rex Demetrius exercitum suum, & abiit in Me-
diam ad contrahenda sibi auxilia, ut expugnaret Try-
2 phonem. Et audivit Arsaces rex Persidis, & Mediæ,
quia intravit Demetrius confines suos, & misit unum
de principibus suis ut comprehenderet eum vivum,
3 & adduceret eum ad se. Et abiit, & percussit ca-
stra Demetrii : & comprehendit eum, & duxit eum
4 ad Arsacem, & posuit eum in custodiam. Et siluit
omnis terra Juda omnibus diebus Simonis, & quæsi-
vit bona genti suæ : & placuit illis potestas ejus, &
5 gloria ejus, omnibus diebus. Et cum omni gloria
sua accepit Joppen in portum, & fecit introitum in
6 insulis maris. Et dilatavit fines gentis suæ, & ob-
7 tinuit regionem. Et congregavit captivitatem mul-
tam, & dominatus est Gazaræ, & Bethsuræ, & arci :
& abstulit immunditias ex ea, & non erat qui resi-
8 steret ei. Et unusquisque colebat terram suam cum
pace : & terra Juda dabat fructus suos, & ligna cam-
9 porum fructum suum. Seniores in plateis sedebant
omnes, & de bonis terræ tractabant, & juvenes in-
10 duebant se gloriam & stolas belli. Et civitatibus tri-
buebat alimonias, & constituebat eas ut essent vasa
munitionis, quoadusque nominatum est nomen glo-
11 riæ ejus usque ad extremum terræ. Fecit pacem su-
per terram, & lætatus est Israel lætitiâ magnâ.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α'.

49 Οἱ δὲ ἐκ τῆς ἄκρας ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐκωλύοντο (✝) ἐκπορεύεσθαι καὶ
εἰσπορεύεσθαι εἰς τὴν χώραν, καὶ ἀγοράζειν καὶ πωλεῖν, καὶ ἐπείνασαν σφό-
50 δρα, καὶ ἀπώλοντο ἐξ αὐτῶν ἱκανοὶ τῷ λιμῷ. Καὶ ἐβόησαν πρὸς
Σίμωνα δεξιὰς λαβεῖν, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς, καὶ ἐξέβαλεν αὐτοὺς ἐκεῖθεν,
51 καὶ ἐκαθάρισε τὴν ἄκραν ἀπὸ τῶν μιασμάτων. Καὶ εἰσῆλθον εἰς αὐ-
τὴν τῇ τρίτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ δευτέρου μηνὸς ἔτους ἑνὸς καὶ ἑβδομηκοστοῦ καὶ
ἑκατοστοῦ μετὰ αἰνέσεως καὶ βαΐων, καὶ ἐν κινύραις, καὶ ἐν κυμβάλοις,
καὶ ἐν νάβλαις, καὶ ἐν ὕμνοις, καὶ ἐν ᾠδαῖς, ὅτι συνετρίβη
52 ἐχθρὸς μέγας ἐξ Ἰσραήλ. Καὶ ἔστησε κατ᾽ ἐνιαυτὸν τοῦ ἄγειν
53 τὴν ἡμέραν (ω) ταύτην μετ᾽ εὐφροσύνης. Καὶ προσωχύρωσε τὸ
ὄρος τοῦ ἱεροῦ τὸ παρὰ τὴν ἄκραν, καὶ ᾤκει ἐκεῖ αὐτὸς καὶ οἱ παρ᾽ αὐτοῦ.
54 Καὶ εἶδε Σίμων τὸν Ἰωάννην (α) υἱὸν αὐτοῦ, ὅτι ἀνήρ ἐστι, καὶ ἔθετο
αὐτὸν ἡγούμενον τῶν δυνάμεων πασῶν, καὶ ᾤκει ἐν Γαζάροις.

MS. A. (✝) ἐκπορεύεσθαι * εἰς τὴν χώραν, (ω) ταύτην. Καὶ προσωχύρωσεν (α) τὸν υἱὸν

ΚΕΦ. ιδ'.

1 ΚΑὶ ἐν ἔτει δευτέρῳ καὶ ἑβδομηκοστῷ καὶ ἑκατοστῷ, συνήγαγε Δημή-
τριος ὁ βασιλεὺς τὰς δυνάμεις αὐτοῦ, καὶ ἐπορεύθη εἰς Μηδίαν τοῦ
(α) ἐπισπάσασθαι βοήθειαν αὐτῷ, ὅπως πολεμήσῃ τὸν Τρύφωνα.
2 Καὶ ἤκουσεν Ἀρσάκης ὁ βασιλεὺς (*) τῆς Περσίδος καὶ Μηδίας, ὅτι ἦλθε
Δημήτριος εἰς τὰ ὅρια αὐτοῦ, καὶ ἀπέστειλεν ἕνα τῶν ἀρχόντων αὐτοῦ
3 συλλαβεῖν αὐτὸν ζῶντα. Καὶ ἐπορεύθη καὶ ἐπάταξε τὴν παρεμβολὴν
Δημητρίου, καὶ συνέλαβεν αὐτὸν, καὶ ἤγαγεν αὐτὸν πρὸς Ἀρσάκην,
4 καὶ ἔθετο αὐτὸν ἐν φυλακῇ. Καὶ ἡσύχασεν ἡ γῆ (β) Ἰούδα πάσας
τὰς ἡμέρας Σίμωνος· καὶ ἐζήτησεν ἀγαθὰ τῷ ἔθνει αὐτοῦ, καὶ
ἤρεσεν αὐτοῖς ἡ ἐξουσία αὐτοῦ καὶ ἡ δόξα αὐτοῦ πάσας τὰς ἡμέρας.
5 Καὶ μετὰ πάσης τῆς δόξης αὐτοῦ ἔλαβε τὴν Ἰόππην εἰς λιμένα, καὶ
6 ἐποίησεν εἴσοδον ταῖς νήσοις τῆς θαλάσσης. Καὶ ἐπλάτυνε τὰ ὅρια τῷ
7 ἔθνει αὐτοῦ, καὶ ἐκράτησε τῆς χώρας. Καὶ συνήγαγεν αἰχμαλωσίαν
πολλὴν, καὶ ἐκυρίευσε Γαζάρων καὶ Βαιθσούρων καὶ τῆς ἄκρας· καὶ
ἐξῆρε τὰς ἀκαθαρσίας ἐξ αὐτῆς, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἀντικείμενος αὐτῷ.
8 Καὶ ἦσαν γεωργοῦντες τὴν γῆν αὐτῶν μετ᾽ εἰρήνης, καὶ ἡ γῆ ἐδίδου
τὰ (γ) γεννήματα αὐτῆς, καὶ τὰ ξύλα τῶν πεδίων τὸν καρπὸν αὐτῶν.
9 Πρεσβύτεροι ἐν ταῖς πλατείαις ἐκάθηντο, πάντες περὶ ἀγαθῶν (δ) ἐκοι-
νολογοῦντο, καὶ οἱ νεανίσκοι ἐνεδύσαντο δόξας καὶ στολὰς πολέμου.
10 Ταῖς πόλεσιν ἐχορήγησε βρώματα, καὶ ἔταξεν αὐτὰς ἐν σκεύεσιν
ὀχυρώσεως, ἕως ὅτου ὠνομάσθη τὸ ὄνομα τῆς δόξης αὐτοῦ ἕως ἄκρου
11 (*) τῆς γῆς. Ἐποίησε τὴν εἰρήνην ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ (ε) εὐφράνθη Ἰσ-
ραὴλ εὐφροσύνην μεγάλην.

MS. A. (α) ἐπισπάσασθαι βοήθειαν ἑαυτῷ, (*) Περσίδος (β) πάσας
(γ) γεννήματα (δ) ἐκοινολόγουν, (*) γῆς. (ε) ηὐφράνθη

Interp. LAT.

Qui autem erant in arce in Hierusalem, prohi- 49
bebantur egredi & ingredi regionem, & emere,
ac vendere : & esurierunt valdè : & multi ex
eis fame perierunt. Et clamaverunt ad Simo- 50
nem, ut dexteras acciperent : & dedit illis : &
ejecit eos indè, & mundavit arcem à contami-
nationibus. Et intravit in eam tertiâ & vige- 51
simâ die secundi mensis anno centesimo septua-
gesimo primo cum laude, & ramis, & cynaris,
& cymbalis, & nablis, & hymnis, & canti-
cis : quia contritus est inimicus magnus ex Is-
rael. Et constituit ut omnibus annis ageretur 52
dies hæc cum lætitia. Et munivit montem tem- 53
pli, qui erat secus arcem : & habitavit ibi
ipse; et qui cum eo erant. Et vidit Simon Joan- 54
nem filium suum, quòd vir esset : & posuit eum
ducem virtutum universarum : et habitabat in
Gazaris.

CAP. XIV.

ET anno centesimo septuagesimo secundo con- 1
gregavit Demetrius rex exercitus suos : & abiit
in Mediam ad contrahenda sibi auxilia ; ut ex-
pugnaret Tryphonem. Et audivit Arsaces rex 2
Persidis, & Mediæ, quia intravit Demetrius fi-
nes suos : & misit unum de principibus suis, ut
comprehenderet eum vivum. Et abiit, & per- 3
cussit castra Demetrii : & comprehendit eum : et
duxit eum ad Arsacem : et posuit eum in custodia.
Et siluit terra Juda omnibus diebus Simonis. Et 4
quæsivit bona genti suæ : et placuit illis potestas
ejus, et gloria ejus omnibus diebus. Et cum 5
omni gloria sua accepit Joppen in portum : & fecit
introitum insulis maris : Et dilatavit fines gentis 6
suæ, et obtinuit regionem : Et congregavit capti- 7
vitatem multam, et dominatus est Gazaræ, et Bæth-
suræ, et arci : et abstulit immunditias ex ea : et non
erat qui resisteret ei. Et erant colentes terram 8
suam cum pace : et terra dabat fructus suos, et
ligna camporum fructum suum. Seniores in pla- 9
teis sedebant, omnes de bonis communiter tracta-
bant : et juvenes induebant se glorias, et stolas
belli. Civitatibus tribuebat alimonias : et con- 10
stituit eas in vasis munitionis ; quoadusque nomi-
natum est nomen gloriæ ejus usque ad extremum
terræ. Fecit pacem super terram : et lætatus est 11
Israel lætitiâ magnâ.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

49 * ܥܡܘܪܝ ܩܪܝܐ ܕܝܢ ܕܒܐܘܪܫܠܡ. ܟܠܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܡܥܠܐ ܘܡܦܩܐ. ܘܡܙܒܢ
50 ܘܡܙܒܢܘܬܐ. ܘܟܦܢܘ ܛܒ. ܘܣܓܝܐܐ ܡܢܗܘܢ ܡܝܬܘ ܒܟܦܢܐ. * ܘܒܥܘ ܡܢ
ܫܡܥܘܢ ܕܢܬܠ ܠܗܘܢ ܝܡܝܢܐ. ܘܝܗܒ ܠܗܘܢ. ܘܐܦܩ ܐܢܘܢ ܡܢ ܬܡܢ. ܘܕܟܝܗ ܠܩܪܝܐ
51 ܡܢ ܟܠܗ ܛܡܐܘܬܐ. * ܘܥܠܘ ܠܩܪܝܐ ܒܥܣܪܝܢ ܘܬܠܬܐ ܒܝܪܚܐ ܕܐܝܪ. ܒܫܢܬ
ܡܐܐ ܘܫܒܥܝܢ ܘܚܕܐ ܒܚܕܘܬܐ ܘܒܬܫܒܘܚܬܐ ܘܒܙܡܝܪܬܐ. ܘܒܐܘܫܥܢܐ. ܘܒܟܢܪܐ
ܕܐܬܬܒܪ ܒܥܠܕܒܒܐ ܪܒܐ ܡܢ ܐܝܣܪܝܠ. ܘܫܠܝܘ ܢܘܟܪܝܐ ܡܢ ܕܢܬܟܬܫܘܢ ܥܡ ܐܝܣܪܝܠ.
52 * ܘܩܝܡܘ ܕܢܗܘܘܢ ܥܒܕܝܢ ܠܗ ܠܗܢܐ ܝܘܡܐ ܒܟܠ ܫܢܐ ܫܢܐ ܒܒܣܝܡܘܬܐ ܘܒܚܕܘܬܐ.
53 * ܘܐܚܝܕܘ ܢܛܘܪܘܬܐ ܕܗܝܟܠܐ. ܕܒܓܒ ܩܪܝܐ. ܘܥܡܪ ܗܘܐ ܬܡܢ ܫܡܥܘܢ ܗܘ
54 ܘܒܢܝ ܒܝܬܗ ܥܡܗ. * ܘܚܙܐ ܫܡܥܘܢ ܠܝܘܚܢܢ ܒܪܗ ܕܓܢܒܪܐ ܗܘ. ܘܐܩܝܡܗ ܪܫܐ
ܠܚܝܠܘܬܐ ܟܠܗܘܢ. ܘܥܡܪ ܗܘ ܒܓܙܪܐ. * ܦܣܘܩܘܗܝ * ܢܓ *

1 * ܘܒܫܢܬ ܡܐܐ ܘܫܒܥܝܢ ܘܬܪܬܝܢ. ܟܢܫ ܕܡܛܪܝܘܣ ܚܝܠܘܬܗ. ܘܐܙܠ ܠܡܕܝ. ܕܢܟܢܫ
2 ܠܗ ܚܝܠܐ ܘܢܩܪܘܒ ܥܡ ܛܪܘܦܘܢ. * ܘܫܡܥ ܐܪܫܩ ܡܠܟܐ ܕܦܪܣ ܘܕܡܕܝ: ܕܐܬܐ ܕܡܛܪܝܘܣ
3 ܠܬܚܘܡܘܗܝ. ܘܫܕܪ ܚܕ ܡܢ ܪܘܪܒܢܘܗܝ ܕܢܐܚܘܕܝܘܗܝ ܟܕ ܚܝ. * ܘܐܙܠ ܘܡܚܐ
4 ܠܡܫܪܝܬܗ ܕܕܡܛܪܝܘܣ. ܘܐܚܕܗ ܘܐܝܬܝܗ ܠܘܬ ܐܪܫܩ. * ܘܫܠܝܬ ܘܐܬܬܢܝܚܬ ܐܪܥܐ
ܟܠܗܘܢ ܝܘܡܘܗܝ ܕܫܡܥܘܢ. ܘܥܒܕ ܛܒܬܐ ܠܥܡܗ. ܘܫܦܪ ܠܗܘܢ ܫܘܠܛܢܗ
5 ܘܫܘܒܚܗ. ܟܠܗܘܢ ܝܘܡܘܗܝ. * ܘܐܙܠ ܠܝܘܦܐ ܠܠܡܐܢܐ. ܘܥܒܕ ܡܥܠܢܐ ܠܐܠܦܐ
6 ܕܝܡܐ. * ܘܦܬܝ ܘܐܘܪܒ ܬܚܘܡܐ ܕܥܡܗ. ܘܐܚܕܗ ܠܟܠܗ ܐܪܥܐ. * ܘܟܢܫ ܫܒܝܬܐ
7 ܣܓܝܐܬܐ. ܘܐܫܬܠܛ ܥܠ ܓܙܪܐ ܘܥܠ ܒܝܬ ܨܘܪܐ. ܘܥܠ ܩܪܝܐ. ܘܕܟܝܗ ܘܐܥܒܪ
8 ܡܢܗܘܢ ܟܠܗ ܛܡܐܘܬܐ. ܘܠܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܕܩܐܡ ܠܘܩܒܠܗ. * ܘܦܠܚܝܢ ܗܘܘ ܘܦܠܚܝܢ
9 ܐܪܥܗܘܢ ܒܫܠܡܐ. ܘܐܪܥܐ ܝܗܒܐ ܗܘܬ ܥܠܠܬܗ. ܘܐܝܠܢܐ ܕܐܪܥܐ ܦܐܪܝܗܘܢ. * ܣܒܐ
ܒܫܘܩܐ ܝܬܒܝܢ ܗܘܘ. ܘܟܠܗܘܢ ܥܠ ܛܒܬܐ ܡܬܡܠܟܝܢ ܗܘܘ. ܘܥܠܝܡܐ ܠܒܝܫܝܢ
10 ܫܘܒܚܐ. ܘܠܐ ܡܐܢܐ ܕܩܪܒܐ. * ܘܝܗܒ ܠܡܕܝܢܬܐ ܣܝܒܪܬܐ ܘܐܚܕ ܐܢܝܢ ܒܡܐܢܐ ܕܚܘܣܢܐ
11 ܥܕܡܐ ܕܐܫܬܡܥ ܫܡܐ ܕܫܘܒܚܗ ܒܟܠܗܘܢ ܣܘܦܝܗ ܕܐܪܥܐ. * ܘܥܒܕ ܫܠܡܐ
ܒܐܪܥܐ ܘܐܬܦܨܚ ܐܝܣܪܝܠ ܒܦܨܝܚܘܬܐ ܪܒܬܐ.

Habitatores autem arcis quæ erat in Jerusa- 49
lem, prohibebantur ingredi & egredi, eme-
re ac vendere ; adeò ut multùm esurirent, &
multi ex eis fame perirent. Sed Simonem 50
rogantibus ut daret illis dexteras, dedit illis :
& ejiciens illos indè, mundavit arcem omni-
bus immunditiis. Et ingressi sunt arcem 51
vigesimâ tertiâ mensis secundi, anno cente-
simo septuagesimo primo, cum lætitia &
canticis, hosannis, citharis, fidibúsque ; eò
quòd attritus esset hostis magnus ab Israële,
& desiissent alienigenæ oppugnare Israë-
lem. Et statuerunt ut celebraretur ea dies 52
quotannis, cum jucunditate & lætitia. Et 53
confirmârunt stationes præsidiarias templi,
quæ erant à latere arcis, ibique habitabat
Simon, ejúsque familia cum ipso. Tum 54
videns Simon Johannem filium suum stre-
nuum esse, constituit eum ducem copiarum
omnium ; & habitavit ipse in Gazira.

CAP. XIV.

ANno centesimo septuagesimo secundo, 1
congregavit Demetrius copias suas, abiit-
que in Mediam, ut coacto sibi exercitu Tri-
phonem debellaret. Audiens autem Arsa- 2
ces rex Persidis & Mediæ venisse Demetri-
um ad terminos suos, misit unum è princi-
pibus suis ad capiendum eum vivum : Qui 3
profectus percussit exercitum Demetrii, ca-
ptúmque perduxit ad Arsacem. Et siluit 4
quievítque terra cunctis diebus Simonis : fe-
cítque bona genti suæ, & placuit illis do-
minium & gloria ipsius, cunctis diebus ejus.
Et profectus Joppen ad portum, fecit adi- 5
tum navibus maris : Dilatavit ampliavítque 6
terminos gentis suæ, & obtinuit totam ter-
ram : Congregavit captivos multos, & 7
potitus est Gaziræ, & Beth-suræ, atque ar-
cis ; & delevit abstulítque ab eis omnem im-
munditiem, nemine resistente. Ita labora- 8
bant colebántque tellurem suam pacificè, &
tellus reddebat proventus, & arbores terræ
fructus suos : Senes in plateis sedebant, & 9
omnes de bonis rebus consilium habebant :
juvenes induebantur gloriâ, non vestimentis
militaribus : Suppeditabat annonam ur- 10
bibus, eásque muniebat instrumentis muni-
tionum : adeóque celebrabatur fama gloriæ
ipsius in cunctis finibus terræ : Concilia- 11
vit pacem in terra : & jucundabatur Israël
jucunditate magnâ :

Versio VULG. LAT.

12 Et sedit unusquisque sub vite sua, & sub ficulnea
13 sua : & non erat qui eos terreret. Defecit impu-
gnans eos super terram : reges contriti sunt in diebus
14 illis. Et confirmivit omnes humiles populi sui, &
legem exquisivit, & abstulit omnem iniquum & ma-
15 lum : Sancta glorificavit, & multiplicavit vasa san-
16 ctorum. Et auditum est Romæ quia defunctus esset
Jonathas, & usque in Spartiatas : & contristati sunt
17 valdè. Ut audierunt autem quòd Simon frater ejus
factus esset summus sacerdos loco ejus, & ipse obti-
18 neret omnem regionem, & civitates in ea ; Scri-
psèrunt ad eum in tabulis æreis, ut renovarent amici-
tias & societatem, quam fecerant cum Juda, & cum
19 Jonatha fratribus ejus. Et lectæ sunt in conspectu
ecclesiæ in Jerusalem. Et hoc exemplum epistolarum,
20 quas Spartiatæ miserunt : SPARTIANORUM
principes, & civitates, Simoni Sacerdoti magno, &
senioribus, & sacerdotibus, & reliquo populo Judæ-
21 orum, fratribus, salutem. Legati, qui missi sunt ad
populum nostrum, nuntiaverunt nobis de vestra glo-
ria, & honore, ac lætitia : & gavisi sumus in introitu
22 eorum. Et scripsimus quæ ab eis erant dicta in con-
ciliis populi, sic : Numenius Antiochi, & Antipater
Jasonis filius, legati Judæorum, venerunt ad nos, re-
23 novantes nobiscum amicitiam pristinam. Et placuit
populo excipere viros gloriosè, & ponere exemplum
sermonum eorum in segregatis populi libris, ut sit
ad memoriam populo Spartiatarum. Exemplum au-
24 tem horum scripsimus Simoni magno sacerdoti. Post
hæc autem misit Simon Numenium Romam, habentem
clypeum aureum magnum, pondo mnarum mille, ad
statuendâ cum eis societatem. Cùm autê audisset po-
25 pulus Romanus Sermones istos, dixerunt; Quam gra-
tiarum actionem reddemus Simoni, & filiis ejus ?
26 Restituit enim ipse fratres suos, & expugnavit inimi-
cos Israel ab eis : & statuerunt ei libertatem, & de-
scripserunt in tabulis æreis, & posuerunt in titulis
27 in monte Sion. Et hoc est exemplum scripturæ :
OCTAVA decimâ die mensis Elul, anno centesi-
mo septuagesimo secundo, anno tertio sub Simone
sacerdote magno in Asaramel.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΏΝ Α΄.

12 Καὶ ἐκάθισεν ἕκαστος ὑπὸ τὴν ἄμπελον αὐτοῦ καὶ τὴν συκῆν αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἦν
13 ὁ ἐκφοβῶν αὐτούς. Καὶ ἐξέλιπεν (ζ) ὁ πολεμῶν αὐτοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ οἱ
14 βασιλεῖς (η) συνετρίβησαν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις. Καὶ ἐστήριξε πάντας
τοὺς ταπεινοὺς τοῦ λαοῦ αὐτοῦ· τὸν νόμον ἐξεζήτησε, καὶ ἐξῆρε πάντα ἄνο-
15 μον καὶ πονηρόν. Τὰ ἅγια ἐδόξασε, καὶ ἐπλήθυνε τὰ σκεύη τῶν ἁγίων.
16 Καὶ (θ) ἠκούσθη ἐν Ῥώμῃ ὅτι ἀπέθανεν Ἰωνάθαν, καὶ ἕως Σπάρτης, καὶ
17 ἐλυπήθησαν σφόδρα. Ὡς δὲ ἤκουσαν ὅτι Σίμων ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ γέγονεν
ἀντ᾽ αὐτοῦ ἀρχιερεύς, καὶ ἐπικρατεῖ τῆς χώρας καὶ τῶν πόλεων τῶν ἐν αὐτῇ,
18 (ι) Ἔγραψαν πρὸς αὐτὸν δέλτοις χαλκαῖς, τοῦ ἀνανεώσασθαι πρὸς αὐτὸν
φιλίαν καὶ τὴν συμμαχίαν ἣν ἔστησαν πρὸς Ἰούδαν καὶ Ἰωνάθαν τοὺς ἀδελ-
19 φοὺς αὐτοῦ. Καὶ ἀνεγνώσθησαν ἐνώπιον (*) τῆς ἐκκλησίας ἐν Ἱερουσαλήμ.
καὶ τοῦτο τὸ ἀντίγραφον τῶν ἐπιστολῶν ὧν ἀπέστειλαν οἱ Σπαρτιᾶται·
20 Σπαρτιατῶν ἄρχοντες καὶ ἡ πόλις Σίμωνι ἱερεῖ μεγάλῳ, καὶ
τοῖς πρεσβυτέροις, καὶ τοῖς ἱερεῦσι, καὶ τῷ λοιπῷ δήμῳ τῶν Ἰου-
21 δαίων ἀδελφοῖς χαίρειν. Οἱ πρεσβευταὶ οἱ ἀποσταλέντες πρὸς
τὸν δῆμον ἡμῶν ἀπήγγειλαν ἡμῖν περὶ τῆς δόξης ὑμῶν καὶ τιμῆς,
22 καὶ (κ) εὐφράνθημεν ἐπὶ τῇ ἐφόδῳ αὐτῶν. Καὶ (λ) ἀνεγράψαμεν
τὰ ὑπ᾽ αὐτῶν εἰρημένα ἐν ταῖς βουλαῖς τοῦ δήμου οὕτως, Νουμήνιος
Ἀντιόχου καὶ Ἀντίπατρος (*) Ἰάσονος πρεσβευταὶ Ἰουδαίων ἦλθον
23 πρὸς ἡμᾶς ἀνανεούμενοι τὴν πρὸς ἡμᾶς φιλίαν. Καὶ ἤρεσε τῷ δήμῳ
ἐπιδέξασθαι τοὺς ἄνδρας ἐνδόξως, καὶ τοῦ θέσθαι τὸ ἀντίγραφον
τῶν λόγων αὐτῶν ἐν τοῖς ἀποδεδειγμένοις (μ) τοῦ δήμου βιβλίοις,
τοῦ (ν) ἔχειν μνημόσυνον τὸν δῆμον τῶν Σπαρτιατῶν. τὸ δὲ ἀντίγραφον
24 τούτων (ξ) ἐγράψαμεν Σίμωνι τῷ ἀρχιερεῖ. Μετὰ ταῦτα ἀπέ-
στειλε Σίμων τὸν Νουμήνιον εἰς Ῥώμην ἔχοντα ἀσπίδα χρυσῆν μεγάλην
(ο) ὁλκῆς μνῶν χιλίων εἰς τὸ στῆσαι πρὸς αὐτοὺς τὴν συμμαχίαν.
25 ὡς δὲ ἤκουσεν ὁ δῆμος τῶν λόγων τούτων, (π) εἶπον, Τίνα χάριν ἀπο-
26 δώσομεν Σίμωνι καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ; Ἐστήρισε γὰρ αὐτὸς καὶ οἱ ἀδελ-
φοὶ αὐτοῦ, καὶ ὁ οἶκος τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ ἐπολέμησαν τοὺς ἐχθροὺς
Ἰσραὴλ ἀπ᾽ αὐτῶν, καὶ ἔστησαν αὐτῷ ἐλευθερίαν. καὶ (ρ) κατέγραψαν
27 ἐν δέλτοις χαλκαῖς, καὶ ἔθεντο ἐν (σ) στήλαις ἐν ὄρει Σιών. Καὶ τοῦτο
τὸ ἀντίγραφον τῆς γραφῆς· Ὀκτωκαιδεκάτῃ Ἐλούλ, ἔτους δευτέρου
(τ) καὶ ἑβδομηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ· καὶ τοῦτο τρίτον ἔτος ἐπὶ Σίμωνος
(υ) ἀρχιερέως ἐν Σαραμέλ,

MS. A. (ζ) πολεμῶν (η) αὐτῶν (θ) ἤκουσεν (ι) Καὶ ἔγραψαν (*) ἐκκλησίας (κ) ηὐφράνθημεν (λ) ἀναγραψάμενοι (*) Ἰάσονος (μ) τῷ δήμῳ (ν) μνημόσυνον ἔχειν (ξ) ἔγραψαν (ο) ὁλκὴν (π) εἶπαν, (ρ) κατέγραψεν (σ) στήλῃ (τ) ἑβδομηκοστοῦ (υ) τοῦ ἀρχιερέως

Interp. LAT.

Et sedit unusquisque sub vite sua, & ficu sua : 12
& non erat qui eos terreret. Et defecit im- 13
pugnans eos super terram : & reges contriti sunt
in diebus illis. Et confirmavit omnes humiles 14
populi sui : legem exquisivit, & abstulit omnem
iniquum, & malum : Sancta glorificavit, 15
& multiplicavit vasa sanctorum. Et auditum 16
est Romæ, quia defunctus esset Jonathas : &
usque in Spartam : & contristati sunt valdè.
Ut audierunt autem, quia Simon frater ejus 17
factus esset summus sacerdos loco ejus, & ipse
obtineret regionem, & civitates quæ in ea ;
Scripserunt ad eum tabulis æreis, ut renovarent 18
cum eo amicitiam, & societatem, quam statue-
rant cum Juda & Jonatha fratribus ejus. Et
lectæ sunt in conspectu Ecclesiæ in Hierusalem. 19
Et hoc, exemplum epistolarum, quas Spartiatæ
miserunt. Spartiatarum principes, & civitas, 20
Simoni sacerdoti magno, & senioribus, &
sacerdotibus, & reliquo populo Judæorum, fra-
tribus, salutem. Legati, qui missi sunt ad po- 21
pulum nostrum, nuntiaverunt nobis de vestra
gloria, & honore : & gavisi sumus in introitu
eorum. Et scripsimus, quæ ab eis erant dicta 22
in conciliis populi, sic : Numenius Antiochi,
& Antipater Jasonis filius legati Judæorum
venerunt ad nos : renovantes nobiscum a-
micitiam [pristinam.] Et placuit populo exci- 23
pere viros gloriosè, & ponere exemplum
sermonum eorum in segregatis populi libris,
ut sit ad memoriam populo Spartiatarum. Exem-
plum autem horum (a) scripsimus Simoni summo
sacerdoti. Post hæc misit Simon Numenium 24
Romam, habentem clypeum aureum magnum,
pondo minarum mille, ad statuendam cum eis
societatem. Cùm autem audisset populus Sermo- 25
nes istos, dixerunt ; Quas gratias reddemus
Simoni, & filiis ejus ? Firmavit enim ipse, & 26
fratres ejus, & domus fratris ejus: et expugnave-
runt inimicos Israel à se, & statuerunt ei liberta-
tem. Et descripserunt in tabulis æreis : & posue-
runt in titulis in monte Sion. Et hoc est exemplum 27
scripturæ: Octavâ decimâ die [mensis] Elul, anno
centesimo septuagesimo secundo, (& hic annus
tertius sub Simone sacerdote magno) in Saramel.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

Nam sedebat quisque sub vitibus suis & sub 12
ficis suis, nemine eos deterrente ; Quia ni- 13
mirum consumpti fuerant & evanuerant ab
eis hostes, & bellatores de terra, reges quo-
que ipsi contriti fuerant iis diebus. Mitten- 14
etiam confirmabat omnes pauperes populi
sui, & delebat auferebátque omnem impie-
tatem, iniquitatem, & scelus : Legem visi- 15
tabat, Sanctuarium glorificabat, & multipli-
cabat vasa Sanctuarii. Ubi verò audissent 16
Romani mortuum esse Jonathanem, idque à
Spartiatis auditum esset, affecti sunt magno
mœrore. Sed cùm audissent Simonem fra- 17
trem ejus factum esse loco ipsius summum sa-
cerdotem, & obtinere regionem, ac civita-
tes, omniáque quæ in iis sunt ; Scripserunt 18
ad eum tabulâ æneâ ad renovandum apud
eum amicitiam & auxilium, quod statuerant
cum Juda & cum Jonathane fratribus ejus :
Quæ lecta fuit coram cœtu in Jerusalem. 19
Atque hoc est exemplar epistolæ quam mise- 20
runt Spartiatæ : Principes Spartiatarû & ur-
bes, Simoni summo sacerdoti excelso, & se-
nioribus, atque sacerdotibus, necnon reliquo
Judæorum populo fratribus nostris salutem.
A versu 21. ad 24. supplevimus ex MSS.
Usser. & Poc. Seniores qui missi sunt 21
ad nos renuntiaverunt *nobis* de rebus vestris,
tum de vestro honore, tum de gloria, adeo ut
de adventu eorum valdè lætati sumus. Et re- 22
scripsimus quæcunque ab ipsis dicta sunt in
conciliis populi nostri sic : Jaumenis Antio-
chi, & Antipater Jasonis filius seniores Judæ-
orum venerunt ad nos renovantes suam no-
biscum amicitiam : Et placuit populo ipsos 23
benevolè fore excipiendos : proinde viros il-
los gloriosè exceperunt, & posuerunt exem-
plar epistolarum suarum in *publico* scriptorû
thesauro, ut essent in monumentum populo
Spartiatarum. Exemplar autem horû, suarum-
que transactionum scripserunt Simoni prin-
cipi sacerdotum. Posthæc autem misit Si- 24
mon Numenium Romam, portantem clype-
um magnum aureum mille minarum, ad sta-
tuendum cum eis auxilium. Cùm autem au-
disset populus res istas, dixerunt ; Quid re- 25
pendemus Simoni summo sacerdoti & filiis
ejus? Nam animosè se gesserunt ipse & fra- 26
tres ejus, totáque paterna domus ejus ; & bel-
lantes adversùm hostes Israëlis, propulsave-
runt eos ab ipsis, & obtinuerunt eos. Et sta-
tuentes Simoni nobilitatem, scripserunt in
tabula ænea, imposuerúntque columnæ in
monte Sionis. *Desunt versus 8, in MSS.*
edit. Parisiens. quos supplevimus ex MSS.
Usser. & Poc. Atque hoc est exemplar 27
scripturæ. *Die* decimo octavo Elulis, anno
centesimo septuagesimo secundo, iste tertius
est annus, Simone *sacerdote* summo Israëlis.

Versio VULG. LAT.

28 In conventu magno sacerdotum, & populi, & prin-
cipum gentis, & seniorum regionis, nota facta sunt
hæc : Quoniam frequenter facta sunt prælia in regi-
29 one nostra. Simon autem Mathathiæ filius ex filiis
Jarib, & fratres ejus dederunt se periculo, & restite-
runt adversariis gentis suæ, ut starent sancta ipsorum,
& lex : & gloriâ magnâ glorificaverunt gentem suam.
30 Et congregavit Jonathas gentem suam, & factus est
illis sacerdos magnus, & appositus est ad populum
31 suum. Et voluerunt inimici eorum calcare & atte-
rere regionem ipsorum, & extendere manus in san-
32 cta eorum. Tunc restitit Simon, & pugnavit pro
gente sua, & erogavit pecunias multas, & armavit
viros virtutis gentis suæ, & dedit illis stipendia : Et
33 munivit civitates Judææ, & Bethsuram, quæ erat in
finibus Judææ, ubi erant arma hostium anteá : & po-
suit illic præsidium viros Judæos. Et Joppen mu-
34 nivit, quæ erat ad mare ; & Gazaram, quæ est in fi-
nibus Azoti, in qua hostes anteà habitabant, & col-
locavit illic Judæos : & quæcunque apta erant ad
35 correptionem eorum, posuit in eis. Et vidit popu-
lus actum Simonis, & gloriam quam cogitabat face-
re genti suæ, & posuerunt eum ducem suum, & prin-
cipem sacerdotum, eò quòd ipse fecerat hæc omnia,
& justitiam, & fidem, quam conservavit genti suæ,
& exquisivit omni modo exaltare populum suum.
36 Et in diebus ejus prosperatum est in manibus ejus,
ut tollerentur gentes de regione ipsorum, & qui in
civitate David erant in Jerusalem, in arce, de qua
procedebant, & contaminabant omnia quæ in cir-
cuitu sanctorum sunt, & inferebant plagam ma-
37 gnam castitati : Et collocavit in ea viros Judæos ad
tutamentum regionis, & civitatis, & exaltavit muros
38 Jerusalem. Et rex Demetrius statuit illi summum
39 sacerdotium. Secundùm hæc fecit eum amicum
40 suum, & glorificavit eum gloriâ magnâ. Audivit
enim quòd appellati sunt Judæi à Romanis amici, &
socii, & fratres, & quia susceperunt legatos Simonis
gloriosè :

ΜΑΚΚΑΒΑΙΏΝ Α΄.

28 Ἐπὶ συναγωγῆς μεγάλης (ͅ) ἱερέων, καὶ λαοῦ, καὶ ἀρχόντων ἔθνες, καὶ
τῶν πρεσβυτέρων τῆς χώρας ἐγνώρισεν ἡμῖν, ἐπεὶ πολλάκις
29 ἐγενήθησαν πόλεμοι ἐν τῇ χώρᾳ· Σίμων δὲ ὁ υἱὸς Ματτα-
θίε ὁ υἱὸς τῶν υἱῶν (φ) Ἰαρὶβ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτῦ ἔδωκαν
ἑαυτὲς τῷ κινδύνῳ, καὶ ἀντέστησαν τοῖς ὑπεναντίοις τῦ ἔθνες αὐτῶν,
ὅπως σαθῇ τὰ ἅγια αὐτῶν, καὶ ὁ νόμος, καὶ δόξῃ μεγάλῃ ἐδόξασαν
30 τὸ ἔθνος αὐτῶν. Καὶ ἤθροισεν Ἰωνάθαν τὸ ἔθνος αὐτῶν, καὶ
(ͅ) ἐγενήθη αὐτοῖς ἀρχιερεύς, καὶ προσετέθη πρὸς τὸν λαὸν αὐτῦ.
31 Καὶ ἐβελήθησαν οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν ἐμβατεῦσαι εἰς τὴν χώραν
αὐτῶν, τῦ ἐκτρίψαι (χ) τὴν χώραν αὐτῶν, καὶ ἐκτεῖναι
32 (ψ) χεῖρας ἐπὶ τὰ ἅγια αὐτῶν. Τότε ἀνέστη Σίμων, καὶ ἐπο-
λέμησε περὶ τῦ ἔθνες αὐτῦ, καὶ ἐδαπάνησε χρήματα πολλὰ τῶν
ἑαυτῦ, καὶ ὡπλοδότησε τὲς ἄνδρας τῆς δυνάμεως τῦ ἔθνες αὐτῦ, καὶ
33 ἔδωκεν αὐτοῖς ὀψώνια. Καὶ ὠχύρωσε τὰς πόλεις τῆς Ἰεδαίας, καὶ
τὴν Βαιθσέραν τὴν ἐπὶ τῶν ὁρίων τῆς Ἰεδαίας, ὃ ἦν τὰ ὅπλα τῶν πολεμίων
34 τοπρότερον, καὶ ἔθετο ἐκεῖ φρερὰν ἄνδρας Ἰεδαίες. Καὶ Ἰόππην
ὠχύρωσε τὴν ἐπὶ τῆς θαλάσσης, καὶ τὴν (ω) Γάζαρα τὴν ἐπὶ τῶν ὁρίων Ἀζώτε,
ἐν ᾗ (α) ᾤκεν οἱ πολέμιοι τοπρότερον ἐκεῖ, καὶ κατῴκισεν ἐκεῖ Ἰε-
δαίες, καὶ ὅσα ἐπιτήδεια (β) ἦν πρὸς τὴν τέτων ἐπανόρθωσιν ἔθετο
35 ἐν αὐτοῖς. Καὶ εἶδεν ὁ λαὸς τὴν (γ) πρᾶξιν τῦ Σίμωνος, καὶ τὴν
δόξαν ἣν ἐβελεύσατο ποιῆσαι τῷ ἔθνει αὐτῦ, καὶ ἔθεντο αὐτὸν ἡγέ-
μενον αὐτῶν καὶ ἀρχιερέα, διὰ τὸ (δ) αὐτὸν πεποιηκέναι πάντα ταῦτα,
καὶ τὴν δικαιοσύνην, καὶ τὴν πίστιν ἣν συνετήρησε τῷ ἔθνει αὐτῦ, καὶ
36 (ͅ) ἐζήτησε παντὶ τρόπῳ ὑψῶσαι τὸν λαὸν αὐτῦ. Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις
αὐτῦ (ͅ) εὐωδώθη ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῦ, τῦ ἐξαρθῆναι τὰ ἔθνη ἐκ τῆς
χώρας αὐτῶν, καὶ τὲς ἐν τῇ πόλει Δαυὶδ τὲς ἐν Ἱερεσαλὴμ, οἳ
ἐποίησαν ἑαυτοῖς (ε) ἄκραν, ἐξ ἧς ἐξεπορεύοντο καὶ ἐμίαινον κύκλῳ
37 τῶν ἁγίων, καὶ (ζ) ἐποίεν πληγὴν μεγάλην ἐν τῇ ἁγνείᾳ. Καὶ (ͅ) κατ-
ῴκισεν ἐν αὐτῇ ἄνδρας Ἰεδαίες, καὶ ὠχύρωσεν αὐτὴν πρὸς
ἀσφάλειαν τῆς χώρας καὶ τῆς πόλεως, καὶ ὕψωσε τὰ τείχη Ἰε-
38 ρεσαλὴμ. Καὶ ὁ βασιλεὺς Δημήτριος ἔστησεν αὐτῷ τὴν ἀρχιερω-
39 σύνην. Κατὰ ταῦτα, καὶ ἐποίησεν αὐτὸν τῶν φίλων αὐτῦ,
40 καὶ ἐδόξασεν αὐτὸν δόξῃ μεγάλῃ. (η) Ἤκεσε γὰρ ὅτι (θ)
προσηγόρευνται οἱ Ἰεδαῖοι ὑπὸ Ῥωμαίων φίλοι καὶ σύμμαχοι
καὶ (ι) ἀδελφοὶ, καὶ ὅτι ἀπήντησαν τοῖς πρεσβευταῖς Σίμωνος ἐν-
δόξως·

MS. A. (ͅ) τῶν ἱερέων, (φ) Ἰωαρὶβ, δύο καὶ (ͅ) ἐγένη (χ) εἰς τὴν (ψ) τὰς χεῖρας
(ω) Γάζαραν (α) ᾤκεσαν (β) πρὸς τῇ τέτων ἐπανορθώσει (γ) πίστιν (ͅ) εὐωδώθη (ε) * ἄκρας, (ζ) ἐποίεσαν (ͅ) κατοικηθ (η) Ἠκέσθη (θ) προσαγορεύεν (ͅ) Ἰεδαῖοι (ι) οἱ ἀδελφοί, (δ) πεποιηκέναι αὐτὸν ταῦτα πάντα, (ͅ) ἐξεζή-

Interp. LAT.

In conventu magno sacerdotum, & populi, & 28
principum gentis, & seniorum regionis, inno-
tuit nobis, quoniam frequenter facta sunt prælia
in regione. Simon autem filius Mattathiæ fi- 29
lius ex filiis Jarib, & fratres ejus dederunt
seipsos periculo, & restiterunt adversariis gentis
suæ, ut starent sancta ipsorum & lex : & gloriâ
magnâ glorificaverunt gentem suam : Et congre- 30
gavit Jonathas gentem suam, & factus est illis
sacerdos magnus : & appositus est ad populum
suum : Et voluerunt inimici eorum penetrare in 31
regionem ipsorum, ut attererent regionem ipso-
rum, & extenderent manus in sancta ipsorum.
Tunc surrexit Simon, & pugnavit pro gente sua, 32
& erogavit pecunias multas ex suis, & arma-
vit viros virtutis gentis suæ, & dedit illis sti-
pendia : Et munivit civitates Judeæ, & 33
Bæthsuram, quæ in finibus Judeæ, ubi erant
arma hostium anteá : & posuit illic præsidium 34
viros Judæos : Et Joppen munivit, quæ ad
mare, & Gazaram, quæ est in finibus Azoti,
in qua hostes anteà habitabant : & collocavit
illic Judæos : & quæcunque apta erant ad cor- 35
rectionem horum, posuit in eis. Et vidit po-
pulus (b) actum Simonis, & gloriam, quam co-
gitabat facere genti suæ : & posuerunt eum du-
cem suum, & principem sacerdotum, eò quòd
ipse fecerit hæc omnia, & justitiam, & fidem,
quam conservavit genti suæ, et exquisivit 36
omni modo exaltare populum suum. Et in diebus
ejus prosperatū est in manibus ejus, ut tollerentur
gentes de regione ipsorum, et qui in civitate Da-
vid erant in Hierusalem, qui fecerant sibi arcem,
de qua procedebant, et contaminabant in circuitu
sanctorum, et inferebant plagam magnam castitati.
Et collocavit in ea viros Judæos: et munivit eam 37
ad tutamentum regionis, et civitatis : et exal-
tavit muros Hierusalem. Et rex Demetrius 38
statuit illi summum sacerdotium Secundùm 39
hæc, et fecit eum ex amicis suis, et glorificavit
eum gloriâ magnâ. Audivit enim, quòd appel- 40
lati sunt Judæi à Romanis amici, et socii, et
fratres, et quia obviàm ierant (c) legatis Simo-
nis gloriosè :

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

[illegible]

In conventu magno sacerdotum, & populi, 28
& principum gentis, seniorúmque regio-
nis, innotuit nobis, quoniam frequenter
facta sunt prælia in regione : Quippe Si- 29
mon Mattithiæ filius ex posteris Jonadab,
& fratres ejus, exposuerunt seipsos pericu-
lo, resistentes adversariis gentis suæ, ut hoc
pacto staret lex eorum, & locus sanctus eo-
rum, & gloriâ magnâ glorificaverunt gen-
tem suam. Nam congregans Jonathan gen- 30
tem suam, factus est eis sacerdos summus :
eóque ad populum suum apposito, Vo- 31
luerunt inimici eorum invadere regio-
nem ipsorum, ut absumerent eam, ma-
núsque extenderent in locum sanctum
eorum : Tunc surgens Simon, propugna- 32
vit gentem suam, & expendens pecunias
multas de suo, arma dedit viris copiarum,
popularibus suis, & largitus est eis mu-
nera, Munivítque civitates Judææ, & 33
Beth-suram quæ erat in finibus Judææ, ubi
posita erant anteà arma civitatum, & con-
stituit ibi præsidiarios viros Judæos. Jop- 34
pen etiam ad mare sitam munivit arce, &
Gazaram ad terminos Azoti, ubi priùs ho-
stes habitaverant, & collocavit illic Judæos,
& quæcunque commoda erant eis vel ad
alimentum, vel ad stabilimentum, pro eis
illic disposuit. Videns itaque populus 35
præclara facta Simonis & gloriam quam
volebat comparare genti suæ, instituerunt
eum sibi ducem & summum sacerdotem,
eò quòd ipse hæc omnia præstaret ; *vi-*
dens etiam justitiam & fidem quam ser-
vaverat genti suæ, & quòd in rebus omni-
bus quæ occurrebant, voluisset exaltare po-
pulum suum : In diebus ejus rectificata 36
esset via, operâ ipsius ; ita ut gentes con-
sumpsisset è terra ipsorum : & eos etiam
qui erant in urbe Davidis & in Jerusalem,
delevisset & illinc abstulisset, qui fecerant
sibi arcem, unde exeuntes contaminabant
adjacentia Sanctuario *loca*, & faciebant
plagam magnam in Sanctuario : Et col- 37
locâsset in ea Simon viros Judæos, eámque
munitionibus firmâsset, ut esset asylo urbi
& regioni : & extulisset elevâssétque mu-
rum Jerosolymorum, Demetrius quoque 38
rex confirmavit eidem Simoni principatum
sacerdotii, Conscripsit eum inter amicos 39
regis, & cohonestavit illum gloriâ magnâ.
Nam auditum fuerat quòd appellarentur 40
Judæi à Romanis fratres, amici, & adjuto-
res, & quòd occurrissent legatis Simonis
honorificè ;

Versio VULG. LAT.

41 Et quia Judæi, & ſacerdotes eorum conſenſerunt eum
eſſe ducem ſuum, & ſummum ſacerdotem in æternum,
42 donec ſurgat propheta fidelis: Et ut ſit ſuper eos dux,
& ut cura eſſet illi pro ſanctis, & ut conſtitueret præ-
poſitos ſuper opera eorum, & ſuper regionem, & ſu-
43 per arma, & ſuper præſidia: Et cura ſit illi de ſanctis:
& ut audiatur ab omnibus, & ſcribantur in nomine
ejus omnes conſcriptiones in regione: & ut operiatur
44 purpurâ, & auro: Et ne liceat ulli ex populo, & ex
ſacerdotibus, irritum facere aliquid horum, & con-
tradicere his quæ ab eo dicuntur, aut convocare con-
ventum in regione ſine ipſo: & veſtiri purpurâ, & uti
45 fibulâ aureâ. Qui autem fecerit extra hæc, aut irri-
46 tum fecerit aliquid horum, reus erit. Et complacuit
omni populo ſtatuere Simonem: & facere ſecundùm
47 verba iſta. Et ſuſcepit Simon, & placuit ei ut ſummo
ſacerdotio fungeretur, & eſſet dux & princeps gentis
48 Judæorum, & ſacerdotum, & præeſſet omnibus. Et
ſcripturam iſtam dixerunt ponere in tabulis æreis, &
ponere eas in peribolo ſanctorum, in loco celebri:
49 Exemplum autem eorum ponere in ærario, ut habeat
Simon, & filii ejus.

CAP. XV.

1 ET miſit rex Antiochus filius Demetrii epiſtolas ab
inſulis maris Simoni ſacerdoti & principi gentis Ju-
2 dæorum, & univerſæ genti: Et erant continentes
hunc modum: REX Antiochus Simoni ſacerdoti
3 magno, & genti Judæorum, ſalutem. Quoniam qui-
dam peſtilentes obtinuerunt regnum patrum noſtro-
rum, volo autem vendicare regnum, & reſtituere il-
lud ſicut erat anteá: & electam feci multitudinem ex-
4 ercitûs, & feci naves bellicas. Volo autem procede-
re per regionem, ut ulciſcar in eos, qui corruperunt
regionem noſtram, & qui deſolaverunt civitates mul-
5 tas in regno meo. Nunc ergò ſtatuo tibi omnes oblati-
ones, quas remiſerūt tibi ante me omnes reges, & quæ-
6 cunque alia dona remiſerunt tibi: Et permitto tibi
facere percuſſuram proprii nomiſmatis in regione tua:
7 Jeruſalem autem ſanctam eſſe & liberam: & omnia
arma quæ fabricata ſunt, & præſidia quæ conſtruxiſti,
quæ tenes, maneant tibi.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α'.

41 Καὶ ὅτι (κ) εὐδόκησαν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ οἱ ἱερεῖς, τοῦ εἶναι Σίμωνα ἡγού-
μενον, καὶ ἀρχιερέα εἰς τὸν αἰῶνα, ἕως τοῦ ἀναστῆναι προφήτην πιστόν·
42 Καὶ τοῦ εἶναι ἐπ' αὐτῶν στρατηγὸν, καὶ ὅπως (λ) μέλοι αὐτῷ περὶ τῶν ἁγίων
καθιστάναι (λ) αὐτοὺς ἐπὶ τῶν ἔργων αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τῆς χώρας, καὶ ἐπὶ τῶν ὅπλων,
43 καὶ ἐπὶ τῶν ὀχυρωμάτων· Καὶ ὅπως (μ) μέλοι αὐτῷ περὶ τῶν ἁγίων, καὶ
ὅπως ἀκούηται ὑπὸ πάντων, καὶ ὅπως γράφωνται ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ
πᾶσαι συγγραφαὶ ἐν τῇ χώρᾳ, καὶ ὅπως (ν) περιβάλληται πορφύραν, καὶ
44 χρυσοφορῇ. Καὶ οὐκ (ν) ἐξέσται οὐδενὶ τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἱερέων ἀθετῆσαί τι
τούτων, καὶ ἀντειπεῖν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ ῥηθησομένοις, καὶ ἐπισυστρέψαι
συστροφὴν ἐν τῇ χώρᾳ ἄνευ αὐτοῦ, καὶ (ξ) περιβάλλεσθαι πορφύραν,
45 καὶ ἐμπορπᾶσθαι πόρπην χρυσῆν. Ὃς δ' ἂν παρὰ ταῦτα ποιήσῃ
46 ἢ ἀθετήσῃ τι τούτων, ἔνοχος ἔσται. Καὶ εὐδόκησε πᾶς ὁ λαὸς
47 θέσθαι Σίμωνι, (ο) καὶ ποιῆσαι κατὰ τοὺς λόγους τούτους. Καὶ ἐπεδέξατο
Σίμων, καὶ εὐδόκησεν (π) ἀρχιερατεύειν, καὶ εἶναι στρατηγὸς, καὶ ἐθνάρ-
48 χης τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἱερέων, καὶ τοῦ προστατῆσαι πάντων. Καὶ τὴν γρα-
φὴν ταύτην (ρ) εἶπον θέσθαι ἐν δέλτοις χαλκαῖς, καὶ (σ) στῆσαι αὐτὰς
49 ἐν περιβόλῳ τῶν ἁγίων ἐν τόπῳ (τ) ἐπισήμῳ, Τὰ δὲ ἀντίγραφα αὐ-
τῶν θέσθαι ἐν τῷ γαζοφυλακίῳ, ὅπως ἔχῃ Σίμων, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ.

MS. A. (κ) οἱ Ἰουδαῖοι καὶ οἱ ἱερεῖς εὐδόκησαν, τοῦ εἶναι αὐτῶν Σίμωνα (λ) μέλῃ (λ) δι' αὐτοῦ (μ) μέλῃ (ν) περιβάλληται (ν) ἔξεστιν (ξ) περιβαλέσθαι (ο) ποιῆσαι (π) ἀρχιερατεῦσαι, (ρ) εἶπαν (σ) θῆσαι (τ) πιστῷ,

ΚΕΦ. ιε.

1 ΚΑὶ ἀπέστειλεν (α) ὁ Ἀντίοχος υἱὸς Δημητρίου τοῦ βασιλέως ἐπι-
στολὰς ἀπὸ τῶν νήσων τῆς θαλάσσης Σίμωνι ἱερεῖ καὶ ἐθνάρχῃ τῶν Ἰουδαίων,
2 καὶ παντὶ τῷ ἔθνει. Καὶ ἦσαν περιέχουσαι τὸν τρόπον τοῦτον· Βασι-
λεὺς Ἀντίοχος Σίμωνι ἱερεῖ μεγάλῳ, καὶ ἐθνάρχῃ, καὶ ἔθνει Ἰου-
3 δαίων χαίρειν. (β) Ἐπειδὴ ἄνδρες λοιμοὶ κατεκράτησαν τῆς βασι-
λείας τῶν πατέρων ἡμῶν, (γ) βούλομαι δὲ ἀντιποιήσασθαι τῆς βασι-
λείας, ὅπως ἀποκαταστήσω αὐτὴν ὡς ἦν (δ) πρότερον, ἐξενολόγησα
4 δὲ πλῆθος δυνάμεων, καὶ κατεσκεύασα πλοῖα πολεμικά, Βούλομαι
δὲ ἐκβῆναι κατὰ τὴν χώραν, ὅπως μετέλθω τοὺς κατεφθαρκότας
5 τὴν χώραν ἡμῶν, καὶ τοὺς ἠρημωκότας πόλεις πολλὰς ἐν
τῇ βασιλείᾳ· Νῦν οὖν ἵστημί σοι πάντα τὰ ἀφαιρέματα ἃ ἀφῆκάν
6 σοι οἱ πρὸ ἐμοῦ βασιλεῖς, καὶ ὅσα ἄλλα (ε) δόματα ἀφῆκάν σοι.
7 Καὶ ἐπέτρεψά σοι ποιῆσαι κόμμα ἴδιον νόμισμα (ζ) τῇ χώρᾳ σου,
Ἱερουσαλὴμ δὲ καὶ τὰ ἅγια εἶναι ἐλεύθερα· καὶ πάντα τὰ ὅπλα ὅσα (η) κατε-
σκεύασας, καὶ τὰ ὀχυρώματα ἃ ᾠκοδόμησας, ὧν κρατεῖς, μενέτω σοι.

MS. A. (α) Ἀντίοχος (β) Ἐπειδή τινες λοιμοὶ (γ) βουλόμαι (δ) τὸ πρότερον, (ε) ἀφαιρέματα ἀφῆκάν σοι, Ποιῆσαι (ζ) τῆς χώρας (η) * κατεσκεύασες,

Interp. LAT.

Et quia Judæi, & ſacerdotes eorum, conſenſe- 41
runt Simonem eſſe ducem, & ſummum ſacerdotem
in æternum, donec ſurgat propheta fidelis: 42 *Et*
ut ſit ſuper eos dux, & ut cura eſſet illi pro
ſanctis, ut conſtitueret (d) eos ſuper opera eo-
rum, & ſuper regionem, & ſuper arma, &
ſuper præſidia: Et, ut cura ſit illi de ſanctis, 43
& ut audiatur ab omnibus: & ſcribantur in no-
mine ejus omnes conſcriptiones in regione, & ut
operiatur purpurâ, & auro. Et ne liceat ulli 44
ex populo, & ex ſacerdotibus, irritum facere a-
liquid horum, & contradicere his quæ ab ipſo
dicentur, & convocare conventum in regione ſine
ipſo, & veſtiri purpurâ, & uti fibulâ aureâ.
Qui autem fecerit extra hæc, aut irritum fecerit 45
aliquid horum; reus erit. Et complacuit omni 46
populo ſtatuere Simoni, & facere ſecundùm
verba iſta. Et ſuſcepit Simon, & placuit ei, 47
ut ſummo ſacerdotio fungeretur, & eſſet dux, &
princeps gentis Judæorum, & ſacerdotum, &
præeſſet omnibus. Et ſcripturam iſtam dixerunt 48
ponere in tabulis æreis, & ponere eas in peribolo
ſanctorum, in loco celebri: Exempla autem 49
earum poni in ærario; ut habeat Simon, &
filii ejus.

CAP. XV.

ET miſit Antiochus filius Demetrii regis epi- 1
ſtolas ab inſulis maris, Simoni ſacerdoti, &
principi gentis Judæorum, et univerſæ genti. 2 *Et*
erant continentes hunc modum: Rex Antiochus
Simoni ſacerdoti magno, et principi gentis, et
genti Judæorum ſalutem. Quoniam viri peſti- 3
lentes obtinuerunt regnum patrum noſtrorum, volo
autem vendicare regnum, ut reſtituam illud,
ſicut erat anteà, et electam feci multitudinem
exercitûs, et paravi naves bellicas, Volo autem 4
procedere per regionem, ut ulciſcar eos, qui corru-
perunt regionem noſtram, et qui deſolaverunt ci-
vitates multas in regno; Nunc ergò ſtatuo tibi 5
omnes oblationes, quas remiſerunt tibi reges,
qui ante me, & quæcunque alia dona remiſerunt 6
tibi. Et permiſi tibi facere percuſſuram proprii
nomiſmatis in regione tua. Hieruſalem autem 7
et ſancta eſſe libera: Et omnia arma, quæ fa-
bricâſti, et præſidia, quæ conſtruxiſti, quæ tenes,
maneant tibi.

Verſio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

41 [illegible]
42 [illegible]
[illegible]
43 [illegible]
[illegible]
44 [illegible]
[illegible]
[illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]
47 [illegible]
[illegible]
48 [illegible]
49 [illegible]
[illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
[illegible]
[illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
[illegible]

41 Quódque voluiſſent Judæi & ſacerdotes ut
eſſet dux & ſummus ſacerdos in perpetu-
42 um: Donec exurgeret propheta fidelis,
ipſe eſſet dux eorum, & curam ageret
Sanctuarii; præficiendo eos muneribus,
43 armis, & arcibus eorum; Utque curam
gereret Sanctuarii: ut omnes obedirent
ei: ut ſcriberentur de nomine ipſius
omnes ſcripturæ dandi & accipiendi, quæ
fiebant in regione ipſius: ut indueretur
44 purpurâ & auro: Non liceret ſacerdoti-
bus neque ulli ex populo violare quic-
quam ex iſtis, aut obſiſtere ulli mandato-
rum ejus, aut quenquam ullum ſuſciperet
negotium ipſo inſcio, aut indui purpurâ,
& geſtare fibulam auream: Quicunque
45 prætergreſſus fuerit, aut violaverit quic-
46 quam horum, reus foret. Et placuit uni-
verſo populo ut hæc omnia fierent Simoni,
47 & ut facerent ſecundùm res iſtas. Acce-
pítque Simon, & placuit ei eſſe ſummum
ſacerdotem & ducem ac principem po-
puli Judaici & ſacerdotum, omniúmque
48 curam gerere. Tum dixerunt exarandam
eſſe hanc ſcripturam in tabula ænea, Eam
49 in Sanctuario collocandam in loco cele-
bri: eorum autem exemplar ponendum in
ærario, & inſervirent Simoni & filiis ejus.

CAP. XV.

1 MIſit autem Antiochus filius Demetrii
regis literas ex inſulis maris ad Simonem
ſummum ſacerdotem, & principem gentis
2 Judaicæ, totúmque populum: In quibus
ſcriptum erat; Antiochus rex Simoni ſum-
mo ſacerdoti eminentiſſimo, & principi
3 gentis Judaicæ, ſalutem. Quia maligni
quidam uſurpaverunt regnum majorum
meorum: Nunc autem ego volo ſurgere
4 & vindicare atque repetere illud ab ipſis,
illúdque reſtituere ut anteà; congregavi
exercitum copioſum, & inſtruxi naves bel-
licas. Volo igitur egredi per regionem, &
invadere eos qui corruperunt terram no-
ſtram, & perdiderunt urbes multas in
5 regno. Nunc itaque relinquo tibi omnia
tributa quæ dimiſerunt reges anteceſſores
6 mei, cunctáque dona quæ dederunt: Item
do tibi facultatem decidendi ſententias &
condendi præcepta prout volueris: Jero-
7 ſolyma verò & Sanctuarium ſunto immu-
nia: & omnia arma quæ paraſti, & arces
quas ædificâſti, quas obtines, tua ſunto:

Versio VULG. LAT.

8 Et omne debitum regis, & quæ futura sunt regi, ex
9 hoc & in totum tempus remittuntur tibi. Cùm au-
tem obtinuerimus regnum nostrum, glorificabimus
te, & gentem tuam, & templum gloriâ magnâ, ita
10 ut manifestetur gloria vestra in universa terra. An-
no centesimo septuagesimo quarto exiit Antiochus in
terram patrum suorum, & convenerunt ad eum o-
mnes exercitus, ita ut pauci relicti essent cum Try-
11 phone. Et insecutus est eum Antiochus rex, & ve-
12 nit Doram fugiens per maritimam. Sciebat enim
quòd congregata sunt mala in eum, & reliquit eum
13 exercitus. Et applicuit Antiochus super Doram cum
centum viginti millibus virorum belligeratorum, &
14 octo millibus equitum: Et circuivit civitatem, &
naves à mari accesserunt: & vexabant civitatem à
terra & mari, & neminem sinebant ingredi vel egre-
15 di. Venit autem Numenius, & qui cum eo fuerant,
ab urbe Roma, habentes epistolas regibus & regio-
16 nibus scriptas, in quibus continebantur hæc: LU-
CIUS consul Romanorum, Ptolemæo regi salutem.
17 Legati Judæorum venerunt ad nos amici nostri, reno-
vantes pristinam amicitiam & societatem, missi à Si-
mone principe Sacerdotum, & populo Judæorum.
18 Attulerunt autem & clypeum aureum mnarum mille.
19 Placuit itaque nobis scribere regibus, & regionibus,
ut non inferant illis mala, neque impugnent eos, &
civitates eorum, & regiones eorum: & ut non fe-
20 rant auxilium pugnantibus adversùs eos. Visum au-
21 tem est nobis accipere ab eis clypeum. Si qui ergò
pestilentes refugerunt de regione ipsorum ad vos,
tradite eos Simoni principi sacerdotum, ut vindicet
22 in eos secundùm legem suam. Hæc eadem scripta
sunt Demetrio regi, & Attalo, & Ariarathi, & Ar-
23 saci, Et in omnes regiones: & Lampsaco, & Spar-
tiatis, & in Delum, & in Myndum, & in Sicyonem,
& in Cariam, & in Samum, & in Pamphyliam, &
in Lyciam, & in Alicarnassum, & in Coo, & in Si-
den, & in Aradon, & in Rhodum, & in Phaselidem,
& in Gortynam, & Gnidum, & Cyprum, & Cyre-
24 nen. Exemplum autem eorum scripserunt Simoni
principi sacerdotum, & populo Judæorum.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α'.

8 Καὶ πᾶν ὀφείλημα βασιλικὸν, καὶ τὰ ἐσόμενα βασιλικὰ, ἀπὸ
9 τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον ἀφιέσθω σοι. Ὡς δ' ἂν (θ) κρα-
τήσωμεν τῆς βασιλείας ἡμῶν, (*) δοξάσομέν σε, καὶ τὸ ἔθνος σου, καὶ
τὸ ἱερὸν δόξῃ μεγάλῃ, ὥστε φανερὰν γενέσθαι τὴν δόξαν ὑμῶν ἐν πάσῃ
10 τῇ γῇ. Ἔτους τετάρτου καὶ ἑβδομηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ ἐξῆλθεν Ἀν-
τίοχος εἰς τὴν γῆν (ι) πατέρων αὐτοῦ, καὶ συνῆλθον πρὸς αὐτὸν
πᾶσαι αἱ δυνάμεις, ὥστε ὀλίγους εἶναι (κ) τοὺς καταλειφθέντας σὺν
11 Τρύφωνι. Καὶ ἐδίωξεν αὐτὸν Ἀντίοχος ὁ βασιλεὺς, καὶ ἦλθε
12 (λ) φεύγων εἰς Δωρᾶ τὴν ἐπὶ τῆς θαλάσσης. Εἶδε γὰρ ὅτι συνῆκται ἐπ'
13 αὐτὸν τὰ κακὰ, καὶ ἀφῆκαν αὐτὸν αἱ δυνάμεις. Καὶ παρενέβαλεν
Ἀντίοχος ἐπὶ Δωρᾶ, καὶ σὺν αὐτῷ δώδεκα μυριάδες ἀνδρῶν πολε-
14 μιστῶν, καὶ ὀκτακισχιλία ἵππος. Καὶ ἐκύκλωσε τὴν πόλιν, καὶ τὰ
πλοῖα ἀπὸ θαλάσσης συνῆψαν, καὶ (μ) ἔθλιβε τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς γῆς,
καὶ (*) τῆς θαλάσσης, καὶ οὐκ εἴασεν οὐδένα ἐκπορεύεσθαι, καὶ εἰσπορεύεσθαι.
15 Καὶ ἦλθε Νουμήνιος, καὶ οἱ παρ' αὐτοῦ, ἐκ Ῥώμης, ἔχοντες ἐπιστολὰς
16 τοῖς βασιλεῦσι, καὶ ταῖς χώραις, ἐν αἷς ἐγέγραπτο τάδε· Λεύκιος
17 ὕπατος Ῥωμαίων Πτολεμαίῳ βασιλεῖ χαίρειν. Οἱ πρεσβευταὶ
τῶν Ἰουδαίων (*) ἦλθον πρὸς ἡμᾶς φίλοι ἡμῶν, καὶ σύμμαχοι, ἀνανεούμενοι
τὴν ἐξ ἀρχῆς φιλίαν, καὶ συμμαχίαν, ἀπεσταλμένοι ἀπὸ Σίμωνος
18 τοῦ ἀρχιερέως, καὶ τοῦ δήμου τῶν Ἰουδαίων. Ἤνεγκαν δὲ ἀσπίδα χρυσῆν
19 ἀπὸ μνῶν (ν) χιλίων. Ἤρεσεν οὖν ἡμῖν γράψαι τοῖς βασιλεῦσι, καὶ
ταῖς χώραις, ὅπως μὴ ἐκζητήσωσιν αὐτοῖς κακὰ, καὶ μὴ πολεμήσωσιν
αὐτοὺς, καὶ τὰς πόλεις αὐτῶν, καὶ (ξ) τὴν χώραν αὐτῶν, καὶ ἵνα μὴ
20 (ο) συμμαχήσωσι τοῖς πολεμοῦσιν αὐτούς. Ἔδοξε δὲ ἡμῖν δέξασθαι
21 τὴν ἀσπίδα παρ' αὐτῶν. Εἴ τινες οὖν λοιμοὶ διαπεφεύγασιν ἐκ τῆς
χώρας αὐτῶν πρὸς ὑμᾶς, παράδοτε αὐτοὺς (π) Σίμωνι τῷ ἀρχιερεῖ,
22 ὅπως (ρ) ἐκδικήσῃ ἐν αὐτοῖς κατὰ τὸν νόμον αὐτῶν. Καὶ (σ) τὰ
αὐτὰ ἔγραψε Δημητρίῳ τῷ βασιλεῖ, καὶ Ἀττάλῳ, (τ) Ἀριαράθῃ,
23 καὶ Ἀρσάκῃ, Καὶ εἰς πάσας τὰς χώρας, καὶ (υ) Σαμψάμῃ, καὶ Σπαρ-
τιάταις, καὶ εἰς Δῆλον, καὶ εἰς Μύνδον, καὶ εἰς (φ) Σικυῶνα, καὶ εἰς
τὴν (χ) Καρίαν, καὶ εἰς Σάμον, καὶ εἰς τὴν Παμφυλίαν, καὶ (ψ) εἰς
τὴν Λυκίαν, καὶ εἰς Ἀλικαρνασσὸν, καὶ εἰς (ω) Ῥόδον, καὶ εἰς Φασηλίδα,
καὶ εἰς Κῶ, καὶ εἰς Σίδην, καὶ εἰς Ἄραδον, (α) καὶ εἰς Γόρτυναν, καὶ Κνί-
24 δον, καὶ Κύπρον, καὶ Κυρήνην. Τὸ δὲ ἀντίγραφον αὐτῶν (*) ἔγραψαν
Σίμωνι τῷ ἀρχιερεῖ.

MS. A. (θ) καταστήσωμεν τὴν βασιλείαν (*) δοξάσωμεν (ι) τῶν πατέρων (κ) σὺν Τρύφωνι. (λ) εἰς Δωρᾶ φεύγων τὴν ἐπὶ τὴν θάλασσαν. Ἤδει γὰρ ὅτι ἐπισυνῆκται ἐπ' αὐτὸν κακὰ, (μ) συνέθλιβεν (*) ἀπὸ τῆς (*) ἦλθαν (ν) πεντακισχιλίων. (ξ) τὰς χώρας (ο) συμμαχῶσιν τοῖς πολεμοῦσιν (π) τῷ Σίμωνι (ρ) ἐκδικήσει αὐτοὺς (σ) ταῦτα (τ) καὶ Ἀράθῃ, (υ) Σαμψάκῃ, (φ) Συκιῶνα, (χ) Καρίδα, (ψ) Λυκίαν, (ω) Κῶ, (α) καὶ εἰς Ῥόδον, καὶ εἰς τὴν βασιλίδαν, καὶ Γόρτυναν, (*) ἔγραψεν

Interp. LAT.

Et omne debitum regium, & quæ futura sunt 8
regia ex hic & in omne tempus remittantur tibi.
Cum autem obtinuerimus regnum nostrum, glo- 9
rificabimus te, & gentem tuam, & templum,
gloriâ magnâ: ita ut manifestetur gloria vestra
in universa terra. Anno centesimo septuagesimo 10
quarto exiit Antiochus in terram patrum suo-
rum: & convenerunt ad eum omnes exercitus;
ita ut pauci relicti essent cum Tryphone. Et 11
insecutus est eum Antiochus rex: & venit
(a) fugiens in Doram, quæ ad mare. Sciebat 12
enim quòd congregata sunt mala in eum, & re-
liquit eum exercitus. Et applicuit Antiochus 13
super Doram cum centum viginti millibus viro-
rum belligeratorum, & octo millibus equitum.
Et circuivit civitatem: & naves à mari ac- 14
cesserunt, & vexabat civitatem à terra, & mari:
& neminem sinebat egredi, vel ingredi. Venit 15
autem Numenius, & qui cum eo fuerunt,
ab urbe Roma habentes epistolas regibus, &
regionibus: in quibus continebantur hæc: Lu- 16
cius consul Romanorum Ptolemæo regi salutem.
Legati Judæorum venerunt ad nos amici nostri, 17
& socii, renovantes pristinam amicitiam, &
societatem, missi à Simone principe sacerdotum,
et populo Judæorum. Attulerunt autem clypeum 18
aureum minarum mille. Placuit itaque nobis 19
scribere regibus, et, regionibus, ut non quærant eis
mala, neque impugnent eos, et civitates eorũ, et re-
gionem eorũ, et ut non ferant auxiliũ pugnantibus
adversùs eos. Visum autem est nobis accipere 20
ab eis clypeum. Si qui ergò pestilentes fugerint 21
de regione ipsorum ad vos, tradite eos Simoni
principi sacerdotum; ut vindicet in eos secun-
dùm legem suam. (b) Hæc eadem scripsit De- 22
metrio regi, et Attalo, Ariarathæ, et Arsaci,
Et in omnes regiones; et Sampsamæ, et Spartia- 23
tis, et in Delum, et in Myndum, et in Sicyonem,
et in Cariam, et in Samum, et in Pamphyliam,
et in Lyciam, et in Alicarnassum, et Rhodum,
et Phaselida, et Coo, et Siden, et Aradon, et
Gortynam, et Cnidum, et Cyprum, et Cyrenen.
Exemplum autem earum scripserunt Simoni prin- 24
cipi sacerdotum.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

Omne debitum regi, & quæcunq; provenie- 8
bant regi, omnia dimittuntor ex hoc *et* impo-
sterum. Cùm autem stabilitum fuerit regnum 9
nostrum, te ac templum gentémque tuam
tantâ gloriâ prosequemur, ut clara sit glo-
ria vestra in tota terra. Anno centesimo 10
septuagesimo quarto, prodeunte Antiocho
ad terram majorum suorum, convenerunt
ad eum omnes copiæ, ita ut non remane-
rent apud Tryphonem nisi homines per-
pauci. Et persecutus est eum rex Antiochus, 11
& venit Tryphon fugiens Rodam quæ sita est
ad oras maritimas: Videbat enim multi- 12
plicata super se mala, & destitutum se esse
militibus. Itaque castra posuit Antiochus 13
contra Rodam, secum habens duodecim
myriadas virorum bellatorum, & octo mil-
lia equitum; Obseditque urbem: & ad- 14
hibitis navibus urgebat eam mari terráque,
neque sinebat quenquam ingredi aut egre-
di. Interim remeavit Numenius & comi- 15
tes ejus Romá, deferentes secum literas ad
reges atque regiones, in quibus ita scriptum
erat: Lucius Consul Romanus Ptolomæo 16
regi salutem. Venerunt ad nos seniores 17
Judæorum amicorum & adjutorum nostro-
rum, ad renovandam amicitiam & auxilium
pristinum, missi à summo sacerdote & gente
Judæorum. Attulerunt autem nobis secum 18
clypeum aureum mille minarum. Placuit 19
autem nunc scribere regibus atque regio-
nibus, ne quisquam malum ipsis intentet,
neque oppugnent eos, aut urbes eorum,
aut regiones eorum, neque sint adjumento
iis qui oppugnant eos. Et placuit nobis 20
accipere ab eis etiam clypeum. Omnes 21
igitur homines improbos qui fugerunt è
terra sua, séque receperunt ad vos; tra-
dite Simoni summo Sacerdoti, ut exerceat
in eos judicium, & ultionem juxta legem
ipsorum. Similia quoque his verba scripsit 22
Demetrio regi, & Attalo, Adirathæ, Ar- 23
saci, omnibúsque regionibus, & Samsano,
& Spartiatis, Delo, Mindo, Seciano, Ca-
riæ, Simo, Pamphiliæ, Lyciæ, Alicarnasso,
Rhodo, Phalesæ, Cao, Sidæ, Durtinæ, Cni-
do, Cypro, Aduro, & Cyrenensibus: Ex- 24
emplum autem horum scripsit ad Simonem
summum Sacerdotem.

Versio VULG. LAT.

25 Antiochus autem applicuit castra in Doram se-
cundò, admovens ei semper manus, & machinas
26 faciens; & conclusit Tryphonem, ne procederet. Et
misit ad eum Simon duo millia virorum electorum
in auxilium, & argentum, & aurum, & vasa copi-
27 osa: Et noluit ea accipere, sed rupit omnia, quæ
28 pactus est cum eo anteà, & alienavit se ab eo. Et
misit ad eum Athenobium unum de amicis suis, ut
tractaret cum ipso, dicens; Vos tenetis Joppen, &
Gazaram, & arcem quæ est in Jerusalem, civitates
29 regni mei: Fines earum desolâstis, & fecistis pla-
gam magnam in terra, & dominati estis per loca
30 multa in regno meo. Nunc ergò tradite civitates,
quas occupâstis; & tributa locorum, in quibus domi-
31 nati estis extra fines Judææ. Sin autem, date pro
illis quingenta talenta argenti, & exterminii, quod
exterminâstis, & tributorum civitatum alia talenta
quingenta: sin autem, veniemus, & expugnabimus
32 vos. Et venit Athenobius amicus regis in Jerusa-
lem, & vidit gloriam Simonis, & claritatem in auro
& argento, & apparatum copiosum: & obstupuit:
33 & retulit ei verba regis. Et respondit ei Simon,
& dixit ei; Neque alienam terram sumpsimus, neque
aliena detinemus: sed hæreditatem patrum nostro-
rum, quæ injustè ab inimicis nostris aliquo tempore
34 possessa est. Nos verò tempus habentes, vindica-
35 mus hæreditatem patrum nostrorum. Nam de Jop-
pe & Gazara quæ expostulas, ipsi faciebant in popu-
lo plagam magnam, & in regione nostra: horum da-
mus talenta centum. Et non respondit ei Athenobius
36 verbum. Reversus autem cum ira ad regem, re-
nuntiavit ei verba ista, & gloriam Simonis, & uni-
37 versa quæ vidit: & iratus est rex irâ magnâ. Try-
38 phon autem fugit navi in Orthosiada. Et constituit
rex Cendebæum ducem maritimum, & exercitum pe-
39 ditum & equitum dedit illi. Et mandavit illi mo-
vere castra contra faciem Judææ: & mandavit ei
ædificare Gedorem, & obstruere portas civitatis, &
debellare populum. Rex autem persequebatur Try-
phonem.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Α'.

25 Ἀντίοχος δὲ ὁ βασιλεὺς παρενέβαλεν ἐπὶ Δωρᾶ ἐν τῇ δευτέρᾳ,
προσάγων διαπαντὸς αὐτῇ τὰς χεῖρας, καὶ μηχανὰς ποιούμενος, καὶ συν-
26 έκλεισε τὸν Τρύφωνα (β) τοῦ μὴ εἰσπορεύεσθαι, καὶ ἐκπορεύεσθαι. Καὶ ἀπέστει-
λεν αὐτῷ Σίμων δισχιλίους ἄνδρας ἐκλεκτοὺς συμμαχῆσαι αὐτῷ, καὶ ἀρ-
27 γύριον καὶ χρυσίον, καὶ σκεύη ἱκανά. Καὶ οὐκ ἠβούλετο αὐτὰ δέξασθαι, (*)
ἀλλ' ἠθέτησε πάντα ὅσα (γ) συνέθετο αὐτῷ τοπρότερον, καὶ ἠλλοτριοῦτο
28 αὐτῷ. Καὶ ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν Ἀθηνόβιον ἕνα τῶν φίλων αὐτοῦ (*) κοι-
νολογησόμενον αὐτῷ, λέγων, Ὑμεῖς κατακρατεῖτε τῆς Ἰόππης καὶ (δ)
29 Γαζάρων καὶ τῆς (ε) ἄκρας τῆς ἐν Ἱερουσαλὴμ, πόλεις τῆς βασιλείας μου. Τὰ ὅρια
αὐτῶν ἠρημώσατε, καὶ ἐποιήσατε πληγὴν μεγάλην ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐκυρι-
30 εύσατε τόπων πολλῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ μου. Νῦν οὖν παράδοτε τὰς
πόλεις ἃς κατελάβεσθε, καὶ τοὺς φόρους τῶν τόπων ὧν κατεκυριεύσατε
31 (ζ) ἐκτὸς τῶν ὁρίων τῆς Ἰουδαίας. Εἰ δὲ μὴ, δότε ἀντ' αὐτῶν πεντα-
κόσια τάλαντα ἀργυρίου, καὶ τῆς καταφθορᾶς ἧς κατεφθάρκατε, καὶ
τῶν φόρων τῶν πόλεων ἄλλα τάλαντα πεντακόσια· εἰ δὲ μὴ, παραγενόμενοι
32 (η) ἐκπολεμήσομεν ὑμᾶς. Καὶ ἦλθεν Ἀθηνόβιος φίλος τοῦ βασι-
λέως εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ εἶδε τὴν δόξαν Σίμωνος, καὶ κυλικεῖον μετὰ
χρυσωμάτων, καὶ ἀργυρωμάτων, καὶ παράστασιν ἱκανὴν, καὶ ἐξίστατο,
33 καὶ ἀπήγγειλεν (θ) αὐτῷ τοὺς λόγους τοῦ βασιλέως. Καὶ ἀποκριθεὶς
Σίμων εἶπεν αὐτῷ, Οὔτε γῆν ἀλλοτρίαν εἰλήφαμεν, οὔτε ἀλλοτρίων
κεκρατήκαμεν, ἀλλὰ τῆς κληρονομίας τῶν πατέρων ἡμῶν, ὑπὸ δὲ
34 ἐχθρῶν ἡμῶν (ι) ἔν τινι καιρῷ ἀκρίτως κατεκρατήθη. Ἡμεῖς δὲ καιρὸν
35 ἔχοντες ἀντεχόμεθα τῆς κληρονομίας (κ) τῶν πατέρων ἡμῶν. Περὶ δὲ
Ἰόππης καὶ (λ) Γαζάρων ὧν αἰτεῖς, αὗται ἐποίουν ἐν τῷ λαῷ πληγὴν
μεγάλην (μ) κατὰ τὴν χώραν ἡμῶν, τούτων δώσομεν τάλαντα ἑκατόν.
36 Καὶ οὐκ ἀπεκρίθη αὐτῷ (ν) Ἀθηνόβιος λόγον. Ἀπέστρεψε δὲ μετὰ
θυμοῦ πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ ἀπήγγειλεν αὐτῷ τοὺς λόγους τούτους, καὶ
τὴν δόξαν Σίμωνος, καὶ πάντα ὅσα εἶδε. καὶ ὠργίσθη ὁ βασιλεὺς
37 ὀργὴν μεγάλην. Τρύφων δὲ ἐμβὰς εἰς πλοῖον ἔφυγεν εἰς (ξ) Ὀρθω-
38 σιάδα. Καὶ κατέστησεν ὁ βασιλεὺς τὸν Κενδεβαῖον (ο) στρατηγὸν
39 τῆς παραλίας, καὶ δυνάμεις πεζικὰς καὶ ἱππικὰς ἔδωκεν αὐτῷ. Καὶ
ἐνετείλατο αὐτῷ παρεμβαλεῖν κατὰ πρόσωπον τῆς Ἰουδαίας· καὶ ἐνετεί-
λατο αὐτῷ οἰκοδομῆσαι τὴν Κεδρὼν, καὶ ὀχυρῶσαι τὰς (*) πύλας, καὶ
ὅπως (π) πολεμήσῃ τὸν λαόν· ὁ δὲ βασιλεὺς ἐδίωκε τὸν Τρύ-
φωνα.

MS. A. (β) τοῦ εἰσπορεύεσθαι, (*) ἀλλὰ (γ) ἐσυνέθετο (*) κοι-
νολογησόμενον (δ) Γαζαρίων (ε) ἄκρας ἐν (ζ) τῶν ὁρίων τῶν ἐκ τῆς
(η) ἐκπολεμήσουσιν (θ) αὐτοῖς (ι) ἀκρίτως ἔν τινι καιρῷ (κ) ἡμῶν καὶ τῶν
(λ) Γαζαρίων ἐστὶς, (μ) καὶ τῇ γῇ ἡμῶν, (ν) λόγον. (ξ) Ὀρθωσίαν. (ο) ἐπιστρατηγὸν (*) πόλεις, (π) πολεμῇ

Interp. LAT.

Antiochus autem rex applicuit castra in Doram 25
secundò, admovens ei semper manus, & machi-
nas faciens, & conclusit Tryphonem, ne ingre-
deretur, & egrederetur. Et misit ad eum Simon 26
duo millia virorum electorum in auxilium ejus,
& argentum & aurum, & vasa copiosa. Et 27
noluit ea accipere, sed rupit omnia quæ pactus
est cum eo anteà, & alienavit se ab eo. Et misit 28
ad eum Athenobium unum de amicis suis, ut
tractaret cum ipso, dicens; Vos tenetis Joppem,
& Gazaram, & arcem, quæ est in Hierusalem,
civitates regni mei: Fines earum desolâstis & 29
fecistis plagam magnam in terra, & dominati
estis locorum multorum in regno meo. Nunc ergò 30
tradite civitates, quas occupâstis, & tributa
locorum, in quibus dominati estis extra fines Ju-
dææ. Sin autem; date pro illis quingenta talenta 31
argenti, & exterminii, quod exterminâstis,
& tributorum civitatum alia talenta quingenta.
Sin autem; veniemus, & expugnabimus vos.
Et venit Athenobius amicus regis in Hierusalem: 32
& vidit gloriam Simonis, & abacum cum vasis
aureis, & argenteis, & apparatum copiosum: &
obstupuit, & retulit ei verba regis. Et respon- 33
dit Simon, & dixit ei; Neque alienam terram
sumpsimus: neque aliena detinuimus, sed he-
reditatem patrum nostrorum: ab inimicis autem
nostris injustè aliquo tempore possessa est. Nos 34
verò tempus habentes, vindicamus hæreditatem
patrum nostrorum. Nam de Joppe, & Gaza, 35
quæ expostulas; ipsæ faciebant in populo plagam
magnam (c) per regionem nostram: harum dabi-
mus talenta centum. Et non respondit ei Athe-
nobius verbum. Reversus autem cum ira ad 36
regem renuntiavit ei verba ista, & gloriam
Simonis, & universa quæ vidit. Et iratus est
rex irâ magnâ. Tryphon autem conscendens na- 37
vim fugit in Orthosiada. Et constituit rex Cen- 38
debæum ducem maritimæ: & exercitum pedi-
tum & equitum dedit illi. Et mandavit illi
admovere castra contra faciem Judææ: Et 39
mandavit ei ædificare Cedronem, & munire por-
tas, & ut debellet populum. Rex autem perse-
quebatur Tryphonem.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]

Verùm Antiochus obsessâ Rodâ, sequenti 25
die fecit machinas, & proximè accessit ad
eam, & Triphonem undique conclusit, ita
ut egredi non posset. Et misit ad eum Si- 26
mon duo millia virorum electorum in auxi-
lium ejus, & aurum, argentum, vasáque
multa: At noluit accipere ea, sed men- 27
titus est in omnibus iis quæ promiserat
anteà, & abalienatus est ab eo; Misitque 28
ad eum quendam ex amicis suis Atheno-
bium, cui mandavit seorsim quid iret
acturus, & ut diceret eis; Vos tenetis Jop-
pen, & Gazerem, & arces quæ sunt in Je-
rusalem, urbes regni mei: Destruxistis 29
terminos earum, & fecistis plagam ma-
gnam in terra, & usurpâstis loca multa
ditionis regni mei. Nunc itaque tradite 30
urbes quas occupâstis, & tributa locorum
illorum quæ usurpâstis extra terminos Ju-
dææ: Sin minus date pro eis quingenta 31
talenta argenti, & pro vastatione quam
vastâstis, & vectigalibus urbium, quin-
genta alia talenta: Quòd si non dederi-
tis, veniemus oppugnatum vos. Veniens 32
igitur Athenobius amicus regis Jerosoly-
mam, vidit gloriam Simonis, & ministe-
rium aureum & argenteum, vasáque pre-
tiosa præstantissima, retulítque Simoni ver-
ba regis. Respondit Simon, & dixit ei; 33
Neque terram alienam occupavimus, neque
quicquam detinemus quod non sit nostrum,
sed tantùm hæreditatem majorum nostro-
rum: quondam enim usurpata fuerat ab
hostibus injustè & imprudenter, Nunc 34
autem occasionem nacti recuperavimus hæ-
reditatem majorum nostrorum. Quod au- 35
tem ad Joppen & Gazarem quas petis, hæ
infligebant plagam magnam populo, &
terræ nostræ; pro his dabimus centum ta-
lenta: sed non reddidit ei responsum A-
thenobius. Reversus cum ira ad regem, 36
renuntiavit ei omnes res istas, & gloriam
Simonis, & quicquid viderat, æstuavitque
rex irâ magnâ. Triphon autem conscendit 37
navi, fugit Orthosiam. Et constituit rex 38
Cendebium ducem super Pharhelum, com-
misitque ei copias equitum, peditúmque;
Et dixit ei, ut castra poneret adversùs Ju- 39
dæam, & mandavit ei ut ædificaret He-
bronem, munirétque portas ejus, & pugna-
ret adversùs populum: Rex verò persecu-
tus est Triphonem.

Versio VULG. LAT.

40 Et pervenit Cendebæus Jamniam, & cœpit irritare plebem, & conculcare Judæam, & captivare populum, & interficere, & ædificare Gedorem.
41 Et collocavit illic equites, & exercitum : ut egressi perambularent viam Judææ, sicut constituit ei rex.

CAP. XVI.

1 ET ascendit Joannes de Gazaris, & nuntiavit Simoni patri suo quæ fecit Cendebæus in populo ipsorum.
2 Et vocavit Simon duos filios seniores, Judam & Joannem, & ait illis ; Ego, & fratres mei, & domus patris mei, expugnavimus hostes Israel ab adolescentia usque in hunc diem : & prosperatum est in
3 manibus nostris liberare Israel aliquoties. Nunc autem senui ; sed estote loco meo, & fratris mei, & egressi pugnate pro gente nostra : auxilium verò de cœlo vobiscum sit.
4 Et elegit de regione viginti millia virorum belligeratorum, & equites ; & profecti sunt ad Cendebæum : & dormierunt in Modin.
5 Et surrexerunt manè, & abierunt in campum : & ecce exercitus copiosus in obviàm illis peditum, & equitũ,
6 & fluvius torrens erat inter medium ipsorum. Et admovit castra contra faciem eorum ipse, & populus ejus, & vidit populum trepidantem ad transfretandum torrentem, & transfretavit primus : & viderunt eum viri, & transierunt post eum.
7 Et divisit populum, & equites in medio peditum : erat autem equitatus adversariorum copiosus nimis.
8 Et exclamaverunt sacris tubis, & in fugam conversus est Cendebæus, & castra ejus : & ceciderunt ex eis multi vulnerati : residui autem in munitionem fugerunt.
9 Tunc vulneratus est Judas frater Joannis : Joannes autem insecutus est eos, donec venit Cedronem, quam ædi-
10 ficavit : Et fugerunt usque ad turres, quæ erant in agris Azoti, & succendit eas igni. Et ceciderunt ex illis duo millia virorum, & reversus est in Judæam in
11 pace. Et Ptolemæus filius Abobi constitutus erat dux in campo Jericho, & habebat argentum & au-
12 rum multum. Erat enim gener summi sacerdotis.
13 Et exaltatum est cor ejus, & volebat obtinere regionem, & cogitabat dolum adversùs Simonem, & filios ejus, ut tolleret eos.

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ Α'.

40 Καὶ παρεγένηθη Κενδεβαῖος εἰς Ἰάμνειαν, ϗ ἤρξατο τοῦ ἐρεθίζειν
τὸν λαὸν, ϗ ἐμβατεύειν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, ϗ αἰχμαλωτίζειν τὸν λαὸν
41 ϗ φονεύειν. καὶ ᾠκοδόμησε τὴν(ε) Κεδρών· Καὶ ἔταξεν ἐκεῖ ἱππεῖς
ϗ δυνάμεις, ὅπως ἐκπορευόμενοι ἐξοδεύωσι τὰς ὁδοὺς τῆς Ἰουδαίας,
καθὰ συνέταξεν αὐτῷ ὁ βασιλεύς.

ΚΕΦ. ιϛ'.

1 ΚΑὶ ἀνέβη Ἰωάννης ἐκ Γαζάρων, ϗ ἀπήγγειλε Σίμωνι τῷ πατρὶ
2 αὐτοῦ ἃ συνετέλει Κενδεβαῖος. Καὶ ἐκάλεσε Σίμων τοὺς δύο υἱοὺς
αὐτοῦ τοὺς πρεσβυτέρους Ἰούδαν ϗ Ἰωάννην, ϗ εἶπεν αὐτοῖς, Ἐγὼ ϗ οἱ
ἀδελφοί μου, ϗ ὁ οἶκος τοῦ πατρός μου, ἐπολεμήσαμεν τοὺς(*)πολεμίους
Ἰσραὴλ ἀπὸ νεότητος ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας, ϗ εὐωδώθη ἐν ταῖς
3 χερσὶν ἡμῶν ῥύσασθαι τὸν Ἰσραὴλ πλεονάκις. Νῦν δὲ γεγήρακα,
ϗ ὑμεῖς δὲ ἐν τῷ ἐλέει ἱκανοί ἐστε ἐν τοῖς ἔτεσι· γίνεσθε ἀντ' ἐμοῦ,
ϗ τοῦ ἀδελφοῦ μου, ϗ ἐξελθόντες ὑπερμαχεῖτε ὑπὲρ τοῦ ἔθνους ἡμῶν, ἡ
4 δὲ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ βοήθεια(α) ἔστω μεθ' ὑμῶν. Καὶ ἐπέλεξεν ἐκ τῆς χώρας
εἴκοσι χιλιάδας ἀνδρῶν πολεμιστῶν, ϗ ἱππεῖς, ϗ ἐπορεύθησαν ἐπὶ
5 τὸν Κενδεβαῖον, ϗ ἐκοιμήθησαν ἐν (**)Μωδεΐν. Καὶ ἀναστάντες τοπρωῒ
ἐπορεύοντο εἰς τὸ πεδίον, ϗ ἰδοὺ δύναμις πολλὴ εἰς συνάντησιν
6 αὐτοῖς(β)πεζικὴ, ϗ ἱππεῖς, ϗ(γ)ἦν χειμάῤῥους ἀναμέσον αὐτῶν. Καὶ
παρενέβαλε κατὰ πρόσωπον αὐτῶν αὐτὸς, ϗ ὁ λαὸς αὐτοῦ. ϗ εἶδε τὸν
λαὸν δειλούμενον διαπεράσαι τὸν χειμάῤῥουν, ϗ διεπέρασε πρῶ-
7 τος, ϗ ἴδον αὐτὸν οἱ ἄνδρες, ϗ(δ) διεπέρασαν κατόπισθεν αὐτοῦ. Καὶ
διεῖλε τὸν λαὸν, ϗ τοὺς ἱππεῖς ἐν μέσῳ τῶν πεζῶν· ἦν δὲ ἵππος τῶν
8 ὑπεναντίων πολλὴ σφόδρα. Καὶ ἐσάλπισαν ταῖς(ε) ἱεραῖς σάλπιγξι,
ϗ ἐτροπώθη Κενδεβαῖος ϗ ἡ παρεμβολὴ αὐτοῦ, ϗ ἔπεσον ἐξ(ζ) αὐ-
τῶν τραυματίαι πολλοί· οἱ δὲ καταλειφθέντες ἔφυγον εἰς τὸ ὀχύρω-
9 μα. Τότε ἐτραυματίσθη Ἰούδας ὁ ἀδελφὸς Ἰωάννου· Ἰωάννης δὲ
10 κατεδίωξεν αὐτοὺς ἕως (**) ἦλθεν εἰς Κεδρὼν ἣν ᾠκοδόμησε. Καὶ
ἔφυγον (η) ἕως εἰς τοὺς πύργους τοὺς ἐν (θ) τοῖς ἀγροῖς Ἀζώτου, καὶ
ἐνεπύρισεν αὐτὴν ἐν πυρὶ, καὶ (ι) ἔπεσον ἐξ αὐτῶν εἰς ἄνδρας (κ)
11 δισχιλίους· ϗ ἀπέστρεψεν εἰς(λ) γῆν Ἰούδα μετ' εἰρήνης. Καὶ Πτο-
λεμαῖος ὁ τοῦ Ἀβούβου ἦν καθεσταμένος στρατηγὸς εἰς τὸ πεδίον Ἱερι-
12 χὼ, ϗ εἶχεν ἀργύριον, καὶ χρυσίον πολύ. Ἦν γὰρ γαμβρὸς
13 τοῦ ἀρχιερέως. Καὶ ὑψώθη ἡ καρδία αὐτοῦ, ϗ ἠβουλήθη κατα-
κρατῆσαι τῆς χώρας, ϗ ἐβουλεύετο δόλῳ κατὰ Σίμωνος, ϗ (μ) τῶν υἱῶν
αὐτοῦ, ἆραι αὐτούς.

MS. A. (*) πολέμους (α) ἤτω (**) Μωδεείμ. (β) πεζικοὶ, (γ) χειμάῤῥους ἦν. (δ) διεπέρασεν (ε) σάλπιγξιν, (ζ) αὐτοῦ (**) ἐλθεῖν (η) εἰς τοὺς (θ) τῶν ἀγρῶν (ι) ἔπεσ' (κ) χιλίους· (λ) τὴν Ἰουδαίαν (μ) κατὰ τῶν

Interp. LAT.

40 Et pervenit Cendebæus Jamniam: & cœpit irritare plebem, & penetrare in Judæam, & captivare populum, & interficere. Et ædificavit Cedronem :
41 Et collocavit illic equites, & exercitus; ut egressi perambularent vias Judææ; sicut constituit ei rex.

CAP. XVI.

1 ET ascendit Joannes de Gazaris: & nuntiavit Simoni patri suo, quæ faciebat Cendebæus.
2 Et vocavit Simon duos filios suos seniores, Judam, & Joannem, & ait illis; Ego, & fratres mei, & domus patris mei, expugnavimus hostes Israel ab adolescentia usque in hunc diem : & prosperatum est in manibus nostris liberare Israel sæpenumerò.
3 Nunc autem senui : & vos autem in misericordia sufficientes estis in annis. Estote loco meo, & fratris mei : & egressi pugnate pro gente nostra. Auxilium verò de cœlo vobiscum sit.
4 Et elegit de regione viginti millia virorum belligeratorum, & equites : & profecti sunt ad Cendebæum, & dormierunt in Modin.
5 Et surrexerunt manè, & abierunt in campum. Et ecce exercitus copiosus in obviàm illis, peditum & equitum : & torrens erat inter medium ipsorum.
6 Et admovit castra contra faciem eorum, ipse, & populus ejus. Et vidit populum trepidantem ad transfretandum torrentem : & transfretavit primus : & viderunt eum viri, & transierunt post eum.
7 Et divisit populum, & equites in medio peditum. Erat autem equitatus adversariorum copiosus nimis.
8 Et exclamaverunt sacris tubis : & in fugam conversus est Cendebæus, & castra ejus : & ceciderunt ex eis multi vulnerati : residui autem in munitionem fugerunt.
9 Tunc vulneratus est Judas frater Joannis. Joannes autem insecutus est eos, donec venit Cedronem, quam ædificavit.
10 Et fugerunt usque ad turres, quæ erant in agris Azoti : & succendit eam igni. Et ceciderunt ex illis ad duo millia virorum : & reversus est in terram Juda cum pace.
11 Et Ptolemæus filius Abubi constitutus erat dux in campo Hiericho : & habebat argentum, & aurum multum.
12 Erat enim gener summi sacerdotis.
13 Et exaltatum est cor ejus : & volebat obtinere regionem : & cogitabat dolum adversùs Simonem, & filios ejus, ut tolleret eos.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

40 [illegible]
41 [illegible]
[illegible]
1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]

40 Cendebius ergò Jamniam veniens, cœpit lacessere & minitari populo; & ingrediebatur ibátque in Judæam, occidebat, & captivos abducebat.
41 Ædificatâ quoque Hebrone Cendebius, posuit ibi copias equitum peditúmque, quæ procedentes percurrebant viam Judææ, prout mandaverat illi rex.

CAP. XVI.

1 QUare ascendens Johannes è Gazare, indicavit patri suo quicquid fecerat Cendebius.
2 Et is accersitis duobus filiis suis majoribus, *nempè* Juda & Johanne; dixit eis; Ego & fratres mei, domúsque mea paterna gessimus bella Israëlis à pueritia nostra ad hodiernum usque diem, & concessum est nobis ut sæpe liberaremus Israëlem.
3 Nunc autem senui, vos verò per misericordiam Dei valentes estis: Surgite, & succedite loco meo & loco fratrum meorum, & prodeuntes pugnate pro gente nostra; & auxilium de cœlo vobis adesto.
4 Tum deligens Johannes è regione viginti millia virorum electissimorum ad bellum, cum equitibus, profecti sunt contra Cendebium, & pernoctârunt in Moraim.
5 Inde manè surgentes, dum procederent per planitiem, en exercitus numerosus occurrit eis peditum equitúmque : sed torrens erat inter ipsos.
6 Cúmque castra posuisset ex adverso illorum ipse & populus ejus, viderétque populum timentem trajicere torrentem, trajecit ipse primus: quem videntes trajecisse, trajecerunt etiam ipsi post eum.
7 Tum divisit populum, & equites collocavit inter acies eorum (equites autem inimicorum, multò plures erant)
8 Et clanxerunt tubis, victúsque est Cendebius cum exercitu ipsius, & ceciderunt ex eis confossi multi; qui autem reliqui manserunt, fugerunt ad arces.
9 Juda verò frater Johannis vulneratus est: sed Johannes persecutus est eos usque ad Hebronem illam quam ædificaverant.
10 Fugientibus autem illis ad turrim quæ est in Azoto, succenderunt illam igni : & ceciderunt ex illis quasi tria millia virorum : comites verò Johannis reversi sunt in Judæam incolumes.
11 Verùm Ptolomæus filius Habubi, qui constitutus fuerat dux & gubernator in planitie Jerichuntis, & possidebat aurum & argentum multum:
12 Erat enim gener summi sacerdotis :
13 Hujus cùm elatus esset animus, & vellet obtinere & dominari super terram : machinabatur dolum in Simonem & filios ejus, quonam pacto interficeret eos.

Versio VULG. LAT.

14 Simon autem, perambulans civitates quæ erant in re-
gione Judææ, & solicitudinem gerens earum, descen-
dit in Jericho ipse, & Mathathias filius ejus, & Ju-
das, anno centesimo septuagesimo septimo, mense un-
15 decimo: hic est mensis Sabath. Et suscepit eos fi-
lius Abobi in munitiunculam, quæ vocatur Doch, cum
dolo, quam ædificavit: & fecit eis convivium ma-
16 gnum, & abscondit illic viros. Et cùm inebriatus
esset Simon, & filii ejus, surrexit Ptolemæus cum suis,
& sumpserunt arma sua, & intraverunt in convivium,
& occiderunt eum, & duos filios ejus, & quosdam
17 pueros ejus. Et fecit deceptionem magnam in Israel,
18 & reddidit mala pro bonis. Et scripsit hæc Ptole-
mæus, & misit regi, ut mitteret ei exercitum in au-
xilium, & traderet ei regionem, & civitates eorum,
19 & tributa. Et misit alios in Gazaram tollere Joan-
nem: & tribunis misit epistolas, ut venirent ad se, &
20 daret eis argentum, & aurum, & dona. Et alios mi-
21 sit occupare Jerusalem, & montem templi. Et præ-
currens quidam, nuntiavit Joanni in Gazara, quia
periit pater ejus, & fratres ejus, & quia misit te quo-
22 que interfici. Ut audivit autem, vehementer expa-
vit: & comprehendit viros, qui venerant perdere
eum, & occidit eos: cognovit enim quia quærebant
23 eum perdere. Et cætera sermonum Joannis, & bel-
lorum ejus, & bonarum virtutum, quibus fortiter ges-
sit, & ædificii murorum, quos extruxit, & rerum ge-
24 starum ejus: Ecce hæc scripta sunt in libro dierum
sacerdotii ejus, ex quo factus est princeps sacerdotum
post patrem suum.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β'.

14 Σίμων δὲ ἦν ἐφοδεύων τὰς πόλεις τὰς ἐν τῇ χώρᾳ, καὶ φροντίζων (ν) τῆς
ἐπιμελείας αὐτῶν, καὶ κατέβη εἰς Ἱεριχὼ αὐτὸς, καὶ Ματταθίας καὶ Ἰούδας
(ξ) οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, ἔτους ἑβδόμου καὶ ἑβδομηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ, ἐν
15 μηνὶ ἑνδεκάτῳ, οὗτος ὁ μὴν Σαβάτ. Καὶ ὑπεδέξατο αὐτοὺς ὁ τοῦ
Ἀβούβου εἰς τὸ ὀχυρωμάτιον τὸ καλούμενον Δὼκ, μετὰ δόλου, ὃ ᾠκοδό-
16 μησε, καὶ ἐποίησεν αὐτοῖς πότον (υ) μέγαν, καὶ ἐνέκρυψεν ἐκεῖ ἄνδρας. Καὶ
ὅτε ἐμεθύσθη Σίμων καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, ἐξανέστη Πτολεμαῖος καὶ οἱ (φ) παρ'
αὐτοῦ, καὶ ἔλαβοσαν τὰ ὅπλα αὐτῶν, καὶ ἐπεισήλθοσαν τῷ Σίμωνι εἰς
τὸ συμπόσιον, καὶ ἀπέκτειναν αὐτὸν καὶ τοὺς (ο) δύο υἱοὺς αὐτοῦ, καί
17 τινας τῶν παιδαρίων αὐτοῦ. Καὶ ἐποίησεν ἀθεσίαν μεγάλην, καὶ
18 (π) ἀπέδωκε κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν. Καὶ ἔγραψε ταῦτα Πτολεμαῖ-
ος, καὶ ἀπέστειλε τῷ βασιλεῖ ὅπως ἀποστείλῃ αὐτῷ δυνάμεις εἰς βοήθει-
19 αν, καὶ παραδῷ (ρ) αὐτῷ τὴν χώραν αὐτῶν, καὶ τὰς πόλεις. Καὶ
ἀπέστειλεν ἑτέρους εἰς Γάζαρα ἆραι τὸν Ἰωάννην, καὶ τοῖς χιλιάρχοις
ἀπέστειλεν ἐπιστολὰς παραγενέσθαι πρὸς αὐτὸν, ὅπως δῷ αὐτοῖς ἀργύ-
20 ριον καὶ χρυσίον καὶ δόματα. Καὶ ἑτέρους ἀπέστειλε καταλαβέ-
21 σθαι τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὸ ὄρος τοῦ ἱεροῦ. Καὶ (χ) προδραμών τις
ἀπήγγειλεν Ἰωάννῃ εἰς Γάζαρα, ὅτι ἀπώλετο ὁ πατὴρ αὐτοῦ καὶ
22 οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, καὶ ὅτι ἀπέσταλκε καὶ σὲ ἀποκτεῖναι. Καὶ ἀκού-
σας ἐξέστη σφόδρα· καὶ συνέλαβε τοὺς ἄνδρας τοὺς ἐλθόντας
ἀπολέσαι αὐτὸν, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτοὺς, (σ) ἐπέγνω γὰρ ὅτι ἐζή-
23 τουν αὐτὸν ἀπολέσαι. Καὶ τὰ λοιπὰ τῶν λόγων Ἰωάννου, καὶ
τῶν πολέμων αὐτοῦ, καὶ τῶν ἀνδραγαθιῶν αὐτοῦ ὧν (ψ) ἠνδραγάθη-
σε, καὶ τῆς οἰκοδομῆς τῶν τειχῶν ὧν ᾠκοδόμησε, καὶ τῶν πράξεων αὐτοῦ,
24 ἰδοὺ ταῦτα γέγραπται ἐπὶ (τ) βιβλίῳ ἡμερῶν ἀρχιερωσύνης αὐτοῦ,
ἀφ' οὗ ἐγενήθη ἀρχιερεὺς μετὰ τὸν πατέρα αὐτοῦ. (†) ΤΕΛΟΣ Α'.

MS. A. (ν) τὰς (ξ) καὶ οἱ (υ) μέγα, (φ) μετ' αὐτοῦ, (ο) υἱοὺς (π) ἀνταπέδωκεν (ρ) τὴν χώραν (χ) * παραδραμὼν ἀπήγγειλεν Ἰωάννης εἰς (σ) ἔγνω γὰρ ὅτι ἐζήτησαν (ψ) ἠνδραγάθησεν, καὶ τῆς οἰκοδομῆς (τ) βιβλίῳ (†) Μακκαβαίων Α'.

Interp. LAT.

Simon autem perambulans civitates, quæ erant 14
in regione, & solicitudinem gerens de cura ea-
rum, descendit in Hiericho, ipse, & Mattathias,
& Judas, filii ejus, anno centesimo septuage-
simo septimo mense undecimo: hic est mensis Sa-
bat. Et suscepit eos filius Abubi in munitiun- 15
culam, quæ vocatur Doc, cum dolo, quam ædi-
ficavit: & fecit eis convivium magnum: &
abscondit illic viros. Et cùm inebriatus esset 16
Simon, & filii ejus; surrexit Ptolemæus cum
suis: & sumpserunt arma sua, & irruerunt in
Simonem in convivio, & occiderunt eum; &
duos filios ejus, & quosdam pueros ejus. Et 17
fecit deceptionem magnam, & reddidit mala pro
bonis. Et scripsit hæc Ptolemæus, & misit regi, 18
ut mitteret ei exercitum in auxilium, & tra-
deret ei regionem, & civitates eorum. Et mi- 19
sit alios in Gazaram tollere Joannem: & tribunis
misit epistolas, ut venirent ad se, ut daret eis argen-
tum, & aurum, & dona. Et alios misit occupare 20
Hierusalē, & montem templi. Et præcurrens qui- 21
dam nuntiavit Joanni in Gazara, quia periit pa-
ter ejus, & fratres ejus, & quia misit te quoque
interficere. Ut audivit autem; vehementer ex- 22
pavit: & comprehendit viros qui venerant per-
dere eum, & occidit eos. Cognovit enim quia
quærebant perdere eum. Et cætera sermonum Jo- 23
annis, & bellorum ejus, & bonarum actionum
ejus, quas fortiter egit, & ædificii murorum, quos
extruxit, & rerum gestarum ejus, Ecce hæc 24
scripta sunt in libro dierum sacerdotii ejus; ex
quo factus est princeps sacerdotum post patrem
suum.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
* [illegible] *

Interea Simon obibat invisens urbes regio- 14
nis, & providens iis omnibus quæ necessa-
ria erant illis: cumque descendissent Jeri-
chuntem ipse & Mathitha atque Juda filii
ejus, anno centesimo septuagesimo septimo,
mense undecimo qui est Sebat; Excepit 15
eos Ptolomæus Habubi filius dolosè in arce
quadam quæ vocatur Doac, quam ipse ædi-
ficaverat, fecitque eis convivium magnum,
& abscondit ibi viros. Cúmque bibissent 16
& jucundati essent Simon & filii ejus, exur-
gens Ptolomæus &, qui erant cum ipso, ce-
perunt arma illorum; & adorti Simonem
in convivio, interfecerunt eum, & filios ejus,
cum nonnullis ex servis ejus. Ita commisit 17
scelus magnum, & rependit malum pro bo-
no. Tum scripsit misitque hæc Ptolemæus 18
ad regem, ut mitteret ipsi copias ad auxili-
um, quatenus traderet ei regiones & urbes.
Misit etiam viros alios in Gazarem, ut oc- 19
ciderent Johannem: chiliarchis autem
scripsit ut venirent ad se, ut daret ipsis au-
rum, argentum, & munera. Alios verò 20
misit ad occupandum Jerosolymam & mon-
tem templi. Et abeuntes quidam indica- 21
runt Johanni in Gazare, mortuos esse pa-
trem & fratres ejus: & misit *inquiunt* ad
occidendum te quoque. Quibus auditis 22
Johannes, extimuit obstupuitque vehe-
menter, & comprehendens viros qui abie-
rant adversùs eum, interfecit illos: cogno-
verat enim Johannes velle eos ipsum inter-
ficere. Reliqua facta Johannis, & bella, 23
atque victoriæ quas reportavit ac vicit, ædi-
ficium muri quem extruxit, & gesta ipsius;
Ecce hæc scripta sunt in libro dierum sum- 24
mi sacerdotii ipsius: nam fuit summus Sa-
cerdos loco patris sui post ipsum.

Libri Machabæorum finis.

Versio VULG. LAT.

LIBER SECUNDUS

MACHABÆORUM.

CAP. PRIMUM.

1 FRatribus, qui sunt per Ægyptum, Judæis, salutem
dicunt fratres, qui sunt in Jerosolymis, Judæi, & qui
2 in regione Judææ, & pacem bonam. Benefaciat vo-
bis Deus, & meminerit testamenti sui, quod locutus
est ad Abraham, & Isaac, & Jacob, servorū suorum fi-
3 deliū: Et det vobis cor omnibus, ut colatis eum, & fa-
ciatis ejus voluntatem, corde magno, & animo volenti.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

ΚΕΦ. α'.

1 Τοῖς ἀδελφοῖς τοῖς κατ' Αἴγυπτον Ἰουδαίοις χαίρειν. οἱ ἀδελφοὶ
οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις Ἰουδαῖοι, καὶ οἱ ἐν τῇ χώρᾳ τῆς Ἰουδαίας, εἰρήνην
2 ἀγαθήν. Καὶ ἀγαθοποιήσαι ὑμῖν ὁ Θεὸς, καὶ (α) μνησθείη τῆς
διαθήκης αὐτοῦ τῆς πρὸς Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ τῶν δούλων
3 αὐτοῦ τῶν πιστῶν. Καὶ δῴη ὑμῖν καρδίαν πᾶσιν εἰς τὸ σέβεσθαι αὐ-
τὸν, καὶ ποιεῖν αὐτοῦ τὰ θελήματα καρδίᾳ μεγάλῃ, καὶ ψυχῇ βουλομένῃ.

MS. A. Μακκαβαίων Β'. (α) μνησθῆναι

MACCABAEORUM SECUNDUS.

CAP. I.

FRatribus, qui sunt per Ægyptum, Judæis,
Salutem. Fratres, qui sunt in Hierosolymis
Judæi, & qui in regione Judææ, pacem bo-
nam. Et benefaciat vobis Deus, & meminerit
testamenti sui, quod ad Abraam, & Isaac, & Ja-
cob servos suos fideles. Et det vobis cor omni-
bus, ut colatis eum, & faciatis ejus voluntatem
corde magno, & animo volenti.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* [illegible] *

* [illegible] *

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]

Sequitur liber secundus

MACHABÆORUM.

CAP. I.

FRatres Judæi qui *sunt* Jerosolymis, & in
terra Judææ, fratribus Judæis qui *sunt* in
Ægypto, salutem. Pax & gratia vobiscum
sit. Et benefaciat vobis Deus, & recor-
detur fœderis sui, quod iniuit cum Abra-
hamo, & Isaaco, & Jacobo servis suis fi-
delibus. Et det vobis omnibus cor ut ti-
meatis ipsum, & faciatis mandata ejus cor-
de pleno, & animo valenti.

Versio VULG. LAT.

Adaperiat cor vestrum in lege sua, & in præceptis
4 suis, & faciat pacem. Exaudiat orationes vestras, &
5 reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore ma-
6 lo. Et nunc hic sumus orantes pro vobis. Regnante
7 Demetrio, anno centesimo sexagesimo nono, nos Ju-
dæi scripsimus vobis in tribulatione, & impetu, qui
supervenit nobis in istis annis, ex quo recessit Jason à
8 sancta terra, & à regno. Portam succenderunt, &
effuderunt sanguinem innocentem: & oravimus ad
Dominum, & exauditi sumus, & obtulimus sacrifici-
um, & similaginem, & accendimus lucernas, & pro-
9 posuimus panes. Et nunc frequentate dies scenopegiæ
10 mensis Casleu. Anno centesimo octogesimo octavo,
populus, qui est Jerosolymis, & in Judæa, Senatúsq; &
Judas, Aristobolo magistro Ptolemæi regis, qui est
de genere christorum sacerdotum, & his, qui in Ægy-
11 pto sunt Judæis, salutem & sanitatem. De magnis
periculis à Deo liberati, magnificè gratias agimus ipsi,
12 utpotè qui adversus talem regem dimicavimus. Ipse
enim ebullire fecit de Perside eos, qui pugnaverunt
13 contra nos, & sanctam civitatem. Nam cùm in Persi-
de esset dux ipse, & cum ipso immensus exercitus, ce-
cidit in templo Naneæ, consilio deceptus sacerdotum
14 Naneæ. Etenim cum ea habitaturus venit ad locum
Antiochus, & amici ejus, & ut acciperet pecunias
15 multas dotis nomine. Cúmque proposuissent eas sa-
cerdotes Naneæ, & ipse cum paucis ingressus esset in-
16 tra ambitum fani, clauserunt templum, Cùm intrâsset
Antiochus: apertóque occulto aditu templi, mitten-
tes lapides percusserunt ducem, & eos qui cum eo e-
rant, & diviserunt membratim, & capitibus amputa-
17 tis foràs projecerunt. Per omnia benedictus Deus,
18 qui tradidit impios. Facturi igitur quintâ & vigesimâ
die mensis Casleu purificationem templi, necessarium
duximus significare vobis: ut & vos quoque agatis
diem scenopegiæ, & diem ignis qui datus est quando
Nehemias ædificato templo & altari obtulit sacrificia.
19 Nam cùm in Persidem ducerentur patres nostri; sacer-
dotes, qui tunc cultores Dei erant, acceptum ignem
de altari occultè absconderunt in valle, ubi erat pu-
teus altus & siccus, & in eo contutati sunt eum, ita ut
omnibus ignotus esset locus.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΏΝ Β΄.

4 Καὶ διανοῖξαι τὴν καρδίαν ὑμῶν ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς προσ-
5 τάγμασι, καὶ εἰρήνην ποιήσαι, Καὶ (β) ἐπακούσαι ὑμῶν τῶν δεήσε-
ων, καὶ καταλλαγείη ὑμῖν, καὶ μὴ ὑμᾶς ἐγκαταλίποι ἐν καιρῷ πονηρῷ.
6 Καὶ νῦν ὧδέ ἐσμεν προσευχόμενοι περὶ ὑμῶν. Βασιλεύοντος Δη-
7 μητρίου ἔτους ἑκατοστοῦ ἑξηκοστοῦ (*) ἐννάτου, ἡμεῖς οἱ Ἰουδαῖοι (γ) γεγράφη-
καμεν ὑμῖν ἐν τῇ θλίψει, καὶ ἐν τῇ ἀκμῇ τῇ ἐπελθούσῃ ἡμῖν ἐν τοῖς
ἔτεσι τούτοις, ἀφ᾽ οὗ ἀπέστη Ἰάσων καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ἁγίας γῆς,
8 καὶ τῆς βασιλείας. Καὶ ἐνεπύρισαν τὸν πυλῶνα, καὶ ἐξέχεαν αἷμα ἀθῶον.
καὶ ἐδεήθημεν τοῦ κυρίου, καὶ εἰσηκούσθημεν, (*) καὶ προσηνέγκαμεν θυσίαν,
καὶ σεμίδαλιν, καὶ (δ) ἐξήψαμεν τοὺς λύχνους, καὶ προεθήκαμεν
9 τοὺς ἄρτους. Καὶ νῦν ἵνα ἄγητε τὰς ἡμέρας τῆς σκηνοπηγίας τοῦ
10 Χασελεῦ μηνός. Ἔτους (ε) ἑκατοστοῦ ὀγδοηκοστοῦ καὶ ὀγδόου (ζ) οἱ ἐν
Ἱεροσολύμοις, καὶ οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ ἡ γερουσία, καὶ Ἰούδας Ἀρι-
στοβούλῳ διδασκάλῳ Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως, ὄντι δὲ ἀπὸ τοῦ τῶν
χριστῶν ἱερέων γένους, καὶ τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ Ἰουδαίοις, χαίρειν καὶ
11 ὑγιαίνειν. Ἐκ μεγάλων κινδύνων ὑπὸ τοῦ θεοῦ σεσωσμένοι, μεγά-
λως εὐχαριστοῦμεν αὐτῷ, ὡς ἂν πρὸς βασιλέα παρατασσόμενοι.
12 Αὐτὸς γὰρ ἐξέβρασε τοὺς (η) παραταξαμένους ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει. Εἰς
13 (θ) γὰρ τὴν Περσίδα γενόμενος ὁ ἡγεμὼν, καὶ ἡ περὶ αὐτὸν ἀνυπόστατος
δοκοῦσα εἶναι δύναμις, κατεκόπησαν ἐν τῷ τῆς Ναναίας ἱερῷ, παραλογι-
14 σμῷ χρησαμένων τῶν περὶ τὴν Ναναίαν ἱερέων. Ὡς γὰρ (ι) συνοι-
κήσων αὐτῇ παρεγένετο εἰς τὸν τόπον ὅ τε Ἀντίοχος, καὶ οἱ σὺν αὐ-
15 τῷ φίλοι, χάριν τοῦ λαβεῖν τὰ χρήματα (κ) εἰς φερνῆς λόγον. Καὶ
προθέντων αὐτὰ τῶν ἱερέων (*) τῆς Ναναίας, κἀκείνου προσελθόντος μετ᾽
ὀλίγων εἰς τὸν περίβολον τοῦ τεμένους, συγκλείσαντες τὸ ἱερὸν, Ὡς εἰσ-
16 ῆλθεν Ἀντίοχος, ἀνοίξαντες τὴν τοῦ φατνώματος κρυπτὴν θύραν,
βάλλοντες πέτρους συνεκεραύνωσαν τὸν ἡγεμόνα, καὶ μέλη ποιήσαν-
17 τες, καὶ τὰς κεφαλὰς (λ) ἀφελόντες, τοῖς ἔξω παρέρριψαν. Κατὰ
πάντα εὐλογητὸς ἡμῶν ὁ Θεὸς, ὃς (*) παρέδωκε τοὺς ἀσεβήσαντας.
18 Μέλλοντες (*) ἄγειν ἐν τῷ Χασελεῦ πέμπτῃ καὶ εἰκάδι τὸν καθαρισμὸν
τοῦ ἱεροῦ, δέον ἡγησάμεθα διασαφῆσαι ὑμῖν, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἄγητε (*) τῆς
σκηνοπηγίας καὶ τοῦ πυρὸς, ὅτε Νεεμίας (*) οἰκοδομήσας τό τε (-) ἱερὸν
19 καὶ τὸ θυσιαστήριον, ἀνήνεγκε (*) θυσίαν. Καὶ γὰρ ὅτε εἰς τὴν Περσικὴν
ἤγοντο (*) οἱ πατέρες ἡμῶν, (μ) οἱ τότε εὐσεβεῖς ἱερεῖς λαβόντες ἀπὸ τοῦ
πυρὸς τοῦ θυσιαστηρίου λαθραίως, κατέκρυψαν ἐν κοιλώματι φρέατος
τάξιν (ν) ἔχοντος ἀνύδρου, ἐν ᾧ κατησφαλίσαντο, ὥστε πᾶσιν ἄγνωστον
εἶναι τὸν τόπον.

MS. A. (β) ὑπακούσαι (*) ἐνάτου, (γ) γεγράφαμεν (*) προσηνέγκαμεν (δ) ἐξήψαμεν (ε) * ὀγδοηκοστοῦ (ζ) ἐν Ἱεροσολύμοις, (η) παραταξαμένους (θ) τὴν Περσίδα γενόμενος γὰρ ὁ (ι) ρεικῶν (κ) πλήθη εἰς (*) τοῦ Ναναίου, (λ) τοῖς ἔξω παρερρίψαντες. (*) ἔδωκεν (*) ἄγειν (*) σκηνοπηγίας (*) ὅ (-) τό (*) θυσίας. (*) ἡμῶν οἱ πατέρες, (μ) οἵτε (ν) ἔχοντες ἄνυδρον,

Interp. LAT.

~~Et adaperiat cor vestrum in lege sua, & in præ-~~ 4
ceptis: & faciat pacem; Et exaudiat orationes 5
vestras, & reconcilietur vobis, nec vos deserat in
tempore malo. Et nunc hic sumus orantes pro 6
vobis. Regnante Demetrio anno centesimo sexa- 7
gesimo nono, nos Judæi scripsimus vobis in tri-
bulatione & impetu, qui supervenit nobis in istis
annis; ex quo recessit Jason, & qui cum eo, à
sancta terra, et à regno. Et portam succenderunt, 8
& effuderunt sanguinem innocentem. Et oravi-
mus ad Dominum: & exauditi sumus: et obtuli-
mus sacrificium, et similaginem, et accendimus
lucernas, et proposuimus panes. Et nunc, ut aga- 9
tis dies scenopegiæ mensis Chasleu. Anno centesimo 10
octogesimo octavo, qui sunt in Hierosolymis, et qui
in Judæa, Senatusq;, et Judas, Aristobulo magistro
Ptolemæi regis, qui est de genere christorum sa-
cerdotum, & his qui in Ægypto sunt, Judæis, sa-
lutem, & sanitatem. De magnis periculis à 11
Deo liberati, magnificè gratias agimus ei, ut potè
qui adversus regem dimicamus. Ipse enim ebul- 12
lire fecit eos qui pugnaverunt in sancta civi-
tate. Nam cùm in Perside esset dux ipse, & 13
qui cum ipso exercitus, qui intolerabilis vide-
batur esse; percussi sunt in templo Nanææ, frau-
de utentibus iis qui circa Nanæam, sacerdoti-
bus. Et enim quasi cum ea habitaturus venit 14
ad locum Antiochus, & amici ejus, ut acciperet
pecunias dotis nomine. Cúmque proposuissent eas 15
sacerdotes Nanææ, & ipse cum paucis ingressus
esset intra ambitum phani, clauserunt templum.
Cùm autem intrâsset Antiochus, aperto occulto 16
ostio laquearis, mittentes lapides, percusserunt du-
cem, & diviserunt membratim, & capitibus
amputatis, ad eos qui foris erant, projecerunt.
Per omnia benedictus Deus noster, qui tradidit 17
impios. Facturi igitur quintâ & vigesimâ die 18
mensis Chasleu purificationem templi, necessarium
duximus significare vobis; ut & vos quoq; agatis
[diem] scenopegiæ, et ignis: quando Neemias ædifi-
cato templo, & altari, obtulit sacrificium. Nam 19
cùm in Persidem ducerentur patres nostri; sacer-
dotes, qui tunc erant (a) cultores Dei, acceperunt
de igne altaris occultè, & absconderunt in cavi-
tate putei situm habentis siccum: in quo contu-
tati sunt eum; ita ut omnibus ignotus esset
locus.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]

Et aperiat aures & corda vestra legibus 4
& præceptis suis: Et pacem faciat vo-
biscum, Et exaudiat supplicationem ve- 5
stram, & acceptos vos habeat, ne-
que deserat vos temporibus malis. Nunc 6
autem nos hîc preces fundimus pro vo-
bis. Anno autem centesimo sexagesimo 7
nono, *regnante* Demetrio, nos Judæi scri-
psimus vobis in angustiis & pressuris quæ
acciderunt his annis, ex quo missus est
Jason, & qui cum eo, à regno, in terram
sanctam. Et *incenderunt* januas; & *fu-* 8
derunt sanguinem innocentem. Et ora-
vimus & precati sumus à Domino, & ex-
audivit vocem nostram. Et obtulimus
oblationem & similam, & accendimus
luminaria, & panes propositionis propo-
suimus. Nunc autem agite dies Sce- 9
nopegii mensis Conun prioris. Anno 10
centesimo octogesimo octavo; Qui Jero-
solymis sunt & in Judæa, cum senioribus
Judæorum, Aristobulo doctori Regis Pto-
lemæi, qui est de familia Sacerdotum
Unctorum, Judæis item qui in Ægypto
sunt, salvere & valere. Multùm magno- 11
que opere confitemur Domino, qui astitit
nobis, & liberavit nos ex omnibus angu-
stiis quæ supervenerunt nobis. Cùm enim 12
venisset in nos Rex, ad bellum contra ci-
vitatem sanctam gerendam, depulit eum,
& in Persiam ejecit. Cùm enim eò ve- 13
nisset ipse & totus exercitus ejus, qui pu-
tabatur insuperabilis, interfectus est in
templo Nanææ, dolo ipsos capientibus &
ligantibus sacerdotibus Nanææ. Ipse enim 14
Antiochus & amici ejus eò profectus fu-
erat, quasi ipsam uxorem ducturus, ut
opes magnas acquireret ratione dotis. Sa- 15
cerdotes autem Nanææ dolo ipsi assensi sunt.
Cùm autem ingressus esset murum templi
cum paucis; Apertâ parvâ portâ intra-
verunt contra eum, jactisque in eum la- 16
pidibus interfecerunt eum, & resectum ca-
put ejus ad eos qui foris erant projece-
runt. In omnibus autem benedictus sit 17
Deus noster, qui impios illos tradidit.
Quoniam igitur acturi sumus mundatio- 18
nem Templi vicesimâ quintâ Conun pri-
oris, vobis idpsum notum facere voluimus,
ut & ipsi eam agatis instar Festi Sceno-
pegiæ. Sed & de igni ad vos verba fa-
ciemus: Cùm ædificaret Nehemias Tem-
plum & Altare, offerretque oblationes; Et 19
cùm irent Patres in Persiam, Sacerdotes
justi qui erant tunc temporis acceperunt
clam de igni altaris, & absconderunt in
puteo, in quo non erat aqua, & occultâ-
runt, ne cui homini notus esset locus ejus.

Versio VULG. LAT.

20 Cùm autem præterissent anni multi, & placuit Deo ut mitteretur Nehemias à rege Persidis: nepotes sacerdotum illorum, qui absconderant, misit ad requirendum ignem: & sicut narraverunt nobis, non in-
21 venerunt ignem, sed aquam crassam. Et jussit eos haurire, & afferre sibi: & sacrificia, quæ imposita erant, jussit sacerdos Nehemias aspergi ipsa aquá, &
22 ligna, & quæ erant superposita. Utque hoc factum est, & tempus affuit, quo Sol refulsit, qui priùs erat in nubilo, accensus est ignis magnus, ita ut omnes mira-
23 rentur. Orationem autem faciebant omnes sacerdotes, dum consummaretur sacrificium, Jonathâ incho-
24 ante, cæteris autem respondentibus. Et Nehemiæ erat oratio hunc habens modum: DOMINE Deus, omnium creator, terribilis & fortis, justus &
25 misericors, qui solus es bonus rex, Solus præstans, solus justus, & omnipotens, & æternus, qui liberas Israel de omni malo, qui fecisti patres electos, & san-
26 ctificâsti eos: Accipe sacrificium pro universo populo tuo Israel, & custodi partem tuam, & sanctifica.
27 Congrega dispersionem nostram, libera eos qui serviunt Gentibus, & contemptos & abominatos respice:
28 ut sciant Gentes quia tu es Deus noster. Affige opprimentes nos, & contumeliam facientes in superbia.
29 Constitue populum tuum in loco sancto tuo, sicut
30 dixit Moyses. Sacerdotes autem psallebant hymnos,
31 usquequò consumptum esset sacrificium. Cùm autem consumptum esset sacrificium, ex residua aqua Nehe-
32 mias jussit lapides majores perfundi. Quod ut factum est, ex eis flamma accensa est: sed ex lumine,
33 quod refulsit ab altari, consumpta est. Ut verò manifestata est res, renuntiatum est regi Persarum, quòd in loco, in quo ignem absconderant hi qui translati fuerant sacerdotes, aqua apparuit, de qua Nehemias,
34 & qui cum eo erant, purificaverunt sacrificia. Considerans autem rex, & rem diligenter examinans, fe-
35 cit ei templum, ut probaret quod factum erat. Et cùm probâsset, sacerdotibus donavit multa bona, & alia atque alia munera, & accipiens manu suá, tribu-
36 ebat eis. Appellavit autem Nehemias hunc locum Nephthar, quod interpretatur, Purificatio. Vocatur autem apud plures, Nephi.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β'.

20 Διελθόντων δὲ ἐτῶν ἱκανῶν, ὅτε ἔδοξε τῷ Θεῷ, ἀποσταλεὶς Νεεμίας (ξ) ὑπὸ τοῦ βασιλέως τῆς Περσίδος, τοὺς ἐκγόνους τῶν ἱερέων τῶν ἀποκρυψάντων ἔπεμψεν ἐπὶ τὸ πῦρ. (ο) ὡς δὲ διεσάφη-
21 σαν ἡμῖν μὴ εὑρηκέναι πῦρ, ἀλλὰ ὕδωρ παχύ, Ἐκέλευσεν αὐτοὺς ἀποβάψαντας φέρειν. ὡς δὲ ἀνηνέχθη τὰ τῶν θυσιῶν, ἐκέλευσε τοὺς ἱερεῖς Νεεμίας (π) ἐπιῤῥᾶναι τῷ ὕδατι τά τε ξύλα, καὶ
22 τὰ ἐπικείμενα. Ὡς δὲ (ρ) ἐγένετο τοῦτο, καὶ χρόνος διῆλθεν ὅτε ἥλιος ἀνέλαμψε (σ) πρότερον ἐπινεφὴς ὤν, ἀνήφθη πυρὰ με-
23 γάλη, ὥστε θαυμάσαι πάντας. Προσευχὴν δὲ ἐποιήσαντο οἱ ἱερεῖς δαπανωμένης τῆς θυσίας, οἵ τε ἱερεῖς, καὶ πάντες, κατ-
24 αρχομένου Ἰωνάθου, (τ) τῶν δὲ λοιπῶν ἐπιφωνούντων, Ὡς Νεεμίου. ἦν δὲ ἡ προσευχὴ τὸν τρόπον ἔχουσα τοῦτον· (υ) Κύριε κύριε ὁ Θεὸς ὁ πάντων κτίστης, ὁ φοβερὸς, καὶ (φ) ἰσχυρὸς, καὶ δί-
25 καιος, καὶ ἐλεήμων, ὁ μόνος βασιλεὺς καὶ χρηστὸς, Ὁ μόνος χορηγὸς, ὁ μόνος δίκαιος, καὶ παντοκράτωρ, καὶ αἰώνιος, ὁ διασώζων τὸν Ἰσραὴλ ἐκ παντὸς κακοῦ, ὁ ποιήσας
26 τοὺς πατέρας ἐκλεκτοὺς, καὶ ἁγιάσας αὐτοὺς, Πρόσδεξαι τὴν θυσίαν ὑπὲρ παντὸς τοῦ λαοῦ σου Ἰσραὴλ, καὶ διαφύλαξον
27 τὴν μερίδα σου καὶ καθαγίασον. Ἐπισυνάγαγε τὴν διασπορὰν ἡμῶν, ἐλευθέρωσον τοὺς δουλεύοντας ἐν τοῖς ἔθνεσι, τοὺς ἐξουθενημένους καὶ βδελυκτοὺς ἔπιδε, καὶ γνώτωσαν τὰ ἔθνη ὅτι
28 σὺ εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν. Βασάνισον τοὺς καταδυναστεύοντας, καὶ
29 ἐξυβρίζοντας ἐν ὑπερηφανίᾳ. Καταφύτευσον τὸν λαόν σου εἰς
30 τὸν τόπον τὸν ἅγιόν σου, καθὼς εἶπε (χ) Μωυσῆς. Οἱ δὲ ἱερεῖς
31 ἐπέψαλλον τοὺς ὕμνους. Καθὼς δὲ ἀνηλώθη τὰ τῆς θυσίας, καὶ τὸ περιλειπόμενον ὕδωρ ὁ Νεεμίας ἐκέλευσε λίθους μείζονας
32 καταχέειν. Ὡς δὲ τοῦτο ἐγενήθη, φλὸξ ἀνήφθη· τοῦ δὲ ἀπὸ τοῦ
33 θυσιαστηρίου ἀντιλάμψαντος φωτὸς ἐδαπανήθη. Ὡς δὲ φανερὸν ἐγενήθη τὸ πρᾶγμα, καὶ διηγγέλη τῷ βασιλεῖ τῶν Περσῶν, ὅτι εἰς τὸν τόπον οὗ τὸ πῦρ (ψ) ἀπέκρυψαν οἱ μεταχθέντες ἱερεῖς, τὸ ὕδωρ ἐφάνη, ἀφ' οὗ καὶ οἱ περὶ τὸν Νεεμίαν ἥγνισαν (ω) τὰ τῆς
34 θυσίας. Περιφράξας δὲ ὁ βασιλεὺς ἱερὸν ἐποίησε, δοκιμάσας
35 τὸ πρᾶγμα. Καὶ (α) οἷς ἐχαρίζετο ὁ βασιλεὺς πολλὰ διάφορα
36 ἐλάμβανε καὶ μετεδίδου. Προσηγόρευσαν δὲ οἱ περὶ τὸν Νεεμίαν τοῦτο Νέφθαρ, ὃ διερμηνεύεται Καθαρισμός· καλεῖται δὲ παρὰ τοῖς πολλοῖς (β) Νεφθαΐ.

MS. A. (ξ) ἀπὸ (ο) ὡς διεσάφησαν (π) ἐπιρρᾶναι (ρ) ἐγένετο, καὶ (σ) ἐπινεφὴς (τ) τῶν τε (υ) Κύριος ὁ Θεὸς (φ) ὁ ἰσχυρὸς, (χ) Μωσῆς. (ψ) ἔκρυψαν (ω) τὰς θυσίας. (α) εἷς ὁ βασιλεὺς (β) Νεφθάρ.

Interp. LAT.

Cùm autem præterissent anni multi, quando placuit Deo, missus Neemias à rege Persidis, nepotes sacerdotum illorum, qui absconderant, misit ad ignem. Ut autem narraverunt nobis, non invenisse ignem, sed aquam crassam; Jussit eos haurientes ferre. Ut autem oblata sunt ea quæ ad sacrificia; jussit sacerdotes Neemias aspergere aquâ ipsa, & ligna, & quæ erant superposita. Utque hoc factum est, & tempus affuit quo Sol refulsit, qui prius erat in nubilo; accensus est ignis magnus; ita ut omnes mirarentur. Orationem autem faciebant sacerdotes, dum consummaretur sacrificium, & sacerdotes, & omnes Jonathâ inchoante, cæteris autem respondentibus, ut Neemia. Erat autem oratio hunc habens modum: Domine, Domine Deus, omnium creator, terribilis, & fortis, & justus, & misericors: qui solus es rex, & bonus, Solus præstans, solus justus, & omnipotens, & æternus: qui liberas Israel de omni malo: qui fecisti patres electos, & sanctificâsti eos: Accipe sacrificium pro universo populo tuo Israel: & custodi partem tuam, & sanctifica. Congrega dispersionem nostram, libera eos qui serviunt in gentibus: & contemptos & abominatos respice: Et sciant gentes, quia tu es Deus noster. Affige opprimentes, & contumeliam facientes in superbia. Planta populum tuum in loco sancto tuo, sicut dixit Moyses. Sacerdotes autem psallebant hymnos. Cùm autem consumptum esset sacrificium, ex residua aqua jussit Neemias lapides majores perfundi. Quod ut factum est, flamma accensa est: sed lumine refulgente, ab altari consumpta est. Ut verò manifestata est res; nuntiatum est regi, quòd in loco, in quo ignem absconderant hi qui translati fuerant sacerdotes, aqua apparuit, de qua (b) Neemias, & qui cum eo erant, purificaverunt quæ ad sacrificium. Circumsepiens autem rex (c) templum fecit, ut rem probaret. Et quibus gratificabatur rex, multa eximia accipiebat, & tribuebat. Appellavit autem Neemias hunc locum Nephthar, quod interpretatur, Purificatio. Vocatur autem apud plures, Nephthai.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]

20 Cùm autem transiissent anni multi, & Deo visum esset, missus est Nehemias à rege Persiæ, cum filiis Sacerdotum illorum qui absconderant ignem, Et misit eos ut afferrent ignem. Et venientes dixerunt non invenisse se igné, sed aquas tur-
21 bidas. Et jussit eos tollere indè & afferre. Cúmq; ascendissent sacrificia et oblationes, præcepit Nehemias Sacerdotibus ut asper-
22 gerent eis ligna & sacrificia: Cúmq; ita fecissent, effulsit sol anteà nubibus involutus, postquam transiisset modicum tempus, & tunc accensus est ignis magnus,
23 ita ut omnes mirarentur. Sacerdotes autem stabant orantes donec perfectum esset ministerium ignis. Sacerdotes autem & Jonathan & reliqui descendentes dixerunt quod precibus Nehemiæ accensus est ignis.
24 Fuit autem oratio ejus in hunc modum; Domine Deus Omnipotens, & Creator omnium, terribilis & potens, juste & miseri-
25 cors, solus Rex & bonus solus, Solus nutritius, justus, in secula vivens, Omnipotens Redemtor Israëlis de omnibus malis, qui elegisti Patres nostros, & sancti-
26 ficâsti eos, Accipe oblationem hanc, pro toto populo tuo Israële, & custodi & sanctifica partem tuam & hæreditatem tuam:
27 Et congrega dispersionem nostram, & libera illos qui servituti addicti sunt inter Gentes immundas & reprobas: & intuere nos, & sciant Gentes te esse Deum no-
28 strum. Et crucia illos qui attollunt se, & servitute nos premunt cum superbia: Et
29 firma populum tuum in loco tuo sancto,
30 sicut dixit Moses. Sacerdotes autem stan-
31 tes psallebant hymnis. Cúmque perfecta essent sacrificia & oblationes, residuas aquas reponi jussit Nehemias, & circundari locum lapidibus magnis. Quo facto,
32 accensa est flamma ignis, eousque ut consumeretur lux ignis qui erat super altari.
33 Cùm autem innotuisset hoc, & revelatum esset Regi Persarum; In loco, nempe, ubi absconderunt ignem qui deportabantur, inventam esse aquam turbidam, eâque consecrâsse Nehemiam & qui cum ipso
34 erant, oblationes & sacrificia; Accessit Rex ad locum, & re examinatâ, in eo
35 Templum extruxit; Et dedit eis Rex dona magna & eximia: Quæ illi accepta de-
36 derunt eis quibus opus erat. Vocârunt autem eam *aquam* domestici Nehemiæ Ganaphtar; quod interpretatur Mundatio: Apud vulgus autem appellatur Naphtai.

Versio VULG. LAT.

CAP. II.

1 INvenitur autem in descriptionibus Jeremiæ prophetæ, quòd jussit eos ignem accipere qui transmigrabant: ut significatum est, & ut mandavit transmigratis.
2 Et dedit illis legem ne obliviscerentur præcepta Domini, & ut non exerrarent mentibus videntes simulachra aurea & argentea, & ornamenta eorum.
3 Et alia hujusmodi dicens, hortabatur ne legem amoverent à corde suo.
4 Erat autem in ipsa scriptura, quomodò tabernaculum & arcam jussit propheta divino responso ad se facto comitari secum, usquequò exiit in montem, in quo Moyses ascendit, & vidit Dei hæreditatem.
5 Et veniens ibi Jeremias invenit locum speluncæ: & tabernaculum, & arcam, & altare incensi intulit illuc, & ostium obstruxit.
6 Et accesserunt quidam simul, qui sequebantur, ut notarent sibi locum: & non potuerunt invenire.
7 Ut autem cognovit Jeremias, culpans illos, dixit; Quòd ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi, & propitius fiat:
8 Et tunc Dominus ostendet hæc, & apparebit majestas Domini, & nubes erit, sicut & Moysi manifestabatur, & sicut cùm Salomon petiit ut locus sanctificaretur magno Deo, manifestabat hæc.
9 Magnificè etenim sapientiam tractabat: & ut sapientiam habens, obtulit sacrificium dedicationis & consummationis templi.
10 Sicut & Moyses orabat ad Dominum, & descendit ignis de cœlo, & consumpsit holocaustum, sic & Salomon oravit, & descendit ignis de cœlo, & consumpsit holocaustum.
11 Et dixit Moyses, Eò quòd non sit comestum quod erat pro peccato, consumptum est.
12 Similiter & Salomon octo diebus celebravit dedicationem.
13 Inferebantur autem in descriptionibus & commentariis Nehemiæ hæc eadem: & ut construens Bibliothecam congregavit de regionibus libros, & Prophetarum, & David, & epistolas regum, & de donariis.
14 Similiter autem & Judas ea, quæ deciderant per bellum, quod nobis acciderat, congregavit omnia, & sunt apud nos.
15 Si ergò desideratis hæc, mittite qui perferant vobis.
16 Acturi itaque purificationem scripsimus vobis: benè ergò facietis, si egeritis hos dies.

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ Β'.

ΚΕΦ. β'.

1 Εὑρίσκεται δὲ ἐν ταῖς ἀπογραφαῖς Ἱερεμίας ὁ προφήτης, ὅτι ἐκέλευσε τοῦ πυρὸς λαβεῖν τοὺς (α) μεταγινομένους, ὡς σεσήμανται, καὶ
2 ὡς ἐνετείλατο τοῖς μεταγινομένοις ὁ προφήτης, Δοὺς αὐτοῖς τὸν νόμον, ἵνα μὴ ἐπιλάθωνται τῶν προσταγμάτων τοῦ κυρίου, καὶ ἵνα μὴ ἀποπλανηθῶσι ταῖς διανοίαις, βλέποντες ἀγάλματα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, καὶ τὸν περὶ αὐτὰ κόσμον.
3 Καὶ ἕτερα τοιαῦτα λέγων, παρεκάλει μὴ ἀποστῆναι τὸν νόμον ἀπὸ τῆς καρδίας αὐτῶν.
4 Ἦν δὲ ἐν τῇ γραφῇ, ὡς τὴν σκηνὴν καὶ τὴν κιβωτὸν ἐκέλευσεν ὁ προφήτης, χρηματισμοῦ γενηθέντος, αὐτῷ συνακολουθεῖν, ὡς δὲ ἐξῆλθεν εἰς τὸ ὄρος οὗ ὁ Μωϋσῆς ἀναβὰς ἐθεάσατο τὴν τοῦ Θεοῦ κληρονομίαν.
5 Καὶ ἐλθὼν ὁ Ἱερεμίας εὗρεν οἶκον ἀντρώδη, καὶ τὴν σκηνήν, καὶ τὴν κιβωτόν, καὶ τὸ θυσιαστήριον τοῦ θυμιάματος εἰσήνεγκεν ἐκεῖ, καὶ τὴν θύραν ἐνέφραξε.
6 Καὶ (β) προσελθόντες τινὲς τῶν συνακολουθούντων ὥστε
7 (γ) ἐπισημήνασθαι τὴν ὁδόν, καὶ οὐκ (δ) ἠδυνήθησαν εὑρεῖν. Ὡς δὲ ὁ Ἱερεμίας ἔγνω, μεμψάμενος αὐτοῖς εἶπεν, Ὅτι καὶ ἄγνωστος ὁ τόπος ἔσται ἕως ἂν (ε) συνάγῃ ὁ Θεὸς ἐπισυναγωγὴν τοῦ λαοῦ, καὶ (ζ) ἵλεως
8 γένηται. Καὶ τότε ὁ κύριος ἀναδείξει ταῦτα, καὶ ὀφθήσεται ἡ δόξα τοῦ κυρίου καὶ ἡ νεφέλη, (η) ὡς καὶ ἐπὶ Μωϋσῆ ἐδηλοῦτο, ὡς καὶ ὁ Σαλωμὼν
9 ἠξίωσεν ἵνα ὁ τόπος καθαγιασθῇ μεγάλως. Διεσαφεῖτο δὲ καὶ ὡς σοφίαν ἔχων ἀνήνεγκε θυσίαν ἐγκαινισμοῦ, καὶ τῆς τελειώ-
10 σεως τοῦ ἱεροῦ. Καθὼς καὶ Μωϋσῆς προσηύξατο πρὸς κύριον, καὶ κατέβη πῦρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τὰ τῆς θυσίας ἐδαπάνησεν· οὕτως (θ) καὶ Σαλωμὼν προσηύξατο, καὶ καταβὰν τὸ πῦρ ἀνήλωσε τὰ
11 ὁλοκαυτώματα. Καὶ εἶπε (ι) Μωϋσῆς, Διὰ τὸ μὴ βεβρῶσθαι τὸ περὶ
12 τῆς ἁμαρτίας, ἀνηλώθη. Ὡσαύτως καὶ ὁ Σαλωμὼν (κ) τὰς ὀκτὼ
13 ἡμέρας ἤγαγεν. Ἐξηγοῦντο δὲ καὶ ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς, καὶ ἐν τοῖς ὑπομνηματισμοῖς τοῖς κατὰ τὸν Νεεμίαν τὰ αὐτά, καὶ ὡς καταβαλλόμενος βιβλιοθήκην, ἐπισυνήγαγε τὰ περὶ τῶν βασιλέων καὶ (λ) προφητῶν, καὶ τὰ τοῦ Δαυΐδ, καὶ ἐπιστολὰς βασιλέων περὶ ἀνα-
14 θεμάτων. Ὡσαύτως δὲ καὶ Ἰούδας, τὰ διαπεπτωκότα διὰ τὸν (μ) πόλεμον τὸν γεγονότα ἡμῖν ἐπισυνήγαγε (ν) πάντα, καὶ ἔστι παρ᾽
15 ἡμῖν. Ὧν οὖν ἐὰν χρείαν ἔχητε, τοὺς ἀποκομιοῦντας ὑμῖν ἀπο-
16 στέλλετε. Μέλλοντες οὖν ἄγειν τὸν καθαρισμόν, ἐγράψαμεν ὑμῖν· καλῶς οὖν ποιήσετε (ξ) ἄγοντες τὰς ἡμέρας.

MS.A. (α) μεταγενομένους, (β) πρόσελθόν τινες (γ) ἐπισημάνασθαι (δ) ἐδυνήθησαν (ε) συνάγῃ (ζ) ἔλεος (η) ὡς ἐπὶ Μωσῆ (θ) Σαλωμὼν προσηύξατο πρὸς κύριον, καὶ (ι) Μωσῆς, (κ) μετὰ ὀκτὼ (λ) προφητῶν βιβλία, καὶ (μ) γεγονότα πόλεμον (ν) ταῦτα, καὶ (ξ) ἄγειν

Interp. L A T.

CAP. II.

INvenitur autem in descriptionibus Hieremias propheta, quòd jussit eos ignem accipere, qui transmigrabantur, ut significatum est; & ut mandavit transmigratis propheta, 1
Dans eis legem, ne obliviscerentur praecepta Domini, & ut non exerrarent mentibus, videntes simulachra aurea, & argentea: & ornamenta eorum. 2
Et alia hujusmodi dicens, hortabatur ne legem amoverent à corde suo. 3
Erat autem in ipsa scriptura, quomodò tabernaculum & arcam jussit propheta divino responso ad se facto comitari secum, usquequò exiit in montem, in quo Moyses ascendit, & vidit Dei hæreditatem. 4
Et veniens Hieremias invenit domum speluncæ: & tabernaculum, & arcam, & altare incensi intulit illuc; & ostium obstruxit. 5
Et accesserunt quidam ex his qui simul sequebantur, ut notarent viam: & non potuerunt invenire. 6
Ut autem cognovit Hieremias, culpans illos dixit; Quod ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi, & propitius fiat: 7
Et tunc Dominus ostendet hæc: & apparebit majestas Domini, & nubes, sicut & in Moyse manifestabatur, & sicut Salomon petiit, ut locus sanctificaretur magnificè. 8
Manifestabatur autem, & ut sapientiam habens obtulit sacrificium dedicationis, & consummationis templi: 9
Sicut & Moyses oravit ad Dominum, & descendit ignis de cœlo, & consumpsit holocaustum. Sic & Salomon oravit, & descendit ignis de cœlo, & consumpsit holocausta. 10
Et dixit Moyses; Eò quòd non sit comestum, quod erat pro peccato, consumptum est. 11
Similiter & Salomon octo diebus celebravit. 12
Narrabantur autem & in descriptionibus, & in commentariis, qui secundùm Neemiam, hæc eadem: & qualiter construens bibliothecam congregavit, quæ de regibus, & prophetis, & quæ ipsius David, & epistolas regum de donariis. 13
Similiter autem & Judas, quæ deciderant per bellum, quod nobis acciderat, congregavit omnia, & sunt apud nos. 14
Si ergò desideratis hæc; mittite qui perferant vobis. 15
Acturi itaque purificationem, scripsimus vobis. Benè ergò feceritis; si egeritis hos dies. 16

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

[illegible]

CAP. II.

INvenitur autem in scripto Jeremiæ Prophetæ, quod præceperit eis qui post futuri essent, ut ignem acciperent: Sicut declarat & præcepit post futuris propheta; 1
Et legem eis dedit, ne obliviscerentur præcepta Domini, nec converterentur cogitationes ipsorum, cùm viderent simulachra aurea & argentea, ornatúmque ipsorum: 2
Et hujusmodi alia dicebat, petebátque ab eis ne seponerent legé à corde suo. 3
Continebatur autem in hoc libro secundùm revelationem sibi factam, præcepisse prophetam, ut comitaretur se arca & tabernaculum. Cùm autem ascendisset in montem, in quem ascendens Moses viderat hæreditatem Domini; 4
Venit Jeremias & reperit domum speluncæ; Et ingressus reposuit ibi tabernaculum & arcam & altare suffitûs, & ostium obstruxit. 5
Et egressi quidam ex eis qui cum eo venerant, ut viam & locum agnoscerent, non potuerunt. 6
Quod cùm resciviſſet Jeremias, reprehendit eos; & dixit; Non cognitū iri locum, donec congregaret Dominus synagogam populi, & propitius esset eis. 7
Tunc ista revelabit eis Dominus, & apparebit gloria Domini, & nubes, sicut revelata est super Mosem, sicut & Solomon petiit ut magnopere locus sanctificaretur. 8
Loquebatur autem, & secundùm sapientiam quæ ipsi erat, offerebat oblationes & sacrificia initiati & conditi Templi. 9
Sicut & Moses oravit ad Dñm, & descendit ignis de cœlo, & consumpsit sacrificia & oblationes: sic etiam oravit & Solomon, & descendit ignis & consumpsit sacrificia & holocausta. 10
Dicebat enim Moses; Quia non est comestus hircus pro peccato, consumptus est igne: 11
Sic etiam denuò Solomon octo dies egit. 12
Narrabant autem in libris & commentariis, eadem fecisse Nehemiam, & congregâsse ordinâsséque libros regnorum & prophetarum, & Davidis, epistolas etiam regum de oblationibus & sacrificiis. 13
Eodem autem modo & Judas, quæ dispersa erant propter bella quæ fuerunt apud nos collegit universa, & penes nos sunt. 14
Si quid igitur eorum requiritis mittentes accipite vobis. 15
Quoniam igitur festum mundationis acturi sumus, scripsimus vobis, ut & vos agatis. 16

Versio VULG. LAT.

17 Deus autem, qui liberavit populum suum, & reddi-
dit hæreditatem omnibus, & regnum, & sacerdoti-
18 um, & sanctificationem, Sicut promisit in lege,
speramus quòd citò nostri miserebitur, & con-
19 gregabit de sub cœlo in locum sanctum. Eripuit
enim nos de magnis periculis, & locum purgavit.
20 De Juda verò Machabæo, & fratribus ejus, & de tem-
21 pli magni purificatione, & de aræ dedicatione; Sed
& de præliis, quæ pertinent ad Antiochum Nobilem,
22 & filium ejus Eupatorem; Et de illuminationibus
quæ de cœlo factæ sunt ad eos, qui pro Judæis forti-
ter fecerunt, ita ut universam regionem, cùm pauci
essent, vindicarent, & barbaram multitudinem fuga-
23 rent, Et famosissimum in toto orbe templum recu-
perarent, & civitatem liberarent, & leges, quæ abo-
litæ erant, restituerentur, Domino cum omni tran-
24 quillitate propitio facto illis; Itémque ab Jasone
Cyrenæo quinque libris comprehensa, tentavimus nos
25 uno volumine breviare. Considerantes enim multi-
tudinem librorum, & difficultatem volentibus aggre-
di narrationes historiarum propter multitudinem re-
26 rum, Curavimus volentibus quidem legere, ut esset
animi oblectatio: studiosis verò, ut faciliùs possint
memoriæ commendare: omnibus autem legentibus
27 utilitas conferatur. Et nobis quidem ipsis, qui hoc
opus breviandi causâ suscepimus, non facilem labo-
rem, immò verò negotium plenum vigiliarum & su-
28 doris assumpsimus. Sicut hi qui præparant convi-
vium, & quærunt aliorum voluntati parêre propter
29 multorum gratiam, libenter laborem sustinemus.
Veritatem quidem de singulis, auctoribus conceden-
tes, ipsi autem secundùm datam formam brevitati stu-
dentes.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΏΝ Β'.

17 Ὁ δὲ Θεὸς ὁ σώσας τὸν πάντα λαὸν αὐτοῦ, καὶ ἀποδοὺς τὴν
κληρονομίαν (α) πᾶσι, καὶ τὸ βασίλειον, καὶ τὸ ἱεράτευμα, καὶ
18 τὸν ἁγιασμὸν, Καθὼς ἐπηγγείλατο διὰ τοῦ νόμου· ἐλπίζομεν
γὰρ ἐπὶ τῷ Θεῷ ὅτι ταχέως ἡμᾶς (β) ἐλεήσει, καὶ ἐπισυνάξει
19 ἐκ τῆς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν εἰς τὸν ἅγιον τόπον. (γ) Ἐξείλετο γὰρ
20 ἡμᾶς ἐκ μεγάλων κακῶν, καὶ τὸν τόπον (δ) ἐκαθάρισε. Τὰ δὲ
κατὰ τὸν Ἰούδαν τὸν Μακκαβαῖον, καὶ τοὺς τούτου ἀδελφοὺς, καὶ
τὸν τοῦ ἱεροῦ τοῦ (ε) μεγάλου καθαρισμὸν, καὶ τὸν τοῦ βωμοῦ ἐγκαι-
21 νισμὸν, Ἔτι τε τοὺς πρὸς Ἀντίοχον τὸν Ἐπιφανῆ, καὶ τὸν
22 τούτου υἱὸν Εὐπάτορα πολέμους, Καὶ τὰς ἐξ οὐρανοῦ γενομένας
ἐπιφανείας τοῖς ὑπὲρ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ φιλοτίμως ἀνδραγαθήσασιν,
(ζ) ὥστε τὴν ὅλην χώραν ὀλίγους ὄντας λεηλατεῖν, καὶ τὰ βάρβα-
23 ρα πλήθη διώκειν, Καὶ τὸ περιβόητον καθ' ὅλην τὴν οἰκουμένην
ἱερὸν ἀνακομίσασθαι, καὶ τὴν πόλιν ἐλευθερῶσαι, καὶ τοὺς μέλ-
λοντας καταλύεσθαι νόμους ἐπανορθῶσαι, τοῦ κυρίου μετὰ πάσης
24 ἐπιεικείας (η) ἵλεω γενομένου αὐτοῖς, (θ) Τὰ ὑπὸ Ἰάσωνος τοῦ (ι) Κυ-
ρηναίου δεδηλωμένα διὰ πέντε βιβλίων, πειρασόμεθα δι' ἑνὸς
25 συντάγματος ἐπιτεμεῖν. Συνορῶντες γὰρ τὸ χύμα τῶν
ἀριθμῶν, καὶ τὴν οὖσαν δυσχέρειαν τοῖς θέλουσιν εἰσκυκλεῖσθαι
26 τοῖς τῆς ἱστορίας διηγήμασι διὰ τὸ πλῆθος τῆς ὕλης, Ἐ-
φροντίσαμεν τοῖς μὲν βουλομένοις ἀναγινώσκειν ψυχαγωγίαν,
τοῖς δὲ φιλοφρονοῦσιν εἰς τὸ διὰ μνήμης ἀναλαβεῖν εὐκοπίαν,
27 πᾶσι δὲ τοῖς ἐντυγχάνουσιν ὠφέλειαν. Καὶ ἡμῖν μὲν τοῖς τὴν
κακοπάθειαν (κ) ἐπιδεδεγμένοις τῆς ἐπιτομῆς οὐ ῥᾴδιον, ἱδρῶτος
28 δὲ καὶ ἀγρυπνίας τὸ πρᾶγμα. Καθάπερ τῷ παρασκευάζοντι
συμπόσιον, καὶ ζητοῦντι τὴν ἑτέρων λυσιτέλειαν οὐκ (λ) εὐχερὲς μὲν,
ὅμως διὰ τὴν τῶν πολλῶν εὐχαριστίαν, ἡδέως τὴν κακοπά-
29 θειαν ὑποίσομεν, Τὸ μὲν διακριβοῦν περὶ ἑκάστων τῷ συγγραφεῖ
παραχωρήσαντες, τὸ δὲ ἐπιπορεύεσθαι τοῖς ὑπογραμμοῖς τῆς ἐπι-
τομῆς (μ) διαπονοῦντες.

MS. A. (α) αὐτοῦ πᾶσιν, (β) ἐλεήσῃ, (γ) Ἐξείλατο (δ) ἐκαθέρισεν. (ε) μεγίστου (ζ) ὡς (η) ἵλεως (θ) Ὑπὸ (ι) Κυρηναίου (κ) ἐπιδεδεγμένοις (λ) εὐχερὲς, ὅμως (μ)* ἀτονοῦντες

Interp. LAT.

Deus autem qui liberavit populum suum, & reddidit hæreditatem omnibus, & regnum, & sacerdotium, & sanctificationem, Sicut promisit in lege; (a) speramus enim in Deo, quòd citò nostrî miserebitur, & congregabit [nos] de ea quæ sub cœlo, in locum sanctum. Eripuit enim nos de magnis periculis, & locum purgavit. De Juda verò Maccabæo, & fratribus ejus, & de templi magni purificatione, & de aræ dedicatione, Sed & de præliis quæ pertinent ad Antiochum Nobilem, & filium ejus Eupatorem, Et de illuminationibus, quæ de cœlo factæ sunt ad eos qui pro Judaismo abundè fortiter fecerunt, ita ut universam regionem, cùm pauci essent, popularentur, & barbaram multitudinem fugarent, Et famosissimum in toto orbe templum recuperarent, & civitatem liberarent, & leges, quæ futurum erat ut abolerentur, restituerent, Domino cum omni tranquillitate propitio facto illis; Quæ ab Jasone Cyrenæo quinque libris declarata sunt, tentavimus nos uno volumine breviare. Considerantes enim effusionem numerorum, & difficultatem quæ adest volentibus aggredi narrationes historiarum, propter multitudinem rerum; Curavimus, volentibus quidem legere, ut esset animi oblectatio, studiosis verò, ut faciliùs possint memoriæ commendare, omnibus autem legentibus utilitas conferatur. Et nobis quidem, qui laborem breviandi suscepimus, non facile, sed sudoris & vigiliarum negotium est. (Sicut ei qui præparat convivium, & quærenti aliorum utilitatem, non facile quidem est;) tamen propter multorum gratiam libenter laborem sustinebimus, Subtilem quidem & exquisitam de singulis tractationem historiographis concedentes, perfequè autem delineationes epitomes (b) studentes.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]

Deus autem qui redemit populum suum in omnibus, & dedit hæreditatem omnibus hominibus, & regnum & sacerdotium, & sanctificationem. Sicut pollicitus est per Legem; ipse in quo speramus, quòd citò miserebitur nostrî, & congregabit nos de sub cœlis in locum sanctum: Eripuit enim nos de magnis malis, & locum purgavit. De Juda autem Maccabæo, & fratribus ejus, deque mundatione Templi magni & famigerati, & dedicatione Altaris; Præterea, de bellis ab Antiocho Epiphane filióque ejus Antiocho Eupatore illatis, Et de mirandis cælitus palàm factis, pro eis qui pro Judæis viriliter pugnabant, ita ut numero pauci omnes terrarum populos qui cum fervore & insania in eos irruebant, persequerentur, & dispergerent, Ita ut templum ac Sanctuarium totâ terrâ famigeratum, pacatum ac quietum evaderet, & urbs à servitute Gentium liberaretur, & leges quæ propè erant ut dispergerentur colligerent, & ordinarent, voluntate Domini & misericordiâ quæ ipsis adfuit; Hæc igitur omnia quæ acciderunt, & scripta sunt quinque libris à Jasone Cyrenæo, curæ mihi fuit labore magno, uno in libro brevibus conscribere. Cùm enim videremus diffusum versuum numerum difficultati esse quærentibus de rerum historiis, deque narratione verbosa, propter multorum versuum narrationem, curæ nobis fuit, cum labore ea brevibus, sed ordine exponere; Ut legentium animos delectemur veritate: Utque quibus studio est memoriam rerum assequi, teneant sine difficultate: lectoribus autem universis manifestum adjumentum appareat. Nobis autem, quibus hæc res curæ fuit, quique hæc breviter scripsimus, non fuit facile hoc facere, sed cum sudore & labore lassitudinéque & vigiliis multis congessimus, digessimúsque & breviter scripsimus. Ut enim qui instruere cupit, & parare convivium, multisque placere, ipsi quidem non est facile, sed quia placere studet, & animi remissionem eis qui vocati sunt conciliare, libenter in se laborem & solicitudinem suscipit; Sic & nos, ut placeamus, & remissionem animi conciliemus multis, libenter laborem & solicitudinem in nos suscepimus, & ærumnam magnam subivimus. Igitur, ut de omnibus quæ narrantur scribendum vobis sit, hinc excusati simus: diligenter autem & studiosè ea breviter dicere cupimus, quæ multis scripta & dicta sunt.

Versio VULG. LAT.

30 Sicut enim novæ domûs architecto de universa stru-
ctura curandum est : ei verò qui pingere curat, quæ
apta sunt ad ornatum, exquirenda sunt : ita æstiman-
31 dum est & in nobis. Etenim intellectum colligere,
& ordinare sermonem, & curiosiùs partes singulas
32 quasque disquirere, historiæ congruit auctori : Bre-
vitatem verò dictionis sectari, & executiones rerum
33 vitare, brevianti concedendum est. Hinc ergò nar-
rationem incipiemus : de præfatione tantum dixisse
sufficiat : stultum etenim est ante historiam effluere, in
ipsa autem historia succingi.

CAP. III.

1 IGitur cùm sancta civitas habitaretur in omni pa-
ce, leges etiam adhuc optimè custodirentur, propter
Oniæ pontificis pietatem, & animos odio habentes
2 mala, Fiebat ut & ipsi reges & principes locum
summo honore dignum ducerent, & templum maxi-
3 mis muneribus illustrarent : Ita ut Seleucus Asiæ rex
de reditibus suis præstaret omnes sumptus ad mini-
4 sterium sacrificiorum pertinentes. Simon autem de
tribu Benjamin præpositus templi constitutus, con-
tendebat, obsistente sibi principe sacerdotum, ini-
5 quum aliquid in civitate moliri. Sed cùm vincere
Oniam non posset, venit ad Apollonium Tharseæ fi-
lium, qui eo tempore erat dux Cœlesyriæ, & Phœ-
6 nicis : Et nuntiavit ei, pecuniis innumerabilibus
plenum esse ærarium Jerosolymis, & communes co-
pias immensas esse, quæ non pertinent ad rationem sa-
crificiorum : esse autem possibile sub potestate regis
7 cadere universa. Cúmque retulisset ad regem Apol-
lonius de pecuniis quæ delatæ erant, ille accitum He-
liodorum, qui erat super negotia ejus, misit cum man-
8 datis, ut prædictam pecuniam transportaret. Sta-
timque Heliodorus iter est aggressus, specie quidem
quasi per Cœlesyriam & Phœnicem civitates esset
peragraturus, re vera autem regis propositum perfe-
9 cturus. Sed, cùm venisset Jerosolymam, & benignè
à summo sacerdote in civitate esset exceptus, narra-
vit de dato indicio pecuniarum : &, cujus rei gratiâ
adesset, aperuit : interrogabat autem, si verè hæc ita
essent.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β΄.

30 Καθάπερ γὰρ τῆς καινῆς οἰκίας ἀρχιτέκτονι τῆς ὅλης καταβολῆς φροντι-
στέον, τῷ δὲ (α) ἐγκαίειν καὶ ζωγραφεῖν ἐπιχειροῦντι, τὰ ἐπιτήδεια
31 πρὸς διακόσμησιν ἐξεταστέον· (β) οὕτω δοκῶ καὶ ἐπὶ ἡμῶν. Τὸ μὲν ἐμβα-
τεύειν, καὶ (γ) περὶ πάντων ποιεῖσθαι λόγον, καὶ πολυπραγμονεῖν ἐν τοῖς
32 κατὰ μέρος, τῷ τῆς ἱστορίας (δ) ἀρχηγέτῃ καθήκει. Τὸ δὲ σύντο-
μον τῆς λέξεως μεταδιώκειν, καὶ τὸ ἐξεργαστικὸν τῆς πραγματείας
33 παραιτεῖσθαι, (ε) τῷ τὴν μετάφρασιν ποιουμένῳ συγχωρητέον. Ἐντεῦ-
θεν οὖν ἀρξώμεθα τῆς διηγήσεως, τοῖς προειρημένοις τοσοῦτον ἐπιζεύ-
ξαντες· εὔηθες γὰρ τὸ μὲν πρὸ τῆς ἱστορίας πλεονάζειν, τὴν δὲ ἱστορίαν
(ζ) ἐπιτεμεῖν. MS.A. (α) ἐγκαινίζειν (β) οὕτως δοκῶν καὶ ἐπὶ
ἡμῶν. (γ) * περίπατον ποιεῖσθαι λόγῳ, καὶ πολυπραγμονεῖ ἐν ταῖς
(δ) ἀρχηγενέτῃ (ε) τὴν τῶν μετάφρασιν ποιουμένων (ζ) ἐπιτέμνειν.

ΚΕΦ. γ΄.

1 Τῆς (α) ἁγίας τοίνυν πόλεως κατοικουμένης μετὰ πάσης εἰρήνης, καὶ τῶν
νόμων (β) ὅτι κάλλιστα συντηρουμένων διὰ τὴν Ὀνίου τοῦ ἀρχιερέως εὐσέβει-
2 αν τε καὶ μισοπονηρίαν, Συνέβαινε καὶ αὐτοὺς τοὺς βασιλεῖς τιμᾶν τὸν τόπον,
3 καὶ τὸ ἱερὸν ἀποστολαῖς ταῖς κρατίσταις δοξάζειν, Ὥστε καὶ Σέλευκον
τὸν τῆς Ἀσίας βασιλέα χορηγεῖν ἐκ τῶν ἰδίων προσόδων πάντα (γ)
4 τὰ πρὸς τὰς λειτουργίας τῶν θυσιῶν (δ) ἐπιβάλλοντα δαπανήματα. Σί-
μων δέ τις ἐκ τῆς Βενιαμὶν φυλῆς προστάτης τοῦ ἱεροῦ καθεσταμένος,
5 διηνέχθη τῷ ἀρχιερεῖ (ε) περὶ τῆς κατὰ τὴν πόλιν παρανομίας. Καὶ νικῆ-
σαι τὸν Ὀνίαν μὴ δυνάμενος, ἦλθε πρὸς Ἀπολλώνιον Θρασαίου, τὸν
6 κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν κοίλης Συρίας καὶ Φοινίκης στρατηγόν· Καὶ προσ-
ήγγειλε περὶ τῶν χρημάτων ἀμυθήτων γέμειν τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις γαζο-
φυλάκιον, ὥστε τὸ πλῆθος τῶν διαφόρων (ζ) ἀναρίθμητον εἶναι, καὶ μὴ προσή-
κειν αὐτὰ πρὸς τὸν τῶν θυσιῶν λόγον, εἶναι δὲ δυνατὸν ὑπὸ τὴν τοῦ βασιλέως
7 ἐξουσίαν (η) πεσεῖν ἅπαντα ταῦτα. Συμμίξας δὲ (θ) ὁ Ἀπολλώνιος τῷ
βασιλεῖ, περὶ τῶν μηνυθέντων αὐτῷ χρημάτων ἐνεφάνισεν. ὁ δὲ (ι) προχει-
ρισάμενος Ἡλιόδωρον τὸν ἐπὶ τῶν πραγμάτων, ἀπέστειλε δοὺς ἐντολὰς,
8 τὴν τῶν προειρημένων χρημάτων ἐκκομιδὴν ποιήσασθαι. Εὐθέως δὲ ὁ Ἡλι-
όδωρος ἐποιεῖτο τὴν πορείαν, τῇ μὲν ἐμφάσει ὡς τὰς κατὰ κοίλην
Συρίαν καὶ Φοινίκην πόλεις (κ) ἐφοδεύων, τῷ πράγματι δὲ τὴν τοῦ βασι-
9 λέως πρόθεσιν (λ) ἐπιτελέσων. Παραγενηθεὶς δὲ εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ φι-
λοφρόνως (μ) ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως τῆς πόλεως ἀποδεχθεὶς, ἀνέθετο περὶ
τοῦ γεγονότος ἐμφανισμοῦ, καὶ τίνος ἕνεκεν πάρεστι (ν) διεσάφησεν· ἐπυν-
θάνετο δὲ εἰ ταῖς ἀληθείαις ταῦτα οὕτως ἔχοντα τυγχάνει.

MS.A. (α) ἁγίας πόλεως (β) ἔτι (γ) τὰς (δ) ἐπιβάλλοντας (ε) τῆς κατὰ τὴν πόλιν ἀγορανομίας. (ζ) ἀναρίθμητον, καὶ μὴ προσενηνοχέναι (η) πᾶσιν ταῦτα. (θ) Ἀπολλώνιος (ι) προχειρισάμενος (κ) ἐφόδευσε. (λ) ἐπιτελεῖν. (μ) ὁ ἀρχιερεὺς (ν) διεσάφησεν.

Interp. LAT.

Sicut enim novæ domûs architecto de universa 30
structura curandum est, ei verò qui inurere &
pingere aggreditur, quæ apta sunt ad ornatum,
exquirenda sunt; ita æstimo & in nobis. Nam pe- 31
netrare quidem, & de omnibus facere sermonem,
& curiosiùs singulas quasque partes disquirere,
historiæ congruit auctori. Brevitatem verò di- 32
ctionis sectari, & subtilem executionem rerum
vitare brevianti concedendum est. Hinc ergò 33
narrationem incipiemus, prædictis hactenus con-
nectentes. Stultum enim est ante historiam efflue-
re, in ipsa autem historia succingi.

CAP. III.

IGitur cùm sancta civitas habitaretur cum o- 1
mni pace, leges autem adhuc optimè custodiren-
tur propter Oniæ pontificis pietatem, & odium
malorum: Fiebat ut & ipsi reges locum hono- 2
rarent, & templum maximis muneribus illustra-
rent : Ita ut Seleucus Asiæ rex de reditibus su- 3
is præstaret omnes sumptus ad ministeria sacrifi-
ciorum pertinentes. Simon autem quidam de 4
tribu Benjamin præpositus templi constitutus,
contendebat cum principe sacerdotum de ea quæ
in civitate fiebat, (a) legum transgressione. Sed 5
cùm vincere Oniam non posset; venit ad Apollo-
nium Thraseæ filium, qui illo tempore erat dux
Cœlesyriæ, & Phœnicis: Et nuntiavit pe- 6
cuniis immensis plenum esse ærarium Hierosolymis,
ita ut multitudo (b) communium copiarum esset
innumerabilis, & ea non pertinere ad rationem
sacrificiorum, esse autem possibile sub potestate
regis cadere universa hæc. Collocutus autem 7
Apollonius cum rege, de indicatis sibi pecuniis
aperuit. Ille verò eligens Heliodorum, qui erat
super negotia ejus, misit cum mandatis, ut præ-
dictam pecuniam asportaret. Statimque Helio- 8
dorus iter est aggressus, specie quidem quasi eas
quæ per Cœlesyriam & Phœnicen, civitates esset
peregraturus, reverà autem regis propositum per-
fecturus. Sed cùm venisset Hierosolymam, & 9
benignè à summo sacerdote civitatis esset exce-
ptus, narravit de dato indicio, & cujus rei gra-
tiâ adesset, aperuit. Interrogabat autem, si ve-
rè hæc ita essent.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]

CAP. III.

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]

Sicut enim architecto, cùm domum ædifi- 30
cat, de tota ædificii structura cura est,
Ei autem qui figuris & coloribus ornat,
quærendum est quicquid usui est ad orna-
tum domûs ; Ita & nobis rem se habe-
re puto. De singulis enim inquirere & 31
investigare, & omnia simul scribere,
auctoris est. Capita autem rerum per- 32
sequi, & à scribendo multis excusatum
esse, ei concedendum est, qui breviter
multa paucis exponit. Hinc igitur inci- 33
piamus narrationem eorum quæ prædi-
cta sunt ; & breviter composita : Ut
enim quis ante narrandum multis propo-
nat, & conciliet, narrationem autem i-
psam breviter exponat, rectum est.

CAP. III.

HAbitante quietè & pacificè civitate 1
Sanctâ, & legibus benè observatis, ob ju-
stitiam Chuniæ Sacerdotis summi, & quòd
mala odio haberet, Etiam Regem ipsum 2
templum & locum glorificare contigit
honoribus & oblationibus multis & glo-
riosis : Adeò ut Seleucus Rex Asiæ quic- 3
quid ad oblationum ministerium pertine-
ret, de suo largiretur. Simon autem qui 4
erat de tribu Benjamin, Templo præfe-
ctus, resistebat Sacerdoti ; quippe, qui
auxilio esset iniquitati quæ in civitate ex-
ercebatur. Et cùm Chuniæ sacerdoti 5
summo prævalere non posset, profectus est
ad Apollonium filium Thrasisi, tunc tem-
poris præfectum & ducem Syriæ & Phœ-
nices ; Et indicavit ipsi de gaza quæ esset 6
in templo Jerosolymitano : Immensam esse
dicens, nec numerari posse divitias quæ
ibi essent: Neque eas in rationem sacri-
ficiorum & oblationum adduci posse, sed
in potestate Regis esse debere. Profectus 7
autem Apollonius indicavit Regi, quod de
gaza hac & divitiis dictum sibi fuerat: &
rex vocatum Heliodorum rebus præfe-
ctum, misit cum mandatis ut gazam oēm
& opes de quibus indicatum sibi fuerat, ac-
ciperet & ad se afferret. Heliodorus autē 8
statim profectus obibat civitates Syriæ &
Phœnices, festinans transire, ut Regis
præceptum perficeret. Veniens autem 9
Jerosolyma Heliodorus, cum honore ma-
gno à Sacerdote summo & civitate acce-
ptus est. Et declaravit ipsis id cujus
causâ missus esset, quod regi indicatum
fuerat : Et ab ipsis quæsivit, num verè
hæc ita se haberent.

Versio VULG. LAT.

10 Tunc summus sacerdos ostendit deposita esse hæc, &
11 victualia viduarum & pupillorum: Quædam verò
esse Hircani Tobiæ viri valdè eminentis, in his quæ
detulerat impius Simon: universa autem argenti ta-
12 lenta esse quadringenta, & auri ducenta. Decipi
verò eos, qui credidissent loco & templo, quod per
universum mundum honoratur, pro sui veneratione
13 & sanctitate omnino impossibile esse. At ille pro his
quæ habebat in mandatis à rege, dicebat omni gene-
14 re regi ea esse deferenda. Constitutâ autem die in-
trabat de his Heliodor⁹ ordinaturus. Non modica ve-
15 rò per universam civitatem erat trepidatio. Sacerdo-
tes autem ante altare cum stolis sacerdotalibus jacta-
verunt se, & invocabant de cœlo eum, qui de depo-
sitis legem posuit, ut his, qui deposuerant ea, salva
16 custodiret. Jam verò qui videbat summi sacerdotis
vultum, mente vulnerabatur: facies enim & color
17 immutatus, declarabat internum animi dolorem. Cir-
cumfusa enim erat mœstitia quædam viro, & horror
corporis, per quem manifestus aspicientibus dolor
18 cordis ejus efficiebatur. Alii etiam gregatim de do-
mibus confluebant, publicâ supplicatione obsecran-
tes, pro eo quòd in contemptum locus esset venturus.
19 Accinctæque mulieres ciliciis pectus, per plateas con-
fluebant: sed & virgines, quæ conclusæ erant, procur-
rebant ad Oniam, aliæ autem ad muros, quædam verò
20 per fenestras aspiciebant: Universæ autem proten-
21 dentes manus in cœlum deprecabantur. Erat enim
misera commistæ multitudinis, & magni sacerdotis in
22 agone constituti expectatio. Et hi quidem invoca-
bant omnipotentem Deum, ut credita sibi, his qui cre-
23 diderant, cum omni integritate conservarentur. He-
liodorus autem, quod decreverat, perficiebat eodem
24 loco ipse cum satellitibus circa ærarium præsens. Sed
Spiritus omnipotentis Dei magnâ fecit suæ ostensio-
nis evidentiam, ita ut omnes, qui ausi fuerant parêre
ei, ruentes Dei virtute, in dissolutionem & formidi-
nem converterentur.

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ Β'.

10 Τοῦ δὲ ἀρχιερέως ὑποδείξαντος (α) παραθήκας εἶναι χηρῶν τε καὶ
11 ὀρφανῶν, Τινὰ δὲ καὶ Ὑρκανοῦ τοῦ Τωβίου σφόδρα ἀνδρὸς ἐν ὑπερο-
χῇ κειμένου, οὐχ (β) ὥσπερ ἦν διαβάλλων ὁ δυσσεβὴς Σίμων, τὰ
δὲ πάντα ἀργυρίου τετρακόσια τάλαντα, χρυσίου δὲ διακόσια,
12 (γ) Ἀδικηθῆναι δὲ τοὺς πεπιστευκότας τῇ τοῦ τόπου ἁγιωσύνῃ, καὶ τῇ
τοῦ τετιμημένου κατὰ τὸν σύμπαντα κόσμον ἱεροῦ σεμνότητι καὶ
13 ἀσυλίᾳ, (δ) πάντως ἀμήχανον εἶναι. (ε) Ὁ δὲ Ἡλιόδωρος δι' ἃς εἶχε
βασιλικὰς ἐντολὰς, πάντως ἔλεγεν εἰς τὸ βασιλικὸν ἀναληπτέα
14 ταῦτα εἶναι. Ταξάμενος δὲ ἡμέραν εἰσῄει τὴν περὶ τούτων ἐπίσκε-
ψιν οἰκονομήσων· ἦν δὲ οὐ μικρὰ καθ' ὅλην τὴν πόλιν ἀγωνία.
15 Οἱ δὲ ἱερεῖς πρὸ τοῦ θυσιαστηρίου ἐν ταῖς ἱερατικαῖς στολαῖς ῥίψαντες
ἑαυτοὺς, ἐπεκαλοῦντο εἰς οὐρανὸν τὸν περὶ (ζ) παραθήκης νομοθετήσαντα
16 τοῖς παρακαταθεμένοις ταῦτα σῶα διαφυλάξαι. Ἦν δὲ ὁρῶντα
τὴν τοῦ ἀρχιερέως ἰδέαν, τιτρώσκεσθαι τὴν διάνοιαν· ἡ γὰρ ὄψις
καὶ τὸ τῆς χρόας παρηλλαγμένον ἐνέφαινε τὴν κατὰ ψυχὴν ἀγωνίαν.
17 Περιεκέχυτο γὰρ περὶ τὸν ἄνδρα δέος τι καὶ φρικασμὸς σώματος, (η)
δι' ὧν πρόδηλον (θ) ἐγένετο τοῖς θεωροῦσι τὸ κατὰ καρδίαν ἐνεστὸς ἄλ-
18 γος. Οἱ δὲ ἐκ τῶν οἰκιῶν ἀγεληδὸν ἐξεπήδων ἐπὶ πάνδημον
ἱκετείαν, διὰ τὸ (ι) μέλλειν εἰς καταφρόνησιν ἔρχεσθαι τὸν τόπον.
19 Ὑπεζωσμέναι δὲ ὑπὸ τοὺς μαστοὺς αἱ γυναῖκες σάκκους κατὰ τὰς
ὁδοὺς (κ) ἐπλήθυνον. αἱ δὲ κατάκλειστοι τῶν παρθένων, αἱ μὲν συνέτρεχον
ἐπὶ τοὺς πυλῶνας, αἱ δὲ ἐπὶ τὰ τείχη, τινὲς δὲ διὰ τῶν θυρί-
20 δων (λ) διεξέκυπτον. Πᾶσαι δὲ προτείνουσαι τὰς χεῖρας εἰς τὸν
21 οὐρανὸν, ἐποιοῦντο τὴν λιτανείαν. Ἐλεεῖν (μ) δ' ἦν τὴν τοῦ πλήθους παμ-
μιγῆ πρόπτωσιν, τήν τε τοῦ μεγάλως (ν) διαγωνιῶντος ἀρχιερέως
22 προσδοκίαν. Οἱ μὲν οὖν ἐπεκαλοῦντο τὸν (ξ) παντοκράτορα θεὸν
τὰ πεπιστευμένα τοῖς πεπιστευκόσι σῶα διαφυλάσσειν μετὰ πάσης
23 ἀσφαλείας. Ὁ δὲ Ἡλιόδωρος τὸ διεγνωσμένον ἐπετέλει.
αὐτόθι δὲ αὐτοῦ σὺν τοῖς δορυφόροις κατὰ τὸ γαζοφυλάκιον ἤδη παρ-
24 όντος, Ὁ τῶν (ο) πατέρων κύριος καὶ πάσης ἐξουσίας δυνάστης ἐπιφά-
νειαν μεγάλην ἐποίησεν, ὥστε πάντας τοὺς κατατολμήσαντας συνελθεῖν,
καταπλαγέντας τὴν τοῦ θεοῦ δύναμιν, εἰς ἔκλυσιν καὶ δειλίαν τραπῆναι.

MS. A. (α) παρακαταθήκας (β) οὕτως διαβάλλων (γ) Ἀδικῆσαι τε (δ) παντελῶς (ε) * Ὁ δ' ἕτερος (ζ) παρακαταθήκας (η) δι' ἧς (θ) ἐγένετο (ι) μὴ μέλλειν (κ) ἐπλήθυνον. (λ) διέκυπτον. (μ) δὲ τὴν (ν) ἀγωνιῶντος (ξ) παντοκράτη κύριον τα (ο) πνευμάτων καὶ πάσης

Interp. LAT.

Tunc summus sacerdos ostendit deposita esse viduarum & pupillorum, Quædam verò etiam Hyrcani Tobiæ viri valdè eminentis, non sicut detulerat impius Simon, universa autem argenti talenta esse quadringinta, & auri ducenta; Fraudari verò eos qui credidissent loci sanctitati, & honorati per universum mundum templi majestati, & securitati, (c) omninò impossibile esse. At Heliodorus pro his quæ habebat in mandatis à rege, omninò dicebat in (d) regium fiscum referenda hæc esse. Constitutâ autem die intrabat de his visitationem ordinaturus. Non modica verò per universam civitatem erat trepidatio. Sacerdotes autem ante altare cum stolis sacerdotalibus jactantes se, invocabant in cœlum eum qui de deposito legem posuit; ut his qui deposuerant, ea salva custodiret. Jam verò, qui videret summi sacerdotis vultum, mente vulnerabatur. Facies enim & color immutatus declarabat eam, quæ in animo, agoniam. Circumfusa enim erat mæstitia quædam viro, & horror corporis; per quæ manifestus aspicientibus dolor cordis ejus efficiebatur. Alii autem de domibus gregatim prosiliebant ad publicam supplicationem, pro eo quod in contemptum locus esset venturus. Accinctæque mulieres ciliciis sub (e) mammis, per vias confluebant. Sed & virgines, quæ conclusæ erant, aliæ quidem concurrebant ad januas, aliæ autem ad muros, aliquæ verò per fenestras aspiciebant. Universæ autem protendentes manus in cœlum, deprecabantur. Erat autem miserabilis commistæ multitudinis ruina, & summi sacerdotis in magna agonia constituti expectatio. Et hi quidem invocabant omnipotentem Deum, ut credita salva his qui crediderant, cum omni integritate conservaret. Heliodorus autem, quod decreverat, perficiebat. Ibi autem ipso cum satellitibus ad ærarium jam præsente, Patrum dominus, & omnis potestatis dominator magnam fecit ostensionem; ita ut omnes, qui ausi fuerant convenire, obstupescentes Dei virtutem, in dissolutionem & formidinem converterentur.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

Dixit autem ei, & ostendit sacerdos summus deposita esse pupillorum & viduarum. Partim autem Hyrcani Tobiæ filii, viri honorati & divitis, ea que juxta quod per calumniam veniens dixerat Simon ille impius: Sed rem totam, talenta esse argenti quadringenta, auri ducenta: Fieri autem non posse, ut per vim & rapinam spoliarentur qui crediderant sanctitati loci, & reverentiæ Templi, nominique ejus maximo, per totum orbem, quasi Asyli & à latrocinio immunis, glorioso. Heliodorus autem, propter mandatum regis, in Regiam afferenda hæc, ibique reponenda dicebat. Et constituit ipsis diem, quo ingrediens ea inspiceret, & in potestatem suam acciperet. Non erat igitur exigua per totam civitatem agonia. Sacerdotes autem sacerdotalia induti projiciebant se in terram, & clamabant petebántque à Legislatore, deposita dominis suis tutò conservari. At qui sacerdotem summum videbant omnibus colliquescebant corda: Oris enim species & vultûs immutatio passionem animi indicabat. Effusa enim diffluebat in virum gratia, & speciei pulchritudo in corpus ejus, propterea dolor quem in animo patiebatur, notus evadebat. Præterea procedebant de ædibus per cœtus, petebántque & supplicabant pro Templo, ne risui esset & ludibrio. Succinctæ autem saccis lumbos mulieres errabant per vias: et conclusæ virgines, hæ quidam ad portas currebant, illæ ad muros, aliæ per fenestras perspiciebant. Omnes autem passis manibus clamantes habitatori cœlorum supplicabant. Erat autem miseratione dignum videre contritionem & afflictionem populi, agoniamque, & angustias, & expectationem summi Sacerdotis. Clamantes autem omnes petebant à Deo Omnipotente, ut quæ credita essent, eis qui credidissent, instar depositorum, cum omni cautione conservarentur. Heliodorus autem solicitus erat ut perficeret negotium cujus causa venerat. Incipiebátque ingredi Gazophylacium armatus cum satellitibus: Et statim apparuit Dñs Spirituum, & Deus omnis virtutis, omnisq; dominii, ac fecit eis miraculum & revelationem magnam, ita ut omnes qui ausi fuerant introire, solverentur & caderent præ stupore virtutis divinæ, quæ apparuit super eos.

Versio VULG. LAT.

25 Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens
sessorem, optimis operimentis adornatus: isque cum
impetu Heliodoro priores calces elisit: qui autem ei
26 sedebat, videbatur arma habere aurea. Alii etiam
apparuerunt duo juvenes virtute decori, optimi glo-
riâ, speciosique amictu: qui circumsteterunt eum,
& ex utraque parte flagellabant, sine intermissione
27 multis plagis verberantes. Subitò autem Heliodo-
rus concidit in terram, eúmque multâ caligine cir-
cumfusum rapuerunt, atque in sella gestatoria posi-
28 tum ejecerunt. Et is, qui cum multis cursoribus &
satellitibus prædictum ingressus est ærarium, porta-
batur nullo sibi auxilium ferente, manifestâ Dei co-
29 gnitâ virtute: Et ille quidem per divinam virtutem
jacebat mutus, atque omni spe & salute privatus.
30 Hi autem Dominum benedicebant, quia magnificabat
locum suum: & templum, quod paulò antè timore
ac tumultu erat plenum, apparente omnipotente Do-
31 mino, gaudio & lætitiâ impletum est. Tunc verò
ex amicis Heliodori quidam rogabant confestim Oni-
am, ut invocaret Altissimum, ut vitam donaret ei,
32 qui in supremo spiritu erat constitutus. Considerans
autem summus sacerdos, ne fortè rex suspicaretur ma-
litiam aliquam ex Judæis circa Heliodorum consum-
matam, obtulit pro salute viri hostiam salutarem.
33 Cúmque summus sacerdos exoraret, iidem juvenes
eisdem vestibus amicti, astantes Heliodoro, dixerunt;
Oniæ sacerdoti gratias age: nam propter eum Domi-
34 nus tibi vitam donavit. Tu autem à Deo flagellatus,
nuntia omnibus magnalia Dei, & potestatem. Et his
35 dictis, non comparuerunt. Heliodorus autem, ho-
stiâ Deo oblatâ, & votis magnis promissis ei, qui vi-
vere illi concessit, & Oniæ gratias agens, recepto ex-
36 ercitu, repedabat ad regem. Testabatur autem o-
mnibus ea quæ sub oculis suis viderat opera magni
37 Dei. Cùm autem rex interrogâsset Heliodorum,
quis esset aptus adhuc semel Jerosolymam mitti, ait;

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β'.

25 Ὤφθη γάρ (α) τις ἵππος αὐτοῖς φοβερὸν ἔχων τὸν ἐπιβάτην, καὶ καλ-
λίστῃ σαγῇ διακεκοσμημένος, φερόμενος δὲ ῥύδην (β) ἐνέσεισε τῷ
Ἡλιοδώρῳ τὰς (γ) ἐμπροσθίους ὁπλάς. ὁ δὲ ἐπικαθήμενος ἐφαίνετο
26 χρυσῆν πανοπλίαν ἔχων. Ἕτεροι δὲ δύο (δ) προσεφάνησαν αὐτῷ
νεανίαι, τῇ ῥώμῃ μὲν ἐκπρεπεῖς, κάλλιστοι δὲ (ε) τῇ δόξῃ, διαπρε-
πεῖς δὲ τὴν περιβολήν· οἳ καὶ παραστάντες ἐξ ἑκατέρου μέρους, ἐμα-
στίγουν αὐτὸν ἀδιαλείπτως, πολλὰς (ζ) ἐπιῤῥιπτοῦντες αὐτῷ πληγάς.
27 Ἄφνω δὲ πεσόντα πρὸς τὴν γῆν, καὶ πολλῷ σκότει περιχυθέντα, συναρ-
28 πάσαντες, καὶ εἰς φορεῖον ἐνθέντες, Τὸν ἄρτι μετὰ πολλῆς παρα-
δρομῆς καὶ πάσης δορυφορίας εἰς τὸ προειρημένον εἰσελθόντα γαζοφυ-
λάκιον, ἔφερον ἀβοήθητον (η) ἑαυτῷ καθεστῶτα, φανερῶς τὴν τοῦ
29 θεοῦ δυναστείαν ἐπεγνωκότες. Καὶ ὁ μὲν διὰ τὴν θείαν ἐνέργειαν
30 ἄφωνος καὶ πάσης ἐστερημένος ἐλπίδος καὶ σωτηρίας (θ) ἔῤῥιπτο. Οἱ
δὲ τὸν κύριον εὐλόγουν τὸν παραδοξάζοντα τὸν ἑαυτοῦ τόπον· καὶ τὸ
μικρῷ πρότερον δέους καὶ ταραχῆς γέμον ἱερόν, τοῦ παντοκράτορος
31 ἐπιφανέντος κυρίου, χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης (ι) ἐπεπλήρωτο. Ταχὺ δέ
τινες τῶν τοῦ Ἡλιοδώρου συνήθων ἠξίουν τὸν Ὀνίαν ἐπικαλέσασθαι
τὸν ὕψιστον, καὶ τὸ ζῆν χαρίσασθαι τῷ παντελῶς ἐν ἐσχάτῃ πνοῇ
32 κειμένῳ. Ὕποπτος δὲ γενόμενος ὁ ἀρχιερεύς, μήποτε διάληψιν
ὁ βασιλεὺς σχῇ, κακουργίαν τινὰ περὶ τὸν Ἡλιόδωρον ὑπὸ τῶν Ἰου-
δαίων συντετελέσθαι, προσήγαγε θυσίαν ὑπὲρ τῆς τοῦ ἀνδρὸς σωτηρίας.
33 Ποιουμένου δὲ τοῦ ἀρχιερέως τὸν ἱλασμόν, οἱ αὐτοὶ νεανίαι πά-
λιν ἐφάνησαν τῷ Ἡλιοδώρῳ ἐν ταῖς αὐταῖς ἐσθήσεσιν ἐστολισμένοι,
καὶ στάντες (κ) εἶπον, Πολλὰς (λ) τῷ Ὀνίᾳ τῷ ἀρχιερεῖ χάριτας ἔχε,
34 διὰ γὰρ αὐτόν σοι κεχάρισται τὸ ζῆν (μ) ὁ κύριος. Σὺ δὲ (ν) ὑπ' αὐτοῦ
μεμαστιγωμένος (ξ) διάγγελε πᾶσι τὸ μεγαλεῖον τοῦ θεοῦ κράτος.
35 ταῦτα δὲ εἰπόντες ἀφανεῖς ἐγένοντο. Ὁ δὲ Ἡλιόδωρος θυσίαν
(ο) ἀνενέγκας τῷ κυρίῳ, καὶ εὐχὰς μεγίστας εὐξάμενος τῷ τὸ ζῆν
περιποιήσαντι, καὶ τὸν Ὀνίαν ἀποδεξάμενος, ἀνεστρατοπέδευσε
36 πρὸς τὸν βασιλέα. Ἐξεμαρτύρει δὲ πᾶσιν ἅπερ ἦν ὑπ' ὄψιν
37 τεθεαμένος ἔργα τοῦ μεγίστου θεοῦ. Τοῦ δὲ βασιλέως ἐπερωτήσαν-
τος τὸν Ἡλιόδωρον, ποῖός τις εἴη ἐπιτήδειος ἔτι ἅπαξ διαπεμ-
φθῆναι εἰς Ἱεροσόλυμα, ἔφησεν,

MS.A. (α) *τοῖς ἵπποις (β) ἔσεισεν (γ) ἐμπροσθίους (δ) ἐφάνησαν (ε) τὴν γλῶσσαν, (ζ) ἐπιτιθέντες (η) αὐτὸν τοῖς *χόλοις καθηςῶτα, φανερῶς τὴν δυναστείαν ἐπεγνωκότα. (θ) ἔῤῥιπτο. (ι) ἐπλήρωτο. (κ) εἶπαν, (λ) Ὀνίᾳ (μ) κύριος. (ν) ἐξ οὐρανοῦ (ξ) διάγγελλε (ο) ἀνενέγκων τῷ θεῷ,

Interp. LAT.

Apparuit enim illis quidam equus, terribilem 25
habens sessorem, & optimo operimento adorna-
tus: invectus autem cum impetu incussit He-
liodoro anteriores ungulas. Qui autem ei insi-
debat, videbatur arma habere aurea. Alii 26
autem duo apparuerunt ei juvenes, virtute de-
cori, optimi gloriâ, speciosique amictu: qui
etiam circunstantes ex utraque parte flagellabant
eum sine intermissione, multas inferentes ei pla-
gas. Subitò autem concidentem in terram, & 27
multâ caligine circumfusum, rapientes, et
in sellam gestatoriam imponentes, Eum qui nuper 28
cum multo cursorum comitatu, & omni satellitio
prædictum ingressus erat ærarium, portabant
nullius sibi ipsi auxilii ferendi (f) compotem,
manifestò Dei potestatem cognoscentes. Et ille 29
quidem per divinam virtutem jacebat mutus,
atque omni spe & salute privatus. Hi autem 30
Dominum benedicebant, qui magnificabat locum
suum. Et templum, quod paulo antè timore ac
tumultu erat plenum, apparente omnipotente
Domino, gaudio & lætitiâ impletum est. Con- 31
festim verò ex amicis Heliodori quidam roga-
bant Oniam, ut invocaret Altissimum, & vitam
donaret ei qui omnino in supremo spiritu erat
constitutus. Suspicatus autem summus sacerdos, 32
ne forte rex suspicaretur maleficium aliquod circa
Heliodorum à Judæis esse consummatum, ob-
tulit hostiam pro viri salute. Faciente autem 33
summo sacerdote propitiationem, iidem juvenes
rursus apparuerunt Heliodoro eisdem vestibus
amicti: & stantes dixerunt; Multas Oniæ
sacerdoti gratias habe: nam propter eum tibi
Dominus vitam donavit. Tu autem ob (g) eo 34
flagellatus nuntia omnibus magnam Dei potesta-
tem. Et his dictis non comparuerunt. Helio- 35
dorus autem hostiâ Domino oblatâ, & votis
maximis promissis ei qui vivere concessit, &
Oniæ gratias agens, rediit cum exercitu ad re-
gem. Testabatur autem omnibus ea quæ sub 36
oculis suis viderat, opera maximi Dei. Cùm 37
autem rex interrogâsset Heliodorum, quis esset
aptus adhuc semel Hierosolymam mitti, ait;

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]

Apparuit enim ipsis equus quidam ro- 25
bustus, sessorem habens virum specie valdè
formosum, & amictu vestitûs gloriosum:
Veniebat autem cum impetu, & sonitum
pulsationis armorum suorum in Heliodo-
rum incutiebat. Videbatur autem insessor
ejus armis aureis accinctus. Apparuerunt 26
autem cum ipso duo alii juvenes specie
formosi, & viribus gloriosi, vestibúsque
decori & stupendi, stabántque ab utroque
latere Heliodori, & flagellabant ipsum fla-
gellis magnis. Ceciditque repentè in ter- 27
ram, circumfusus caligine magnâ: & sub-
latum eum extulerunt extra in atrium.
Qui paulò anteà cum superbia & copiis 28
magnis ingressus erat in Gazophylacium,
nunc autem projectus sine viribus, nec sibi
ipsi opem ferre valebat. Et palàm appa- 29
ruit virtus Dei, & projectus erat quasi re-
solutus operatione veritatis, sine spe vi-
tæ aut expectatione. Populus autem be- 30
nedicebat Deum qui fecerat gloriosa pro
loco templi, quod cum paulò anteà plenum
fuerat commotione & trepidatione, opere
& revelatione Dei omnipotentis plenum
factum fuerat hilaritate & gaudio. Ibi 31
statim accesserunt ex amicis Heliodori qui-
dam, & à Chunia petierunt, ut oraret &
à Domino peteret, ut vitam daret ei qui
omninò projectus sine spe jacebat. Cogi- 32
tans autem apud se summus sacerdos, ne
fortè putaret rex operationem aliquam in-
stitutam fuisse à Judæis adversùs Heliodo-
rum, obtulit sacrificium pro salute viri.
Cùm autem stans summus sacerdos propi- 33
tiationem faceret pro eo, rursus appa-
ruerunt Heliodoro isti duo juvenes eis-
dem quibus anteà vestibus amicti, & dixe-
runt ei; Magnam gratiam accepit Chuni-
as princeps sacerdotum: propter eum
enim indulsit tibi Dominus vitam. Tu 34
autem à Deo flagellatus, abi & prædica
omnibus hominibus magnitudinem & vi-
res potestatis ejus. Et his dictis non ap-
paruerunt amplius. Heliodorus autem ob- 35
tulit oblationes Deo, & supplicavit & oravit
coram eo oratione magnâ, quòd ipsi vitam
reddiderat: Chuniam autem magnopere
honoravit: Itaque reversus ad regem di-
scessit, cum toto comitatu suo. Testa- 36
batur autem & prædicabat universis ope-
ra & virtutem fortem Domini, qui ipsi
coram oculis apparuerat. Rex autem 37
quærebat ab Heliodoro de hac re quo-
modo facta fuerat: Volebátque adhuc
vice alterâ mittere Jerosolyma:

Versio VULG. LAT.

38 Si quem habes hostem, aut regni tui insidiatorem,
mitte illuc, & flagellatum eum recipies, si tamen eva-
serit: eò quòd in loco sit verè Dei quædam virtus.
39 Nam ipse, qui habet in cœlis habitationem, visitator
& adjutor est loci illius, & venientes ad malefacien-
40 dum percutit, ac perdit. Igitur de Heliodoro, & æ-
rarii custodia, ita res se habet.

CAP. IV.

1 SImon autem prædictus, pecuniarum & patriæ dela-
tor, malè loquebatur de Onia, tanquam ipse Heliodo-
2 rum instigâsset ad hæc, & ipse fuisset incentor malo-
rum: Provisorémque civitatis, ac defensorem gen-
tis suæ, & æmulatorem legis Dei audebat insidiato-
3 rem regni dicere. Sed, cùm inimicitiæ in tantum
procederent, ut etiam per quosdam Simonis necessa-
4 rios homicidia fierent: Considerans Onias pericu-
lum contentionis, & Apollonium insanire, utpotè
ducem Cœlesyriæ & Phœnicis, ad augendam mali-
5 tiam Simonis, ad regem se contulit, Non ut civium
accusator, sed communem utilitatem apud semet-
6 ipsum universæ multitudinis considerans. Videbat
enim sine regali providentia impossibile esse pacem
rebus dari, nec Simonem posse cessare à stultitia sua.
7 Sed post Seleuci vitæ excessum, cùm suscepisset re-
gnum Antiochus, qui Nobilis appellabatur, ambie-
8 bat Jason frater Oniæ summum sacerdotium: Adi-
to rege, promittens ei argenti talenta trecenta sexa-
9 ginta, & ex reditibus aliis talenta octoginta. Super
hæc promittebat & alia centum quinquaginta, si po-
testati ejus concederetur gymnasium & ephebiam sibi
constituere, & eos, qui in Jerosolymis erant, Antio-
10 chenos scribere. Quod cùm rex annuisset, & obti-
nuisset principatum, statim ad gentilem ritum con-
tribules suos transferre cœpit.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β'.

38 Εἴ τινα ἔχεις πολέμιον ἢ πραγμάτων ἐπίβουλον, πέμψον αὐτὸν ἐκεῖ,
καὶ μεμαστιγωμένον αὐτὸν προσδέξῃ, ἐάνπερ καὶ (α) διασωθείη, διὰ τὸ
39 περὶ τὸν τόπον ἀληθῶς εἶναί τινα Θεοῦ δύναμιν. Αὐτὸς γὰρ ὁ τὴν
κατοικίαν ἐπουράνιον ἔχων, ἐπόπτης ἐστὶ καὶ βοηθὸς ἐκείνου τοῦ τόπου,
40 καὶ τοὺς παραγινομένους ἐπὶ κακώσει, τύπτων (β) ἀπόλλυσιν. Καὶ τὰ μὲν
(γ) κατὰ Ἡλιόδωρον, καὶ τὴν τοῦ γαζοφυλακίου τήρησιν οὕτως ἐχώρησεν.

MS. A. (α) διασωθῇ, (β) ἀπολλύει. (γ) κατ' Ἡλιόδωρον

ΚΕΦ. Δ'.

1 Ὁ δὲ προειρημένος Σίμων ὁ τῶν χρημάτων καὶ τῆς πατρίδος
ἐνδείκτης γεγονώς, ἐκακολόγει τὸν Ὀνίαν, ὡς (α) αὐτός τε εἴη τὸν
2 Ἡλιόδωρον ἐπισεσεικώς, καὶ τῶν κακῶν δημιουργὸς καθεστηκώς. Καὶ
τὸν εὐεργέτην τῆς πόλεως, καὶ τὸν κηδεμόνα τῶν ὁμοεθνῶν, καὶ
ζηλωτὴν τῶν νόμων, ἐπίβουλον τῶν πραγμάτων ἐτόλμα λέγειν.
3 Τῆς δὲ ἔχθρας ἐπὶ τοσοῦτον προβαινούσης, ὥστε καὶ διά τινος τῶν
ὑπὸ τοῦ Σίμωνος δεδοκιμασμένων φόνους συντελεῖσθαι, Συνορῶν
4 (β) ὁ Ὀνίας τὸ χαλεπὸν τῆς φιλονεικίας, καὶ Ἀπολλώνιον μαίνεσθαι,
(γ) ὡς τὸν κοίλης Συρίας καὶ Φοινίκης στρατηγόν, συναύξοντα τὴν κα-
5 κίαν τοῦ Σίμωνος, (δ) ὡς τὸν βασιλέα (ε) διεκομίσθη, Οὐ γενόμενος
τῶν πολιτῶν κατήγορος, τὸ δὲ (ζ) συμφέρον κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν παντὶ
6 τῷ πλήθει σκοπῶν. Ἑώρα γὰρ ἄνευ βασιλικῆς προνοίας ἀδύνα-
τον εἶναι τυχεῖν εἰρήνης (η) ἔτι τὰ πράγματα, καὶ τὸν Σίμωνα
7 παῦλαν οὐ ληψόμενον τῆς ἀνοίας. Μεταλλάξαντος δὲ τὸν βίον
Σελεύκου, καὶ παραλαβόντος τὴν βασιλείαν Ἀντιόχου τοῦ προσαγο-
ρευθέντος Ἐπιφανοῦς, ὑπενόθευσεν Ἰάσων ὁ ἀδελφὸς Ὀνίου τὴν
8 ἀρχιερωσύνην, Ἐπαγγειλάμενος τῷ βασιλεῖ δι' ἐντεύξεως ἀργυρίου
τάλαντα ἑξήκοντα πρὸς τοῖς τριακοσίοις, καὶ προσόδου τινὸς ἄλλης
9 τάλαντα ὀγδοήκοντα. Πρὸς δὲ τούτοις ὑπισχνεῖτο καὶ ἕτερα (θ) δια-
γράψαι πεντήκοντα πρὸς τοῖς ἑκατόν, ἐὰν (ι) συγχωρηθῇ διὰ τῆς
ἐξουσίας αὐτοῦ, γυμνάσιον καὶ ἐφηβίαν αὐτῷ συστήσασθαι, καὶ τοὺς ἐν
10 Ἱεροσολύμοις Ἀντιοχεῖς ἀναγράψαι. Ἐπινεύσαντος δὲ τοῦ βασι-
λέως, καὶ τῆς ἀρχῆς κρατήσας, εὐθέως (κ) ἐπὶ τὸν Ἑλληνικὸν χαρα-
κτῆρα τοὺς ὁμοφύλους (λ) μετῆγε.

MS. A. (α) οὗτος (β) Ὀνίας (γ) *ἕως τῶν κοίλης Φοινίκης καὶ Συρίας στρατηγὸν συναύξαντα (δ) πρὸς τὸν (ε) διακομισθῇ, (ζ) σύμφορον κοινῇ, καὶ κατ' (η) ἐπὶ τὰ (θ) διαγράφειν (ι) ἐπιχορηγηθῇ (κ) πρὸς τὸν (λ) μετίστη.

Interp. LAT.

Si quem habes hostem, aut rerum insidiatorem, 38
mitte eum illuc: & flagellatum eum recipies,
si tamen evaserit: eò quòd in loco sit verè Dei
quædam virtus. Nam ipse qui habet (b) super- 39
cœlestem habitationem, visitator & adjutor
est loci illius: & venientes ad malefaciendum 40
percutit, & perdit. Igitur de Heliodoro, &
ærarii custodia, ita res se habet.

CAP. IV.

SImon autem prædictus, pecuniarum & patriæ 1
delator factus, malè loquebatur de Onia, tanquam
ipse Heliodorum instigâsset, & malorum artifex
fuisset: Benefactorémque civitatis, & provisorem 2
gentis suæ, & æmulatorem legum, audebat insidia-
torem rerum dicere. Sed cùm inimicitiæ in tan- 3
tum procederent, ut etiam per quendam ex iis qui
à Simone probati erant, homicidia fierent;
Considerans Onias periculum contentionis, & 4
Apollonium insanire, ut potè ducem Cœlesyriæ
& Phœnicis, augentem malitiam Simonis; ad 5
regem se contulit, Non civium accusator factus,
sed communem utilitatem (a) apud semetipsum
universæ multitudinis considerans. Videbat 6
enim sine regali providentia impossibile esse
pacem ulteriùs rebus dari, nec Simonem cessa-
turum à stultitia. Sed post Seleuci vitæ excessum, 7
cùm suscepisset regnum Antiochus, qui Nobilis
appellabatur, ambiebat Jason frater Oniæ
summum Sacerdotium; Adito rege promittens 8
ei argenti talenta trecenta sexaginta, & ex
reditu quodam alio talenta octoginta. Super 9
hæc autem promittebat alia centum quinquaginta
se tributurum; si per potestatem ejus (b) con-
cederetur gymnasium & ephebiam sibi constituere,
& eos qui in Hierosolymis erant, Antiochenos
scribere. Quod cùm rex annuisset, et obtinuisset 10
principatum; statim ad gentilem ritum contri-
bules transferre cœpit.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]

Cui dixit Heliodorus, Si quis est reus tibi, & rerum tuarum hostis, eum mitte illuc, ut accipias flagellatum & tortum, si tamen adhuc vivum: Quia verè virtus Dei in illo loco est. Qui enim in cœlis habitat, visitat & custodit locum illum; & qui veniunt ut malum ipsi faciant, eos flagellat, cruciat, ac perdit. Et de rebus quidem Heliodori, & conservatione Gazophylacii, ita res fuit.

CAP. IV.

SImon autem iste malus, quem supra diximus, indicem & proditorem urbis & Gazophylacii fuisse, calumniabatur Chuniam, & verbis innuebat, omnium quæ Heliodoro acciderant ipsum gestorem fuisse, omniúmque quæ evenerant malorum opificem: Et de eo qui bona civitatis procurabat, & pro popularibus solicitus erat, & onus legis portabat, audebat dicere, eum omnium malorum opificem fuisse. Crescebat autem eo usque malum inimicitiarum ipsius, ut cædes multæ ab eis fierent qui à Simone instigabantur. Videns igitur Chunias zelum malefaciendi & Apollonium Syriæ & Phœnices præfectum ac ducem, studio adjuvandi incalescentem, addere malis Simonis; Adeò ut ad regem usque diffamaretur quasi accusator & proditor civium suorum; circumspiciebat propterea Chunias & considerabat, quomodo popularibus opitularetur. Considerans autem videbat nullam reliquam esse pacis habendæ rationem, præter Dei gratiam & misericordiam, nec instaurari res posse absque Deo, nec quiescere Simonem à malo suo & zelo, nisi cœlitùs auxilium accederet. Mortuo autem rege Seleuco, cùm post eum accepisset regnum Antiochus qui Epiphanes dictus est, dolo profectus, Chuniæ summi sacerdotis frater Jason, accepit à rege potestatem sacerdotii summi. Pollicitus ipsi dare talenta argenti tercentum sexaginta, aliísque de causis octoginta. Pollicitus præterea centum sexaginta alia, si concederet ipsi rex ædificare gymnasium Jerosolymis, more Græcorum, & instituere Agones certaminum quæ in stadio certabantur, & ut Jerosolymitæ Antiochienses scriberentur. Cúmque regi persuasisset, & obtinuisset summum sacerdotium, & principatum in malo, statim convertit omnes populares suos ad studium Gentilismi.

Versio VULG. LAT.

Et amotis his, quæ humanitatis causâ Judæis à regi-
11 bus fuerant constituta, per Joannem patrem Eupole-
mi, qui apud Romanos de amicitia & societate fun-
ctus est legatione legitimâ, civium jura destituens,
12 prava instituta sanciebat. Etenim ausus est sub ipsa
arce gymnasium constituere, & optimos quosque e-
13 phebórum in lupanaribus ponere. Erat autem hoc
non initium, sed incrementum quoddam, & profe-
ctus gentilis & alienigenæ conversationis, propter
impii & non sacerdotis Jasonis nefarium & inaudi-
14 tum scelus: Ita ut sacerdotes jam non circa altaris
officia dediti essent, sed contempto templo, & sacri-
ficiis neglectis festinarent participes fieri palæstræ, &
15 præbitionis ejus injustæ, & in exercitiis disci. Et pa-
trios quidem honores nihil habentes, Græcas glorias
16 optimas arbitrabantur: Quarum gratiâ periculosa
eos contentio habebat, & eorum instituta æmulaban-
tur, ac per omnia his consimiles esse cupiebant, quos
17 hostes & peremptores habuerant. In leges enim di-
vinas impiè agere impunè non cedit: sed hoc tempus
18 sequens declarabit. Cùm autem quinquennalis agon
19 Tyri celebraretur, & rex præsens esset, Misit Jason
facinorosus ab Jerosolymis viros peccatores, portan-
tes argenti didrachmas trecentas in sacrificium Hercu-
lis: quas postulaverunt hi qui asportaverant ne in sa-
crificiis erogarentur, quia non oporteret, sed in alios
20 sumptus eas deputari. Sed hæ oblatæ sunt quidem
ab eo, qui miserat, in sacrificium Herculis: propter
præsentes autem datæ sunt in fabricam navium trire-
21 mium. Misso autem in Ægyptum Apollonio Mne-
sthei filio, propter primates Ptolemæi Philometoris
regis, cùm cognovisset Antiochus alienum se à nego-
tiis regni effectum, propriis utilitatibus consulens,
profectus indè venit Joppen, & indè Jerosolymam.
22 Et magnificè ab Jasone & civitate susceptus, cum fa-
cularum luminibus & laudibus ingressus est: & indè
in Phœnicen exercitum convertit.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β'.

11 Καὶ τὰ κείμενα τοῖς Ἰουδαίοις φιλάνθρωπα βασιλικὰ διὰ Ἰω-
άννου τοῦ πατρὸς Εὐπολέμου, τοῦ ποιησαμένου τὴν πρεσβείαν ὑπὲρ
φιλίας καὶ συμμαχίας πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, (α) παρώσατο· καὶ τὰς
μὲν (β) νομίμους καταλύων πολιτείας, παρανόμους ἐθισμοὺς ἐκαίνιζεν.
12 Ἀσμένως γὰρ ὑπ' αὐτὴν (γ) τὴν ἀκρόπολιν γυμνάσιον καθίδρυσε,
13 καὶ τοὺς κρατίστους τῶν ἐφήβων ὑποτάσσων, ὑπὸ πέτασον (δ) ἤγαγεν. Ἦν δ'
οὕτως ἀκμή (ε) τις Ἑλληνισμοῦ, καὶ πρόσβασις ἀλλοφυλισμοῦ διὰ
τὴν τοῦ ἀσεβοῦς καὶ οὐκ ἀρχιερέως Ἰάσωνος (ζ) ὑπερβάλλουσαν ἀναγνείαν,
14 Ὥστε μηκέτι περὶ τὰς τοῦ θυσιαστηρίου λειτουργίας προθύμους εἶναι τοὺς
ἱερεῖς, ἀλλὰ (η) τοῦ μὲν ναοῦ καταφρονοῦντες, καὶ τῶν θυσιῶν ἀμελοῦντες,
ἔσπευδον μετέχειν τῆς ἐν (θ) παλαίστρᾳ παρανόμου χορηγίας, μετὰ τὴν
15 τοῦ δίσκου (ι) πρόκλησιν. Καὶ τὰς μὲν (κ) πατρῴους τιμὰς ἐν οὐδενὶ (λ) τιθέ-
16 μενοι, τὰς δὲ Ἑλληνικὰς δόξας (μ) καλλίστας ἡγούμενοι. Ὧν (ν) χάριν
περιέσχεν αὐτοὺς χαλεπὴ περίστασις, καὶ ὧν ἐζήλουν τὰς ἀγωγὰς, καὶ
(ξ) καθάπαν ἤθελον ἐξομοιοῦσθαι, (ο) τούτους πολεμίους καὶ τιμωρητὰς ἔσχον.
17 Ἀσεβεῖν γὰρ εἰς τοὺς θείους νόμους οὐ ῥᾴδιον, ἀλλὰ ταῦτα ὁ ἀκόλουθος
18 καιρὸς δηλώσει. Ἀγομένου δὲ πενταετηρικοῦ ἀγῶνος ἐν Τύρῳ, καὶ
19 τοῦ βασιλέως παρόντος, Ἀπέστειλεν Ἰάσων ὁ μιαρὸς θεωροὺς (π) ἀπὸ
Ἱεροσολύμων, (ρ) Ἀντιοχεῖς ὄντας, παρακομίζοντας ἀργυρίου
δραχμὰς (σ) τριακοσίας εἰς τὴν τοῦ Ἡρακλέους θυσίαν· ἃς καὶ ἠξίω-
σαν οἱ (τ) παρακομίσαντες μὴ χρῆσθαι (υ) πρὸς θυσίαν διὰ τὸ μὴ κα-
20 θήκειν, εἰς ἑτέραν δὲ καταθέσθαι δαπάνην. Ἔπεμψεν οὖν ταῦτα,
διὰ μὲν τὸν ἀποστείλαντα εἰς τὴν τοῦ Ἡρακλέους θυσίαν, ἕνεκεν δὲ
21 τῶν παρακομιζόντων, εἰς τὰς τῶν τριήρων κατασκευάς. Ἀποσταλέντος δὲ
εἰς Αἴγυπτον Ἀπολλωνίου τοῦ Μενεσθέως (φ) διὰ τὰ πρωτοκλίσια Πτο-
λεμαίου τοῦ Φιλομήτορος βασιλέως, μεταλαβὼν Ἀντίοχος ἀλλότριον
αὐτὸν τῶν (χ) αὐτῶν γεγονέναι πραγμάτων, τῆς κατ' αὐτὸν ἀσφαλείας
ἐφρόντιζεν· ὅθεν εἰς (ψ) Ἰόππην παραγενόμενος, κατήντησεν εἰς Ἱε-
22 ροσόλυμα. (ω) Μεγαλοπρεπῶς δὲ ὑπὸ τοῦ (α) Ἰάσωνος καὶ τῆς πόλεως
(β) παραδεχθεὶς, μετὰ δᾳδουχίας καὶ βοῶν (γ) εἰσεπορεύθη, εἶθ' οὕτως εἰς τὴν
Φοινίκην κατεστρατοπέδευσε.

MS.A. (α) παρώσας· (β) νομίμας (γ) ἀκρόπολιν (δ) ἤγαγεν. (ε) τῆς (ζ) ὑπερβάλλουσ*αν ἀγνείαν, (η) τοὺς μὲν ναοῦ καταφρονοῦντας, (θ) παλαίστρῃ (ι) πρόσκλησιν. (κ) πατρῴας (λ) τιθέμενοι, (μ)* καλλίστους (ν) καὶ χάριν (ξ) καθὸ ἅπαν (ο) τοὺς πολεμίους (π) ὡς ἀπὸ (ρ) Ἀντιοχείας, παρακομίζοντας (σ) τριακοσίους (τ) παρακομίζοντες (υ) εἰς θυσίαν ** ἕνεκα δὲ τῶν παρόντων, εἰς τὰς τῶν τριηρέων (φ) ὡς διὰ τὰ πρωτοκλίσια τοῦ Φιλομήτορος (χ) αὐτοῦ γεγονότων (ψ) Ἰόππην (ω) Μεγαλομερῶς (α) Ἰάσονος (β) ὑποδεχθεὶς, (γ) εἰσεδέχθη,

Interp. LAT.

Et amotis his quæ humanitate regia Judæis fue- 11
rant constituta per Joannem patrem Eupolemi,
qui apud Romanos de amicitia & societate fun-
ctus est legatione, legitima quidem civium jura
dissolvens, prava instituta innovabat. Alacriter 12
18 τὴν διήγησιν. Ἐλεάζαρός τις τῶν πρωτευόντων γραμματέων,
ἀνὴρ ἤδη προβεβηκὼς τὴν ἡλικίαν, καὶ τὴν πρόσοψιν τοῦ προσ-
ώπου (λ) κάλλιστος τυγχάνων, ἀναχανὼν ἠναγκάζετο φαγεῖν ὕειον
19 κρέας. Ὁ δὲ τὸν μετ' εὐκλείας θάνατον μᾶλλον ἢ τὸν μετὰ μύσους
βίον ἀναδεξάμενος, αὐθαιρέτως ἐπὶ τὸ τύμπανον προσῆγε,
20 Προπτύσας δέ, καθ' ὃν ἔδει τρόπον προσέρχεσθαι τοὺς ὑπομέ-
νοντας (μ) ἀμύνεσθαι, ὧν οὐ θέμις (ν) γεύσασθαι διὰ τὴν πρὸς τὸ
21 ζῆν φιλοστοργίαν. Οἱ δὲ πρὸς τῷ παρανόμῳ σπλαγχνισμῷ τε-
ταγμένοι, διὰ τὴν ἐκ τῶν παλαιῶν χρόνων πρὸς τὸν ἄνδρα γνῶ-
σιν, (ξ) ἀπολαβόντες αὐτὸν κατ' ἰδίαν (ο) παρεκάλουν, ἐνέγκαντα κρέα
οἷς καθῆκον αὐτῷ (π) χρήσασθαι δι' αὐτοῦ παρασκευασθέντα, (ρ) ὑποκρι-
θῆναι δὲ ὡς ἐσθίοντα τὰ ὑπὸ τοῦ βασιλέως (σ) προστεταγμένα τῶν
22 ἀπὸ τῆς θυσίας κρεῶν, Ἵνα τοῦτο πράξας ἀπολυθῇ τοῦ θανάτου,
23 καὶ διὰ τὴν ἀρχαίαν πρὸς αὐτοὺς φιλίαν (τ) τύχῃ φιλανθρωπίας. Ὁ
δὲ λογισμὸν ἀστεῖον ἀναλαβὼν καὶ ἄξιον τῆς ἡλικίας, καὶ τῆς τοῦ (υ)
γήρως ὑπεροχῆς, καὶ τῆς (φ) ἐπικτήτου καὶ ἐπιφανοῦς (χ) πολιᾶς, καὶ τῆς ἐκ
παιδὸς καλλίστης ἀνατροφῆς, μᾶλλον δὲ τῆς ἁγίας καὶ θεοκτίστου
νομοθεσίας, ἀκολούθως ἀπεφήνατο, ταχέως λέγων προπέμπειν εἰς
τὸν ᾅδην.

MS.A. (α) ἀνήχθησαν (β) τέκνα· τούτων (γ) αὐτοῖς κατὰ δόξαν (δ) γὰρ τὸ (ε) τοῖς ἐπιτιμίοις, (ζ) μέχρι τοῦ καταντήσαντος (η) κολάσῃ, Οὕτως (θ) ἔλεον ἀφ' (ι) ταῦτ' (κ) δὲ (λ) κάλλιστος, ἐνεχθεὶν (μ) ἀμύνασθαι, (ν) γεύσασθαι πρὸς (ξ) ἀπολαμβάνοντες (ο) ἐνεκάλουν, (π) χρᾶσθαι (ρ) ὑποκρῖναι (σ) τεταγμένα (τ) τύχοι (υ) γήρους (φ) ἐπικλήτου (χ) * πολιτείας,

Interp. LAT.

Duæ enim mulieres (b) delatæ sunt natos suos 10
circuncidisse : quas ad ubera infantibus suspen-
sis cùm publicè per civitatem circunduxissent,
per murum præcipitaverunt. Alii verò ad proxi- 11
mas concurrentes speluncas, ut latenter septi-
mam diem celebrarent, cùm indicati essent Phi-
lippo, simul succensi sunt, eò quòd verebantur
propter gloriam honoratissimæ diei sibimet auxili-
um ferre. Obsecro autem eos qui hunc librum 12
lecturi sunt, ne abhorrescant propter adversos
casus, sed reputent supplicia non ad interitum,
sed ad correptionem esse generis nostri. Atqui non 13
multo tempore sini impiè agere, sed statim inci-
dere in supplicia, magni beneficii est indicium.
Non enim sicut & in aliis nationibus, Domi- 14
nus patienter expectat, donec eos cùm ad pleni-
tudinem peccatorum devenerint, puniat, Ita 15
& in nobis statuit : ne peccatis nostris ad finem
pervenientibus, demum in nos vindicet. Propter 16
quod nunquam quidem à nobis misericordiam
suam amovet : corripiens verò cum calamitate,
populum suum non derelinquit. Sed hæc nobis 17
ad commonitionem dicta sint. Per pauca au-
tem (c) veniendum est ad narrationem. Ele- 18
azarus unus de primoribus scribarum, vir jam
provectus ætate, & vultu maximè decorus,
hians compellebatur carnem porcinam mandu- 19
care. At ille gloriosam mortem magis quàm
odibilem vitam complectens, voluntariè ad sup-
plicium accedebat, Expuens autem (quemad- 20
modùm oportebat accedere eos qui sustinebant
puniri,) ea quæ non licebat gustare propter vitæ
amorem. Qui autem iniquo sacrificio assiste- 21
bant, propter antiquam viri notitiam, assu-
mentes eum seorsùm, hortabantur, afferentem car-
nes quibus vesci ei licebat, à se paratas, si-
mulare tantùm, quasi manducaret quæ à rege
erant imperata de sacrificii carnibus, Ut hoc 22
facto à morte liberaretur, & propter veterem er-
ga ipsos amicitiam consequeretur humanitatem.
At ille civile consilium capiens, dignúmque æ- 23
tate, ac senectutis eminentiâ, & adjunctâ
illustrique canicie, & optimâ à puero educa-
tione, potiùs autem sanctâ, & à Deo conditâ
legum constitutione, congruenter respondit, citò
dicens præire se in infernum.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]

Adduxerunt enim duas mulieres qui 10
circunciderant filios suos, quas filiis
ad ubera appensis per totam civitatem
traduxerunt, tandem autē ascendentes
de muro projecerunt. Alii autē fugien- 11
tes venerunt ad speluncas, ut ibi clam
sabbatizarent. Et venientes indicârunt
Philippo: Et euntes incenderunt ipsos,
verentes, gloriosâ sabbati die opem si-
bi ferre. Obsecro autem eos qui le- 12
gunt hunc librum, ne metu trepident
commoveantúrque de eo quod acci-
dit; Sed reputent, judicium quod no-
bis supervenit, non quasi ad interi-
tum, sed castigationem populi fuisse.
Nam hoc, quòd nō permissū fuit ipsis longo 13
tempore impia ista facere, sed statim
in damnationes multas inciderint, bo- 14
nitatis magnæ signum est. Non enim,
ut alias gentes patienter expectat Do-
minus, donec completa fuerint pecca-
ta ipsorum, ut tandem ipsis pœnam
reddat; Ita & erga nos se gerit : 15
sed extemplò punit nos ne nos
in fine torqueat. Nunquam igitur à 16
nobis misericordiam suam amovet,
castigat enim peccatores, sed non de-
serit populum suum. Sed hæc com- 17
monitionis causâ sufficiant, revertamur
dehinc ad narrationem. Eleazar Prin- 18
ceps Scribarum, vir senex, oris aspe-
ctu desiderabili, pulchróque admodum,
cogebatur edere carnes porcinas. At 19
ille mortē cum dolore gloriosē elegit,
potiùs quàm exigui temporis cum pu-
dore quietem. Sponte igitur accedens 20
tradidit se quæstionibus & torturis,
quomodo tradere se convenit viris pa-
tientibus, ne polluantur edendo quæ
nefas est, propter vitam & spem ipsis
paratam. Præfecti autem à Rege quæ- 21
stionibus & flagellationibus iniquis,
seductum Eleazarum (quod ipsis à
multo tempore notus esset) rogârunt
ut afferret quas vellet carnes sibi para-
tas & ederet : Dolo scilicet simulans,
& verbis innuens, quasi ex præcepto
Regis idolothyto vesceretur; Ut hoc 22
facto morte absolveretur, & propter
amicitiam ipsorum aliquam misericor-
diam experiretur. Ipse autem cogita- 23
tionem iniens fortem & gloriosam,
dignámque senio suo & ætate hono-
rabili, eruditionéque ac institutione
divinâ à juventute, respondens dixit;
Statim & festinatò comitantes me ad
inferos dimittite;

Versio VULG. LAT.

24 Non enim ætati nostræ dignum est, inquit, fingere:
ut multi adolescentium, arbitrantes Eleazarum no-
naginta annorum transisse ad vitam alienigenarum:
25 Et ipsi propter meam simulationem, & propter mo-
dicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur; & per
hoc, maculam atque execrationem meæ senectuti con-
26 quiram. Nam, etsi in præsenti tempore suppliciis ho-
minum eripiar, sed manum Omnipotentis nec vivus,
27 nec defunctus effugiam. Quamobrèm fortiter vitâ
28 excedendo, senectute quidem dignus apparebo: Ad-
olescentibus autem exemplum forte relinquam, si
prompto animo, ac fortiter pro gravissimis ac sanctis-
simis legibus honestâ morte perfungar. His dictis,
29 confestim ad supplicium trahebatur. Hi autem, qui
eum ducebant, & paulò antè fuerant mitiores, in
iram conversi sunt propter sermones ab eo dictos,
quos illi per arrogantiam prolatos arbitrabantur.
30 Sed, cùm plagis perimeretur, ingemuit, & dixit; Do-
mine, qui habes sanctam scientiam, manifestè tu scis,
quia, cùm à morte possem liberari, duros corporis
sustineo dolores: secundùm animam verò propter ti-
31 morem tuum libenter hæc patior. Et iste quidem hoc
modo vitâ decessit, non solùm juvenibus, sed & u-
niversæ genti memoriam mortis suæ ad exemplum
virtutis & fortitudinis derelinquens.

CAP. VII.

1 Contigit autem & septem fratres unà cum matre
sua apprehensos, compelli à rege edere contra fas car-
2 nes porcinas, flagris & taureis cruciatos. Unus au-
tem ex illis, qui erat primus, sic ait; Quid quæris, &
quid vis discere à nobis? parati sumus mori, magìs
3 quàm patrias Dei leges prævaricari. Iratus itaque
rex, jussit sartagines & ollas æneas succendi: quibus
4 statim succensis, Jussit, ei qui prior fuerat locutus,
amputari linguam: &, cute capitis abstractâ, summas
quoque manus & pedes ei præscindi, cæteris ejus fra-
tribus & matre inspicientibus.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Βʹ.

24 Οὐ γὰρ τῆς ἡμετέρας ἡλικίας ἄξιόν ἐστιν ὑποκριθῆναι, ἵνα πολλοὶ
τῶν νέων ὑπολαβόντες Ἐλεάζαρον τὸν ἐνενηκονταετῆ (α) μεταβεβηκέ-
25 ναι εἰς ἀλλοφυλισμόν, Καὶ αὐτοὶ διὰ τὴν ἐμὴν ὑπόκρισιν, καὶ
διὰ τὸ μικρὸν καὶ (β) ἀκαριαῖον ζῆν πλανηθῶσι δι' ἐμέ, καὶ μύ-
26 σος καὶ κηλῖδα τοῦ γήρως (γ) κατακτήσωμαι. Εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ παρ-
όντος ἐξελοῦμαι τὴν ἐξ ἀνθρώπων τιμωρίαν, ἀλλὰ τὰς τοῦ παν-
27 τοκράτορος χεῖρας οὔτε ζῶν οὔτε ἀποθανὼν ἐκφεύξομαι. Διόπερ
ἀνδρείως μὲν νῦν διαλλάξας τὸν βίον, τοῦ μὲν γήρως ἄξιος φανήσο-
28 μαι, Τοῖς δὲ νέοις ὑπόδειγμα γενναῖον καταλελοιπὼς, εἰς τὸ προ-
θύμως καὶ γενναίως ὑπὲρ τῶν σεμνῶν καὶ ἁγίων νόμων ἀπευθανατί-
29 ζειν. τοσαῦτα δὲ (δ) εἰπὼν, ἐπὶ τὸ τύμπανον εὐθέως ἦλθε. Τῶν δὲ
ἀγόντων (ε) τὴν μικρῷ πρότερον εὐμένειαν (ζ) πρὸς αὐτὸν εἰς δυσμένειαν
μεταβαλόντων διὰ τοὺς προειρημένους λόγους, ὡς αὐτοὶ διελάμ-
30 βανον, ἀπόνοιαν εἶναι· Μέλλων δὲ ταῖς πληγαῖς τελευτᾷν, ἀναστε-
νάξας εἶπε, Τῷ κυρίῳ τῷ τὴν ἁγίαν γνῶσιν ἔχοντι φανερόν ἐστιν,
ὅτι δυνάμενος ἀπολυθῆναι τοῦ θανάτου, σκληρὰς ὑποφέρω κατὰ τὸ
σῶμα ἀλγηδόνας μαστιγούμενος, κατὰ ψυχὴν δὲ ἡδέως διὰ τὸν αὐτοῦ
31 φόβον ταῦτα πάσχω. Καὶ οὗτος οὖν τοῦτον τὸν τρόπον μετήλλαξεν, οὐ
μόνον τοῖς νέοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς πλείστοις τοῦ ἔθνους τὸν ἑαυτοῦ θάνατον
ὑπόδειγμα γενναιότητος καὶ μνημόσυνον ἀρετῆς καταλιπών.

MS.A. (α) μεταβῆναι (β) ἀκαριαῖον (γ) καταλείψωμαι. (δ) εἰπὼς, (ε) πρὸς αὐτὸν τὴν (ζ) ἢ δυσμένειαν διὰ τῶν προειρημένων λόγων, ὡς αὐτοὶ ὑπελάμβανον,

ΚΕΦ. ζʹ.

1 Συνέβη δὲ καὶ ἑπτὰ ἀδελφοὺς μετὰ τῆς μητρὸς συλληφθέντας ἀναγ-
κάζεσθαι ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀπὸ τῶν ἀθεμίτων ὑείων κρεῶν ἐφάπτεσθαι,
2 μάστιξι καὶ νευραῖς αἰκιζομένους. Εἷς δὲ αὐτῶν γενόμενος προήγο-
ρος, (α) οὕτως ἔφη. Τί μέλλεις ἐρωτᾷν, καὶ μανθάνειν (β) παρ' ἡμῶν;
ἕτοιμοι γὰρ ἀποθνήσκειν ἐσμὲν (γ) ἢ παραβαίνειν τοὺς πατρίους νόμους.
3 Ἔκθυμος δὲ γενόμενος ὁ βασιλεὺς, προσέταξε τήγανα, καὶ λέβη-
4 τας ἐκπυροῦν. τῶν δὲ (δ) ἐκπυρωθέντων, παραχρῆμα Τὸν γενόμε-
νον αὐτῶν προήγορον προσέταξε γλωσσοτομεῖν, καὶ περισκυθί-
σαντας ἀκρωτηριάζειν, τῶν λοιπῶν ἀδελφῶν, καὶ τῆς μητρὸς, συν-
ορώντων.

MS.A. (α) εἶπεν, Μέλλεις (β) ὑμῶν; (γ) ἢ πατρῴους νόμους παραβαίνειν. (δ) παραχρῆμα ἐκπυρωθέντων, Τὸ

Interp. LAT.

Non enim ætate nostrâ dignum est fingere: ut multi adolescentes, arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum, 25 ipsi propter meam simulationem, & propter modicam & brevem vitam, decipiantur propter me, & execrationem ac maculam senectuti conquiram. 26 Nam etsi in præsenti tempore suppliciis hominum eripiar: sed manus Omnipotentis nec vivus nec defunctus effugiam. 27 Quamobrèm fortiter nunc vitâ excedendo, senectute quidem dignus apparebo, 28 Adolescentibus autem exemplum generosum relinquam, ad promptè ac generosè pro gravissimis ac sanctis legibus honestâ morte perfungendum. His autem dictis, confestim ad supplicium venit. 29 Hi autem qui eum ducebant, eam, quam paulò antè erga ipsum mititatem habebant, in asperitatem converterant, eò quòd prædicti sermones, ut ipsi arbitrabantur, arrogantiâ pleni essent. 30 Sed cùm ei sub plagis moriendum esset; ingemuit, & dixit; Domino, qui habet sanctam scientiam, manifestum est, quia, cùm à morte possem liberari; duros corpore sustineo dolores flagellatus; secundùm animam verò propter ipsius timorem libenter hæc patior. 31 Et iste quidem hoc modo vitâ decessit, non solùm juvenibus, sed & plurimis gentis mortem suam exemplum fortitudinis, & memoriale virtutis, relinquens.

CAP. VII.

Contigit autem & septem fratres unà cum matre apprehensos compelli à rege de illicitis carnibus porcinis tangere, flagris & taureis cruciatos. 2 Unus autem ex illis factus primus concionator, sic ait; Quid vis quærere & discere à nobis? Parati enim sumus mori magis, quàm patrias leges prævaricari. 3 Iratus itaque rex, jussit sartagines & ollas æneas succendi. 4 Quibus succensis, statim Jussit ei ex ipsis, qui prior fuerat locutus, amputari linguam; & excoriato extremas quoque partes præcidi, cæteris fratribus, & matre inspicientibus.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

24 Neque enim annis meis convenit ut per hypocrisin simulem, dicántque juvenes multi Eleazarum nonaginta annos natum ad Gentilismum conversum; 25 Ipsique propter hypocrisin meam, temporísque exigui vitam errantes pereant; Ego autem opprobrio & irrisioni sim, spernarque & contemnar in senectute meâ. 26 Si potuero mortem hanc quæ ad tempus ab hominibus irrogatur evadere, manus dei nec vivus nec mortuus evadere potero. 27 Propterea igitur, fortiter & viriliter mundo digrediens, reddam senectuti meæ honorem ipsâ dignum, 28 Juventuti autem exemplum fortitudinis virilis relinquam, & confortationem, ut cum gaudio tradant se afflictionibus & tormentis, mortíque pro lege modesta sancta & gloriosa. 29 Quibus dictis statim ad tormenta & dolores ipsum abripuerunt. Qui autem paulò antea quasi amici ipsi fuerant, in inimicos conversi sunt, propter verba hæc quæ locutus erat, quæ per superbiam & arrogantiam dicta putabant. 30 Cœperúntque ipsum flagellare: & cùm propè esset ut moreretur tormentis, ingemiscens dixit; Notum hoc est coram Domino, qui cognitionem sanctam habet, quòd cùm possem morte hâc absolvi & liberari, afflictiones has & tormenta & dolores corpore sustineo, animo autem gaudeo, quòd propter legem & timorem ejus hæc tolero. 31 Itaque his dictis de mundo egressus est, relicto non solum juventuti, sed & multis de populo nostro morte suâ exemplo, & demonstratione fortitudinis & virtutis, gloriæque commonitione & recordatione.

CAP. VII.

Contigit autem comprehendentes septé fratres cum matre suâ cogi à rege ad immundas porcinas comedendas. Attuleruntque & præposuerunt ipsis flagella reliquáque torturæ & cruciatûs instrumenta. 2 Quorum unus, ipsorum primus, respondens, sic dixit regi; Quid à nobis discere vis? Parati enim sumus mori potiùs quàm leges patrum nostrorû transgredi: 3 Quo audito vehementer incensus rex, sartagines & ollas succendi jussit: Quibus succensis, 4 ei qui ipsorum primus fuerat linguam exscindi jussit, & extrema membrorum præscindi, stantibus intuentibusque matre ac fratribus.

Versio VULG. LAT.

5 Et, cùm jam per omnia inutilis factus esset, jussit igni
admoveri, & adhuc spirantem torreri in sartagine:
in qua cùm diu cruciaretur, cæteri unà cum matre in-
6 vicèm se hortabantur mori fortiter, Dicentes; Do-
minus Deus aspiciet veritatem, & consolabitur in no-
bis, quemadmodùm in protestatione Cantici declara-
7 ravit Moyses; Et in servis suis consolabitur. Mor-
tuo itaque illo primo, hoc modo, sequentem dedu-
cebant ad illudendum: &, cute capitis ejus cum ca-
pillis abstractâ, interrogabant, si manducaret priùs,
quàm toto corpore per membra singula puniretur.
8 At ille, respondens patriâ voce, dixit; Non faciam.
Propter quod & iste, sequenti loco, primi tormenta
9 suscepit: Et in ultimo spiritu constitutus, sic ait;
Tu quidem, scelestissime, in præsenti vita nos perdis:
sed Rex mundi defunctos nos pro suis legibus in æter-
10 næ vitæ resurrectione suscitabit. Post hunc tertius
illuditur, & linguam postulatus citò protulit, & ma-
11 nus constanter extendit: Et cum fiducia ait; E cœ-
lo ista possideo, sed propter Dei leges nunc hæc ipsa
despicio, quoniam ab ipso me ea recepturum spero:
12 Ita ut rex, & qui cum ipso erant, mirarentur adole-
scentis animum, quòd tanquam nihilum duceret cru-
13 ciatus. Et hoc ita defuncto, quartum vexabant si-
14 militer torquentes. Et, cùm jam esset ad mortem, sic
ait; Potius est ab hominibus morti datos spem expe-
ctare à Deo, iterùm ab ipso resuscitandos: tibi enim
15 resurrectio ad vitam non erit. Et cùm admovissent
quintum, vexabant eum. At ille respiciens in eum, di-
16 xit; Potestatem inter homines habens, cùm sis cor-
ruptibilis, facis quod vis: noli autem putare genus no-
17 strum à Deo esse derelictum. Tu autem patienter sus-
tine, & videbis magnam potestatem ipsius, qualiter te
18 & semen tuum torquebit. Post hunc ducebant sex-
tum, & is, mori incipiens, sic ait; Noli frustrà erra-
re: nos enim propter nosmetipsos hæc patimur, pec-
cantes in Deum nostrum, & digna admiratione facta
19 sunt in nobis: Tu autem ne existimes tibi impunè
futurum, quòd contra Deum pugnare tentaveris.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΏΝ Β΄.

5 Ἄχρηστον δὲ αὐτὸν τοῖς (α) ὅλοις γενόμενον, ἐκέλευσε τῇ πυρᾷ προσ-
άγειν ἔμπνουν, καὶ τηγανίζειν. τῆς δὲ ἀτμίδος ἐφ᾽ ἱκανὸν (β) διαδι-
δούσης τῆς τηγάνου, ἀλλήλους παρεκάλουν σὺν τῇ μητρὶ γενναίως τελευτᾷν,
6 Λέγοντες οὕτως, Ὁ κύριος ὁ Θεὸς ἐφορᾷ, καὶ ταῖς ἀληθείαις ἐφ᾽ ἡμῖν
παρακαλεῖται, καθάπερ διὰ τῆς κατὰ πρόσωπον ἀντιμαρτυρούσης ᾠδῆς
διεσάφησε (γ) Μωϋσῆς, λέγων, Καὶ ἐπὶ τοῖς δούλοις αὐτοῦ παρακληθή-
7 σεται. Μεταλλάξαντος δὲ τοῦ πρώτου τὸν τρόπον τοῦτον, τὸν δεύτερον
ἦγον ἐπὶ τὸν ἐμπαιγμόν· καὶ τὸ τῆς κεφαλῆς δέρμα σὺν ταῖς θριξὶ (δ)
περισύραντες, ἐπηρώτων, Εἰ φάγεσαι πρὸ τοῦ τιμωρηθῆναι (ε) τὸ σῶ-
8 μα κατὰ μέλος; Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς τῇ πατρίῳ φωνῇ (ζ) εἶπεν, Οὐχί.
9 Διόπερ καὶ οὗτος τὴν ἑξῆς ἔλαβε βάσανον, ὡς ὁ πρῶτος. Ἐν
ἐσχάτῃ δὲ πνοῇ γενόμενος, εἶπε, Σὺ μὲν ἀλάστωρ ἐκ τοῦ παρόντος
ἡμᾶς ζῆν ἀπολύεις, ὁ δὲ τοῦ κόσμου βασιλεὺς ἀποθανόντας ἡμᾶς ὑπὲρ
10 τῶν αὐτοῦ νόμων εἰς αἰώνιον (η) ἀναβίωσιν ζωῆς ἡμᾶς ἀναστήσει. Με-
τὰ δὲ τοῦτον ὁ τρίτος ἐνεπαίζετο, καὶ τὴν γλῶσσαν αἰτηθεὶς ταχέ-
11 ως (θ) προέβαλε, καὶ τὰς χεῖρας (ι) εὐθαρσῶς προέτεινε, Καὶ γενναί-
ως εἶπεν, Ἐξ οὐρανοῦ ταῦτα (κ) κέκτημαι, καὶ διὰ τοὺς αὐτοῦ νόμους
12 ὑπερορῶ ταῦτα, καὶ παρ᾽ αὐτοῦ ταῦτα πάλιν ἐλπίζω (λ) κομίσασθαι. Ὥστε
αὐτὸν τὸν βασιλέα καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἐκπλήσσεσθαι τὴν τοῦ νεανίσκου
13 ψυχήν, ὡς ἐν οὐδενὶ τὰς ἀλγηδόνας ἐτίθετο. Καὶ τούτου δὲ μεταλλά-
14 ξαντος, τὸν τέταρτον ὡσαύτως ἐβασάνιζον αἰκιζόμενοι. Καὶ γενόμε-
νος (μ) πρὸς τὸ τελευτᾷν, οὕτως ἔφη, Αἱρετὸν μεταλλάσσοντας (ν) ὑπ᾽ ἀν-
θρώπων τὰς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ προσδοκᾷν ἐλπίδας, πάλιν ἀναστήσεσθαι ὑπ᾽
15 αὐτοῦ. σοὶ μὲν γὰρ ἀνάστασις εἰς ζωὴν οὐκ ἔσται. Ἐχομένως δὲ τὸν
16 πέμπτον προσάγοντες ᾐκίζοντο. ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν ἰδὼν, εἶπεν, Ἐξουσίαν
ἐν ἀνθρώποις ἔχων (ξ) φθαρτὸς ὤν, ὃ θέλεις ποιεῖς· μὴ δόκει δὲ τὸ
17 γένος ἡμῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καταλελεῖφθαι. Σὺ δὲ καρτέρει, καὶ
θεώρει τὸ μεγαλεῖον αὐτοῦ κράτος, ὡς σὲ καὶ τὸ σπέρμα σου (ο) βασα-
18 νίσει. Μετὰ δὲ τοῦτον ἦγον τὸν ἕκτον, καὶ μέλλων ἀποθνήσκειν,
ἔφη, Μὴ πλανῶ (π) μάτην, ἡμεῖς γὰρ δι᾽ ἑαυτοὺς ταῦτα πάσχομεν
(ρ) ἁμαρτάνοντες εἰς τὸν ἑαυτῶν Θεόν, (σ) διὸ ἄξια θαυμασμοῦ γέγονε.
19 Σὺ δὲ μὴ νομίσῃς ἀθῷος ἔσεσθαι, θεομαχεῖν ἐπιχειρήσας.

MS.A. (α) λοιποῖς (β) διδούσης (γ) Μωσῆς, (δ) περισύροντες, ἐπηρώτων, Εἰ φάγεσθαι (ε) κατὰ μέλος τὸ σῶμα; (ζ) προσεῖπεν, (η)* ἡμᾶς ἀναβίωσιν ζωῆς ἡμᾶς ἀναστήσει. (θ) προέβαλλεν, (ι) εὐθαρσέως (κ)* κέκληται, (λ) κομίζεσθαι. (μ) πρὸς τῷ (ν) ἀπὸ (ξ) ὃ θέλεις ποιεῖς, φθαρτὸς ὤν· (ο) βασανιεῖ. (π) μᾶλλον, (ρ) ἁμαρτόντες (σ) ἄξια

Interp. LAT.

Et cùm jam per omnia inutilis factus esset; jus- 5
sit pyræ admoveri spirantem, & torreri in sar-
tagine. Vapore autem multùm se dilatante ex sar-
tagine; invicèm se cum matre hortabantur mori
fortiter, Dicentes sic; Dominus Deus aspicit, & 6
verè consolatur in nobis; quemadmodùm per Can-
ticum illud, quod in faciem protestatur, declara-
vit Moyses, dicens; Et in servis suis consolabi-
tur. Mortuo itaque illo primo hoc modo, secun- 7
dum deducebant ad ludibrium, & cute capitis
cum capillis abstractâ, interrogabant; Si mandu-
cabis, priusquàm corpus per singula membra cru-
cietur? At ille respondens patriâ voce dixit; 8
Non. Propter quod & iste reliquum tormentum
suscepit, sicut primus. In ultimo autem spiritu 9
constitutus ait; Tu quidem, scelestè, à præsenti
nos vita absolvis: sed rex mundi defunctos nos
pro suis legibus in æternam resurrectionem vitæ
nos suscitabit. Post hunc autem tertius illude- 10
batur: & linguam postulatus, citò protulit, &
manus constanter extendit, Et generosè ait; 11
E cœlo ista possedi; & propter ejus leges hæc ipsa
despicio: & ab ipso ea me rursùs recepturum
spero: Ita ut ipse rex, & qui cum eo erant, mi- 12
rarentur adolescentis animum, quòd nihil duce-
ret cruciatus. Et hoc defuncto, quartum vexa- 13
bant similiter torquentes. Et cùm jam esset ad 14
mortem, sic ait; Eligibile est ab hominibus (a)
morti datos, eas, quæ sunt à Deo, spes expectare,
iterùm ab ipso resuscitandos. Tibi enim resurre-
ctio ad vitam non erit. Deincèps autem cùm ad- 15
movissent quintum, vexabant eum. At ille re-
spiciens in eum, dixit; Potestatem inter homines 16
habens, cùm sis corruptibilis, facis quod vis: No-
li autem putare genus nostrum à Deo esse dereli-
ctum. Tu autem sustine, & vide magnam pote- 17
statem ipsius, qualiter te & semen tuum torquebit.
Post hunc ducebant sextum: & is mori incipi- 18
ens ait; Noli frustrà errare. Nos enim propter
nos ipsos hæc patimur, (b) peccantes in Deum
nostrum: (c) quarè digna admiratione facta sunt.
Tu autem ne existimes tibi impunè futurum, quòd 19
contra Deum pugnare tentaveris.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

5 [illegible]
[illegible]
6 [illegible]
[illegible]
7 [illegible]
[illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
[illegible]
10 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
12 [illegible]
[illegible]
14 [illegible]
[illegible]
15 [illegible]
[illegible]
16 [illegible]
[illegible]
17 [illegible]
[illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
[illegible]

Cùm autem omnia membra ipsius in- 5
utilia reddidissent, præcepit adductum
vivū in sartaginē ignis projici; ascen-
dente autem vapore multo ex ustio-
ne corporis ejus, orabant fratres al-
ter alterum & matrem, dicentes;
Moriamur fortiter, intuente Domino 6
Deo, & verè de nobis consolationem
capiente, ut in cantico suo dicit Mo-
ses; Eum de servis suis consolationem
capere. Absoluto autem primo, deq; 7
seculo egresso, secundum ad flagella
& ludibria adduxerunt: & sublatum
cum cute capitis capillitium cùm ex-
uissent, interrogabant, num edere vel-
let, priusquam totum corpus inutile
redderetur. At ille respondens lin- 8
guâ patriâ, dixit; Non edam. Propter-
ea illum etiam per tormenta occide-
runt. Et cùm propè esset morti, 9
dixit; Tu impie, vitâ temporali ab-
solvis nos: Rex autem seculorum,
propter cujus legem morimur, exal-
tabit nos ad vitam æternam. Post- 10
ea adduxerunt tertium illudentes &
torquentes ipsum: Præcepitque ut lin-
guam ejus exscinderent, quam ipse sta-
tim exeruit, libentérque passis ma-
nibus respondens, dixit viriliter; Hæc 11
ab habitatore cœli accepi, eáque pro-
pter legem ipsius libenter trado, spe-
rans ab ipso recepturum. Adeò ut 12
rex & qui cum eo erant, stuperent for-
titudinem animi invenis istius tantam,
ùt ne minimo quidem flagella & tor-
menta reputaret. Et cùm defunctus 13
esset, quartum adduxerunt, quem etiam
torturis affligebant. Cùm autem propè 14
esset ut moreretur respondens, dixit; Uti-
lis est mors cum dolore ab hominibus
illata, propter spem vitæ resurrectionis,
quæ à Deo est, in seculo futuro: Ti-
bi enim resurrectio ad vitam non erit.
Et cùm hic defunctus esset, adduxerunt 15
quintum: quem flagellârunt & torse-
runt: Is autem regem intuens, dixit
ei; Potestatem in homines habes, & 16
cùm corruptibilis sis, quod vis, facis,
Noli autem putare genus nostrū à Deo
desertum esse, Sed expecta, & videbis 17
potentem ejus magnitudinem, quomo-
do te, ac semen tuum posthac torque-
bit. Et post hunc, adduxerunt sex- 18
tum: Is morti propinquus respon-
dens, dixit; Noli inaniter errare. Nos
enim propter nosipsos hæc sustinemus,
quia peccavimus Deo: ideo in stupen-
dam gloriam evasimus: Tu autem noli 19
te victurum putare, qui in Deum pugna-
re voluisti.

Versio VULG. LAT.

20 Supra modum autem mater mirabilis, & bonorum
memoriâ digna, quæ pereuntes septem filios sub uni-
us diei tempore conspiciens, bono animo ferebat,
21 propter spem quam in Deum habebat: Singulos
illorum hortabatur voce patriâ fortiter, repleta sa-
pientiâ: & fœmineæ cogitationi masculinum animum
22 inferens, Dixit ad eos; Nescio qualiter in utero
meo apparuistis: neque enim ego spiritum & animam
donavi vobis & vitam, & singulorum membra non
23 ego ipsa compegi: Sed enim mundi Creator, qui
formavit hominis nativitatem, quique omnium inve-
nit originem, & spiritum vobis iterùm cum miseri-
cordia reddet & vitam, sicut nunc vosmetipsos de-
24 spicitis propter leges ejus. Antiochus autem, con-
temni se arbitratus, simul & exprobrantis voce de-
spectâ, cùm adhuc adolescentior superesset, non so-
lùm verbis hortabatur, sed & cum juramento affir-
mabat, se divitem & beatum facturum, & translatum
à patriis legibus amicum habiturum, & res necessa-
25 rias ei præbiturum. Sed ad hæc cùm adolescens ne-
quaquam inclinaretur, vocavit rex matrem, & suade-
26 bat ei ut adolescenti fieret in salutem. Cùm autem
multis eam verbis esset hortatus, promisit suasuram
27 se filio suo. Itaque inclinata ad illum, irridens cru-
delem tyrannum, ait patriâ voce; Fili mi, miserere
mei, quæ te in utero novem mensibus portavi, & lac
triennio dedi & alui, & in ætatem istam perduxi.
28 Peto, nate, ut aspicias ad cœlum & terram, & ad o-
mnia quæ in eis sunt: & intelligas, quia ex nihilo fe-
29 cit illa Deus, & hominum genus: Ita fiet, ut non
timeas carnificem istum; sed dignus fratribus tuis ef-
fectus particeps, suscipe mortem, ut in illa miseratio-
30 ne cum fratribus tuis te recipiam. Cùm hæc illa
adhuc diceret, ait adolescens; Quem sustinetis? non
obedio præcepto regis, sed præcepto legis, quæ da-
ta est nobis per Moysen.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΏΝ Β΄.

20 Ὑπερφυῶς δὲ ἡ μήτηρ (α) θαυμαστὴ καὶ μνήμης ἀγαθῆς ἀξία,
ἥτις ἀπολλυμένους υἱοὺς ἑπτὰ συνορῶσα μιᾶς ὑπὸ καιρὸν ἡμέ-
21 ρας, εὐψύχως ἔφερε διὰ τὰς ἐπὶ κύριον ἐλπίδας. Ἕκαστον
δὲ (β) αὐτῶν παρεκάλει τῇ πατρίῳ φωνῇ, γενναίῳ (γ) πεπληρωμένη
φρονήματι, καὶ τὸν θῆλυν λογισμὸν ἄρσενι θυμῷ διεγείρα-
22 σα, λέγουσα πρὸς αὐτούς, Οὐκ οἶδ᾽ ὅπως εἰς τὴν ἐμὴν ἐφάνη-
τε κοιλίαν, οὐδὲ ἐγὼ τὸ πνεῦμα καὶ τὴν ζωὴν ὑμῖν ἐχαρισά-
23 μην, καὶ τὴν ἑκάστου στοιχείωσιν οὐκ ἐγὼ διερρύθμισα. Τοι-
γαροῦν ὁ τοῦ κόσμου κτίστης ὁ πλάσας ἀνθρώπου γένεσιν, καὶ
πάντων ἐξευρὼν γένεσιν, καὶ τὸ πνεῦμα καὶ τὴν ζωὴν ὑμῖν
πάλιν (δ) ἀποδώσει μετ᾽ ἐλέους, ὡς νῦν ὑπερορᾶτε ἑαυτοὺς διὰ τοὺς
24 αὐτοῦ νόμους. Ὁ δὲ Ἀντίοχος οἰόμενος καταφρονεῖσθαι, καὶ τὴν
ὀνειδίζουσαν ὑφορώμενος φωνήν, ἔτι τοῦ νεωτέρου περιόντος, οὐ
μόνον διὰ λόγων ἐποιεῖτο τὴν παράκλησιν, ἀλλὰ καὶ δι᾽ ὅρκων
ἐπίστου, ἅμα πλουτιεῖν καὶ μακαριστὸν ποιήσειν (ε) μεταθέμενον ἀπὸ τῶν
25 πατρίων νόμων, καὶ φίλον ἕξειν, καὶ χρείας ἐμπιστεύσειν. Τοῦ δὲ
νεανίου μηδαμῶς προσέχοντος, προσκαλεσάμενος ὁ βασιλεὺς
τὴν μητέρα, παρῄνει (ζ) τοῦ μειρακίου γενέσθαι σύμβουλον ἐπὶ σω-
26 τηρίᾳ. Πολλὰ δὲ αὐτοῦ παραινέσαντος, ἐπεδέξατο πείσειν τὸν
27 υἱόν. Προσκύψασα δὲ αὐτῷ, χλευάσασα τὸν ὠμὸν τύραννον,
οὕτως ἔφησε τῇ (η) πατρίῳ φωνῇ, Υἱὲ ἐλέησόν με τὴν ἐν γαστρὶ περι-
ενέγκασάν σε μῆνας ἐννέα, καὶ θηλάσασάν σε ἔτη τρία, καὶ ἐκ-
θρέψασάν σε καὶ ἀγαγοῦσαν εἰς τὴν ἡλικίαν ταύτην, καὶ τρο-
28 φοφορήσασαν. Ἀξιῶ σε τέκνον ἀναβλέψαντα εἰς τὸν οὐρανὸν
καὶ τὴν γῆν, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα ἰδόντα, γνῶναι ὅ-
τι (θ) ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησεν αὐτὰ ὁ θεός, καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων
29 γένος (ι) οὕτως γεγένηται. μὴ φοβηθῇς τὸν δήμιον τοῦτον, ἀλλὰ
τῶν ἀδελφῶν (κ) ἄξιος γενόμενος, ἐπίδεξαι τὸν θάνατον, ἵνα ἐν
30 τῷ ἐλέει σὺν τοῖς ἀδελφοῖς σου (λ) κομίσωμαί σε. Ἔτι δὲ ταύτης
(μ) καταληγούσης ὁ νεανίας εἶπε, Τίνα μένετε; οὐχ ὑπακούω τοῦ προσ-
τάγματος τοῦ βασιλέως· τοῦ δὲ προστάγματος ἀκούω τοῦ νόμου τοῦ
δοθέντος τοῖς πατράσιν ἡμῶν διὰ (ν) Μωϋσέως.

MS. A. (α) ἀγαθὴ (β) τῶν ἀνθρώπων παρεκάλει (γ)* πεπληρωμένῳ (δ) ἀποδίδωσιν (ε) καὶ μεταθέμενον ἀπὸ τῶν πατρίων*, καὶ (ζ) γενέσθαι τοῦ μειρακίου (η) πατρίῳ (θ) οὐκ ἐξ ὄντων (ι) Οὕτω γίνεται. (κ) σου ἄξιος (λ) κομίσαι μέ σε. (μ) καταληγούσης (ν) Μωσῆν.

Interp. LAT.

Supra modum autem mater mirabilis, & bonis memoriâ digna: quæ pereuntes septem filios sub unius diei tempore conspiciens, bono animo ferebat, propter spes quas in Domino habebat; Singulósque illorum hortabatur, voce patriâ, forti repleta sapientiâ, & fœmineæ cogitationi masculinum animum inferens, Dicens ad eos: Nescio, qualiter in utero meo apparuistis: neque ego spiritum & vitam donavi vobis: & singulorum compagem non ego composui. Sed enim mundi creator, qui formavit hominis nativitatem, quique omnium invenit originem, & spiritum vobis iterùm cum misericordia reddet, & vitam; sicut nunc vosmetipsos despicitis propter leges ejus. Antiochus autem contemni se arbitratus, simul & exprobrantis voce despectâ, cùm adhuc adolescentior superesset; non solum verbis hortabatur; sed & cum juramento affirmabat, divitem se & beatum illum facturum translatum à patriis legibus, & amicum habiturum, & negotia crediturum. Sed adolescente nequaquam attendente, advocavit rex matrem, & suadebat ei ut adolescenti fieret consultrix in salutem. Cùm autem multis eam esset hortatus; promisit suasuram se filio. Itaque inclinata ad illum, irridens (d) crudelem tyrannum, sic ait patriâ voce; Fili, miserere mei, quæ te in utero novem mensibus portavi, & lac triennio dedi, & alui te, & in istam ætatem perduxi, & molestias educationis sustinui. Obsecro te, nate, ut aspiciens ad cœlum, & terram, & omnia quæ in eis sunt videns, intelligas, quia cùm non essent, fecit ea Deus; & hominum genus (e) Sic factum est. Ne timeas carnificem istum: sed dignus fratribus effectus suscipe mortem; ut in ipsa miseratione cum fratribus tuis te recipiam. Cùm hæc adhuc peroraret, ait adolescens; Quem sustinetis? Non obedio præcepto regis; sed præceptum audio legis, quæ data est patribus nostris per Moysem.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

20 [Syriac text illegible]
21 [Syriac text illegible]
22 [Syriac text illegible]
23 [Syriac text illegible]
24 [Syriac text illegible]
25 [Syriac text illegible]
26 [Syriac text illegible]
27 [Syriac text illegible]
28 [Syriac text illegible]
29 [Syriac text illegible]
30 [Syriac text illegible]

Supra modú auté gloriosa mater ipsorú, memoriâ & commemoratione benedictâ digna; Quæ cùm septem filios suos uno die interire videret, cum gaudio tulit, propter spem futuram apud Deum, Et à singulis ipsorum petebat patriâ linguâ in hæc verba; Miserere mei, fili mi: plena cú esset forti sensu, & fœmineam cogitationem irâ in sensum virilem excitâsset. Et supplicans ipsis dicebat; Filii mei: Ego non novi quomodo in ventre meo comparuistis: Nec vitam aut spiritum vobis dedi ego: Nec speciem aut formam singulorum composui; Sed creator mundi, qui genus humanum finxit, & sensus cogitationésque ipsorum investigat; ipse restituet vobis vitam ac spiritum per misericordiam suam, propterea quod tradidistis corpora vestra propter leges ejus sanctas. Antiochus autem sperni se videns, & contemptui esse, avertebat se à voce exprobrantis, speciem ejus induens, qui non audit; Et juvené unum adhuc manenté, non verbis rogando suadebat, sed & juramentis multis affirmabat, si ipse auscultaret, & à sensu patrum suorum discederet, valdè locupletaturû seipsum, & amicum suum facturum, & res regni ipsi crediturum. Cùm autem non attenderet juvenis, sed dissimularet verba ejus, vocavit rex matrem, & suasit ipsi, ut filio consilium daret, ne moreretur. Cúmq; multa verba faceret, dixit; Se ipsi suasuram. Et ad pedes filii sui procidens, orabat ipsum, ludibrio habens tyrannum, & abominandum: Et linguâ patriâ ipsi dicebat; Miserere meî, fili mi, quæ te novem mensibus in utero gestavi, & tribus annis lactavi, & educavi te, & ad hanc staturam adduxi: obsecro te, fili, respice ad cœlum & terram, & quicquid in eis est, & considera ac vide Deum ea ex eo, quod non est, fecisse: Etiam genus humanum eodem modo extitisse. Noli igitur damnatum hunc timere, sed fratribus tuis dignus esto, & mortem in te suscipe, ut per misericordiam quæ in te fiat, recipiam te cum fratribus tuis. Stante autem eâ, & hæc ab ipso petente, respondit juvenis, & dixit; Quid expectatis? Non auscultabo præcepto regis, sed legibus patriis per Mosen datis.

Versio VULG. LAT.

31 Tu verò, qui inventor omnis malitiæ factus es in
32 Hebræos, non effugies manum Dei. Nos enim pro
33 peccatis nostris hæc patimur. Et si nobis propter
increpationem & correptionem Dominus Deus no-
ster modicùm iratus est: sed iterùm reconciliabitur
34 servis suis. Tu autem, ó scelestè, & omnium homi-
num flagitiosissime, noli frustrà extolli vanis spebus,
35 in servos ejus inflammatus. Nondum enim omni-
potentis Dei, & omnia inspicientis, judicium effugi-
36 sti. Nam fratres mei, modico nunc dolore sustenta-
to, sub testamento æternæ vitæ effecti sunt: tu verò
37 judicio Dei justas superbiæ tuæ pœnas exolves. Ego
autem, sicut & fratres mei, animam & corpus meum
trado pro patriis legibus: invocans Deum maturiùs
genti nostræ propitium fieri, téque cum tormentis &
38 verberibus confiteri quòd ipse est Deus solus. In
me verò & in fratribus meis desinet Omnipotentis
ira, quæ super omne genus nostrum justè superducta
39 est. Tunc rex accensus irá, in hunc super omnes
40 crudeliùs desævit, indignè ferens se derisum. Et hic
itaque mundus obiit, per omnia in Domino confi-
41 dens. Novissimè autem post filios & mater consum-
42 pta est. Igitur de sacrificiis, & de nimiis crudelita-
tibus satis dictum est.

CAP. VIII.

1 Judas verò Machabæus, & qui cum illo erant, in-
troibant latenter in castella: & convocantes cogna-
tos & amicos, & eos, qui permanserunt in Judai-
smo, assumentes, eduxerunt ad se sex millia virorum.
2 Et invocabant Dominum, ut respiceret in popu-
lum, qui ab omnibus calcabatur: & misereretur
3 templo, quod contaminabatur ab impiis: Misere-
retur etiam exterminio civitatis, quæ esset illicò com-
planenda, & vocem sanguinis ad se clamantis audi-
4 ret: Memoraretur quoque iniquissimas mortes
parvulorum innocentum, & blasphemias nomini suo
illatas, & indignaretur super his.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β'.

31 Σὺ δὲ πάσης κακίας εὑρετὴς γενόμενος εἰς τοὺς Ἑβραίους, οὐ μὴ δια-
32 φύγῃς τὰς χεῖρας τοῦ Θεοῦ. Ἡμεῖς γὰρ διὰ τὰς ἑαυτῶν ἁμαρτίας
33 πάσχομεν. Εἰ δὲ χάριν ἐπιπλήξεως καὶ παιδείας ὁ ζῶν κύριος ἡμῶν
βραχέως ἐπώργισται, καὶ πάλιν καταλλαγήσεται τοῖς ἑαυτοῦ δούλοις.
34 Σὺ δὲ ὦ ἀνόσιε, καὶ πάντων ἀνθρώπων μιαρώτατε, μὴ μάτην
μετεωρίζου (α) φρυαττόμενος ἀδήλοις ἐλπίσιν, ἐπὶ τοὺς (β) δούλους
35 αὐτοῦ ἐπαιρόμενος χεῖρα. Οὔπω γὰρ τὴν τοῦ παντοκράτορος ἐπόπτου Θεοῦ
36 κρίσιν ἐκπέφευγας. Οἱ μὲν γὰρ νῦν ἡμέτεροι ἀδελφοὶ βραχὺν
(γ) ὑπενέγκαντες πόνον, (δ) ἀενάου ζωῆς ὑπὸ διαθήκην Θεοῦ πεπτώ-
κασι· σὺ δὲ τῇ τοῦ Θεοῦ κρίσει δίκαια τὰ πρόστιμα τῆς ὑπερηφα-
37 νίας ἀποίσῃ. Ἐγὼ δὲ καθάπερ οἱ (ε) ἀδελφοί μου, καὶ σῶμα, καὶ
(ζ) ψυχὴν προδίδωμι περὶ τῶν πατρίων νόμων, (η) ἐπικαλούμενος τὸν
Θεὸν (θ) ἵλεων ταχὺ τῷ ἔθνει γενέσθαι, καὶ σὲ μετὰ ἐτασμῶν καὶ
38 μαστίγων ἐξομολογήσασθαι, διότι μόνος αὐτὸς Θεός ἐστιν. Ἐν
ἐμοὶ δὲ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς μου (ι) στῆσαι τὴν τοῦ παντοκράτορος ὀργὴν
39 τὴν ἐπὶ (κ) τὸ σύμπαν ἡμῶν γένος δικαίως (λ) ἐπηγμένην. Ἔκθυμος δὲ
γενόμενος ὁ βασιλεύς, τούτῳ παρὰ τοὺς ἄλλους χειρίστως ἀπήντησε,
40 πικρῶς φέρων ἐπὶ τῷ μυκτηρισμῷ. Καὶ οὗτος οὖν (μ) καθαρὸς τὸν βίον
41 μετήλλαξε, παντελῶς ἐπὶ τῷ κυρίῳ πεποιθώς. Ἐσχάτη δὲ τῶν υἱῶν
42 ἡ μήτηρ ἐτελεύτησε. Τὰ μὲν οὖν περὶ (ν) σπλαγχνισμούς, καὶ τὰς
ὑπερβαλλούσας αἰκίας ἐπὶ τοσοῦτον δεδηλώσθω.

MS. A. (α) * φρυττόμενος (β) οὐρανίους παῖδας ἐπαιρόμενος (γ) ἐπενέγκαντες (δ) ἀενάου (ε) ἀδελφοί, καὶ (ζ) * τύχην (η) ἐπικαλούμενοι (θ) ἵλεως (ι) στῆσαι (κ) * τοῦ (λ) ἐπηγμένην. (μ) καθαρῶς μετήλλαξεν, (ν) τοὺς * σπλαγχισμούς,

ΚΕΦ. η'.

1 Ἰούδας δὲ (α) ὁ Μακκαβαῖος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, παρεισπορευόμενοι
λεληθότως εἰς τὰς κώμας προσεκαλοῦντο τοὺς συγγενεῖς, καὶ τοὺς
μεμενηκότας ἐν τῷ Ἰουδαϊσμῷ (β) προσλαβόμενοι, συνήγαγον εἰς
2 ἑξακισχιλίους. Καὶ ἐπεκαλοῦντο τὸν κύριον (γ) ἐπιδεῖν ἐπὶ τὸν ὑπὸ
πάντων (δ) καταπατούμενον λαόν, οἰκτεῖραι δὲ καὶ τὸν ναόν, τὸν
3 ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν ἀνθρώπων βεβηλωθέντα. Ἐλεῆσαι δὲ καὶ
τὴν καταφθειρομένην πόλιν καὶ μέλλουσαν ἰσόπεδον γίνεσθαι, καὶ
4 τῶν (ε) καταβοώντων πρὸς αὐτὸν αἱμάτων εἰσακοῦσαι, (ζ) Μνησθῆναι
δὲ καὶ τῆς τῶν ἀναμαρτήτων νηπίων παρανόμου ἀπωλείας, καὶ
περὶ τῶν γενομένων εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ βλασφημιῶν, καὶ μισο-
πονηρῆσαι.

MS.A. (α) ὁ καὶ Μακκαβαῖος καὶ (β) προσλαμβανόμενοι, (γ) ἐφιδεῖν τὸν (δ) καταπατούμενον (ε) καταβοώντων (ζ) Καὶ μνησθῆναι δὲ καὶ τῆς τῶν * ἀμαρτητων

Interp. LAT.

Tu verò, qui omnis malitiæ inventor factus es in 31
Hebræos, non effugies manus Dei. Nos autem 32
pro peccatis nostris patimur. Et, si nobis propter 33
increpationem & correptionem vivens Dominus
noster, modicùm iratus est; sed iterum reconcilia-
bitur servis suis: Tu autem, ó sceleste, & omni- 34
um hominum flagitiosissime, noli frustrà extolli
fremens vanis spebus, in (f) servos ejus elevans
manum. Nondùm enim omnipotentis inspectoris 35
Dei judicium effugisti. Nam fratres quidem no- 36
stri, modico nunc dolore sustentato, æternæ vitæ
sub testamento Dei ceciderunt: tu verò judicio
Dei justas superbiæ pœnas exolves. Ego autem, 37
sicut fratres mei, & corpus, & animam trado
pro patriis legibus, invocans Deum maturiùs gen-
ti propitium fieri, téque cum tormentis & ver-
beribus confiteri, quòd ipse est Deus solus; In 38
me verò & fratribus meis desinere Omnipotentis
iram, quæ super omne genus nostrum justè super-
ducta est. Tunc rex accensus irâ in hunc super 39
cæteros crudelissimè desævit, indignè ferens se
derisum. Et hic itaque mundus obiit, per omnia 40
in Domino confidens. Novissimè autem post filios 41
mater consumpta est. Quæ igitur ad sacrificia, 42
& nimias crudelitates, hucúsque declarata
sint.

CAP. VIII.

JUDAS verò Maccabæus, & qui cum illo erant, 1
introibant latenter in castella: & convocantes
cognatos, & eos qui permanserant in Judaismo,
assumentes, collegerunt ad sex mille viros. Et in- 2
vocabant Dominum, ut respiceret in populum, qui
ab omnibus calcabatur; & misereretur etiam
templo, quod ab impiis hominib⁹ erat contaminatū:
Misereretur etiam exterminatæ civitati, & quæ 3
esset illicò complananda; & sanguines ad se cla-
mantes exaudiret: Memoraretur quoque ini- 4
quissimam mortem parvulorum innocentum, &
blasphemias nomini suo illatas, & super sceleri-
bus indignaretur.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

Tu autem qui multa mala excogitâ- 31
sti & fecisti Hebræis, non effugies ma-
nus Dei. Nos enim propter peccata 32
nostra hæc sustinemus; Et quasi ad 33
correptionem & castigationem: Ira-
túsque nobis modicum temporis Do-
minus Deus noster, reconciliabitur ser-
vis suis. Tu autem impie & immun- 34
de, omniúmque hominum abominan-
dissime, noli te extollere, & spe
vanâ in servos Dei superbire. Non- 35
dum enim judicium Dei omnipoten-
tis effugisti. Fratres enim mei, to- 36
leratis parvo tempore afflictionibus,
vitâ ac luce in gloriâ regni Dei, cum
ipso fruuntur. Tu autem, recto Dei
judicio, vindictam operum tuorum
sustinebis, prout dignus es. Ego qui- 37
dem & fratres mei, animam & cor-
pus pro lege patrum trado, obsecrans
Deum, ut citò concilietur & propitius
sit populo nostro; tu autem cruciatu
& tormentis examinatus fatearis, illum
solum Deum esse: Et in me, fra- 38
tribúsque meis deficiat ira Excelsi, quæ
in populum nostrum meritò superve-
nit. His autem auditis magnopere 39
accensus rex, ultra modum acerbè
torsit ipsum supra fratres, & crucia-
vit. Verùm & hic etiam mundus è 40
seculo decessit, perfectè Domino con-
fisus. Post omnes autem mortua est 41
& mater ipsorum. De quæstioni- 42
bus igitur, & tormentis flagellationi-
búsque magnis & duris, hucusque di-
cendi terminus promotus sit.

CAP. VIII.

Judas autem Maccabæus & qui cum 1
eo erant clàm ingressi civitates con-
gregabant cognatos suos, & qui man-
serant in lege Judaismi, & coacta sunt
ad sex millia virorū. Et oraverunt 2
Dñm ut respiceret populum à multis
conculcatum, misereretúrque Templi
ab impiis polluti; Redimerétque ci- 3
vitatem exterminatam, & penè in de-
sertum conversam, intueretúrque et-
iam occisos, quorum sine causa fusus
sanguis fuerat; Et recordaretur par- 4
vulos peccati expertes, qui per iniqui-
tatem interierant, & blasphemias quas
nomini suo intulerant, & exurgeret
in ipsos in zelo furoris.

Versio VULG. LAT.

5 At Machabæus, congregatâ multitudine, intolerabilis gentibus efficiebatur: ira enim Domini in miseri-
6 cordiam conversa est. Et superveniens castellis & civitatibus improvisus, succendebat eas: & opportuna loca occupans, non paucas hostium strages da-
7 bat: Maximè autem noctibus ad hujuscemodi excursus ferebatur, & fama virtutis ejus ubique dif-
8 fundebatur. Videns autem Philippus paulatim virum ad profectum venire, ac frequentiùs res ei cedere prosperè, ad Ptolemæum ducem Cœlesyriæ & Phœnicis scripsit, ut auxilium ferret regis negotiis.
9 At ille velociter misit Nicanorem Patrocli de primoribus amicum, datis ei de permistis gentibus, armatis non minùs viginti millibus, ut universum Judæorum genus deleret, adjuncto ei & Gorgiâ viro mili-
10 tari, & in bellicis rebus experientissimo. Constituit autem Nicanor, ut regi tributum, quod Romanis erat dandum, duo millia talentorum, de captivitate Judæ-
11 orum suppleret: Statímque ad maritimas civitates misit, convocans ad coëmptionem Judaicorum mancipiorum, promittens se nonaginta mancipia talento distracturum, non respiciens ad vindictam, quæ eum ab Omnipotente esset consecutura.
12 Judas autem ubi comperit, indicavit his qui secum
13 erant Judæis, Nicanoris adventum. Ex quibus quidam formidantes, & non credentes Dei justitiæ, in
14 fugam vertebantur: Alii verò si quid eis supererat vendebant, simúlque Dominum deprecabantur, ut eriperet eos ab impio Nicanore, qui eos, priusquàm
15 cominùs veniret, vendiderat; Et si non propter eos, propter testamentum tamen quod erat ad patres eorum, & propter invocationem sancti & magnifici
16 nominis ejus super ipsos. Convocatis autem Machabæus septem millibus, qui cum ipso erant, rogabat ne hostibus reconciliarentur, neque metuerent iniquè venientium adversùm se hostium multitudinem, sed fortiter contenderent,

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β′.

5 Γενόμενος δ' (α) ἐν συστήματι ὁ Μακκαβαῖος, ἀνυπόστατος ἤδη τοῖς
6 ἔθνεσιν ἐγίνετο, τῆς ὀργῆς τοῦ κυρίου εἰς ἔλεον (β) τραπείσης. Πόλεις δὲ καὶ (γ) κώμας ἀπροσδοκήτως ἐρχόμενος ἐνεπίμπρα, καὶ τοὺς ἐπικαίρους τόπους ὑπολαμβάνων, οὐκ ὀλίγους τῶν πολεμίων (δ) ἐνίκα τροπού-
7 μενος. Μάλιστα τὰς νύκτας πρὸς τὰς τοιαύτας (ε) ἐπιβουλὰς συνεργοὺς ἐλάμβανε· καὶ (ζ) λαλιά τις τῆς εὐανδρίας αὐτοῦ (η) διεχεῖτο πανταχῆ.
8 Συνορῶν δὲ ὁ Φίλιππος κατὰ μικρὸν εἰς προκοπὴν (θ) ἐρχόμενον τὸν ἄνδρα, πυκνότερον δὲ ἐν ταῖς εὐημερίαις προβαίνοντα, πρὸς Πτολεμαῖον τὸν κοίλης Συρίας καὶ Φοινίκης στρατηγὸν
9 ἔγραψεν ἐπιβοηθεῖν τοῖς τοῦ βασιλέως πράγμασιν. Ὁ δὲ ταχέως προχειρισάμενος, Νικάνορα τὸν τοῦ Πατρόκλου, τῶν πρώτων φίλων, ἀπέστειλεν, ὑποτάξας παμφύλων ἔθνη οὐκ ἐλάττους τῶν δισμυρίων, (ι) τὸ σύμπαν τῶν Ἰουδαίων ἐξᾶραι γένος. Συνέστησε δὲ αὐτῷ καὶ Γοργίαν ἄνδρα στρατηγὸν, καὶ ἐν πολεμικαῖς χρείαις
10 (κ) πεῖραν ἔχοντα. Διεστήσατο δὲ ὁ Νικάνωρ τὸν φόρον τῷ βασιλεῖ τοῖς Ῥωμαίοις ὄντα ταλάντων δισχιλίων ἐκ τῆς τῶν
11 Ἰουδαίων αἰχμαλωσίας ἐκπληρώσειν. Εὐθέως δὲ εἰς τὰς παραθαλασσίους πόλεις ἀπέστειλε (λ) προσκαλούμενος ἐπ' ἀγορασμὸν (μ) Ἰουδαϊκῶν σωμάτων, (ν) ὑπισχνούμενος ἐνενήκοντα σώματα ταλάντου παραχωρήσειν· οὐ προσδεχόμενος τὴν παρὰ τοῦ παντοκράτορος μέλλουσαν
12 (ξ) παρακολουθήσειν ἐπ' αὐτῷ δίκην. Τῷ δὲ Ἰούδᾳ προσέπεσε περὶ τῆς τοῦ Νικάνορος ἐφόδου· καὶ μεταδόντος (ο) αὐτοῦ τοῖς σὺν αὐτῷ τὴν
13 παρουσίαν τοῦ στρατοπέδου, Οἱ δειλανδροῦντες καὶ ἀπιστοῦντες τὴν τοῦ
14 θεοῦ δίκην, (π) διεδίδρασκον, καὶ ἐξετόπιζον ἑαυτούς. Οἱ δὲ τὰ περιλελειμμένα πάντα ἐπώλουν, ὁμοῦ δὲ τὸν κύριον (ρ) ἠξίουν ῥύσασθαι
15 τοὺς ὑπὸ τοῦ δυσσεβοῦς Νικάνορος πρὶν συντυχεῖν πεπραμένους· Καὶ εἰ μὴ δι' αὐτοὺς, ἀλλὰ διὰ τὰς πρὸς τοὺς πατέρας αὐτῶν διαθήκας, καὶ (σ) ἕνεκεν τῆς ἐπ' (τ) αὐτοὺς ἐπικλήσεως τοῦ σεμνοῦ καὶ μεγα-
16 λοπρεποῦς ὀνόματος αὐτοῦ. Συναγαγὼν δὲ ὁ Μακκαβαῖος τοὺς περὶ αὐτὸν ὄντας (υ) τὸν ἀριθμὸν ἑξακισχιλίους, παρεκάλει μὴ καταπλαγῆναι (φ) τοὺς πολεμίους, μηδὲ εὐλαβεῖσθαι τὴν τῶν ἀδίκως παραγινομένων ἐπ' αὐτοὺς ἐθνῶν πολυπληθίαν, ἀγωνίσασθαι δὲ γενναίως,

MS.A. (α) ὁ Μακκαβαῖος ἐν συστήματι, (β) * τραπεῖσαν. (γ) χώρας (δ) τροπούμενος. (ε) ἐπιβολὰς (ζ) λαλιὰν τῆς (η) διηχεῖτο (θ) * ἐρχόμενος (ι) τὸ πᾶν τῆς Ἰουδαίας (κ) ἔχοντα πεῖραν. (λ) προσκαλούμενος (μ) Ἰουδαίων (ν) ὑπισχνούμενος, (ξ) παρακολουθοῦσαν αὐτῷ (ο) τοῖς σὺν (π) διεδίδρασκον ἑαυτοὺς καὶ ἐξετόπιζον. (ρ) * ἤξιον (σ) ἕνεκα (τ) αὐτοῦ (υ) ἀριθμὸν (φ) τοῖς δυσμίους,

Interp. LAT.

At Maccabæus congregatâ multitudine, intolerabilis jam gentibus efficiebatur, irâ Domini in misericordiam conversâ. Et superveniens civitatibus, & castellis improvisus, succendebat eas: & opportuna loca occupans; non paucas hostium strages dabat: Maximè autem noctes ad hujuscemodi incursiones adjutrices assumebat. Et fama quædam virtutis ejus ubique diffundebatur. Videns autem Philippus paulatim virum ad profectum venire, ac frequentiùs ei res cedere prosperè, ad Ptolemæum ducem Cœlesyriæ & Phœnicis scripsit, ut auxilium ferret regis negotiis. At ille velociter deligens, Nicanorem Patrocli de primoribus amicorum, misit, subdens de permistis gentibus non minùs viginti millibus, ut universum Judæorum genus deleret. Adjunxit autem ei & Gorgiam virum militarem, & in bellicis rebus experientissimum. Constituit autem Nicanor, tributum, quod à rege Romanis dandum erat, duo millia talentorum, de captivitate Judæorum supplere: Statimque ad maritimas civitates misit, convocans ad coëmptionem (a) Judaicorum mancipiorum, promittens se nonaginta mancipia talento traditurum, non respiciens ad vindictam, quæ eum ab Omnipotente esset consecutura. Judæ autem allatum fuit de Nicanoris adventu: &, cùm indicâsset his qui secum erant, exercitûs adventum: Qui formidabant, & non credebant Dei justitiæ, diffugiebant, & sese de loco removebant. Alii verò, quæ supererant, omnia vendebant: simúlque Dominum deprecabantur, ut eriperet eos ab impio Nicanore, priusquàm cominùs veniret, venditos: Et, si non propter eos, propter testamentum tamen, quod erat ad patres eorum, & propter invocationem sancti & magnifici nominis ejus super ipsos. Congregatis autem Maccabæus sex millibus, qui cum ipso erant, hortabatur ne terrerentur ab hostibus, neque metuerent iniquè venientium adversùm se gentium multitudinem, sed fortiter contenderent,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

5 [illegible]
6 [illegible]
[illegible]
7 [illegible]
[illegible]
8 [illegible]
[illegible]
9 [illegible]
[illegible]
[illegible]
10 [illegible]
[illegible]
11 [illegible]
[illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
[illegible]
14 [illegible]
[illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Confirmatus igitur & corroboratus cum cœtu populi sui Maccabæus, timorem sui & trepidationem gentibus omnibus incussit: Conversa enim fuerat ira Domini erga ipsos in misericordiam. Ingressus igitur derepentè urbes & oppida perdebat, locáque ipsis propinqua capiebat, victósque bello multos interficiebat; Præsertim autem noctu in multos incidens proterebat, & in omni loco divulgabatur nomen ejus & virtus. Videns autem Philippus crescere Maccabæum & famigerari, & in omnibus congressibus suis superiorem discedere & victorem, scripsit Ptolemæo præfecto ac duci Syriæ & Phœnices, ut succurreret rebus regis. Ptolemæus autem statim Nicanorem Patrocli filium, ex primis amicorum suorum cum mandatis misit, (tradito ei quasi viginti milliû exercitu) ut universum Judæorû gen[us] deleret: misit etiam cum ipso Gorgiam præfectum ac ducem, virúmque certaminum & bellorum expertum. Pollicitus autem fuerat Nicanor regi & confirmaverat, illaturum se in ærarium regis, de captivitate Judæorum, bis mille talenta. Et statim ad urbes maritimas mittens, advocavit eos, ut Judæos in captivitatem emerent, nonaginta pro talento daturum se pollicitus: judiciû Dei omnipotentis, assecuturum se, non respiciems nec expectans. Venientes autem indicârunt Judæ de adventu Nicanoris, de copiis exercitûs ejus narrantes: Quibus auditis, Judæorum multi timore de judicio justo Dei dubitantes, cœperunt huc illuc diffugere. Alii, quod ipsis reliquum fuerat vendiderunt, omnes autem universim Domino supplicabant, ut redimeret eos à manibus impii Nicanoris, qui ipsos, priusquam veniens videret, vendiderat: Etsi non propter ipsos, tamen propter fœdus quod statuerat cum patribus suis, & propter nomen suum magnum, & sanctum & gloriosum, quo vocabantur. Coactos autem eos qui secum erant, numero quasi sex mille viri, Judas Maccabæus orabat & corroborabat, ne prælium timerent, neque trepidarent aut commoverentur, propter multitudinem Gentium quæ in ipsos veniebant per iniquitatem.

Versio VULG. LAT.

17 Ante oculos habentes contumeliam, quæ loco san-
cto ab his injustè esset illata, itémque & ludibrio
habitæ civitatis injuriam, adhuc etiam veterum in-
18 stituta convulsa. Nam illi quidem armis confidunt,
ait, simul & audaciâ: nos autem in omnipotente
Domino, qui potest & venientes adversùm nos,
& universum mundum uno nutu delere, confidi-
19 mus. Admonuit autem eos & de auxiliis Dei, quæ
facta sunt erga parentes: & quòd sub Sennacherib
20 centum octogintaquinque millia perierunt: Et
de prælio, quod eis adversùs Galatas fuit in Baby-
lonia, ut omnes, ubi ad rem ventum est, Macedo-
nibus sociis hæsitantibus, ipsi sex millia soli pere-
merunt centum viginti millia, propter auxilium il-
lis datum de cœlo, & beneficia pro his plurima
consecuti sunt. His verbis constantes effecti sunt,
21 & pro legibus & patria mori parati. Constituit
22 itaque fratres suos duces utrique ordini, Simonem,
& Josephum, & Jonatham, subjectis unicuique mille-
nis & quingentenis. Ad hoc etiam ab Esdra lecto il-
23 lis sancto libro, & dato signo adjutorii Dei, in pri-
24 ma acie ipse dux commisit cum Nicanore. Et fa-
cto sibi adjutore Omnipotente, interfecerunt super
novem millia hominum: majorem autem partem ex-
ercitûs Nicanoris vulneribus debilem factam fuge-
25 re compulerunt. Pecuniis verò eorum, qui ad em-
ptionem ipsorum venerant, sublatis, ipsos usque-
quaque persecuti sunt. Sed reversi sunt horâ conclu-
26 si: nam erat ante sabbatum: quam ob causam non
27 perseveraverunt insequentes. Arma autem ipso-
rum & spolia congregantes, sabbatum agebant:
benedicentes Dominum, qui liberavit eos in isto
28 die, misericordiæ initium stillans in eos. Post
sabbatum verò debilibus, & orphanis, & viduis
diviserunt spolia: & residua ipsi cum suis ha-
buere.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β'.

17 Πρὸ ὀφθαλμῶν λαβόντες τὴν ἀνόμως εἰς τὸν ἅγιον τόπον συντετε-
λεσμένην ὑπ' αὐτῶν ὕβριν, καὶ τὸν τῆς ἐμπεπαιγμένης πόλεως αἰκι-
18 σμὸν, ἔτι δὲ τὴν τῆς προγονικῆς πολιτείας κατάλυσιν. Οἱ μὲν γὰρ
ὅπλοις (α) πεποίθασιν ἅμα καὶ τόλμαις, (β) ἔφησεν, ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τῷ
παντοκράτορι Θεῷ δυναμένῳ καὶ τοὺς ἐρχομένους ἐφ' ἡμᾶς, καὶ τὸν ὅ-
19 λον κόσμον (γ) ἐν ἑνὶ νεύματι (δ) καταβαλεῖν, πεποίθαμεν. Προσανα-
λεξάμενος δὲ αὐτοῖς καὶ τὰς ἐπὶ τῶν προγόνων γενομένας ἀντιλή-
ψεις, καὶ τὴν ἐπὶ Σενναχηρεὶμ (ε) τῶν ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε (ζ)
20 χιλιάδων ὡς ἀπώλοντο, Καὶ τὴν ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ τὴν πρὸς (η) αὐτοὺς
Γαλάτας παράταξιν γενομένην, ὡς οἱ πάντες ἐπὶ τὴν χρείαν ἦλθον
ὀκτακισχίλιοι σὺν Μακεδόσι τετρακισχιλίοις· τῶν Μακεδόνων ἀπορου-
μένων, οἱ (θ) ὀκτακισχίλιοι τὰς δώδεκα μυριάδας ἀπώλεσαν διὰ τὴν
(ι) γενομένην αὐτοῖς ἀπ' οὐρανοῦ βοήθειαν, καὶ ὠφέλειαν πολλὴν ἔλα-
21 βον. Ἐφ' οἷς εὐθαρσεῖς αὐτοὺς παραστήσας, καὶ ἑτοίμους ὑπὲρ τῶν
νόμων καὶ τῆς πατρίδος ἀποθνήσκειν, τετραμερές τι (κ) τὸ στράτευμα
22 ἐποίησε· Τάξας καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ προηγουμένους ἑκατέρας
τάξεως, Σίμωνα καὶ (λ) Ἰώσηπον καὶ Ἰωνάθαν, ὑποτάξας ἑκάστῳ
23 χιλίους πρὸς τοῖς πεντακοσίοις, Ἔτι δὲ καὶ Ἐλεάζαρον, (μ) παραγνοὺς
τὴν ἱερὰν βίβλον, καὶ δοὺς σύνθημα Θεοῦ βοηθείας, τῆς πρώτης (ν) σπεί-
24 ρας αὐτὸς προηγούμενος, συνέβαλε τῷ Νικάνορι. Γενομένου δὲ
αὐτοῖς τοῦ παντοκράτορος συμμάχου, κατέσφαξαν τῶν πολε-
μίων ὑπὲρ τοὺς ἐννακισχιλίους, τραυματίας δὲ καὶ τοῖς μέλεσιν
(ξ) ἀναπήρους τὸ πλεῖστον μέρος τῆς τοῦ Νικάνορος (ο) στρατιᾶς ἐποίη-
25 σαν, πάντας δὲ (π) φυγεῖν ἠνάγκασαν. Τὰ δὲ χρήματα τῶν
(ρ) παραγεγονότων ἐπὶ τὸν ἀγορασμὸν αὐτῶν ἔλαβον. Συνδιώ-
26 ξαντες δὲ αὐτοὺς ἐφ' ἱκανὸν, Ἀνέλυσαν (σ) ὑπὸ τῆς ὥρας συγ-
κλειόμενοι. ἦν γὰρ ἡ πρὸ τοῦ (τ) σαββάτου, δι' ἣν αἰτίαν οὐκ
27 (υ) ἐμακροθύμησαν κατατρέχοντες αὐτούς. Ὁπλολογήσαντες δὲ αὐ-
τοὺς, καὶ τὰ σκῦλα ἐκδύσαντες τῶν πολεμίων, περὶ τὸ σάββα-
τον ἐγίνοντο, περισσῶς εὐλογοῦντες, καὶ ἐξομολογούμενοι τῷ Κυ-
ρίῳ τῷ διασώσαντι (φ) αὐτοὺς εἰς τὴν ἡμέραν ταύτην, ἀρχὴν ἐλέους
28 τάξαντος αὐτοῖς. Μετὰ δὲ τὸ σάββατον τοῖς ᾐκισμένοις, καὶ
ταῖς χήραις, καὶ ὀρφανοῖς, μερίσαντες ἀπὸ τῶν σκύλων, τὰ
λοιπὰ αὐτοὶ, καὶ τὰ παιδία, (χ) ἐμερίσαντο.

Interp. LAT.

Ante oculos habentes contumeliam, quæ loco 17
sancto injustè ab his esset illata, itémque lu-
dibrio habitæ civitatis injuriam, adhuc etiam
avitæ reipublicæ dissolutionem. Nam illi qui- 18
dem armis confidunt, ait, simul & audaciâ,
nos autem in omnipotente Deo, qui potest &
advenientes adversùm nos, & universum mun-
dum uno nutu delere, confidimus: Admo- 19
nens etiam eos & de auxiliis, quæ facta sunt
erga parentes, & de illo, quòd sub Sennache-
rim centum octoginta quinque millia perierunt:
Et de prælio, quod eis adversùs Galatas fuit 20
in Babylonia, quomodò omnes ad rem vene-
runt octo mille cum Macedonibus quatuor mil-
libus: Macedonibus hæsitantibus, ipsi octo
mille peremerunt centum viginti millia, propter
auxilium illis datum de cœlo: Et utilitatem
multam acceperunt. His verbis cùm benefi- 21
dentes illos effecisset, paratósque pro legibus &
patria mori; quadripertitum exercitum fecit,
Constituens etiam fratres suos duces utrique 22
ordini, Simonem, & Josephum, & Jonathan,
subjectis unicuique millenis & quingentenis,
Adhuc etiam, cùm (c) jussisset Eleazarum le- 23
gere sacrum librum, & dedisset tesseram ad-
jutorii Dei, primæ aciei ipse dux commisit cum
Nicanore. Et facto sibi adjutore Omnipotente, 24
interfecerunt super novem millia hostium: vul-
neratos autem, & membris mutilos majorem
partem exercitûs Nicanoris fecerunt: omnes
autem fugere compulerunt: Pecunias verò eo- 25
rum, qui ad emptionem ipsorum venerant, tu-
lerunt. Persecuti autem eos multùm, Re- 26
versi sunt ab hora conclusi. Nam erat ante sab-
batum: quam ob causam non diu perseverave-
runt insequentes illos. Arma autem ipsorum 27
congregantes, & spolia exuentes hostium, sab-
batum agebant, valdè benedicentes, & con-
fitentes Domino, qui liberavit eos in isto die,
principium misericordiæ (d) statuendo in eos.
Post sabbatum verò, debilibus, & viduis, & 28
orphanis distribuerunt de spoliis: residua ipsi, &
pueri, partiti sunt.

MS.A. (α) πεποίθασιν (β) ἔφησε, (γ) ἐνὶ (δ) * καταλαβεῖν, (ε) ἑκατὸν (ζ) χιλιάδες (η) τοὺς Γαλάτας (θ) ἑξακισχίλιοι (ι) γενομένην (κ) ἐποίησεν τὸ στράτευμα· Τάξας ἀδελφοὺς (λ) Ἰώσηπον καὶ Ἰωνάθην, (μ) προαναγνοὺς (ν) σπείρης (ξ) ἀναπείρους τὸ πλεῖον στρατιᾶς, πάντας (π) φεύγειν ἠνάγκασεν. (ρ) προσγενομένων (σ) ἀπὸ τῆς χώρας (τ) σαββάτου δίκην, δι' ἣν (υ) ἐμακροθύμησε, (φ) εἰς τὴν (χ) διεμερίσαντο.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

17 [illegible]

Dicebátque ipsis; Respicite ac intue- 17
mini quâ affectus est contumeliâ ab
ipsis per injuriam locus sanctus, &
expositis viris vestris pugnate viriliter.
Monebátq; ipsos factæ ab ipsis civita-
ti, per contemptum, contumeliæ: præ-
terea, solutarum per ipsos, legum pa-
triarum: Et dicebat eis; Hi armis 18
& viribus carnis fidunt, nos autem
Domino Deo nostro omnipotenti con-
fidimus, qui viribus pollet, ut non
hostes nostros tantùm, sed totum or-
bem oris spiritu destruat. Commemo- 19
rabat ipsis etiam quæ cum patribus ef-
fectæ fuerant in dieb' eorû redemptio-
nes, quæq; tempore Sennacherib, quóq;
modo interierint centum octoginta
quinque millia; Et prælium quod 20
cum Gallis factum fuerat, qui cum
robore exercitûs octoginta millium
ipsos aggressi fuerant, præter quadra-
ginta alia Macedonum millia, qui au-
xilio ipsis venerant: Et quòd egressi
in ipsos cum exercitu exiguo vicerunt
ipsos, propter auxilium cælitùs eis fa-
ctum. Quibus auditis confortati, & 21
adjuti, & corroborati tradiderunt se-
ipsos viriliter pro legibus & loco suo:
& exercitu in quatuor partibus divi-
so, Fratres suos, Simeonem, Josephû 22
& Jonathan, singulis partibus capi-
ta & duces præfecit, traditis singulis
mille quingintis viris. Eliezarum etiâ 23
præterea jussit legere populo legem san-
ctam, & tesseram salutarem edere au-
xilii divini, & primæ quidem partis
caput ipse ac dux erat. Cœpítque 24
cum Nicanore congredi: Et Deus
omnipotens ipsis auxilio fuit de cœ-
lo, & occiderunt ex eis quasi novem
millia, plerísque autem exercitûs eo-
rum manus præciderunt, vel oculos
eruerunt, vel membra inutilia reddi-
derunt: toti' autem exercitûs residui fu-
gerunt. Ceperûntque divitias omnes 25
illorum qui ipsos vendituri venerant:
& persecuti ipsos multùm; ita reversi
sunt, quia festinabant. Propè enim 26
erat tempus introitûs Sabbati, propter-
ea non perseverârunt insequi ipsos.
Spoliârunt autem & tulerunt quic- 27
quid apud ipsos erat: Reversíque sunt
ut venirent & Sabbatum agerent, con-
fitentes & laudantes magnopere Do-
minum, qui fecerat ipsis salutem die
isto, & misericordiam erga ipsos face-
re cœperat. Post diem autem Sab- 28
bati distribuerunt de præda ipsorum
ærumnosis, egenis, pupillis & viduis:
Residuum *inter se* ipsi, ac adolescen-
tes qui cum ipsis erant, diviserunt.

Versio VULG. LAT.

29 His itaque gestis, & communiter ab omnibus factâ
obsecratione, misericordem Dominum postulabant,
30 ut in finem servis suis reconciliaretur. Et ex his,
qui cum Timotheo & Bacchide erant contra se con-
tendentes, super viginti millia interfecerunt, & mu-
nitiones excelsas obtinuerunt: & plures prædas di-
viserunt, æquam portionem debilibus, pupillis, &
31 viduis, sed & senioribus facientes. Et cùm arma
eorum diligenter collegissent, omnia composuerunt
in locis opportunis, residua verò spolia Jerosolymam
32 detulerunt: Et Philarchen, qui cum Timotheo erat,
interfecerunt, virum sceleftum, qui in multis Judæos
33 afflixerat. Et cùm epinicia agerent Jerosolymis,
eum, qui sacras januas incenderat, id est, Callisthe-
nem, cùm in quoddam domicilium refugisset, incen-
derunt, dignâ ei mercede pro impietatibus suis red-
34 ditâ. Facinorosissimus autem Nicanor, qui mille
negotiantes ad Judæorum venditionem adduxerat,
35 Humiliatus auxilio Domini, ab his quos nullos ex-
istimaverat, depositâ veste gloriæ, per mediterranea
fugiens, solus venit Antiochiam, summam infœlicita-
36 tem de interitu sui exercitûs consecutus. Et qui
promiserat Romanis se tributum restituere de capti-
vitate Jerosolymorum, prædicabat nunc protecto-
rem Deum habere Judæos, & ob ipsum invulnera-
biles esse, eò quòd sequerentur leges ab ipso con-
stitutas.

CAP. IX.

1 EOdem tempore Antiochus inhonestè revertеba-
2 tur de Perside. Intraverat enim in eam, quæ dici-
tur Persepolis, & tentavit expoliare templum, &
civitatem opprimere: sed multitudine ad arma con-
currente, in fugam versi sunt: & ita contigit ut
3 Antiochus post fugam turpiter rediret. Et cùm ve-
nisset circa Ecbatanam, recognovit quæ erga Ni-
canorem & Timotheum gesta sunt.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β'.

29 Ταῦτα δὲ διαπραξάμενοι, καὶ κοινὴν ἱκετείαν ποιησάμενοι, τὸν
ἐλεήμονα κύριον ἠξίουν, εἰς τέλος καταλλαγῆναι τοῖς αὐτοῦ
30 δούλοις. Καὶ (α) τῶν περὶ Τιμόθεον καὶ Βακχίδην (β) συνερειζόντων,
ὑπὲρ τοὺς δισμυρίους αὐτῶν ἀνεῖλον, καὶ (γ) ὀχυρωμάτων ὑψηλῶν εὖ
μάλα ἐγκρατεῖς ἐγένοντο· καὶ λάφυρα (δ) πλεῖστα ἐμερίσαντο,
ἰσομοίρους (ε) ἑαυτοὺς καὶ τοῖς ᾐκισμένοις, καὶ ὀρφανοῖς, καὶ χή-
31 ραις, ἔτι δὲ καὶ πρεσβυτέροις, ποιήσαντες. Ὁπλολογήσαν-
τες δὲ αὐτοὺς, ἐπιμελῶς πάντα συνέθηκαν εἰς τοὺς ἐπικαίρους
32 τόπους, τὰ δὲ λοιπὰ τῶν σκύλων ἤνεγκαν εἰς Ἱεροσόλυμα. Τὸν
δὲ φυλάρχην τῶν περὶ Τιμόθεον ἀνεῖλον, ἀνοσιώτατον ἄν-
33 δρα καὶ πολλὰ τοὺς Ἰουδαίους ἐπιλελυπηκότα. Ἐπινίκια δὲ (ζ) ἄ-
γοντες ἐν τῇ πατρίδι, τοὺς ἐμπρήσαντας τοὺς (η) ἱεροὺς πυλῶνας,
Καλλισθένην, (θ) καί τινας ἄλλους ὑφῆψαν εἰς ἓν οἰκίδιον πεφευγό-
34 τας, οἵτινες ἄξιον τῆς δυσσεβείας (ι) ἐκομίσαντο μισθόν. Ὁ δὲ
(κ) τρισαλιτήριος Νικάνωρ, ὁ (λ) τοὺς χιλίους ἐμπόρους ἐπὶ τὴν πρᾶσιν
35 τῶν Ἰουδαίων ἀγαγὼν, Ταπεινωθεὶς ὑπὸ τῶν (μ) κατ' αὐτὸν νο-
μιζομένων ἐλαχίστων εἶναι, τῇ τοῦ κυρίου βοηθείᾳ, τὴν δοξικὴν
ἀποθέμενος ἐσθῆτα, διὰ τῆς μεσογείου, (ν) δραπέτου τρόπον ἔρη-
μον ἑαυτὸν ποιήσας, ἧκεν εἰς Ἀντιόχειαν, (ξ) ὑπεράγαν δυσημερή-
36 σας ἐπὶ τῇ τοῦ στρατοῦ διαφθορᾷ. Καὶ ὁ τοῖς Ῥωμαίοις ἀνα-
δεξάμενος φόρον ἀπὸ τῆς τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις αἰχμαλωσίας
κατορθώσασθαι, κατήγγελλεν ὑπέρμαχον ἔχειν (ο) τὸν θεὸν τοὺς Ἰου-
δαίους, καὶ διὰ τὸν τρόπον τοῦτον ἀτρώτους εἶναι τοὺς Ἰουδαίους, διὰ
τὸ ἀκολουθεῖν (π) τοῖς ὑπ' αὐτοῦ προστεταγμένοις νόμοις.

MS.A. (α) τοῖς (β) συνερείσαντες, (γ) τὸ ὀχύρωμα τῶν ὑψηλῶν (δ) πλεῖον (ε) αὐτοῖς (ζ) ἄγοντες (η) * ἱεροὺς (θ) ὑφ' * εἰς ἓν οἴκημον πεφευγότα, καὶ τὸν ἄξιον (ι) ἐκομίσατο (κ) τρισαλιτήριος (λ) τρισχιλίους (μ) καθ' αὐτὸν (ν) * τραπέτου τόπον (ξ) ὑπὲρ ἅπαν * εὐημερηκὼς (ο) τοὺς Ἰουδαίους, (π) τοῖς ἑαυτοῦ προστεταγμένοις.

ΚΕΦ. Θ'.

1 ΠΕρὶ δὲ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἐτύγχανεν Ἀντίοχος ἀναλελυκὼς
2 ἀκόσμως ἐκ τῶν (α) κατὰ τὴν Περσίδα τόπων. Εἰσεληλύθει γὰρ εἰς
τὴν λεγομένην Περσέπολιν, καὶ ἐπεχείρησεν ἱεροσυλεῖν, καὶ τὴν πόλιν
συνέχειν. διὸ δὴ τῶν πληθῶν ὁρμησάντων, ἐπὶ τὴν τῶν ὅπλων
βοήθειαν ἐτράπησαν· καὶ συνέβη τροπωθέντα τὸν Ἀντίοχον ὑπὸ
3 τῶν ἐγχωρίων, ἀσχήμονα τὴν ἀναζυγὴν ποιήσασθαι. Ὄντι δὲ
αὐτῷ κατ' Ἐκβάτανα, προσέπεσε τὰ κατὰ Νικάνορα, καὶ τοὺς περὶ
Τιμόθεον, γεγονότα. MS.A. (α) περὶ τὴν

Interp. LAT.

His itaque gestis, & communi factâ ob- 29
secratione, misericordem Dominum postulabant,
ut in finem servis suis reconciliaretur. Et ex 30
his qui cum Timotheo & Bacchide erant, (ε)
contra se contendentes super viginti millia inter-
fecerunt, & munitiones excelsas valdè obti-
nuerunt, & plures prædas diviserunt, æquam
secum portionem debilibus, pupillis, & viduis,
sed & senioribus facientes. Et cùm arma eorum 31
collegissent, diligenter omnia composuerunt in lo-
cis opportunis: Residua verò spolia Hierosoly-
mam detulerunt. Et Phylarchen, qui cum Ti- 32
motheo erat, interfecerunt, virum scelestissimum,
& qui in multis Judæos afflixerat. Et cùm 33
epinicia agerent in patria; eos qui sacras januas
incenderunt, id est, Callisthenem, (f) & quosdam
alios, cùm in quoddam domicilium refugissent,
incenderunt: & dignam impietate reportarunt
mercedem. Facinorosissimus autem Nicanor, 34
qui mille negotiantes ad Judæorum venditio-
nem adduxerat, Humiliatus auxilio Domini 35
ab his quos nullos existimaverat, depositâ ve-
ste gloriæ per mediterranea fugitivi modo solita-
rium se faciens, venit Antiochiam, summam
infœlicitatem de interitu exercitûs consecutus.
Et qui promiserat Romanis se tributum resti- 36
tuere de eorum qui in Hierosolymis, captivita-
te, prædicabat protectorem Deum habere Ju-
dæos, & hoc modo invulnerabiles esse Judæos,
eò quòd sequerentur leges ab ipso constitutas.

CAP. IX.

CIRCA illud autem tempus Antiochus in- 1
honestè revertebatur ex iis qui circa Persidem
locis. Intraverat enim in eam quæ dicitur 2
Persepolis; & tentavit spoliare templa, & ci-
vitatem opprimere. Sed multitudine ad armo-
rum auxilium concurrente, in fugam versi sunt:
& contigit ut fugatus Antiochus à regionis ha-
bitatoribus turpiter rediret. Et cùm esset Ec- 3
batanis, allatæ sunt, quæ erga Nicanorem &
Timotheum gesta sunt.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

29 [illegible]
30 [illegible]
[illegible]
[illegible]
31 [illegible]
[illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
[illegible]
[illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
[illegible]
[illegible]
36 [illegible]
[illegible]
[illegible]

CAP. IX.

1 [illegible]
2 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
3 [illegible]
[illegible]

Cúmque ita fecissent, clamârunt o- 29
mnes & precati sunt coram Domino
misericorde, ut tandem reconciliare-
tur servis suis. Tum venerunt con- 30
tra ipsos Timotheus & Bicrius, &
interfecerunt ex ipsis supra triginta
millia, & subegerunt & ceperunt mu-
nitiones magnas & fortes, ceperúnt-
que ac diviserunt prædam multam:
Pupillis etiam, viduis & egenis qui
in populo erant distribuerunt, divise-
rúntque ibi etiam senibus. Sumpta- 31
que omnia arma eorum collegerunt,
& in locis notis reposuerunt: Reli-
quam autem prædam Jerosolyma ad
principem populi attulerunt. Et ex 32
domesticis Timothei impium quendam
occiderunt, qui multum presserat Judæ-
os. Cùm autem in terram suam re- 33
versi, victoriam belli hujus celebra-
rent, adductum Callisthenem & qui
cum eo erant, in domo quadam igni
incenderunt, propterea quòd januas sa-
cras incenderant, & demoliti fuerant;
& vindictam dignam malis impietatis
suæ operibus reportârunt. Nicanor 34
autem ille damnatus & immundus,
apud quem mille mercatores erant qui
Judæos emerent, Afflictus cecidit sub 35
eis quos minores se viribus putave-
rat, à Deo autem adjuti fuerant: Et
gloriosâ suâ veste dimissâ, instar ser-
vi fugiens Antiochiam venit, dolore
& pudore multo affectus ob exerci-
tûs sui jacturam. Qui pollicitus fue- 36
rat Romanis tributum se ipsis ex ca-
ptivitate Jerosolymâ confecturum, præ-
dicabat & dicebat; Deû Judæis adjutorē
esse ac propterea vinci eos non pos-
se, quòd in præceptis ejus ambularent.

CAP. IX.

EOdem tempore contigit reverti & 1
ascendere è Perside Antiochum regem,
cum confusione & pudore multo. De- 2
scenderat enim Persopolim quæ dici-
tur, urbem capere studens, & tem-
plum quod in ea erat spoliare.
Quòd cùm acies vidissent, coacti sunt
adversùs eum cum exercitu magno, &
vicerunt totum exercitum ejus. Et
cùm se victum videret, rediit confu-
sus cum toto exercitu suo: Cúmque 3
propè esset Antiochus ut veniret Ec-
batan, indicârunt ei de rebus Nicano-
ris & Timothei.

Versio VULG. LAT.

4 Elatus autem in ira, arbitrabatur se, injuriam illorum
qui se fugaverant, posse in Judæos retorquere: ideó-
que jussit agitari currum suum, sine intermissione a-
gens iter, cœlesti eum judicio perurgente, eò quòd
ita superbè locutus est se venturum Jerosolymam, &
congeriem sepulchri Judæorum eam facturum. Sed
5 qui universa conspicit Dominus Deus Israel, percus-
sit eum insanabili & invisibili plagâ. Ut enim finivit
hunc ipsum sermonem, apprehendit eum dolor dirus
6 viscerum, & amara internorum tormenta: Et qui-
dem satis justè, quippe qui multis & novis cruciati-
bus aliorum torserat viscera, licèt ille nullo modo à
7 sua malitia cessaret. Super hoc autem superbiâ re-
pletus, ignem spirans animo in Judæos, & præcipi-
ens accelerari negotium, contigit illum impetu eun-
tem de curru cadere, & gravi corporis collisione
8 membra vexari. Isque qui sibi videbatur etiam flu-
ctibus maris imperare, supra humanum modum su-
perbiâ repletus, & montium altitudines in statera
appendere, nunc humiliatus ad terram in gestatorio
portabatur, manifestam Dei virtutem in semetipso
9 contestans: Ita ut de corpore impii vermes scatu-
rirent, ac viventis in doloribus carnes ejus effluerent,
odore etiam illius & fœtore exercitus gravaretur.
10 Et qui paulò antè sidera cœli contingere se arbitra-
batur, eum nemo poterat propter intolerantiam fœ-
11 toris portare. Hinc igitur cœpit ex gravi superbia
deductus ad agnitionem sui venire, divinâ admonitus
plagâ, per momenta singula doloribus suis augmenta
12 capientibus. Et cùm nec ipse jam fœtorem suum fer-
re posset, ita ait; Justum est subditum esse Deo, & mor-
13 talem non paria Deo sentire. Orabat autem hic sce-
lestus Dominum, à quo non esset misericordiam con-
14 secuturus. Et civitatem, ad quam festinans veniebat
ut eam ad solum deduceret, ac sepulchrum congesto-
15 rum faceret, nunc optat liberam reddere: Et Judæ-
os, quos nec sepulturâ quidem se dignos habiturum,
sed avibus ac feris diripiendos traditurum, & cum
parvulis exterminaturum dixerat, æquales nunc Athe-
niensibus facturum pollicetur.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β΄.

4 Ἐπαρθεὶς δὲ τῷ θυμῷ ᾤετο καὶ τὴν τῶν πεφυγαδευκότων αὐτὸν
κακίαν εἰς τοὺς Ἰουδαίους ἐναπερείσασθαι· διὸ συνέταξε τὸν ἁρ-
ματηλάτην ἀδιαλείπτως ἐλαύνοντα (α) κατανύειν τὴν πορείαν, τῆς
ἐξ οὐρανοῦ δὴ κρίσεως συνούσης αὐτῷ. (β) οὕτω γὰρ ὑπερηφάνως εἶπε,
Πολυάνδρειον Ἰουδαίων Ἱεροσόλυμα ποιήσω παραγενόμενος ἐκεῖ.
5 Ὁ δὲ (γ) πανεπόπτης κύριος ὁ θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπάταξεν αὐτὸν
ἀνιάτῳ καὶ ἀοράτῳ πληγῇ· ἄρτι δὲ αὐτοῦ καταλήξαντος τὸν λόγον,
ἔλαβεν αὐτὸν ἀνήκεστος τῶν σπλάγχνων ἀλγηδὼν, καὶ πικραὶ τῶν
6 ἔνδον βάσανοι, Πάνυ δικαίως, τὸν πολλαῖς καὶ ξενιζούσαις συμ-
7 φοραῖς ἑτέρων σπλάγχνα βασανίσαντα. Ὁ δ' οὐδαμῶς
τῆς ἀγερωχίας ἔληγεν· ἔτι δὲ καὶ τῆς ὑπερηφανίας ἐπεπλήρωτο,
πῦρ πνέων τοῖς θυμοῖς ἐπὶ τοὺς Ἰουδαίους, καὶ κελεύων ἐποξύνειν
τὴν πορείαν. Συνέβη δὲ καὶ πεσεῖν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ἅρματος
φερομένου ῥοίζῳ, καὶ (δ) δυσχερεῖ πτώματι περιπεσόντα, πάντα τὰ
8 μέλη τοῦ σώματος ἀποστρεβλοῦσθαι. Ὁ δ' (ε) ἄρτι δοκῶν τοῖς τῆς
θαλάσσης (ζ) κύμασιν ἐπιτάσσειν, διὰ τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἀ-
λαζονείαν, καὶ πλάστιγγι τὰ τῶν ὀρέων οἰόμενος (η) ὕψη στή-
σειν, κατὰ γῆν γενόμενος, ἐν φορείῳ παρεκομίζετο, φανερὰν
9 τοῦ θεοῦ πᾶσι τὴν δύναμιν ἐνδεικνύμενος· Ὥστε καὶ ἐκ τοῦ σώ-
ματος τοῦ δυσσεβοῦς σκώληκας ἀναζεῖν, καὶ ζῶντος ἐν ὀδύναις
καὶ ἀλγηδόσι τὰς σάρκας αὐτοῦ διαπίπτειν, ὑπὸ δὲ τῆς ὀσμῆς αὐτοῦ
10 πᾶν τὸ στρατόπεδον βαρύνεσθαι (θ) τῇ σαπρίᾳ. Καὶ τὸν μικρῷ
πρότερον τῶν οὐρανίων ἄστρων ἅπτεσθαι δοκοῦντα, παρακομίζειν
11 οὐδεὶς ἐδύνατο, διὰ τὸ τῆς ὀσμῆς ἀφόρητον βάρος. Ἐνταῦθα
οὖν ἤρξατο τὸ πολὺ τῆς ὑπερηφανίας (ι) λήγειν τεθραυσμένος,
καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἔρχεσθαι θείᾳ μάστιγι κατὰ στιγμὴν ἐπιτεινόμενος
12 ταῖς ἀλγηδόσι. Καὶ μηδὲ τῆς ὀσμῆς αὐτοῦ (κ) δυνάμενος ἀνέχεσθαι,
ταῦτ' ἔφη, Δίκαιον ὑποτάσσεσθαι τῷ θεῷ, καὶ μὴ θνητὸν ὄντα
13 (λ) ἰσόθεα φρονεῖν ὑπερηφάνως. Ηὔχετο δὲ ὁ μιαρὸς πρὸς τὸν οὐκέτι
14 αὐτὸν ἐλεήσοντα δεσπότην, (μ) οὕτω λέγων, Τὴν μὲν ἁγίαν πόλιν
ἣν σπεύδων παρεγίνετο ἰσόπεδον ποιῆσαι, καὶ πολυάνδριον
15 οἰκοδομῆσαι, ἐλευθέραν ἀναδεῖξαι· Τοὺς δὲ Ἰουδαίους (ν) οὓς
διεγνώκει μηδὲ ταφῆς ἀξιῶσαι, οἰωνοβρώτους (ξ) δὲ σὺν τοῖς
νηπίοις (ο) ἐκρίπτειν θηρίοις, πάντας αὐτοὺς ἴσους Ἀθηναίοις
ποιήσειν·

MS. A. (α) καταλύειν (β) οὕτως (γ) παντεπόπτης (δ) δυσχερεῖ (ε) ἀντιδοκῶν (ζ) κύμασιν* διὰ τὴν ὑπὲρ ἀνθρώπων ὑπερηφανίαν, καὶ πλά-στιγγι τῶν (η) ὕψει (θ) τὴν σαπρίαν. (ι) λήγειν τεθραυσμένος, (κ) ἀνέχεσθαι δυνάμενος, (λ) ὑπερήφανα φρονεῖν. (μ) οὕτως (ν) ὡς (ξ) σὺν τοῖς (ο) ἐκρίπτειν.

Interp. LAT.

Elatus autem irâ, arbitrabatur se etiam illo- 4
rum qui se fugaverant, injuriam in Judæos
retorquere: ideóque jussit aurigam sine inter-
missione agitantem expedire iter, cœlesti cum
judicio jam perurgente. Sic enim superbè locutus
erat; Congeriem sepulchri Judæorum faciam
Hierosolymam, cùm illuc venero. Sed, qui (a) u- 5
niversa conspicit Dominus Deus Israel, percussit
eum insanabili & invisibili plagâ. Ut enim finivit
hunc ipsum sermonem; apprehendit eum dolor
dirus viscerum, & amara internorum tormenta;
Valdè justè; quippe qui multis et novis cruciatibus 6
aliorum torserat viscera. Ille autem nullo modo ab
insolentia cessabat: Adhuc autem, & superbiâ 7
repletus erat, ignem spirans animo in Judæos,
& præcipiens accelerari iter. Contigit autem
& cadere ipsum de curru, qui impetu ferebatur,
& gravi ruinâ decidentem omnibus corporis mem-
bris distorqueri. Isque, qui nuper sibi videbatur 8
fluctibus maris imperare, supra humanum mo-
dum superbiâ repletus, & montium altitudines
in statera putabat apprehendere, humiliatus ad
terram, in gestatorio portabatur, manifestam
Dei virtutem omnibus contestans: Ita, ut de 9
corpore impii vermes etiam scaturirent, & vi-
ventis in doloribus & cruciatibus carnes ejus
diffluerent; odore etiam illius universus exerci-
tus gravaretur ob putredinem. Et eum, qui paulò 10
antè sydera cœli se contingere arbitrabatur, eum
nemo poterat propter intolerabilem odoris gravi-
tatem portare. Hic igitur cœpit à magnitudine 11
superbiæ desistere, vulneratus; & ad agnitionem
venire, divino flagello per momenta singula dolo-
ribus suis augmenta capientibus. Et cùm nec 12
ipse jam fœtorem suum ferre posset, hæc ait;
Justum est subditum esse Deo, & mortalem non
paria Deo sentire superbè. Orabat autem hic 13
scelestus Dominum, à quo non esset ampliùs mise-
ricordiam consecuturus, sic dicens; Ipsam quidem 14
sanctam civitatem, ad quam festinans veniebat, ut
eam ad solum deduceret, ac sepulchrorum congeriem
faceret, liberam redditurum; Judæos autem quos 15
ne sepulturâ quidem se dignos habiturum, sed avibus
devorandos unà cum parvulis projecturum feris di-
xerat, omnes æquales Atheniensibus facturum:

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]

Quibus auditis, confirmatus & elatus 4
furore majorem in modum, cogitabat
quicquid in Perside sibi fecerant, veni-
entem se de Judæis exacturum. Jussitque
aurigam validè ac cum festinatione agi-
tare currum ut citò ascenderet: Et
sic dicebat; Civitatem Judæorum Je-
rosolyma diruam, faciámque habi-
taculum Gentium. Statímque obvi- 5
am ipsi factum est judicium Domini
Dei Israëlis omnipotentis: percussitque
ipsum plagâ amarâ et invisibili. Cúmq;
egressum quæreret omnis sermo ejus, ap-
prehendit eum dolor amarus & durus
intestinorum ac viscerum: Justam vin- 6
dictam accipientem, qui doloribus tor-
mentísque ac cruciatibus multis cruci-
averat, torseratque viscera aliorum.
Cúmque hæc omnia ipsi accidissent, ad-
huc confortabatur & elevabat se cogi-
tatione suâ. Plenúsque furore instar 7
ignis adversùs Judæos accenso, supra
modum velociter agere aurigæ suo præ-
cepit: cursûs autem currûs sui impetu
excussus est, & excidit eo, casu duro
& amaro, fractis omnibus membris
ejus. Qui autem paulò anteà præce- 8
pturum se fluctibus maris putabat, præ
superbiâ quâ omnes homines superabat,
& montes omnes altos depressurum,
projectus in terram, palàm omnibus
virtutem Dei demonstrabat. Adeò au- 9
tem dura erant quæ patiebatur impius,
ut ex corpore ejus ebullirent vermes,
& vivi caro deflueret & ab ipso deci-
deret, adeóque fœteret corporis ejus
odor, ut ne quis de exercitu ejus ferre
posset. Et qui paulò antè etiam stellis 10
cœli imperaturũ se putabat, ad eũ nemo
appropinquare poterat, propter fœto-
rem ejus. Hinc autem de magnitudine 11
superbiæ suæ decedere cœpit, & humi-
liatus ad veri cognitionem respexit, cru-
ciatus cœlitùs, ac omnibus plagis tor-
tus. Cúmque odorem suum ferre non 12
posset, respondens sic dixit; Oportet
hominem subjici Deo: Non autem,
mortalis qui sit, cogitationem adversùs
Deum cogitare. Orabat autem im- 13
pius, & supplicabat Domino, qui mise-
ricordiam ultra assecuturus non erat, sic
dicens; Urbem sanctam, quò festina- 14
bam iter, ut eam diruerem, & facerem
omnium Gentium habitaculum; eam
ædificabo liberámque faciam: De Ju- 15
dæis autem sic dicebat; Cogitabam de
eis, ne sepultum quidem iri eos, sed
volucri cœli, & feræ terræ pabulum
fore, cum uxoribus liberísque suis: Hos
omnes Athenienses faciam,

Versio VULG. LAT.

16 Templum etiam sanctum, quod priùs expoliaverat,
optimis donis ornaturum, & sancta vasa multiplica-
turum, & pertinentes ad sacrificia sumptus de reddi-
17 tibus suis præstaturum: Super hæc, & Judæum se
futurum, & omnem locum terræ perambulaturum,
18 & prædicaturum Dei potestatem. Sed non cessan-
tibus doloribus (supervenerat enim in eum justum
Dei judicium) desperans scripsit ad Judæos in mo-
dum deprecationis epistolam hæc continentem:
19 OPTIMIS civibus Judæis plurimam salutem, &
benè valere, & esse felices, rex & princeps Antio-
20 chus. Si benè valetis, & filii vestri, & ex senten-
21 tia vobis cuncta sunt, maximas agimus gratias. Et
ego in infirmitate constitutus, vestrî autem memor
benignè, reversus de Persidis locis, & infirmitate
gravi apprehensus, necessarium duxi pro communi
22 utilitate curam habere: Non desperans memet-
ipsum, sed spem multam habens effugiendi infirmi-
23 tatem. Respiciens autem quòd & pater meus, qui-
bus temporibus in locis superioribus ducebat exer-
citum, ostendit qui post se susciperet principatum:
24 Ut si quid contrarium accideret, aut difficile nuntia-
retur, scientes hi qui in regionibus erant, cui esset
25 rerum summa derelicta, non turbarentur. Ad hæc
considerans de proximo potentes quosque & vicinos
temporibus insidiantes, & eventum expectantes, de-
signavi filium meum Antiochum regem, quem sæpè
recurrens in superiora regna multis vestrûm com-
mendabam: & scripsi ad eum quæ subjecta sunt.
26 Oro itaque vos & peto, memores beneficiorum
publicè & privatim, ut unusquisque conservet fidem
27 ad me & ad filium meum. Confido enim, eum mo-
destè & humanè acturum, & sequentem propositum
28 meum, & communem vobis fore. Igitur homicida
& blasphemus pessimè percussus, & ut ipse alios
tractaverat, peregrè in montibus miserabili obitu
29 vitâ functus est. Transferebat autem corpus Phi-
lippus collactaneus ejus: qui metuens filium Anti-
ochi, ad Ptolemæum Philometorem in Ægyptum
abiit.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β'.

16 Ὃν δὲ πρότερον ἐσκύλευσεν ἅγιον (α) νεών, καλλίστοις ἀναθήμασι
κοσμήσειν, καὶ τὰ ἱερὰ σκεύη πολυπλάσια πάντα ἀποδώσειν,
τὰς δὲ ἐπιβαλλούσας πρὸς τὰς θυσίας συντάξεις ἐκ τῶν ἰδίων
17 προσόδων χορηγήσειν· Πρὸς δὲ τούτοις, καὶ (β) Ἰουδαῖον ἔσεσθαι, καὶ
πάντα τόπον οἰκητὸν (γ) ἐπελεύσεσθαι καταγγέλλοντα τὸ τοῦ Θεοῦ
18 κράτος. Οὐδαμῶς δὲ ληγόντων τῶν πόνων, ἐπεληλύθει γὰρ
ἐπ' αὐτὸν δικαία ἡ τοῦ Θεοῦ κρίσις, τὰ κατ' αὐτὸν ἀπελπίσας,
ἔγραψε πρὸς τοὺς Ἰουδαίους τὴν ὑπογεγραμμένην ἐπιστολήν, (δ) ἱκετη-
19 ρίας τάξιν ἔχουσαν, περιέχουσαν δὲ οὕτως· Τοῖς χρηστοῖς Ἰου-
δαίοις τοῖς πολίταις πολλὰ χαίρειν, καὶ ὑγιαίνειν, καὶ εὖ πράττειν,
20 (ε) βασιλεὺς, καὶ στρατηγὸς Ἀντίοχος. Εἰ ἔρρωσθε, καὶ τὰ τέκνα,
καὶ τὰ ἴδια κατὰ γνώμην (ζ) ἐστὶν ὑμῖν, εὐχαριστῶ μὲν τῷ Θεῷ τὴν
21 μεγίστην χάριν, εἰς οὐρανὸν τὴν ἐλπίδα ἔχων. Κἀγὼ δὲ ἀσθενῶς
διεκείμην, ὑμῶν τὴν τιμὴν καὶ τὴν εὔνοιαν (η) ἂν ἐμνημόνευον φι-
λοστόργως. (θ) ἐπανάγων ἐκ τῶν περὶ τὴν Περσίδα τόπων, καὶ περι-
πεσὼν ἀσθενείᾳ δυσχέρειαν ἐχούσῃ, ἀναγκαῖον ἡγησάμην φροντ-
22 ίσαι τῆς κοινῆς πάντων (ι) ἀσφαλείας. Οὐκ ἀπογινώσκων τὰ
(κ) κατ' ἐμαυτόν, ἀλλὰ ἔχων πολλὴν ἐλπίδα ἐκφεύξεσθαι τὴν ἀσθέ-
23 νειαν, Θεωρῶν δὲ ὅτι καὶ ὁ πατὴρ καθ' οὓς καιροὺς εἰς τοὺς ἄνω
24 τόπους ἐστρατοπέδευσεν, ἀνέδειξε τὸν (λ) διαδεξόμενον, Ὅπως
ἐάν τι παράδοξον ἀποβαίνῃ, (μ) ἢ καὶ προσαγγελθῇ τι δυσχερές, εἰδό-
τες οἱ κατὰ τὴν χώραν ᾧ καταλέλειπται τὰ πράγματα, μὴ ἐπι-
25 ταράσσωνται· Πρὸς δὲ τούτοις κατανοῶν τοὺς παρακειμένους
δυνάστας, καὶ γειτνιῶντας (ν) τῇ βασιλείᾳ τοῖς καιροῖς ἐπέχοντας,
(ξ) προσδεχομένους τὸ ἀποβησόμενον, ἀναδέδειχα τὸν (ο) υἱόν μου Ἀντί-
οχον βασιλέα, ὃν πολλάκις ἀνατρέχων εἰς τὰς ἐπάνω σατρα-
πείας τοῖς πλείστοις ὑμῶν (π) παρακατετιθέμην καὶ συνίστων· γέγρα-
26 φα δὲ πρὸς αὐτὸν τὰ ὑπογεγραμμένα· Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς καὶ
ἀξιῶ, μεμνημένους τῶν εὐεργεσιῶν κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν, ἕκαστον συν-
27 τηρεῖν τὴν οὖσαν εὔνοιαν εἰς ἐμὲ καὶ τὸν (ϛ) υἱόν μου. Πέπεισμαι γὰρ
αὐτὸν ἐπιεικῶς καὶ φιλανθρώπως (σ) παρακολουθοῦντα τῇ ἐμῇ προαι-
28 ρέσει, συμπεριενεχθήσεσθαι ὑμῖν. Ὁ μὲν οὖν ἀνδροφόνος καὶ
βλάσφημος τὰ χείριστα παθών, ὡς ἑτέρους διέθηκεν, ἐπὶ ξένης
29 ἐν τοῖς ὄρεσιν οἰκτίστῳ μόρῳ κατέστρεψε τὸν βίον. Παρεκομίζε-
το δὲ τὸ σῶμα Φίλιππος ὁ σύντροφος αὐτοῦ· ὃς καὶ (τ) διευλαβη-
θεὶς τὸν υἱὸν Ἀντιόχου, πρὸς Πτολεμαῖον τὸν Φιλομήτορα
εἰς Αἴγυπτον διεκομίσθη.

Interp. LAT.

Templum etiam sanctum, quod prius expoliaverat,
optimis donis ornaturum, & sacra vasa multiplicia
omnia restituturum, & pertinentes ad sacrificia
sumptus de reditibus suis præstiturum: Super hæc,
& Judæum se futurum, & omnem locum habi-
tabilem perambulaturum, prædicantem Dei pote-
statem. Sed non cessantibus doloribus, (superve-
nerat enim in eum justum Dei judiciū,) de se desperans
scripsit ad Judæos subscriptam epistolam, depreca-
tionis quidem modum habentem; hæc autem con-
tinentem: Optimis Judæis civibus plurimam sa-
lutem, & benè valere, & esse fœlices, rex & prin-
ceps Antiochus. Si benè valetis, & filii, & ve-
stra ex sententia vobis sunt; (b) ago quidem Deo
maximas gratias; in cœlo spem habens. Et ego,
in infirmitate autem constitutus, vestri honoris &
benevolentiæ memor eram benignè. Reversus autem
de Persidis locis, & in infirmitate gravi appre-
hensus necessarium duxi communis omnium secu-
ritatis curam habere. Non desperans memet-
ipsum, sed spem multam habens effugiendi infir-
mitatem, Respiciens autem, quòd & pater meus,
quibus temporibus in loca superiora duxit exer-
citum, declaravit successorem, ut, si quid præ-
ter opinionem accideret, aut etiam difficile quid
nuntiaretur, scientes hi qui in regionibus, cui
esset rerum summa relicta, non turbarentur: Ad
hæc autem considerans proximos dynastas, & vi-
cinos regno, temporibus attendentes, & eventum
expectantes; designavi filium meum Antiochum
regem: quem sæpè recurrens in superiora regna
multis vestrûm deponebam, & commendabam.
Scripsi autem ad eum, quæ subjecta sunt. Oro
itaque vos, & peto, memores beneficiorum pub-
licè & privatim, ut unusquisque conservet præ-
sentem benevolentiam ad me, & filium meum.
Confido enim eum, modestè & humanè, sequen-
tem propositum meum, conversaturum vobiscum.
Igitur homicida & blasphemus pessima passus, &
ut alios tractaverat, in peregrina terra in mon-
tibus misero obitu vitâ excessit. Transferebat au-
tem corpus Philippus collactaneus ejus: qui etiam
metuens filium Antiochi, ad Ptolemæum Philome-
torem in Ægyptum abiit.

MS. A. (α) νεὼ, (β) Ἰουδαῖος (γ) ἐπελεύσεσθαι καταγγέλλοντας (δ) ἔχουσαν ἱκετηρίας τάξιν, (ε) βασιλεὺς Ἀντίοχος καὶ στρατηγός. Ἔρρωσθε (ζ) ἔσται ὑμῖν, εἰς οὐρανὸν τὴν ἐλπίδα
ἔχων. Ὑμῶν τὴν (η) ἐμνημόνευον (θ) ἐπαναγαγὼν ἐκ τῶν κατὰ τὴν (ι) ὑμῶν ἀσφαλείας. (κ) καθ' ἐμαυτόν, (λ) διαδεξάμενον, (μ) καὶ προσαπαγγελθῇ (ν) τῆς βασιλείας (ξ) καὶ προσδε-
χόντας τὸ (ο) υἱὸν Ἀντίοχον (π) παρακατετιθέμην (ϛ) υἱόν. Πέπεισμαι (σ) συνσταθέντα (τ) εὐλαβηθεὶς

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

16 [illegible]
[illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
[illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
[illegible]
[illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
[illegible]
[illegible]
26 [illegible]
[illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
[illegible]
29 [illegible]
[illegible]
[illegible]

Templum sanctum quod olim sprevebi,
coronabo, omnibúsq; ornamentis orna-
bo, vasáque sacra multiplicia dabo, im-
pensámq; quotidianam sacrificiorum &
oblationum de meo præbebo. Et ultrà
hæc *omnia* Judæus fiam, & quocunque
ibo, magnitudinem potestatis Dei præ-
dicabo. His omnibus cùm non cessa-
rent dolores ejus, (assecutum enim eum
fuerat justum Dei judicium) de se spe-
rans, scripsit Judæis supplicationis li-
teras in hanc formam; Antiochus rex
& imperator, bonis Judæis, civibus
meis pacem, ac quietem, ac valetudi-
nem, ipsis ac liberis. Preces fundo,
supplicóque Deo qui est in cœlis, in
quo spero pro magna ejus bonitate;
Quòd cùm ægrotâssem, vestri recorda-
tus sim, ut honorem ac quietem mul-
tam vobis reddam. Fervebat enim
mihi mens amore vestrî, ex quo de
Perside ascendi; Cùm autem propè es-
sem ut *ad vos* pervenirem, in infirmi-
tatem duram & amaram incidi: Placuit
autem mihi super omnia vestri curam
gerere: Quippe, qui non novi quid
mihi accidere possit; spem tamen ha-
beo evasurum me ex hac infirmitate.
Video autem & patrem, quum in regi-
ones superiores ascenderet, declarâsse
successorem: Ut si quid abominandum
accideret, scientes qui per loca *habitan-*
quis constitutus sit, non confligant inter
se. Et ego autem videns magnates
regni mei paratos insurgere in regnum,
& quid accidet expectantes, Antiochum
filium meū regem declaravi & constitui,
quem sæpius, in superiores regiones pro-
fecturus, vobis commendavi. Scripsi au-
tem & ei hæc quæ scripta sunt: Peto igi-
tur à vobis, & vobis suadeo, ut me-
mores beneficiorum meorum erga vos
universos ac singulos, amorem & di-
lectionem fraternam erga filium meum
conservetis. Novi enim ipsum menti
meæ consentientem, cum facilitate ac di-
lectione versaturum vobiscum. Igitur
homicida Antiochus impiúsque ac blas-
phemus mortuus est inter montes in
terra peregrina, in tormentis & plagis
& cruciatibus multis, sicut & ipse alios
cruciaverat. Philippus filius nutricis
ejus corpus ejus sustulit ut secum affer-
ret. Cùm autem pervenire cœperat, à
filio Antiocho sibi metuens, fugiens
evasit ad Ptolemæum filium Philome-
toris in Ægyptum.

Versio VULG. LAT.

CAP. X.

MAchabæus autem, & qui cum eo erant, Domi-
1 no se protegente, templum quidem, & civitatem re-
cepit: Aras autem, quas alienigenæ per plateas ex-
2 truxerant, itémque delubra demolitus est. Et purga-
3 to templo, aliud altare fecerunt: & de ignitis lapidib⁹
igne concepto sacrificia obtulerunt post biennium,
& incensum, & lucernas, & panes propositionis po-
4 suerunt. Quibus gestis, rogabant Dominum prostra-
ti in terram, ne ampliùs talibus malis inciderent: sed
& si quando peccâssent, ut ab ipso mitiùs corriperen-
tur, & non barbaris ac blasphemis hominibus trade-
5 rentur. Quo die autem templum ab alienigenis pol-
lutum fuerat, contigit eâdem die purificationem fieri,
6 vigesimâ quintâ mensis, qui fuit Casleu. Et cùm læ-
titia diebus octo egerunt in modum tabernaculorum,
recordantes quòd ante modicum temporis, diem so-
lennem tabernaculorum in montibus & in speluncis
7 more bestiarum egerant. Propter quod thyrsos, &
ramos virides, & palmas præferebant ei, qui prospe-
8 ravit mundari locum suum. Et decreverunt commu-
ni præcepto & decreto, universæ genti Judæorum, o-
9 mnibus annis agere dies istos. Et Antiochi quidem,
qui appellatus est Nobilis, vitæ excessus ita se habuit.
10 Nunc autem de Eupatore Antiochi impii filio, quæ
gesta sunt narrabimus, breviantes mala, quæ in bellis
11 gesta sunt. Hic enim suscepto regno, constituit su-
per negocia regni Lysiam quendam, Phœnicis & Sy-
12 riæ militiæ principem. Nam Ptolemæus, qui dice-
batur Macer, justi tenax erga Judæos esse constituit,
& præcipuè propter iniquitatem quæ facta erat in
13 eos, & pacificè agere cum eis. Sed ob hoc accu-
satus ab amicis apud Eupatorem, cùm frequenter
proditor audiret, eò quòd Cyprum creditam sibi à
Philometore deseruisset, & ad Antiochum Nobilem
translatus etiam ab eo recessisset, veneno vitam fi-
nivit.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β΄.

ΚΕΦ. ι΄.

1 ΜΑκκαβαῖος δὲ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, (α) τοῦ κυρίου προάγοντος
2 αὐτοὺς, τὸ μὲν ἱερὸν ἐκομίσαντο, καὶ τὴν πόλιν, Τοὺς δὲ κατὰ τὴν
ἀγορὰν βωμοὺς ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων (β) δεδημιουργημένους, ἔτι δὲ τεμένη
3 (γ) καθεῖλον. Καὶ τὸν (δ) νεὼν καθαρίσαντες, ἕτερον θυσιαστήριον
ἐποίησαν, καὶ πυρώσαντες λίθους, καὶ πῦρ ἐκ τούτων λαβόντες, ἀνή-
νεγκαν (ε) θυσίαν μετὰ διετῆ χρόνον, καὶ θυμίαμα καὶ λύχνους, καὶ
4 τῶν ἄρτων τὴν πρόθεσιν ἐποιήσαντο. Ταῦτα δὲ ποιήσαντες,
ἠξίωσαν τὸν κύριον πεσόντες ἐπὶ κοιλίαν, μηκέτι (ζ) ἐμπεσεῖν
τοιούτοις κακοῖς, ἀλλ᾽ ἐάν ποτε καὶ ἁμάρτωσιν, ὑπ᾽ αὐτοῦ (η) μετ᾽
ἐπιεικείας παιδεύεσθαι, καὶ μὴ βλασφήμοις καὶ βαρβάροις ἔθνεσι παρα-
5 δίδοσθαι. Ἐν ᾗ δὲ ἡμέρᾳ ὁ νεὼς ὑπὸ ἀλλοφύλων ἐβεβηλώθη,
συνέβη κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν τὸν καθαρισμὸν γενέσθαι
τοῦ ναοῦ, τῇ πέμπτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ αὐτοῦ μηνὸς, (θ) ὅς ἐστι Χασελεῦ.
6 Καὶ μετ᾽ εὐφροσύνης ἦγον ἡμέρας ὀκτὼ σκηνωμάτων τρόπον,
μνημονεύοντες ὡς πρὸ μικροῦ χρόνου τὴν τῶν σκηνῶν ἑορτὴν ἐν τοῖς
7 ὄρεσι καὶ ἐν τοῖς σπηλαίοις θηρίων τρόπον ἦσαν νεμόμενοι. Διὸ
θύρσους καὶ κλάδους ὡραίους, ἔτι (ι) δὲ φοίνικας ἔχοντες, ὕμνους ἀνέ-
8 φερον τῷ εὐοδώσαντι καθαρισθῆναι τὸν ἑαυτοῦ τόπον. (κ) Ἐδογμά-
τισαν δὲ μετὰ κοινοῦ προστάγματος καὶ ψηφίσματος παντὶ τῷ τῶν
9 Ἰουδαίων ἔθνει κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἄγειν (λ) τάσδε τὰς ἡμέρας. Καὶ τὰ
μὲν τῆς Ἀντιόχου τοῦ προσαγορευθέντος Ἐπιφανοῦς τελευτῆς οὕτως
10 εἶχε. Νυνὶ δὲ τὰ κατὰ τὸν (μ) Εὐπάτορα Ἀντίοχον, υἱὸν δὲ τοῦ
ἀσεβοῦς γενόμενον, δηλώσομεν, αὐτὰ συντέμνοντες (ν) τὰ τῶν πολέμων
11 κακά. Αὐτὸς γὰρ παραλαβὼν (ξ) βασιλείαν, ἀνέδειξεν ἐπὶ τῶν
πραγμάτων Λυσίαν τινὰ, κοίλης δὲ Συρίας καὶ Φοινίκης στρατηγὸν
12 πρώταρχον. Πτολεμαῖος γὰρ ὁ καλούμενος Μάκρων τὸ δίκαιον
συντηρεῖν προηγούμενος (ο) εἰς τοὺς Ἰουδαίους διὰ τὴν γε-
γονυῖαν (π) εἰς αὐτοὺς ἀδικίαν, καὶ ἐπειρᾶτο τὰ πρὸς αὐτοὺς εἰρηνικῶς
13 διεξάγειν. Ὅθεν κατηγορούμενος ὑπὸ τῶν φίλων πρὸς τὸν Εὐ-
πάτορα, καὶ προδότης παρέκαστα ἀκούων, διὰ τὸ τὴν Κύπρον
ἐμπιστευθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Φιλομήτορος ἐκλιπεῖν, καὶ πρὸς Ἀντίοχον
τὸν Ἐπιφανῆ ἀναχωρῆσαι, (ρ) μήτ᾽ εὐγενῆ τὴν (σ) ἐξουσίαν ἔχων, ὑπ᾽
ἀθυμίας φαρμακεύσας ἑαυτὸν ἐξέλιπε τὸν βίον.

Interp. LAT.

CAP. X.

MAccabæus autem, & qui cum eo erant, Do- 1
mino prævebeute eos, templum quidem & civitatem
receperunt: Aras autem, quas alienigenæ ad 2
forum extruxerant, itémque delubra demoliti sunt.
Et purgato templo aliud altare fecerunt: & cùm 3
ignivissent lapides, & ex his ignem accepissent,
sacrificium obtulerunt post biennium: & incensum,
& lucernas, & panum propositionem fecerunt. Qui- 4
bus gestis, rogaverunt Dominum, prostrati super
ventrem; ne ampliùs talibus malis inciderent; sed,
& si quando peccâssent, ab ipso cum mansuetudine
corriperentur, & non blasphemis ac barbaris genti-
bus traderentur. Quâ die autem templum ab a- 5
lienigenis pollutum fuerat; contigit eâdem die pu-
rificationem templi fieri vigesimâ & quintâ ejus-
dem mensis, qui est Chasleu. Et cum lætitia dies 6
octo egerunt in modum tabernaculorum; recordantes
quòd ante modicum temporis diem solennem taberna-
culorum in montibus & in speluncis more bestiarum
solitarii egerant. Propter quod thyrsos & ramos 7
virides, itémque palmas habentes, hymnos refere-
bant ei qui prosperavit mundari locum suum. Et 8
decreverunt communi præcepto & decreto, universæ
genti Judæorum omnibus annis agere dies istos.
Et Antiochi quidem, qui appellatus est Nobilis, vitæ 9
excessus ita se habuit. Nunc autem, quæ ad Antio- 10
chum Eupatorem pertinent, qui quidem impii filius
(a) fuit, narrabimus, ipsa breviantes (b) bellorum
mala. Hic enim suscepto regno, constituit super ne- 11
gotia Lysiam quendam Cœlesyriæ & Phœnicis ducem
primarium. Nam Ptolemæus, qui dicebatur Macer, 12
justitiam conservare eligens erga Judæos, propter
iniquitatem quæ facta erat in eos, etiam conabatur,
quæ ad illos pertinebant, pacificè transigere. Unde 13
accusatus ab amicis apud Eupatorem, & frequen-
ter proditor audiens, (eò quòd Cyprum creditam sibi
à Philometore deseruisset, & ad Antiochum Nobilem
transiisset,) (c) neque nobilem potestatem habens, præ
tristitia veneno sumpto vitam reliquit.

MS. A. (α) τοῦ (β) δεδημιουργημένους (γ) καθεῖλεν. (δ) ναοῦ (ε) θυσίας (ζ) περιπεσεῖν (η) μετὰ ἐπιεικείας * μὴ βλασφήμοις (θ) τοῦ Χασελεῦ. (ι) δὲ καὶ φοίνικας ἔχοντες, ὕμνα-
ρίουν τῷ εὐοδώσαντι καθαρίσαι τὸν (κ) Ἐδογμάτισάν τε (λ) τὰς * δέκατας ἡμέρας. (μ) * ὕπατον (ν) τὰ συνέχοντα τῶν * πολέμων κακά. Οὗτος (ξ) τὴν βασιλείαν, (ο) πρὸς τοὺς (π)
πρὸς αὐτοὺς ἀδικίαν ἐπειρᾶτο (ρ) μήτε (σ) ἐξουσίαν *, εὐγεννασίας φαρμακεύσας

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܡܐܡܪܐ * ܝ̄ *

1 * ܡܩܒܝ ܕܝܢ ܘܐܝܠܝܢ ܕܥܡܗ ܒܥܘܕܪܢܗ ܕܡܪܝܐ ܕܗܘܐ ܒܥܘܕܪܢܗܘܢ ܢܣܒܘܗܝ ܠܗܝܟܠܐ
2 ܘܠܡܕܝܢܬܐ. * ܘܣܚܦܘ ܗܘܘ ܡܕܒܚ̈ܐ ܘܨܠܡ̈ܐ ܕܒܢܘ ܗܘܘ ܥܡ̈ܡܐ ܒܫܘܩܘܗ̈ܝ ܗ̇ܝ
3 ܕܡܕܝܢܬܐ. * ܘܕܟܝܘ ܗܝܟܠܐ. ܘܥܒܕܘ ܡܕܒܚܐ ܐܚܪܢܐ ܕܥܒܪܘ ܓܝܪ ܟܐ̈ܦܐ ܒܢܘܪܐ. ܘܢܣܒܘ
ܢܘܪܐ ܡܢܗܘܢ. ܘܐܣܩܘ ܕܒ̈ܚܐ ܘܩܘܪ̈ܒܢܐ ܡܢ ܒܬܪ ܬܪ̈ܬܝܢ ܫܢ̈ܝܢ. ܘܥܒܕܘ ܫܪ̈ܓܐ ܘܡܢܪ̈ܬܐ.
4 ܘܒܣ̈ܡܐ ܘܠܚܡ ܐܦ̈ܐ. * ܘܡܐ ܕܥܒܕܘ ܗܠܝܢ. ܢܦܠܘ ܥܠ ܐܦ̈ܝܗܘܢ ܘܡܨܠܝܢ ܗܘܘ ܘܒܥܝܢ
ܡܢ ܡܪܝܐ: ܕܠܐ ܬܘܒ ܢܦܠܘܢ ܒܐܘܠ̈ܨܢܐ ܘܫܘܢ̈ܕܐ. ܐܠܐ ܐܢ ܢܚܛܘܢ ܢܬܪܕܘܢ
5 ܡܢܗ ܒܠܚܘܕ. ܘܠܐ ܢܫܬܠܡܘܢ ܠܥܡ̈ܡܐ ܥܪ̈ܠܐ ܘܛܡ̈ܐܐ ܘܡܓܕ̈ܦܢܐ. * ܒܗܘ
ܕܝܢ ܝܘܡܐ ܕܐܬܛܢܦ ܗܘܐ ܗܝܟܠܐ ܡܢ ܥܡ̈ܡܐ. ܓܕܫ ܕܐܬܕܟܝ ܒܗ ܒܝܘܡܐ ܕܥܣܪ̈ܝܢ ܘܚܡܫܐ
6 ܒܝܪܚܐ ܕܐܬܩܪܝ ܟܢܘܢ ܩܕܝܡ. * ܘܒܚܕܘܬܐ ܘܒܪ̈ܩܕܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܥܒܕܘ ܗܘܘ ܥܐܕܐ
ܫܢܐ ܒܫܢܐ: ܬܡܢܝܐ ܝܘ̈ܡܝܢ ܐܝܟ ܡܛܠ̈ܠܐ ܘܡܬܕܟܪܝܢ ܗܘܘ ܕܡܢ ܩܠܝܠ ܒܡܛܠ̈ܠܐ ܒܛܘ̈ܪܐ
7 ܘܡܥܪ̈ܬܐ ܥܡܪܝܢ ܗܘܘ. ܘܐܝܟ ܚܝ̈ܘܬܐ ܪܥܝܢ ܗܘܘ. * ܡܛܠ ܗܢܐ ܕܐܚܝܕܝܢ ܗܘܘ
ܣܘ̈ܟܐ ܕܕܩܠ̈ܐ. ܘܡܫܒܚܝܢ ܗܘܘ ܘܡܘܕܝܢ ܠܗܘ ܕܥܒܕ ܠܗܘܢ ܦܘܪܩܢܐ. ܘܝܗܒ ܠܗܘܢ
8 ܚܝܠܐ ܕܢܕܟܘܢ ܘܢܩܕܫܘܢ ܐܬܪܗ. * ܘܐܬܪܥܝܘ ܐܟܚܕܐ ܕܢܗܘܘܢ ܥܒ̈ܕܝܢ ܗܠܝܢ
9 ܝܘ̈ܡܬܐ ܕܟܠ ܫܢܐ ܒܟܠܗ ܟܢܘܫܬܐ ܕܝܗܘ̈ܕܝܐ. * ܘܡܘܬܐ ܕܝܢ ܕܐܢܛܝܘܟܘܣ ܗܘ
10 ܕܐܬܩܪܝ ܐܦܝܦܢܣ ܗܢܐ ܗܘܐ. * ܗܫܐ ܕܝܢ ܢܐܡܪ ܥܠ ܐܢܛܝܘܟܘܣ ܐܘܦܛܪ ܒܪܗ
11 ܕܪܫܝܥܐ. ܢܐܡܪ ܕܝܢ ܒܦܣܝܩܬܐ. ܥܠ ܣܘܓܐܐ ܕܒܝ̈ܫܬܐ ܕܗܘܝ ܒܩܪ̈ܒܐ. * ܟܕ ܩܡ ܓܝܪ
ܒܡܠܟܘܬܗ ܕܐܒܘܗܝ. ܘܐܩܝܡ ܥܠ ܨܒܘ̈ܬܗ ܠܠܘܣܝܐ. ܗܘ ܕܡܢ ܩܕܝܡ ܗܘܐ ܡܩܝܡ ܪܫܐ
12 ܘܡܕܒܪܢܐ ܥܠ ܣܘܪܝܐ ܘܦܘܢܝܩܐ. * ܦܛܠܡܝܘܣ ܕܝܢ ܗܘ ܕܡܩܕܘܢܝܐ ܗܘܐ ܡܬܩܪܐ
ܗܘܐ ܪܚܡܘܬܐ ܥܡ ܝܗܘ̈ܕܝܐ. ܘܡܬܟܪܝܐ ܗܘܐ ܥܠ ܒܝ̈ܫܬܐ ܕܗܘܝ ܠܗܘܢ. ܘܫܝܢܐ ܗܘܐ
13 ܨܒܐ ܗܘܐ ܠܡܥܒܕ ܠܘܬܗܘܢ. * ܘܐܟܠܘ ܩܪ̈ܨܘܗܝ ܐܢܫܝܢ ܡܢ ܪ̈ܚܡܘܗܝ ܩܕܡ ܐܘܦܛܪ.
ܘܡܩܪܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܡܫܠܡܢܐ. ܡܛܠ ܕܩܘܦܪܘܣ ܗܝ ܕܐܬܗܝܡܢܬ ܠܗ ܡܢ ܦܝܠܘܡܛܘܪ
ܫܒܩܗ. ܘܐܙܠ ܠܘܬ ܐܢܛܝܘܟܘܣ ܐܦܝܦܢܣ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܠܐ
ܪܒܘܬܐ ܘܐܝܩܪܐ ܐܫܟܚ ܗܘܐ ܒܡܠܟܘܬܐ. ܘܟܕ ܚܙܐ ܕܐܬܓܕܫܘ ܠܗ ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ. ܣܡܐ
ܕܡܘܬܐ ܐܫܬܝ ܘܡܝܬ.

CAP. X.

MAccabæus autem & qui cum ipso 1
erant, Dei auxilio ipsos adjuvantis, ce-
perunt templum & urbem; Destruxe- 2
rúntque altaria & idola quæ ædifica-
verant gentes in plateis ejus. Et mun- 3
dârunt templum, fecerúntque altare ali-
ud, (lapides enim per ignem traduxe-
runt) sumptóque ex eis igne, sacrificia
& oblationes adoleverunt post duos an-
nos. Fecerúntque lucernas & candela-
bra, & thymiamata & panes propositio-
nis. Cúmque hæc fecissent, prociden- 4
tes in faciem orabant, supplicabántque
Domino, ne rursus in has angustias &
cruciatus venirent: Sed si quando ipsos
peccare contingeret, ab ipso castigaren-
tur, nec traderentur gentibus incir-
cumcisis, immundis & blasphemis. Quo 5
die autem pollutum fuerat templum à
nationibus, eodem ipsum mundari con-
tigit, vigesimo quinto mensis qui Conun
prior dicitur. Et cum gaudio tripudi- 6
ísque multis egerunt quotannis festum
instar Scenopegiæ octo dies, recordan-
tes paulò antè in Scenopegia, montes
& speluncas habitâsse se, ferarum instar
pascentes. Propterea palmarum ramos 7
tenentes, cantabant & confitebantur ei
qui salutem sibi fecerat, viréasque
mundando sanctificandóque loco suo
suppeditaverat. Cogitârunt autem si- 8
mul omnes agi quotannis hos dies, per
totam synagogam Judæorum. Et mors 9
quidem Antiochi, qui Epiphanes dictus
est, hunc finem habuit. Nunc autem 10
de Antiocho Eupatore filio impii di-
cemus; brevibus scilicet, de multis ma-
lis quæ in præliis evenerunt. Consti- 11
tutus enim in regno paterno, præfecit
rebus suis Lysiam, olim præfectum fa-
ctum ac ducem Syriæ & Phœnices.
Ptolemæus autem qui Macedo dictus 12
erat, amicitiam cum Judæis conserva-
bat, angebatúrque animo propter mala
quæ apud ipsos contigerant, & pacem
erga eos agere volebat. Sed profecti 13
quidam ex amicis ejus accusabant eum
Eupatori, proditorem perpetuò appel-
lantes, quod creditam à Philometore
Cyprum relinquens, ad Antiochum
Epiphanem venisset: Quare nec ma-
gnitudinem nec honorem in regno
invenit: Et cùm hæc omnia sibi acci-
disse videret, veneno se ipsum sustu-
lit.

Versio VULG. LAT.

14 Gorgias autem, cùm esset dux locorum, assumptis
15 advenis frequenter Judæos debellabat. Judæi ve-
rò, qui tenebant opportunas munitiones, fugatos ab
16 Jerosolymis suscipiebant, & bellare tentabant. Hi
verò qui erant cum Machabæo, per orationes Domi-
num rogantes ut esset sibi adjutor, impetum fecerunt
17 in munitiones Idumæorum: Multâque vi insisten-
tes, loca obtinuerunt, occurrentes interemerunt, &
omnes simul non minùs viginti millibus trucidave-
18 runt. Quidam autem, cùm confugissent in duas
turres valdè munitas, omnem apparatum ad repu-
19 gnandum habentes, Machabæus ad eorum expu-
gnationem, relicto Simone, & Josepho, itémque
Zachæo, eísque qui cum ipsis erant satis multis, ipse
ad eas, quæ ampliùs perurgebant, pugnas conver-
20 sus est. Hi verò qui cum Simone erant, cupiditate
ducti, à quibusdam qui in turribus erant, suasi sunt
pecuniâ: & septuaginta millibus didrachmis acce-
21 ptis, dimiserunt quosdam effugere. Cùm autem
Machabæo nuntiatum esset quod factum est, princi-
pibus populi congregatis, accusavit, quòd pecuniâ
fratres vendidissent, adversariis eorum dimissis.
22 Hos igitur proditores factos interfecit, & confestim
23 duas turres occupavit, Armis autem ac manibus
omnia prosperè agendo, in duabus munitionibus
24 plus quàm viginti millia peremit. At Timotheus,
qui priùs à Judæis fuerat superatus, convocato ex-
ercitu peregrinæ multitudinis, & congregato equi-
tatu Asiano, advenit quasi armis Judæam capturus.
25 Machabæus autem, & qui cum ipso erant, appropin-
quante illo, deprecabantur Dominum, caput terrâ
26 aspergentes, lumbósque ciliciis præcincti, Ad alta-
ris crepidinem provoluti, ut sibi propitius, inimicis
autem eorum esset inimicus, & adversariis adver-
27 saretur, sicut lex dicit. Et ita post orationem, sum-
ptis armis, longiùs de civitate procedentes, & pro-
ximi hostibus effecti, resederunt.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΏΝ Β'.

14 Γοργίας δὲ γενόμενος στρατηγὸς τῶν (α) τόπων, ἐξενοτρόφει, καὶ παρ'
ἕκαστα πρὸς τοὺς (β) Ἰουδαίους ἐπολεμοτρόφει. Ὁμοῦ δὲ (γ) τούτῳ καὶ
15 οἱ Ἰδουμαῖοι ἐγκρατεῖς ἐπικαίρων ὀχυρωμάτων ὄντες, ἐγύμναζον
τοὺς Ἰουδαίους, καὶ τοὺς (δ) φυγαδευθέντας ἀπὸ Ἱεροσολύμων προσ-
16 λαβόμενοι πολεμοτροφεῖν ἐπεχείρουν. Οἱ δὲ περὶ τὸν Μακκαβαῖον
ποιησάμενοι (ε) λιτανείαν, καὶ ἀξιώσαντες τὸν Θεὸν σύμμαχον αὐ-
17 τοῖς γενέσθαι, ἐπὶ τὰ τῶν Ἰδουμαίων ὀχυρώματα ὥρμησαν. Οἷς
καὶ προσβαλόντες εὐρώστως, ἐγκρατεῖς ἐγένοντο τῶν τόπων, πάν-
τας τε τοὺς ἐπὶ τῷ τείχει μαχομένους ἠμύναντο· (ζ) κατέσφαζον
δὲ τοὺς ἐμπίπτοντας, ἀνεῖλον δὲ οὐχ ἧττον τῶν δισμυρίων.
18 Συμφυγόντων δὲ οὐκ ἔλαττον τῶν ἐνακισχιλίων εἰς δύο πύρ-
γους ὀχυροὺς εὖ μάλα καὶ πάντα τὰ πρὸς πολιορκίαν ἔχοντας,
19 Ὁ Μακκαβαῖος εἰς ἐπείγοντας τόπους, ἀπολιπὼν Σίμωνα καὶ
(η) Ἰώσηπον, ἔτι δὲ καὶ Ζακχαῖον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἱκανοὺς πρὸς
20 τὴν τούτων πολιορκίαν, αὐτὸς ἐχωρίσθη. Οἱ δὲ περὶ τὸν Σίμω-
να φιλαργυρήσαντες ὑπό τινων τῶν ἐν τοῖς πύργοις ἐπείσθησαν
ἀργυρίῳ· ἑπτάκις δὲ (θ) μυριάδας δραχμὰς λαβόντες, εἴασάν
21 τινας διαῤῥυῆναι. (ι) Προσαγγελθέντος δὲ τῷ Μακκαβαίῳ περὶ
τοῦ γεγονότος, συναγαγὼν τοὺς ἡγουμένους τοῦ λαοῦ, κατηγόρησεν
ὡς ἀργυρίου (κ) πεπράκασι τοὺς ἀδελφούς, τοὺς πολεμίους κατ'
22 αὐτῶν ἀπολύσαντες. Τούτους μὲν οὖν προδότας γενομένους ἀπ-
23 έκτεινε, καὶ παραχρῆμα τοὺς δύο πύργους κατελάβετο. Τοῖς
δὲ ὅπλοις τὰ πάντα ἐν ταῖς χερσὶν εὐοδούμενος, ἀπώλεσεν ἐν
24 τοῖς δυσὶν ὀχυρώμασι πλείους τῶν δισμυρίων. Τιμόθεος δὲ ὁ
(λ) πρότερον ἡττηθεὶς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, συναγαγὼν ξένας δυ-
νάμεις παμπληθεῖς, καὶ τοὺς τῆς Ἀσίας γενομένους ἵππους συνα-
θροίσας οὐκ ὀλίγους, παρῆν ὡς δοριάλωτον ληψόμενος τὴν Ἰουδαί-
25 αν. Οἱ δὲ περὶ τὸν Μακκαβαῖον, συνεγγίζοντος αὐτοῦ, πρὸς
(μ) ἱκετείαν τοῦ Θεοῦ ἐτράπησαν, γῇ τὰς κεφαλὰς καταπάσαντες, καὶ
26 τὰς ὀσφύας σάκκοις ζώσαντες, Ἐπὶ τὴν ἀπέναντι τοῦ θυσια-
στηρίου κρηπῖδα προσπεσόντες, ἠξίουν (ν) ἵλεων αὐτοῖς γενόμενον
ἐχθρεῦσαι τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν, καὶ ἀντικεῖσθαι τοῖς ἀντικειμένοις,
27 καθὼς (ξ) ὁ νόμος διασαφεῖ. Γενόμενοι δὲ ἀπὸ τῆς δεήσεως, ἀνα-
λαβόντες τὰ ὅπλα, προῆγον ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ πλεῖον· (ο) συν-
εγγίσαντες δὲ τοῖς πολεμίοις, ἐφ' ἑαυτῶν ἦσαν.

MS. A. (α) * τρόπων, (β) ἰδίοις (γ) τούτων (δ) φυγαδεύσαντες, (ε) λιτανείαν, (ζ) κατέσφαζόν τε (η) Ἰώσηπον, ἔτι δὲ Ζακχαῖον (θ) μυριάς (ι) Προσαγγέλλοντες (κ) πέπρακεν (λ) πρῶτον (μ) ἱκεσίαν τοῦ Θεοῦ, γῇ (ν) ἵλεως (ξ) καὶ ὁ (ο) συνεγγίσαντος

Interp. LAT.

Gorgias autem, cùm esset dux locorum, assum- 14
ptis advenis, assiduè contra Judæos bellum nu-
triebat. Simul autem cum hoc & Idumæi, qui 15
tenebant opportunas munitiones, exercebant
Judæos, & fugatos ab Hierosolymis suscipien-
tes, bellum nutrire tentabant. Hi verò qui e- 16
rant cum Maccabæo, facientes supplicationem,
& Deum rogantes ut esset sibi adjutor, impetum
fecerunt in munitiones Idumæorum: Quibus 17
& insistentes multâ vi, loca obtinuerunt, o-
mnésque qui in muro pugnabant, ulti sunt, oc-
currentes autem (d) interemerunt: interfece-
runt autem non minùs viginti millibus. Cùm 18
autem (e) confugissent non minùs novem milli-
bus in duas turres valdè munitas, & omnia quæ
adversùs expugnationem, habentes, Maccabæus 19
ad eorum expugnationem relicto Simone, & Jo-
sepho, itémque Zacchæo, eisque qui cum ipso e-
rant, satis multis, ipse ad loca, quæ perurge-
bant, conversus est. Hi verò qui cum Simone 20
erant, argenti cupiditate ducti, à quibusdam
qui in turribus erant, suasi sunt pecuniâ: &
septuaginta millibus drachmis acceptis, dimi-
serunt quosdam effugere. Cùm autem Macca- 21
bæo nuntiatum esset, quod factum est, princi-
bus populi congregatis, accusavit, quòd pecuniâ
fratres vendidissent, adversariis contra eos di-
missis. Hos igitur proditores factos interfecit, 22
& confestim duas turres occupavit. Armis au- 23
tem omnia in manibus prosperè agens, in duabus
munitionibus plusquàm viginti millia peremit.
At Timotheus, qui priùs à Judæis fuerat supera- 24
tus, convocato magno exercitu peregrinæ multitu-
dinis, & congregato Asiano equitatu non pauco,
advenit quasi armis Judæam captur9. Maccabæus 25
autem, & qui cum ipso erant, appropinquante illo,
ad supplicationem Dei se verterunt, caput terrâ
aspergentes, lumbósque ciliciis præcincti, Ad coronam 26
quæ est ante altare, crepidinem provoluti, rogabant,
ut propitius sibi factus, inimicis ipsorum esset
inimicus, & adversariis adversaretur, sicut lex
dicit. Et ita post orationem sumptis armis, lon- 27
giùs de civitate processerunt: proximi autem
hostibus effecti resederunt.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]

Gorgias autem ejus loco præfectus & 14
dux constitutus, coactis ad se turbis
multis, perpetuò cum Judæis bellabat.
Idumæi etiam ipsi adjuncti, venientes 15
pugnabant adversùs munita loca sibi
propinqua, Judæósque valdè contere-
bant, & suscipientes eos qui ab Jerosoly-
mis fugiebant, bellum cum Israële agere
parabant. Maccabæus autem cum suis 16
cum clamore precantes, supplicabant
Deo majorem in modum, ut sibi auxi-
lio esset. Et ad arces Idumæorum rectà 17
profecti, fortiter cum ipsis ac viriliter
pugnarunt, ita ut ipsas subigere vale-
erunt, interfectis iis qui de muro pu-
gnabant: occiderúntque quasi viginti
millia. Fugerunt autem quasi novem 18
millia, & ingressi sunt duas arces ma-
gnas & robustas. Judas autem Macca- 19
bæus ad ea loca profectus quæ urge-
bant, reliquit Simeonem, Josephum &
Zacchæum multósque eorum qui ipsi
aderant, ut obsidentes pugnarent in ar-
ces, donec eos captivos facerent. Pro- 20
fecto inde Judâ, eorum qui cum Si-
mone erant quidam, corti amore pecuniæ
ab eis qui in arce erant, acceptis ab eis
septuaginta mille argenteis, quosdam
eorum aufugere permiserunt. Quod 21
cùm Maccabæo palàm factum esset, co-
actos populi duces arguit, quòd fratres
pecuniâ vendidissent, dimissis hostibus
ipsorum. Interfectísque proditoribus 22
arces citò subegit; cùm paucos ad-
modum haberet: Et in duobus illis 23
arcibus supra viginti millia interfecit.
Timotheus autem qui à Judæis initio 24
victus fuerat, coacto exercitu peregrino
magno ac robusto, fortibúsque Asiæ,
equitibúsque multis, Jerosolyma venit,
Judæam vastaturum se sperans, ac quic-
quid in ea esset capturum. Maccabæus 25
autem cum suis audito propè eum esse
ut veniret, ad clamorem & preces co-
ram Deo conversi, pulvere capitibus
insperso, cinctísque sacco lumbis; Co- 26
ram altari projecti petebant à Domino
ut ipsis propitius esset, opémque fer-
ret, & cum inimicis eorum pugnaret,
hostibúsque adversaretur, ut lex dicit.
Finitis orationibus supplicationibúsque 27
armis captis, cum fiduciâ adversùs eos
profecti sunt: & cùm ad prælium ve-
nissent, taciti apud se erant.

MAKKABAÏΩN B'.

Versio VULG. LAT.

28 Primo autem Solis ortu utrique commiserunt: isti
quidem victoriæ & prosperitatis sponsorem cum vir-
tute Dominum habentes: illi autem ducem belli ani-
29 mum habebant. Sed, cùm vehemens pugna esset,
apparuerunt adversariis de cœlo viri quinque in e-
quis, frænis aureis decori, ducatum Judæis præstan-
30 tes: Ex quibus duo Machabæum medium habentes,
armis suis circumseptum incolumem conservabant:
in adversarios autem tela & fulmina jaciebant, ex
quo & cæcitate confusi, & repleti perturbatione ca-
31 debant. Interfecti sunt autem viginti millia quin-
32 genti, & equites sexcenti. Timotheus verò confu-
git in Gazaram præsidium munitum, cui præerat
33 Chæreas. Machabæus autem, & qui cum eo erant,
34 lætantes obsederunt præsidium diebus quatuor. At
hi qui intùs erant, loci firmitate confisi, supra mo-
dum maledicebant, & sermones nefandos jactabant.
35 Sed cùm dies quinta illucesceret, viginti juvenes ex
his qui cum Machabæo erant, accensi animis propter
blasphemiam, viriliter accesserunt ad murum, & fe-
36 roci animo incedentes ascendebant: Sed & alii si-
militer adscendentes, turres portásque succendere
aggressi sunt, atque ipsos maledicos vivos concrema-
37 re. Per continuum autem biduum præsidio vastato,
Timotheum occultantem se, in quodam repertum
loco peremerunt: & fratrem illius Chæream & A-
38 pollophanem occiderunt. Quibus gestis, in hy-
mnis & confessionibus benedicebant Dominum, qui
magna fecit in Israel, & victoriam dedit illis.

CAP. XI.

1 Sed parvo pòst tempore, Lysias procurator regis,
& propinquus, ac negotiorum præpositus, graviter
ferens de his quæ acciderant,

MAKKABAÏΩN B'.

28 Ἄρτι δὲ τῆς ἀνατολῆς (α) διαδεχομένης, προσέβαλον ἑκάτεροι.
οἱ μὲν (β) ἔγγυον ἔχοντες εὐημερίας καὶ νίκης (γ) μετ' ἀρετῆς τὴν ἐπὶ
τὸν κύριον καταφυγὴν, οἱ δὲ καθηγεμόνα τῶν ἀγώνων τιθέμενοι
29 τὸν θυμόν. (δ) Γενομένης δὲ καρτερᾶς μάχης, ἐφάνησαν τοῖς
ὑπεναντίοις ἐξ οὐρανοῦ ἐφ' ἵππων χρυσοχαλίνων (ε) ἄνδρες πέντε
30 διαπρεπεῖς, καὶ ἀφηγούμενοι τῶν Ἰουδαίων οἱ δύο, Καὶ τὸν Μακ-
καβαῖον μέσον λαβόντες, καὶ σκεπάζοντες ταῖς ἑαυτῶν πανο-
πλίαις ἄτρωτον (ζ) διεφύλαττον· εἰς δὲ τοὺς ὑπεναντίους τοξεύματα
καὶ κεραυνοὺς (η) ἐξερρίπτουν· διὸ συγχυθέντες ἀορασίᾳ, (θ) κατεκό-
31 πτοντο ταραχῆς πεπληρωμένοι. Κατεσφάγησαν δὲ δισμύριοι
32 πρὸς τοῖς πεντακοσίοις, ἱππεῖς δὲ ἑξακόσιοι. Αὐτὸς δὲ ὁ
Τιμόθεος συνέφυγεν εἰς Γάζαρα λεγόμενον ὀχύρωμα, οὐ
33 μάλα φρούριον, στρατηγοῦντος ἐκεῖ Χαιρέου. Οἱ δὲ περὶ τὸν
Μακκαβαῖον (ι) ἄσμενοι περιεκάθισαν τὸ φρούριον ἡμέρας (κ) τέσσαρας.
34 Οἱ δὲ ἔνδον τῇ ἐρυμνότητι τοῦ τόπου πεποιθότες, ὑπέρ ἄγαν ἐβλα-
35 σφήμουν καὶ λόγους ἀθεμίτους (λ) προΐεντο. Ὑποφαινούσης δὲ τῆς
πέμπτης ἡμέρας, (μ) εἴκοσι νεανίαι τῶν περὶ τὸν Μακκαβαῖον πυρω-
θέντες τοῖς θυμοῖς διὰ τὰς βλασφημίας, προσβαλόντες τῷ
τείχει, ἀῤῥενωδῶς καὶ θηριώδει θυμῷ τὸν ἐμπίπτοντα ἔκοπτον.
36 Ἕτεροι δὲ ὁμοίως προσαναβάντες ἐν τῷ περισπασμῷ πρὸς τοὺς
ἔνδον, ἐνεπίμπρων τοὺς πύργους, καὶ πυρὰς (ν) ἀνάψαντες ζῶντας
37 τοὺς βλασφήμους κατέκαιον. Οἱ δὲ τὰς πύλας διέκοπτον, εἰσ-
δεξάμενοι δὲ τὴν λοιπὴν τάξιν, προκατελάβοντο τὴν πόλιν,
καὶ τὸν Τιμόθεον ἀποκεκρυμμένον ἔν τινι λάκκῳ κατέσφαξαν,
38 καὶ τὸν τούτου ἀδελφὸν Χαιρέαν, καὶ τὸν (ξ) Ἀπολλοφάνην. Ταῦτα
δὲ διαπραξάμενοι, μεθ' ὕμνων καὶ (ο) ἐξομολογήσεων εὐλόγουν τῷ
κυρίῳ τῷ μεγάλως εὐεργετοῦντι τὸν Ἰσραὴλ, καὶ τὸ νῖκος
αὐτοῖς διδόντι.

MS. A. (α) διαχεομένης, προσέβαλον (β) ἐν ἔγγυον (γ) μετὰ (δ) Γινομένης (ε) πέντε ἄνδρες (ζ) διεφύλασσον· εἰς δὲ τοὺς ἐναντίους (η) ἐξερίπτουν· (θ) διεκόπτοντο (ι) ἀσμένως (κ)* τεσσεράκοντα. (λ) προϊέντες. Ὑποφαινούσης (μ) καὶ εἰκοσίς, (ν) ἀνάπτοντες (ξ) Ἀπολλοφάνην. (ο) ἐξομολογήσεως

ΚΕΦ. ια'.

1 Μετ' ὀλίγον δὲ παντελῶς (α) χρόνον Λυσίας ἐπίτροπος τοῦ βα-
σιλέως καὶ συγγενὴς, καὶ ἐπὶ τῶν πραγμάτων, λίαν βαρέως φέρων
ἐπὶ τοῖς γεγονόσι, MS. A. (α)* χρονίσκον

Interp. L A T.

Primo autem Solis ortu utrique commiserunt, 28
isti quidem prosperitatis & victoriæ sponsorem
cum virtute refugium in Dominum habentes, illi
autem ducem certaminum statuentes furorem. Sed 29
cùm vehemens pugna esset, apparuerunt adversa-
riis de cælo viri quinque in equis auro frænatis
decori, & ducatum Judæis præstantes duo, Et 30
Maccabæum assumentes medium, & armis suis
tegentes invulneratum conservabant, in adversa-
rios autem tela, & fulmina jaciebant: ex quo
cæcitate confusi intercidebantur repleti perturba-
tione. Interfecti sunt autem viginti millia quin- 31
genti, & equites sexcenti. Ipse verò Timotheus 32
confugit in Gazaram dictum præsidium valdè
munitum, cui præerat Chæreas. Maccabæus au- 33
tem, & qui cum eo erant, lætantes obsederunt præ-
sidium diebus quatuor. At hi qui intùs erant, loci 34
firmitate confisi, supra modum blasphemabant, &
sermones nefandos jactabant. Sed cùm dies quinta 35
illucesceret; viginti juvenes ex his qui cum Mac-
cabæo erant, accensi animis propter blasphemias,
viriliter accesserunt ad murum, & feroci animo
occurrentem cædebant. Sed & alii similiter ascen- 36
dentes in circumflexione adversùs eos qui intùs
erant, incendebant turres, & pyras incendentes,
ipsos blasphemos vivos concremârunt. Alii autem 37
portas interciderunt: & intromittentes reliquam
aciem, occupaverunt civitatem, & Timotheum
occultantem se in quodam lacu peremerunt, & fra-
trem illius Chæream, & Apollophanem. Quibus 38
gestis, cum hymnis & confessionibus benedicebant
Dominum, qui magnificè benefaciebat Israel, &
victoriam ipsis dabat.

CAP. XI.

Sed parvo prorsùs pòst tempore Lysias procu- 1
rator regis, & propinquus, ac negotiorum præpo-
situs, valdè graviter ferens de his quæ accide-
rant,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]

1 [illegible]

Ascendente autem die, & oriente Sole 28
cœperunt partes committere prælium:
Hi quidem Deo fisi, qui ipsis victoriam ac
salutem procurabat, illi copiarum sua-
rum duci. Facto autem prælio magno & 29
forti, de cœlo apparuerunt hostib⁹ quinq;
equites speciosi & gloriosi, equis auro
frænatis, adjuvantes Judæos. Judam 30
autem Maccabæum in medio suì tenen-
tes, protegebant orâ armorum suorum,
& ab omni ictu conservabant, hostibus
sagittas & jacula conjicientibus: quæ
cùm viderunt, caligantibus oculis, solu-
ta est tota acies ipsorum. Et interfecerunt 31
ex ipsis peditum viginti mille quingen-
tos, equites sexcentos. Timotheus autem 32
ad arcem difficilem atque fortem fu-
git quam Gazara dicunt, quam pro
carcere habuerat Chœreas, olim ejus
loci præfectus ac dux. Maccabæani au- 33
tem cum fiduciâ locum obsederunt
quatuor dies. Qui autem in eo erant, 34
confisi robori ejus ac munitioni majo-
rem in modum, Judam Maccabæum cum
suis probris ac maledictis afficiebant
dicta impura & obscœna proferentes.
Cùm autem illucesceret in die quintum, 35
ex Maccabæanis viginti juvenes zelum in-
duti, & furore incensi propter blasphe-
mias eorum, cursu arcem petiverunt, &
insilientes viriliter instar ferarum valida-
rum, quicquid occurrebat interficiebant.
Alii autem saltu ascendentes, eos qui in 36
turribus erant incendebant, & accenso
igne blasphemos illos vivos exurebant:
Alii portas perfregerunt, itáque civita- 37
tem ingressi subegerunt, Timotheúmque
in fovea quadam occultatum cùm inve-
nissent, occiderunt ibi, ejusque fratres
Chæream & Apollonium cum eo. Qui- 38
bus gestis, cum hymnis & canticis
Deo benedicebant, qui magnam mise-
ricordiam erga Israëlem ostendisset, &
ipsis victoriam dedisset.

CAP. XI.

Post tempus autem exiguum, Lysias 1
procurator & cognatus regis, auditis quæ
acciderant omnibus, incensus est & exa-
cerbatus majorem in modum.

Versio VULG. LAT.

2 Congregatis octoginta millibus, & equitatu univer-
so, veniebat adversus Judæos, existimans se civitatem
quidem captam Gentibus habitaculum facturum,
3 Templum verò in pecuniæ quæstum, sicut cætera de-
lubra gentium, habiturum, & per singulos annos ve-
4 nale sacerdotium: Nusquam recogitans Dei pote-
statem, sed mente effrænatus, in multitudine pedi-
tum, & in millibus equitum, & in octoginta ele-
5 phantis confidebat. Ingressus autem Judæam, &
appropians Bethsuræ, quæ erat in angusto loco, ab
Jerosolyma intervallo quinque stadiorum, illud præ-
6 sidium expugnabat. Ut autem Machabæus, & qui
cum eo erant, cognoverunt expugnari præsidia, cum
fletu & lachrymis rogabant Dominum, & omnis tur-
ba simul, ut bonum angelum mitteret ad salutem Is-
7 raël. Et ipse primus Machabæus, sumptis armis,
cæteros adhortatus est simul secum periculum subire,
8 & ferre auxilium fratribus suis. Cùmque pariter
prompto animo procederent, Jerosolymis apparuit
præcedens eos eques in veste candida, armis aureis
9 hastam vibrans. Tunc omnes simul benedixerunt
misericordem Dominum, & convaluerunt animis:
non solùm homines, sed & bestias ferocissimas, &
10 muros ferreos parati penetrare. Ibant igitur prom-
pti, de cœlo habentes adjutorem, & miserantem su-
11 per eos Dominum. Leonum autem more impetu ir-
ruentes in hostes, prostraverunt ex eis undecim mil-
12 lia peditum, & equitum mille sexcentos: Univer-
sos autem in fugam verterunt, plures autem ex eis
vulnerati nudi evaserunt. Sed & ipse Lysias turpiter
13 fugiens evasit. Et quia non insensatus erat, secum
ipse reputans, factam erga se diminutionem, & intel-
ligens invictos esse Hebræos, omnipotentis Dei au-
14 xilio innitentes, misit ad eos: Promisitque se con-
sensurum omnibus quæ justa sunt, & regem compul-
15 surum amicum fieri. Annuit autem Machabæus pre-
cibus Lysiæ, in omnibus utilitati consulens: & quæ-
cunque Machabæus scripsit Lysiæ de Judæis, ea rex
16 concessit. Nam erant scriptæ Judæis epistolæ à Ly-
sia quidem hunc modum continentes: LYSIAS
populo Judæorum Salutem.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β'.

2 Συναθροίσας περὶ τὰς ὀκτὼ μυριάδας καὶ τὴν ἵππον (α) πᾶσαν, παρε-
γένετο ἐπὶ τοὺς Ἰουδαίους, λογιζόμενος τὴν μὲν πόλιν Ἕλλησιν οἰκη-
3 τήριον ποιήσειν, Τὸ δὲ ἱερὸν ἀργυρολόγητον καθὼς τὰ λοιπὰ
τῶν ἐθνῶν τεμένη, πρατὴν (β) δὲ τὴν ἀρχιερωσύνην κατ᾽ ἔτος
4 ποιήσειν, Οὐδαμῶς ἐπιλογιζόμενος τὸ τοῦ Θεοῦ κράτος, πε-
φρενωμένος δὲ ταῖς μυριάσι τῶν (γ) πεζῶν καὶ ταῖς χιλιάσι τῶν ἱππέων
5 καὶ τοῖς ἐλέφασι τοῖς ὀγδοήκοντα. Εἰσελθὼν δὲ εἰς τὴν Ἰου-
δαίαν, καὶ συνεγγίσας (δ) τῷ Βαιθσούρᾳ, ὄντι μὲν ἐρυμνῷ (ε) χωρίῳ,
ἀπὸ δὲ Ἱεροσολύμων ἀπέχοντι ὡσεὶ (ζ) σταδίους πέντε, τοῦτο ἔθλι-
6 βεν. Ὡς δὲ μετέλαβον οἱ περὶ τὸν Μακκαβαῖον πολιορκοῦντα αὐτὸν
τὰ ὀχυρώματα, (η) μετ᾽ ὀδυρμῶν καὶ δακρύων ἱκέτευον σὺν τοῖς ὄ-
χλοις τὸν κύριον, ἀγαθὸν ἄγγελον ἀποστεῖλαι πρὸς σωτηρίαν τῷ Ἰσραήλ.
7 Αὐτὸς δὲ πρῶτος ὁ Μακκαβαῖος ἀναλαβὼν τὰ ὅπλα προετρέ-
ψατο τοὺς ἄλλους, ἅμα αὐτῷ διακινδυνεύοντας, ἐπιβοηθεῖν τοῖς
8 ἀδελφοῖς αὐτῶν. Ὁμοῦ δὲ καὶ προθύμως (θ) ἐξώρμησαν. αὐτόθι
δὲ καὶ πρὸς τοῖς Ἱεροσολύμοις ὄντων, ἐφάνη προηγούμενος
αὐτῶν ἔφιππος ἐν λευκῇ ἐσθῆτι, πανοπλίαν χρυσῆν κραδαί-
9 νων. Ὁμοῦ δὲ πάντες εὐλόγησαν τὸν ἐλεήμονα Θεόν, καὶ ἐπερ-
ρώσθησαν ταῖς ψυχαῖς, οὐ μόνον ἀνθρώπους (ι) ἀλλὰ καὶ θῆρας τοὺς ἀ-
10 γριωτάτους, καὶ σιδηρᾶ τείχη τιτρώσκειν ὄντες ἕτοιμοι. (κ) Προσ-
ῆγον ἐν διασκευῇ τὸν ἀπ᾽ οὐρανοῦ σύμμαχον ἔχοντες, ἐλεή-
11 σαντος αὐτοὺς τοῦ κυρίου. (λ) Λεοντηδὸν δὲ ἐντινάξαντες εἰς τοὺς
πολεμίους, κατέστρωσαν αὐτῶν χιλίους πρὸς τοῖς μυρίοις,
12 ἱππεῖς δὲ ἑξακοσίους (μ) πρὸς τοῖς χιλίοις· Τοὺς δὲ πάντας ἠνάγ-
κασαν (ν) φυγεῖν. οἱ πλείονες δὲ αὐτῶν τραυματίαι γυμνοὶ διεσώ-
13 θησαν· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Λυσίας αἰσχρῶς φεύγων διεσώθη. Οὐκ
ἄνους δὲ ὑπάρχων, πρὸς ἑαυτὸν ἀντιβάλλων τὸ γεγονὸς περὶ
(ξ) ἑαυτὸν ἐλάττωμα, καὶ συννοήσας ἀνικήτους εἶναι τοὺς Ἑβραίους, (ο) τοῦ
πάντα δυναμένου Θεοῦ συμμαχοῦντος αὐτοῖς, προσαποστείλας
14 (π) Ἔπεισε συλλύσεσθαι ἐπὶ πᾶσι τοῖς δικαίοις, καὶ διότι καὶ τὸν βασι-
15 λέα πείσειν φίλον αὐτοῖς ἀναγκάζειν γενέσθαι. Ἐπένευσε δὲ
ὁ Μακκαβαῖος ἐπὶ πᾶσιν οἷς ὁ Λυσίας παρεκάλει τοῦ συμφέ-
ροντος φροντίζων. ὅσα γὰρ ὁ Μακκαβαῖος ἐπέδωκε τῷ Λυσίᾳ
16 διὰ γραπτῶν περὶ τῶν Ἰουδαίων, συνεχώρησεν (ρ) ὁ βασιλεύς. Ἦσαν
γὰρ αἱ γεγραμμέναι τοῖς Ἰουδαίοις ἐπιστολαὶ παρὰ μὲν Λυσίου περιέ-
χουσαι τὸν τρόπον τοῦτον· Λυσίας τῷ πλήθει τῶν Ἰουδαίων χαίρειν.

MS. A. (α) ἅπασαν, παρεγένετο (β) δὲ κατ᾽ ἔτος τὴν ἀρχιερωσύνην ποιήσειν, (γ)* πεζῶν (δ) Βεθσουρῶν, (ε)* χωρίῳ, Ἱεροσολύμων δὲ ἀπέχοντι (ζ) σχοίνους πέντε, (η) μετὰ (θ) ἐξώρμησαν. αὐτόθι δὲ πρὸς (ι) θῆρας δὲ τοὺς (κ) Προσῆγον (λ) Λέον-τινον (μ) πρὸς χιλίοις· (ν) φεύγειν. (ξ) αὐτὸν ἐλάττωμα, (ο) τοῦ δυναμένου (π) * Ἔπεισε συλλύσεσθαι (ρ) ὁ γραμματεύς. Ἦσαν γὰρ γεγραμμέναι

Interp. LAT.

Congregatis octoginta circiter millibus, & equitatu 2
universo, veniebat adversùm Judæos, existimans
se civitatem quidem Græcis habitaculum facturum,
Templum verò in pecuniæ quæstum, sicut cætera de- 3
lubra gentium, venale autem per singulos annos sum-
mum sacerdotium facturum, Nusquam recogitans 4
Dei potestatem, sed mente effrænatus ob myriades
peditum, & millia equitum, et elephantos octoginta.
Ingressus autem Judæam, & appropians Bethsuræ, 5
munito quidem loco, distanti autem ab Hie-
rosolyma quasi stadiis quinque, illud vexabat. Ut 6
autem Maccabæus, & qui cum eo erant, cognove-
runt expugnari ab illo præsidia, cum fletu & la-
chrymis rogabant unà cum turbis Dominum, ut bo-
num angelum mitteret ad salutem Israel. Et ipse 7
primus Maccabæus sumptis armis cæteros exhorta-
tus est simul secum periculum subire, & ferre auxi-
lium fratribus suis. Pariter autem & prompto 8
animo processerunt. Ibidem verò, cùm etiam apud
Hierosolymam essent; apparuit præcedens eos eques
in veste candida, armaturam auream vibrans. Tunc 9
omnes simul benedixerunt misericordem Deum, &
convaluerunt animis, non solùm homines, sed &
bestias ferocissimas & muros ferreos parati ferire.
Ibant prompti, de cœlo habentes adjutorem, mise- 10
rante super eos Domino. Leonum autem more irruen- 11
tes in hostes, prostraverunt ex eis undecim millia,
equitum verò mille sexcentos: Universos autem in 12
fugam verterunt: plures autem ex eis vulnerati
nudi evaserunt: sed & ipse Lysias turpiter fugiens
evasit. Et quia non insensatus erat, secum ipse re- 13
putans factam circa se diminutionem, & intelligens
invictos esse Hebræos, omnipotente Deo auxilium
eis ferente, misit ad eos: Persuasitque se consen- 14
surum omnibus quæ justa sunt, idcóque regem etiam
compulsurum amicum fieri. Annuit autem Mac- 15
cabæus precibus Lysiæ, in omnibus utilitati consu-
lens. Quæcunque enim Maccabæus tradidit Lysiæ
per scripta de Judæis, ea rex concessit. Nam erant 16
scriptæ Judæis epistolæ à Lysia siquidem hunc mo-
dum continentes. Lysias populo Judæorum Salu-
tem.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]

Et coacto plusquam octoginta millium 2
exercitu, equitibúsque multis, venit
adversùs Judæos: putabant autem ur-
bem ipsam gentibus habitandam; Tem- 3
plum autem pecuniæ exigendæ assigna-
turum, instar reliquorum Idoliorum,
Sacerdotium autem summum soluturum
& aboliturum: Nec recordatus est, nec 4
ob oculis posuit Dei magnitudinẽ ac ju-
dicium, sed superbiâ elatus est, & myria-
dibus exercitûs sui fidebat, equitum-
que millibus & elephantis. Et ingres- 5
sus Judæam Bethsuræque appropinquans
ad urbem quandam magnam, castra
posuit, distantem Jerosolymis quasi XII
milliaria & quinq; stadia, et arctare cœ-
pit. Maccabæani autem, audito præ- 6
dari ipsum cœpisse, & arces subigere,
cum fletu & lachrymis à Domino pete-
bant, ut Angelum bonum mitteret re-
dimendo Israëli. Primus autem Mac- 7
cabæus sumptis armis incitavit & con-
fortavit socios, ut sociis auxilium fer-
rent, in angustiis hostilibus constitutis.
Profectiq; simul omnes corde prompti, 8
cùm essent juxta Jerosolyma, apparuit
ipsis dux eorum vestitu albo, equo in-
sidens, arma aurea indutus, quibus ful-
gebat, quæque vibrabat: Statimque 9
omnes elatâ voce benedixerunt De-
um cœli misericordem: corroborati a-
nimis & certiores facti, non homines
tantum se eversuros, sed & feras syl-
vestres & muros ferreos destructuros,
Profectiq; cum fiducia, credebant Deum 10
ipsis propitiũ & adjutorium esse; Instar 11
leonum in hostes incurrentes sussule-
runt ex ipsis quasi undecim millia, e-
quitésque mille sexcentos; Fugienti- 12
bus autem reliquis, vulnerati quidam
ex ipsis fugerunt nudi, ipse etiam Ly-
sias cum pudore multo fugiens evasit.
Et cùm Lysias apud se esset, cogitarétque 13
quod sibi acciderat, venit ipsi in men-
tem & dixit, insuperabiles esse Ebræ-
os, quòd ipsis Deus fortis auxilio fit;
misitque ad eos; Et amicitiam cum 14
ipsis facere voluit, dixitque regem e-
iam coacturum se ut amicus ipsis fieret.
Annuit autẽ Maccabæus eis quæ petebat 15
Lysias; quòd, quæ usui essent, fieri vel-
let & quicquid Maccabæus de Judæis
scripto ad Lysiam miserat, indulserat
ipsis rex. Erant autem epistolæ quas 16
Lysias Judæis scripsit, in hunc modum;
Lysias, Synagogæ Judæorum Salutem.

Versio VULG. LAT.

17 Joannes & Abesalom, qui missi fuerant à vobis, tra-
dentes scripta, postulabant ut ea, quæ per illos signi-
18 ficabantur, implerem. Quæcunque igitur regi po-
tuerunt perferri, exposui: & quæ res permittebat,
19 concessit. Si igitur in negotiis fidem conservave-
ritis, & deinceps bonorum vobis causa esse tenta-
20 bo. De cæteris autem per singula verbo mandavi,
& istis, & his qui à me missi sunt, colloqui vobis-
21 cum. Benè valete. Anno centesimo quadragesimo
octavo, mensis Dioscori die vigesimâ & quartâ.
22 Regis autem epistola ista continebat: REX Anti-
23 ochus Lysiæ fratri Salutem. Patre nostro inter deos
translato, nos volentes eos, qui sunt in regno nostro,
sine tumultu agere, & rebus suis adhibere diligenti-
24 am, Audivimus Judæos non consensisse patri meo
ut transferrentur ad ritum Græcorum, sed tenere
velle suum institutum, ac propterea postulare à no-
25 bis concedi sibi legitima sua. Volentes igitur hanc
quoque gentem quietam esse, statuentes judicavi-
mus, templum restitui illis, ut agerent secundùm suo-
26 rum majorum consuetudinem. Benè igitur feceris,
si miseris ad eos, & dexteram dederis: ut cognitâ
nostrâ voluntate, bono animo sint, & utilitatibus pro-
27 priis deserviant. Ad Judæos verò regis epistola ta-
lis erat: REX Antiochus senatui Judæorum, & cæ-
28 teris Judæis Salutem. Si valetis, sic estis ut volu-
29 mus: sed & ipsi benè valemus. Adiit nos Mene-
laus, dicens velle vos descendere ad vestros, qui sunt
30 apud nos. His igitur, qui commeant usque ad diem
trigesimum mensis Xanthici, damus dexteras securita-
31 tis, Ut Judæi utantur cibis & legibus suis, sicut &
prius: & nemo eorum ullo modo molestiam patia-
32 tur de his quæ per ignorantiam gesta sunt. Misimus
33 autem & Menelaum, qui vos alloquatur. Valete.
Anno centesimo quadragesimo octavo, Xanthici men-
34 sis quintadecimâ die. Miserunt autem etiam Roma-
ni epistolam, ita se habentem: QUINTUS
Memmius & Titus Manilius, legati Romanorum, po-
35 pulo Judæorum Salutem. De his, quæ Lysias cogna-
tus regis concessit vobis, & nos concessimus.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β'.

17 Ἰωάννης καὶ Ἀβεσσαλὼμ οἱ πεμφθέντες παρ' ὑμῶν, ἐπιδόντες
τὸν ὑπογεγραμμένον χρηματισμὸν, ἠξίουν περὶ τῶν δι' αὐτοῦ
18 σημαινομένων. Ὅσα μὲν οὖν ἔδει καὶ τῷ βασιλεῖ προσενε-
χθῆναι, διεσάφησα, ἃ δὲ ἦν ἐνδεχόμενα, συνεχώρησεν.
19 Ἐὰν μὲν οὖν συντηρήσητε τὴν εἰς τὰ πράγματα εὔνοιαν, καὶ
εἰς τὸ λοιπὸν πειράσομαι (α) παραίτιος ὑμῖν ἀγαθῶν γενέσθαι.
20 Ὑπὲρ δὲ (β) τῶν κατὰ μέρος ἐντέταλμαι τούτοις τε καὶ τοῖς παρ'
21 ἐμοῦ διαλεχθῆναι ὑμῖν. Ἔρρωσθε. Ἔτους ἑκατοστοῦ (γ) τεσσαρακο-
22 στοῦ ὀγδόου, Διοσκορινθίου (δ) εἰκοστῇ τετάρτῃ. Ἡ δὲ τοῦ βασι-
λέως ἐπιστολὴ περιεῖχεν οὕτως· Βασιλεὺς Ἀντίοχος τῷ ἀδελ-
23 φῷ Λυσίᾳ χαίρειν. Τοῦ πατρὸς ἡμῶν εἰς θεοὺς μεταστάντος,
(ε) βουλόμενοι τοὺς ἐκ τῆς βασιλείας ἀταράχους ὄντας γενέσθαι
24 πρὸς τὴν τῶν (ζ) ἰδίων ἐπιμέλειαν, Ἀκηκοότες τοὺς Ἰουδαίους μὴ
συνευδοκοῦντας τῇ τοῦ πατρὸς (η) ἐπὶ τὰ Ἑλληνικὰ μεταθέσει, ἀλλὰ
τὴν ἑαυτῶν ἀγωγὴν (θ) αἱρετίζοντας, καὶ διὰ τοῦτο ἀξιοῦντας
25 συγχωρηθῆναι αὐτοῖς τὰ (ι) νόμιμα αὐτῶν· Αἱρούμενοι οὖν καὶ
τοῦτο τὸ ἔθνος ἐκτὸς ταραχῆς εἶναι, κρίνομεν τό, τε (κ) ἱερὸν
αὐτοῖς ἀποκατασταθῆναι, καὶ πολιτεύεσθαι κατὰ τὰ ἐπὶ τῶν προ-
26 γόνων αὐτῶν ἔθη. Εὖ οὖν ποιήσεις διαπεμψάμενος πρὸς αὐ-
τοὺς καὶ δοὺς δεξιάς, ὅπως (λ) εἰδότες τὴν ἡμετέραν προαίρεσιν,
εὔθυμοί τε ὦσι, καὶ ἡδέως διαγίνωνται (μ) πρὸς τῇ τῶν ἰδίων
27 ἀντιλήψει. Πρὸς δὲ τὸ ἔθνος ἡ τοῦ βασιλέως ἐπιστολὴ (ν) τοι-
αύτη ἦν· Βασιλεὺς Ἀντίοχος τῇ γερουσίᾳ τῶν Ἰουδαίων καὶ
28 τοῖς ἄλλοις Ἰουδαίοις χαίρειν. (ξ) Εἰ ἔρρωσθε, εἴη ἂν ὡς βουλό-
29 μεθα· καὶ αὐτοὶ δὲ ὑγιαίνομεν. Ἐνεφάνισεν ἡμῖν (ο) ὁ Μενέλαος
30 βούλεσθαι κατελθόντας ὑμᾶς γίνεσθαι πρὸς τοῖς ἰδίοις. Τοῖς
οὖν (π) καταπορευομένοις μέχρι τριακάδος Ξανθικοῦ ὑπάρξει δεξιὰ
31 μετὰ τῆς (ρ) ἀδείας, Χρῆσθαι τοὺς Ἰουδαίους τοῖς ἑαυτῶν δαπανή-
μασι καὶ νόμοις καθὰ καὶ τὸ πρότερον, καὶ οὐδεὶς αὐτῶν κατ'
32 οὐδένα τρόπον παρενοχληθήσεται περὶ τῶν ἠγνοημένων. Πέπομ-
33 φα δὲ καὶ τὸν Μενέλαον (σ) παρακαλέσοντα ὑμᾶς. Ἔρρωσθε. Ἔτους
34 ἑκατοστοῦ (τ) τεσσαρακοστοῦ ὀγδόου, Ξανθικοῦ (υ) πεμπτῃ καὶ δεκάτῃ. Ἔ-
πεμψαν δὲ καὶ οἱ Ῥωμαῖοι πρὸς αὐτοὺς ἐπιστολὴν ἔχουσαν οὕτως·
Κόϊντος Μέμμιος, Τίτος (φ) Μάνλιος, πρεσβῦται Ῥωμαίων, τῷ
35 δήμῳ τῶν Ἰουδαίων χαίρειν. Ὑπὲρ ὧν Λυσίας ὁ συγγενὴς τοῦ βα-
σιλέως συνεχώρησεν ὑμῖν, καὶ ἡμεῖς συνευδοκοῦμεν.

MS.A. (α) παραίτιος ἀγαθῶν (β) τέλων κατὰ (γ) τεσσαρακοστοῦ (δ) τετράδι καὶ εἰκάδι. (ε) βουλομένου (ζ) Ἰουδαίων (η) εἰς τὰ (θ) αἱρετίζοντας ἀξιοῦν (ι) νόμιμα· Αἱρούμενοι (κ) ἱερὸν ἀποκατασταθῆναι αὐτοῖς, (λ) ἰδόντες (μ) πρὸς τῇ τῶν ἰδίων ἀντιλήμψει. (ν) τοιάδε (ξ) Ἔρρωσθαι, (ο) Μενέλαος βουλόμενος κατελθόντας * ἡμᾶς (π) * καταπορευόμενος (ρ)* ἰδίας, (σ) παρακαλέσαντα (τ) τεσσαρακοστοῦ (υ) πεντεκαιδεκάτῃ. * Ἐπέμψαμεν (φ) Μάνιος.

Interp. LAT.

Joannes, & Abessalom, qui missi fuerant à vo- 17
bis, tradentes subscriptum responsum, rogabant
pro iis quæ per illud significabantur. Quæcun- 18
que igitur regi etiam oportebat perferri; exposui:
quæ autem res permittebat, (α) concessit. Si 19
igitur in negotiis fidem conservaveritis; &
deinceps bonorum vobis causa esse tentabo. De 20
singulis autem quibusque rebus mandavi & illis
& his qui missi sunt à me, colloqui vobiscum. Be- 21
nevalete. Anno centesimo quadragesimo octavo
Dioscorinthii die vigesimâ quartâ. Regis au- 22
tem epistola hæc continebat: Rex Antiochus
Lysiæ fratri Salutem. Patre nostro inter deos 23
translato, nos (b) volentes, eos qui sunt in re-
gno, sine tumultu degentes rebus suis adhibere di-
ligentiam, Cùm audissemus Judæos non consentire 24
ei quæ à patre jussa fuit, ad Græcorum ritum
transitionis, sed tenere velle suum institutum,
ac propterea postulare concedi sibi legitima sua;
Volentes igitur hanc quoque gentem quietam esse, 25
judicamus & templum restitui illis, & ut agant
secundùm suorum majorum consuetudinem. Benè 26
igitur feceris, si miseris ad eos & dexteram dede-
ris; ut cognitâ nostrâ voluntate, & bono animo
sint, & jucundè rebus propriis deserviant. Ad 27
gentem verò ipsam regis epistola talis erat.
Rex Antiochus senatui Judæorum, & cæteris
Judæis Salutem. Si valetis; sic est, ut vo- 28
lumus: sed & ipsi benè valemus. Significa- 29
vit nobis Menelaus velle vos descendere, &
esse cum propriis. His igitur qui commeant, 30
usque ad diem trigesimum mensis Xanthici erit
dextera cum securitate: Ut Judæi utantur 31
cibis, & legibus suis, sicut & priùs: &
nemo eorum ullo modo molestiam patiatur
de his quæ per ignorantiam gesta sunt. Mi- 32
si autem & Menelaum, qui vos alloqua-
tur. Valete: Anno centesimo quadragesimo octa- 33
vo, Xanthici mensis quintadecimâ die. Mise- 34
runt autem etiam Romani ad eos epistolam ita
habentem. Quintus Memmius, Titus (c) Man-
lius, legati Romanorum, populo Judæorum Sa-
lutem. De his quæ Lysias cognatus regis con- 35
cessit vobis, & nos consentimus.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

Juchanan & Abisalom à vobis missi, 17
traditis literis, de eo quod in eis scri-
ptum erat postulârunt: Quod igitur 18
ad regem referendum fuit, retuli &
dixi ei: Quodque ipsum concedere
æquum fuit, concessit. Quare si con- 19
ferretis amicitiam quam habetis nobis-
cum, omnium vobis bonorum causa ero.
De eis autem, de quibus misistis, scri- 20
psi & mandavi omnia secundùm volun-
tatem vestram fieri. Anno centesimo 21
quadragesimo octavo, vicesimo quarto
Tisri posterioris. Venit à rege epi- 22
stola, in hunc modum scripta; An- 23
tiochus rex, Lysiæ fratri, Salutem; Pa-
tre in deos translato, regnum nostrum
sine motu esse cupio: scripsi igitur de
negotio Judæorum; Eò quòd accepi 24
de eis, quod nolint annuere voluntati
patris mei de Hellenismo; sed in legi-
bus suis perseverare velint, & propter-
ea leges sibi suas concedi postulant.
Nos etiam populum istum sine pertur- 25
batione ac timore degere volumus, tem-
plúmque ipsis suum restitui, & secun-
dùm leges moresque patrios degere i-
psos ac vivere. Si igitur ad eos mi- 26
seris, fidémque dederis, & mentem er-
ga eos nostram videntes læti ac quie-
ti operibus se suis accingant, rectè fe-
ceris. Ad Judæos autem epistola regis 27
sic scripta erat: Antiochus rex Sena-
tui, reliquisque Judæis, salvere ac va-
lere, Sicut & cupimus: nos autem et- 28
iam valemus. Retulit ad nos Menelaus 29
de vobis, quod quieti operibus vestris
& negotiis adesse cupitis, secundùm
leges vestras agentes. Nos etiam, fide 30
datâ, remittimus quod erratum fuerit,
usque ad finem mensis Nisan. Vivant 31
igitur Judæi legibus suis ut olim, nec
quisquam eis de re quaquam molestus
sit. Misi autem Menelaum, qui vos 32
horum certiores faciat. Valete. An- 33
no centesimo quadragesimo octavo, de-
cimo quinto Nisan. Miserunt autem 34
& Romani Judæis epistolam, sic scri-
ptam; QUINTUS Memistitus & Ma-
nius Senatores Romanorum, cœtui
Judæorum Salutem; Quæcunque con- 35
cessit vobis Lysias cognatus regis, eis
nos etiam consentimus.

Versio VULG. LAT.

36 De quibus autē ad regem judicavit referendum, con-
festim aliquem mittite, diligentiùs inter vos confe-
rentes, ut decernamus, ficut congruit vobis : nos
37 enim Antiochiam accedimus. Ideóque feftinate re-
fcribere, ut nos quoque fciamus cujus eftis volunta-
38 tis. Benè valete. Anno centefimo quadragefimo
octavo, quintadecimâ die menfis Xanthici.

CAP. XII.

1 HIs factis pactionibus, Lyfias pergebat ad regem,
2 Judæi autem agriculturæ operam dabant. Sed hi
qui refederant, Timotheus, & Apollonius Gennæi
filius, fed & Hieronymus, & Demophon fuper hos,
& Nicanor Cypriarches, non finebant eos in filen-
3 tio agere, & quietè. Joppitæ verò tale quoddam
flagitium perpetrârunt : rogaverunt Judæos, cum
quibus habitabant, afcendere fcaphas, quas para-
verant, cum uxoribus & filiis, quafi nullis inimici-
4 tiis inter eos fubjacentibus. Secundùm commune
itaque decretum civitatis, & ipfis acquiefcentibus,
pacifque causâ nihil fufpectum habentibus : cùm in
altum proceffiffent, fubmerferunt non minùs ducen-
5 tos. Quam crudelitatem Judas in fuæ gentis homi-
nes factam ut cognovit, præcepit viris, qui erant cum
6 ipfo : & invocato jufto judice Deo, Venit adver-
fùs interfectores fratrum, & portum quidem noctu
fuccendit, fcaphas exuffit, eos autem, qui ab igne
7 refugerant, gladio peremit. Et cùm hæc ita egif-
fet, difceffit quafi iterum reverfurus, & univerfos
8 Joppitas eradicaturus. Sed cùm cognoviffet & eos,
qui erant Jamniæ, velle pari modo facere habitanti-
9 bus fecum Judæis, Jamnitis quoque nocte fuperve-
nit, & portum cum navibus fuccendit : ita ut lumen
ignis appareret Jerofolymis à ftadiis ducentis qua-
10 draginta. Indè cùm jam abiiffent novem ftadiis, &
iter facerent ad Timotheum, commiferunt cum eo A-
rabes, quinque millia viri, & equites quingenti.
11 Cúmque pugna valida fieret, & auxilio Dei profperè
ceffiffet, refidui Arabes victi, petebant à Juda dextrâ
fibi dari, promittentes fe pafcua daturos, & in cæte-
ris profuturos.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β΄.

36 Ἃ δὲ ἔκρινε (α) προσανενεχθῆναι τῷ βασιλεῖ, πέμψατέ τινα παρα-
χρῆμα ἐπισκεψάμενοι περὶ τούτων, (β) ἵνα ἐκθῶμεν ὡς καθήκει (γ) ὑμῖν·
37 ἡμεῖς γὰρ προσάγομεν πρὸς Ἀντιόχειαν. Διὸ σπεύσατε, καὶ πέμψατέ
38 τινας, ὅπως καὶ ἡμεῖς ἐπιγνῶμεν ὁποίας ἐστὲ γνώμης. Ὑγιαίνετε. Ἔτους
ἑκατοστοῦ (δ) τεσσαρακοστοῦ ὀγδόου, Ξανθικοῦ (ε) πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ.

MS.A. (α) προσανενήνεχθαι (β) ἵν' ἔχωμεν (γ) ἡμῖν· (δ) τεσσα-
ρακοστῷ (ε) πεντεκαιδεκάτῃ.

ΚΕΦ. ιβ΄.

1 ΓΕνομένων (α) τῶν συνθηκῶν τούτων, ὁ μὲν Λυσίας ἀπῆξε πρὸς τὸν βα-
2 σιλέα, οἱ δὲ Ἰουδαῖοι περὶ τὴν γεωργίαν ἐγίνοντο. Τῶν δὲ κατὰ
τόπον στρατηγῶν Τιμόθεος καὶ Ἀπολλώνιος ὁ τοῦ Γενναίου, ἔτι δὲ Ἱε-
ρώνυμος καὶ Δημοφῶν, πρὸς δὲ τούτοις Νικάνωρ ὁ Κυπριάρχης, οὐκ
3 εἴων αὐτοὺς (ζ) εὐσταθεῖν, καὶ τὰ τῆς ἡσυχίας ἄγειν. Ἰοππῖται δὲ
τηλικοῦτο συνετέλεσαν δυσσέβημα. παρακαλέσαντες (γ) τοὺς σὺν αὐ-
τοῖς οἰκοῦντας Ἰουδαίους ἐμβῆναι εἰς τὰ (δ) παρασταθέντα ὑπ' αὐ-
τῶν σκάφη σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, ὡς μηδεμιᾶς ἐνεστώσης πρὸς
4 αὐτοὺς δυσμενείας, (ε) Κατὰ δὲ τὸ κοινὸν τῆς πόλεως ψήφισμα, καὶ
τούτων ἐπιδεξαμένων ὡς ἂν εἰρηνεύειν θελόντων, καὶ μηδὲν ὕπο-
πτον ἐχόντων, (ζ) ἐπαναχθέντας αὐτοὺς ἐβύθισαν, ὄντας οὐκ ἔλαττον τῶν
5 διακοσίων. Μεταλαβὼν δὲ (η) Ἰούδας τὴν γεγενημένην εἰς τοὺς ὁμο-
εθνεῖς ὠμότητα, παραγγείλας τοῖς περὶ αὐτὸν ἀνδράσι, καὶ ἐπικα-
6 λεσάμενος τὸν δίκαιον κριτὴν θεόν, (θ) Παρεγένετο ἐπὶ τοὺς μιαιφόνους
τῶν ἀδελφῶν· (ι) καὶ τὸν μὲν λιμένα νύκτωρ ἐνέπρησε, καὶ τὰ σκάφη κατέ-
7 φλεξε, τοὺς δὲ ἐκεῖ συμφυγόντας ἐξεκέντησε. Τοῦ δὲ χωρίου
συγκλεισθέντος, (κ) ἀνέλυσεν, ὡς πάλιν ἥξων καὶ τὸ σύμπαν τῶν
8 Ἰοππιτῶν ἐκριζῶσαι πολίτευμα. Μεταλαβὼν δὲ καὶ τοὺς ἐν Ἰα-
μνείᾳ τὸν αὐτὸν ἐπιτελεῖν βουλομένους τρόπον τοῖς (λ) παροικοῦσιν Ἰου-
9 δαίοις, Καὶ τοῖς Ἰαμνίταις νυκτὸς ἐπιβαλὼν, ὑφῆψε τὸν λιμένα σὺν
τῷ στόλῳ, ὥστε (μ) φαίνεσθαι τὰς αὐγὰς τοῦ φέγγους εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα,
10 σταδίων ὄντων διακοσίων (ν) τεσσαράκοντα. Ἐκεῖθεν δὲ (ξ) ἀποσπασθέν-
των σταδίους ἐννέα, ποιουμένων τὴν πορείαν ἐπὶ τὸν Τιμόθεον, (ο) προσέβα-
λον Ἄραβες αὐτῷ οὐκ ἐλάττους τῶν πεντακισχιλίων, ἱππεῖς δὲ πεντα-
11 κόσιοι. Γενομένης δὲ καρτερᾶς μάχης, καὶ τῶν περὶ τὸν Ἰούδαν διὰ
τὴν παρὰ τοῦ θεοῦ βοήθειαν εὐημερησάντων, (π) ἐλαττωθέντες οἱ Νομάδες
Ἄραβες ἠξίουν δοῦναι τὸν Ἰούδαν δεξιὰν αὐτοῖς, ὑπισχνούμενοι
καὶ βοσκήματα δώσειν, καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ὠφελήσειν αὐτούς.

MS.A. (α) δὲ τῶν (β) εὐσταθεῖν, καὶ * τὰς ἡσυχίας (γ) τοὺς
ἐν ἑαυτοῖς (δ) παρακατασταθέντα (ε) Μετὰ δὲ (ζ) ἀχθέντας
(η) ὁ Ἰούδας (θ) Παραγενόμενος (ι) τὸν μὲν * λιμένα (κ)* ἀνέ-
λυσεν, πάλιν (λ) κατοικοῦσιν (μ) ἐπιφαίνεσθαι (ν) τεσσαράκοντα. (ξ) ἀποσπάσαντες (ο) ἐπέβαλλον (π) ἐλαττονωθέντες Νομάδες ἠξίουν

Interp. LAT.

De quibus autem ad regem judicavit referendum,
confeftim aliquem mittite confideraturum debi-
ut decernamus, ficut congruit vobis. Nos enim
Antiochiam accedimus. Ideò feftinate, &
mittite aliquos ; ut nos quoque fciamus, cujus
eftis voluntatis. Valete : Anno centefimo qua-
dragefimo octavo quintadecimâ die menfis Xan-
thici.

CAP. XII.

HIs autem factis pactionibus, Lyfias quidem
pergebat ad regem ; Judæi autem agriculturæ
operam dabant. Ex ducibus autem qui erant
per loca, Timotheus, & Apollonius Gennæi fi-
lius, fed & Hieronymus, & Demophon, præter
hos autem Nicanor Cypriarches, non finebant
eos in quiete agere, & filentio. Joppitæ verò ta-
le quoddam flagitium perpetraverunt. Cum ro-
gâffent eos qui fecum habitabant, Judæos, afcen-
dere in paratas ab ipfis fcaphas, cum uxoribus
& filiis, quafi nullis inimicitiis erga eos fubja-
centibus, Secundùm autem commune decretum
civitatis, & his acquiefcentibus, tanquam pa-
cificè agere volentibus, nihilque fufpectum ha-
bentibus, eos cùm in altum proceffiffent, fubmer-
ferunt, cùm effent non minùs ducenti. Quam
crudelitatem Judas in fuæ gentis homines fa-
ctam ut cognovit ; præcipiens viris qui erant cum
ipfo, & invocato jufto judice Deo, Venit ad-
verfùs interfectores fratrum : & portum quidem
nocte fuccendit, & fcaphas exuffit, eos au-
tem, qui illuc refugerant, peremit. Ipfâ au-
tem regione conclufâ, difceffit quafi iterum re-
verfurus, & univerfam Joppitarum rempublicam
eradicaturus. Sed cùm cognoviffet, & eos qui
erant Jamniæ, velle pari modo facere habitan-
tibus fecum Judæis ; Jamnitis quoque noctu
fupervenit, & portum cum navibus fuccendit ;
ita ut lumen ignis appareret Hierofolymis ab fta-
diis ducentis quadraginta. Indè autem cùm ab-
iiffent novem ftadiis, & iter facerent contra
Timotheum ; commiferunt cum eo Arabes non
pauciores quinque millibus, & equites quingenti.
Cúmque pugna valida facta effet, & his, qui cir-
ca Judam, auxilio Dei profperè ceffiffet ; victi
Nomades Arabes petebant à Juda dextras fibi
dari, promittentes, fe & pafcua daturos, & in
cæteris profuturos ipfis.

Verfio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
[illegible]
1 [illegible]
2 [illegible]
[illegible]
3 [illegible]
[illegible]
4 [illegible]
[illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
[illegible]
7 [illegible]
[illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
[illegible]
11 [illegible]
[illegible]
[illegible]

Quæ autem ad regem de vobis retulit,
de eis, qui agant veftro nomine mit-
tite, ut fiat quod gratum fit vobis, in
omnibus quæ vultis. Antiochiam enim
profecturi fumus : Feftinatò igitur ad nos
mittite qui nos certiores faciant quo-
modo agatis. Anno centefimo quadra-
gefimo octavo, quintodecimo Nifan.

CAP. XII.

HIs rebus geftis, profectus Lyfias ad
regem difceffit, Judæi autem ad agros
fuos colendos converfi funt. Præfecti
autem & duces qui in locis erant, Ti-
motheus & Apollonius Gannæi filius,
& Hieronymus & Ramphon & Nica-
nor, Cypriique cum eis quietos illos
ac pacatos non finebant. Joppenfes
autem magnum flagitium fic fecerunt :
Judæis qui cum ipfis erant perfuaferunt
fcaphas habitare cum uxoribus & libe-
ris : nullis intercedentibus inter eos
inimicitiis, aut litibus, Sed omnibus
concives fe reputantibus : quibus con-
fentientibus, quafi fcilicet qui pacem
agere cuperent, nec quicquam in men-
te repofitum gererent, ingreffos quafi
ducentos fubmerferunt in medio mari.
Cùm igitur audiffet Judas malum &
iniquitatem factam popularibus fuis,
præcepit eis qui fecum erant, & pro-
catus cum clamore Deum judicem ju-
ftum ; Venit in fratricidas, portúmque
ipforum noctu incendit, cum navibus
qui in eo erant, & qui in eis inventi
funt, interfecit. Quod cùm perfenfif-
fent cives, clauferunt portas : ipfe au-
tem reverfus difceffit, quòd aliam in
eos expeditionem meditaretur, quâ Jop-
pam cum incolis funditus everteret.
Cùm autem perfenfiffet Jamnitas etiam
idem facere cupere Judæis inquilinis
fuis ; Noctu eò profectus incendit por-
tum ipforum cum omnibus quæ in eo
erant, ita ut fulgor ignis incendii Je-
rofolyma ufq; confpiceretur, ducentorum
& quadraginta ftadiorum intervallo.
Digreffos inde quafi novem ftadia,
quafi adverfùs Timotheum proficifce-
rentur, aggreffi funt Arabum pedites
ad quinque millia, cum equitibus quin-
gentis. Facto autem prælio & pugnâ
magnâ, vicerunt Maccabæani, propter
Dei qui ipfis adfuerat auxilium : victi
autem Nomades petierunt à Juda ut
dextram fibi daret, pafcua etiam fe
ipfi daturos pollicentes.

Versio VULG. LAT.

12 Judas autem, arbitratus verè in multis eos utiles,
promisit pacem: dextrísque acceptis, discessê e ad
13 tabernacula sua. Aggressus est autem & civitatem
quandam firmam, pontibus murísque circumseptam,
quæ à turbis habitabatur Gentium promiscuarum,
cui nomen Casphin. Hi verò qui intùs erant, con-
14 fidentes in stabilitate murorum, & apparatu alimo-
niarum, remissiùs agebant, maledictis lacessentes Ju-
dam, & blasphemantes, ac loquentes quæ fas non est.
15 Machabeus autem, invocato magno mundi principe,
qui sine arietibus & machinis temporibus Jesu præ-
cipitavit Jericho, irruit ferociter muris: Et captâ
16 civitate per Domini voluntatem, innumerabiles cæ-
des fecit, ita ut adjacens stagnum stadiorum duorum
latitudinis, sanguine interfectorum fluere videretur.
17 Indè discesserunt stadia septingenta quinquaginta, &
venerunt in Characa ad eos, qui dicuntur Tubianæi,
18 Judæos: Et Timotheum quidem in illis locis non
comprehenderunt, nullóque negotio perfecto re-
gressus est, relicto in quodam loco firmissimo præsi-
19 dio. Dositheus autem & Sosipater, qui erant du-
ces cum Machabæo, peremerunt à Timotheo relictos
20 in præsidio, decem millia viros. At Machabæus, or-
dinatis circum se sex millibus, & constitutis per co-
hortes, adversùs Timotheum processit, habentem
secum centum viginti millia peditum, equitúmque
21 duo millia quingentos. Cognito autem Judæ ad-
ventu, Timotheus præmisit mulieres, & filios, & re-
liquum apparatum, in præsidium, quod Carnion di-
citur: erat enim inexpugnabile, & accessu difficile
22 propter locorum angustias. Cùmque cohors Judæ
prima apparuisset, timor hostibus incussus est, ex
præsentia Dei, qui universa conspicit, & in fugam
versi sunt alius ab alio, ita ut magìs à suis dejice-
rentur, & gladiorum suorum ictibus debilitaren-
tur.

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ Β'.

12 Ἰούδας δὲ ὑπολαβὼν ὡς ἀληθῶς ἐν πολλοῖς αὐτοὺς χρησίμους, (α) ἐπε-
χώρησεν εἰρήνην ἄξειν πρὸς αὐτούς. καὶ λαβόντες δεξιάς, εἰς τὰς
13 σκηνὰς (β) αὐτῶν ἐχωρίσθησαν. Ἐπέβαλε δὲ καὶ ἐπί τινα πόλιν
γεφυροῦν ὀχυρὰν καὶ τείχεσι περιπεφραγμένην, καὶ παμμιγέσιν
14 ἔθνεσι κατοικουμένην, ὄνομα δὲ Κάσπιν. Οἱ δ' ἔνδον πεποιθό-
τες τῇ τῶν τειχέων (γ) ἐρυμνότητι, τῇ τε τῶν βρωμάτων παραθέσει,
ἀναγωγότερον ἐχρῶντο, τοῖς περὶ τὸν Ἰούδαν λοιδοροῦντες, καὶ προσ-
15 έτι βλασφημοῦντες, καὶ λαλοῦντες ἃ μὴ θέμις. Οἱ (δ) δὲ περὶ
τὸν Ἰούδαν ἐπικαλεσάμενοι τὸν μέγαν τοῦ κόσμου δυνάστην, τὸν ἄτερ
κριῶν καὶ μηχανῶν ὀργανικῶν κατακρημνίσαντα τὴν Ἱεριχὼ κα-
16 τὰ τοὺς Ἰησοῦ χρόνους, ἐνέσεισαν θηριωδῶς τῷ τείχει. Κα-
ταλαβόμενοί τε τὴν πόλιν τῇ τοῦ Θεοῦ θελήσει, ἀμυθήτους ἐποιή-
σαντο σφαγάς, ὥστε τὴν παρακειμένην λίμνην τὸ πλάτος ἔχουσαν
17 (ε) σταδίων δύο, κατάῤῥυτον αἵματι πεπληρωμένην φαίνεσθαι. Ἐκεῖ-
θεν δὲ ἀποσπάσαντες σταδίους ἑπτακοσίους πεντήκοντα διήνυσαν
18 εἰς τὸν Χάρακα, (ζ) πρὸς τοὺς λεγομένους Τουβιηνοὺς Ἰουδαίους. Καὶ Τι-
μόθεον μὲν ἐπὶ τῶν τόπων οὐ κατέλαβον, (η) ἄπρακτόν τε ἀπὸ τῶν
τόπων ἐκλελυκότα, καταλελοιπότα δὲ φρουρὰν ἔν τινι τόπῳ, καὶ
19 μάλα ὀχυράν. Δοσίθεος δὲ καὶ Σωσίπατρος τῶν περὶ τὸν Μακκα-
βαῖον ἡγεμόνων, (θ) ἐξοδεύσαντες ἀπώλεσαν τοὺς ὑπὸ Τιμοθέου κατα-
20 λειφθέντας ἐν τῷ ὀχυρώματι πλείους τῶν μυρίων ἀνδρῶν. Ὁ δὲ
Μακκαβαῖος διατάξας (ι) τὴν ἑαυτοῦ στρατιὰν σπειρηδόν, κατέστησεν αὐ-
τοὺς ἐπὶ τῶν σπειρῶν, καὶ ἐπὶ τὸν Τιμόθεον (κ) ὥρμησεν ἔχοντα περὶ
αὐτὸν μυριάδας δώδεκα πεζῶν, ἱππεῖς δὲ (λ) χιλίους πρὸς τοῖς
21 πεντακοσίοις. Τὴν δὲ ἔφοδον ἐπιγνοὺς (μ) Ἰούδα, ὁ Τιμόθεος
προεξαπέστειλεν τὰς γυναῖκας, καὶ τὰ τέκνα, καὶ τὴν ἄλλην ἀπο-
σκευὴν εἰς τὸ λεγόμενον Καρνίον· ἦν γὰρ δυσπολιόρκητον καὶ δυσ-
πρόσιτον τὸ χωρίον διὰ (ν) τὴν πάντων τῶν τόπων στενότητα.
22 Ἐπιφανείσης δὲ τῆς (ξ) Ἰούδα σπείρας πρώτης, καὶ γενομένου δέους ἐπὶ
τοὺς πολεμίους, φόβου τε ἐκ τῆς τοῦ (ο) πάντα ἐφορῶντος ἐπιφανείας
(π) γενομένης ἐπ' αὐτούς, (ρ) εἰς φυγὴν ὥρμησαν ἄλλος ἀλλαχῇ
φερόμενος, ὥστε πολλάκις ὑπὸ τῶν ἰδίων βλάπτεσθαι, καὶ ταῖς τῶν ξιφῶν
ἀκμαῖς ἀναπείρεσθαι.

MS.A. (α) ὑπεχώρησεν (β) ἐχωρίσθησαν. (γ) εὐρυμνότητι, (δ) δὲ τὸν (ε) σταδίους δύο, καταῤῥεῖν τὸ αἷμα (ζ) καὶ πρὸς τοὺς λεγομένους Τυβείνους (η) ἄπρακτον τότε ἐκ τῶν (θ) ἐξοδεύσαντες τοὺς ὑπὸ Τιμοθέου ἀπώλεσαν καταλειφθέντας (ι) τὴν περὶ αὐτὸν στρατιὰν (κ) ὥρμησε (λ) τρισχιλίους καὶ πρὸς τοῖς ἑπτακισχιλίοις. (μ) Ἰούδου, προεξαπέστειλεν ὁ Τιμόθεος τὰς γυναῖκας, καὶ τὴν ἄλλην (ν) τὴν πάντων (ξ) Ἰούδου σπείρας, πρώτου (ο) τὰ πάντα (π) γενομένης (ρ) εἰς φυγὴν

Interp. LAT.

Judas autem arbitratus verè in multis eos utiles, 12
concessit pacem acturum se cum eis: dextrísque
acceptis discessêre ad tabernacula sua. Aggressus 13
est autem & civitatem quandam firmam ponti-
bus, murísque circumseptam, quæ à turbis habita-
batur gentium promiscuarum: cui nomen Caspis.
Hi verò qui intùs erant, confidentes in stabilita- 14
te murorum, & apparatu alimoniarum, remissiùs
agebant, maledictis lacessentes Judam, & præ-
tereà blasphemantes, & loquentes quæ fas non est.
Qui autem circa Judã erant, invocato magno 15
mundi principe, qui sine arietibus & machinis
temporibus Jesu præcipitavit Hierichô, irrue-
runt ferociter in muros. Et captâ civitate per 16
Dei voluntatem, innumerabiles cædes fecerunt:
ita ut adjacens stagnũ stadiorũ duorũ latitudinis
repletũ sanguine fluere videretur. Inde autẽ disce- 17
dentes stadia septingenta quinquaginta venerũt
in Characa, ad eos qui dicuntur Tubieni, Judæos.
Et Timotheum quidem in illis locis non compre- 18
henderunt, nullis rebus gestis tunc à locis illis re-
gressum, relicto autem in quodam loco firmissimo
præsidio. Dositheus autem, & Sosipater, ex iis 19
ducibus qui cum Maccabæo, exeuntes, pereme-
runt à Timotheo relictos in præsidio plures quàm
decem millia viros. At Maccabæus ordinato 20
exercitu suo per cohortes, constituit eos super co-
hortes, & adversùs Timotheum processit haben-
tem secum centum viginti millia peditum, equi-
túmque duo millia quingentos. Cognito autem 21
Judæ adventu Timotheus præmisit mulieres, &
filios, & reliquum apparatum, in locum qui
Carnion dicitur. Erat enim inexpugnabile, &
accessu difficile castellum, propter omnium loco-
rum angustias. Cùmque cohors Judæ prima ap- 22
paruisset, & exorto timore in hostibus ac terro-
re, ex præsentia illius qui universa conspicit; in
fugam versi sunt, alius aliò delatus: ita ut sæpè
à suis læderentur, & gladiorum mucronibus tra-
jicerentur.

Τιμοθέου ἀπώλεσαν καταλειφθέντας (ι) τὴν περὶ
τὴν ἄλλην (ν) τὴν πάντων (ξ) Ἰούδου σπείρας,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

[illegible]

Judas autem cogitans eos sibi multis 12
in rebus utiles esse, annuit pacem cum
illis agere: Acceptâque dextrâ, pro-
fecti ad tentoria sua discesserunt. Ju- 13
das autem in civitatem quandam im-
petum fecit, fortem & firmis muris cir-
cundatam, quam multæ gentes habi-
tabant, nomine Caspin. Incolæ au- 14
tem murorum firmitati confisi, ar-
mísque, quæ multa eis reposita erant in
ea supra modum elati Maccabæanos
probris & contumeliis afficiebant, di-
ctis immundis, quibus nefas est eos im-
petentes. Maccabæani autem Deum 15
seculorum omnipotentem cum clamo-
re precati, qui diebus Josuæ, muros
Jericho sine petris aut machinis aut
artificio humano destruxit, accedentes
ferarum instar in muros impetum fe-
cerunt, Deique voluntate muro diru- 16
to civitatem subegerunt, multis in ea
interfectis, ita ut lacus ipsis propin-
qua, continens quasi duo stadia, tota
sanguine inficeretur. Inde digressi 17
confectis stadiis quasi septingentis quin-
quaginta, Charocem, ad Judæos qui
Tubieni dicuntur, ingressi sunt. Et 18
Timotheum quidem in loco invene-
runt sine exercitu, manibus remissis
quòd copias non haberet, reliquerat
autem in arce quadam magna & for-
ti custodiam. Profecti autem ex Mac- 19
cabæanis præfecti ac duces Dositheus &
Sosipater, relictos in arce à Timotheo
supra decẽ mille interfecerunt. Macca- 20
bæus autẽ collectũ exercitũ cùm p co-
hortes divisisset, singulisq; cohortibus
duces præfecisset, contra Timotheum
profectus est, adversùs se, cum centum
triginta peditum millibus, equitum bis
mille quingentis, venientem. Timo- 21
theus cùm de Maccabæanis inaudivis-
set, dimisit uxores & liberos omniá-
que impedimenta ipsorum ad civita-
tem quæ dicitur Karna, quòd difficile
accessu esset castellũ, & munitũ, nec fa-
cile subigi posset, aut spoliari, quòd
angustos ab omni parte aditus habe-
ret. Visâ autem primâ acie Macca- 22
bæi, cecidit timor pavorque in hostes
voluntate Dei omnipotentis, qui ad-
versùm se illis ostendit, cúmque in
pedes se dedissent, in suam quisque
partem fugerunt, ita ut alter in alte-
rum incurreret & ascenderet, altérq;
ab altero confoderetur, membrísque
impotens redderetur, quòd gladios nu-
dos haberent.

Versio VULG. LAT.

23 Judas autem vehementer instabat puniens profanos,
24 & prostravit ex eis triginta millia virorum. Ipse
verò Timotheus incidit in partes Dosithei & Sosipa-
tris: & multis precibus postulabat ut vivus dimitte-
retur, eò quòd multorum ex Judæis parentes habe-
25 ret, ac fratres, quos morte ejus decipi eveniret. Et
cùm fidem dedisset restiturum se eos secundùm con-
stitutum, illæsum eum dimiserunt, propter fratrum
26 salutem. Judas autem egressus est ad Carnion, in-
27 terfectis vigintiquinque millibus. Post horum fu-
gam, & necem, movit exercitum ad Ephron civita-
tem munitam, in qua multitudo diversarum gentium
habitabat: & robusti juvenes pro muris consistentes
fortiter repugnabant: in hac autem machinæ multæ,
28 & telorum erat apparatus. Sed, cùm Omnipoten-
tem invocâssent, qui potestate suâ vires hostium con-
fringit, ceperunt civitatem: & ex eis qui intùs erant,
29 vigintiquinque millia prostraverunt. Indè ad civi-
tatem Scytharum abierunt, quæ ab Jerosolymis sex-
30 centis stadiis aberat. Contestantibus autem his, qui
apud Scythopolitas erant, Judæis, quòd benignè ab
eis haberentur, etiam temporibus infœlicitatis quòd
31 modestè secum egerint: Gratias agentes eis, & ex-
hortati etiam de cætero erga genus suum benignos
esse, venerunt Jerosolymam die solenni septimana-
32 rum instante. Et post Pentecosten abierunt contra
33 Gorgiam præpositum Idumææ. Exivit autem cum
peditibus tribus millibus, & equitibus quadringen-
34 tis. Quibus congressis, contigit paucos ruere Ju-
35 dæorum. Dositheus verò quidam de Bacenoris eques,
vir fortis, Gorgiam tenebat: &, cùm vellet illum
capere vivum, eques quidam de Thracibus irruit in
eum, humerúmque ejus amputavit: atque ita Gorgias
36 effugit in Maresa. At illis, qui cum Esdrin erant,
diutiùs pugnantibus & fatigatis, invocavit Judas
37 Dominum adjutorem & ducem belli fieri: Incipi-
ens voce patriâ, & cum hymnis clamorem extol-
lens, fugam Gorgiæ militibus incussit.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β'.

23 Ἐπεκεῖτο δὲ τὸν διωγμὸν (α) εὐτονώτερον Ἰούδας, συγκεντῶν τοὺς (β)
24 ἀλιτηρίους, διέφθειρέ τε εἰς μυριάδας τρεῖς ἀνδρῶν. Αὐτὸς δὲ ὁ
Τιμόθεος ἐμπεσὼν τοῖς περὶ τὸν Δοσίθεον καὶ Σωσίπατρον, ἠξίου
μετὰ πολλῆς γοητείας ἐξαφεῖναι σῶον αὐτόν· διὰ τὸ πλειόνων μὲν γο-
νεῖς, ὧν δὲ ἀδελφοὺς ἔχειν, καὶ τούτους ἀλογηθῆναι (γ) συμβήσεται,
25 εἰ ἀποθάνοι. Πιστώσαντος δὲ αὐτοῦ διὰ πλειόνων τὸν ὁρισμὸν (δ) ἀποκα-
ταστῆσαι τούτους ἀπημάντους, ἀπέλυσαν αὐτὸν ἕνεκα τῆς τῶν ἀδελφῶν
26 σωτηρίας. Ἐξελθὼν δὲ ἐπὶ τὸ Καρνίον καὶ τὸ (ε) Ἀτεργατεῖον, κατ-
27 έσφαξε μυριάδας σωμάτων (ζ) δύο καὶ πεντακισχιλίους. Καὶ μετὰ τὴν
τούτων τροπὴν καὶ ἀπώλειαν (η) ἐπεστράτευσεν Ἰούδας καὶ ἐπὶ Ἐφρὼν,
πόλιν ὀχυρὰν, (θ) ἐν ᾗ κατῴκει Λυσίας, καὶ πάμφυλα πλήθη· νεανίαι
δὲ πρὸ τῶν τειχῶν καθεστῶτες ῥωμαλέοι ἀπεμάχοντο εὐρώστως, ἐν-
28 θάδε ὀργάνων καὶ βελῶν πολλαὶ παραθέσεις ὑπῆρχον. Ἐπικαλε-
σάμενοι δὲ τὸν δυνάστην τὸν μετὰ κράτους συντρίβοντα τὰς τῶν πολε-
μίων (ι) ἀλκὰς, ἔλαβον τὴν πόλιν ὑποχείριον, (κ) καὶ κατέστρωσαν τῶν
29 ἔνδον εἰς μυριάδας (λ) δύο καὶ πεντακισχιλίους. Ἀναζεύξαντες δὲ ἐκεῖ-
θεν, ὥρμησαν ἐπὶ Σκυθῶν πόλιν, ἀπέχουσαν ἀπὸ Ἱεροσολύμων
30 σταδίους ἑξακοσίους. Ἀπομαρτυρησάντων δὲ τῶν ἐκεῖ (μ) κατοικούντων
Ἰουδαίων, ἣν οἱ Σκυθοπολῖται ἔσχον πρὸς αὐτοὺς εὔνοιαν, καὶ ἐν τοῖς
31 τῆς ἀτυχίας καιροῖς ἥμερον (ν) ἀπάντησιν ἐποιοῦντο, Εὐχαριστήσαντες
αὐτοῖς, καὶ προσπαρακαλέσαντες καὶ εἰς τὰ λοιπὰ πρὸς τὸ γένος
εὐμενεῖς εἶναι, (ξ) παρεγένοντο εἰς Ἱεροσόλυμα, τῆς τῶν ἑβδομάδων
32 ἑορτῆς οὔσης ὑπογύου. Μετὰ δὲ τὴν λεγομένην Πεντηκοστὴν, ὥρμη-
33 σαν ἐπὶ Γοργίαν τὸν τῆς Ἰδουμαίας στρατηγόν. Ἐξῆλθεν δὲ μετὰ πεζῶν
34 τρισχιλίων, ἱππέων δὲ τετρακοσίων. (ο) Καὶ παραταξαμένων συν-
35 έβη πεσεῖν ὀλίγους τῶν Ἰουδαίων. Δοσίθεος δέ τις τῶν τοῦ Βα-
κήνορος, ἔφιππος ἀνὴρ καὶ καρτερὸς, εἴχετο τοῦ Γοργίου, καὶ λαβό-
μενος τῆς χλαμύδος, ἦγεν αὐτὸν εὐρώστως, καὶ (π) βουλόμενος τὸν κατά-
ρατον λαβεῖν ζωγρίαν, τῶν (ρ) ἱππέων Θρακῶν τινος ἐπενεχθέντος
36 αὐτῷ καὶ τὸν ὦμον καθελόντος, διέφυγεν (σ) ὁ Γοργίας εἰς Μαρισά. Τῶν
δὲ περὶ τὸν Ἔσδριν ἐπιπλεῖον μαχομένων, καὶ κατακόπων ὄντων,
ἐπικαλεσάμενος (τ) ὁ Ἰούδας τὸν κύριον σύμμαχον φανῆναι καὶ προοδη-
37 γὸν (υ) τοῦ πολέμου, Καταρξάμενος τῇ πατρίῳ φωνῇ τὴν μεθ' ὕμνων
κραυγὴν, (φ) ἀναβοήσας, καὶ ἐνσείσας ἀπροσδοκήτως τοῖς περὶ τὸν
Γοργίαν, τροπὴν αὐτῶν ἐποιήσατο.

Interp. LAT.

Judas autem vehementer instabat, trucidans prophanos, & prostravit ad triginta millia virorum. Ipse verò Timotheus incidit in partes Dosithei, & Sosipatris & multis precibus postulabat, ut vivus dimitteretur; eò quòd plurimorum quidem parentes, aliorum verò fratres haberet, quos morte ejus (a) decipi eveniret. Cùm autem multis modis firmâsset hoc constitutum, restituturum se eos illæsos; dimiserunt eum propter fratrum salutem. Egressus autem in Carnion, & (b) Atergatæum, interfecit vigintiquinque millia corporum. Post horum autem fugam, & necem, movit exercitum Judas etiam super Ephron civitatem munitam, in qua habitabat Lysias, & multitudo diversarum gentium: & robusti juvenes pro muris consistentes fortiter repugnabant: in hac autem machinarum & telorum multus erat apparatus. Sed cùm Omnipotentem invocâssent, qui cum potestate vires hostium confringit; ceperunt civitatem, & ex eis qui intùs erant, ad vigintiquinque millia prostraverunt. Indè autem abeuntes ad civitatem Scytharum processerunt, quæ ab Hierosolymis sexcentis stadiis aberat. Contestantibus autem his qui ibi erant, Judæis, quòd benignè à Scythopolitis haberentur, & temporibus infœlicitatis mansuetè secum egerint; Gratias agentes, & exhortati etiam de cætero erga genus ipsum benignos esse, venerunt Hierosolymam die solenni septimanarum instante. Post eam verò, quæ dicitur Pentecoste, abierunt contra Gorgiam præpositum Idumææ. Exivit autem cum peditibus tribus millibus, & equitibus quadringentis. Quibus congressis contigit paucos cadere Judæorum. Dositheus verò quidam de iis qui Bacenoris, eques vir, & fortis, Gorgiam tenuit, & apprehendens eum chlamyde ducebat eum fortiter: & cùm vellet sceleratum illum capere vivum, eques quidam de Thracibus irruit in eum, humerúmque amputavit: atq; ita Gorgias effugit in Maresa. At illis, qui cum Esdrin erant, diutiùs pugnantibus & fatigatis; cùm invocâsset Judas Dominum ut adjutorem se ostenderet, & ducem belli, Incipiens patriâ voce cum hymnis clamorem, exclamans & irruens improvisè in eos qui circa Gorgiam, in fugam eos vertit.

MS. A. (α) εὐτονότερον * ον Ἰούδας, (β) ἀλητηρίους, διέφθειρεν δὲ (γ) συμβήσεται. Πιστώσαντος (δ) ἀποκαταστῆσαι (ε) Ἀτεργατεῖον, (ζ) δυοπεντακισχιλίους. Μετὰ δὲ τὴν (η) ἐπεστράτευσεν καὶ (θ) ἐν ᾗ πάμφυλα ἐν αὐτῇ πλήθη· νεανίαι δὲ ῥωμαλέοι πρὸ τῶν τειχῶν καθεστῶτες εὐρώστως ἀπεμάχοντο, ἔνθα ὀργάνων (ι) ὀλκὰς, (κ) κατέστρωσαν δὲ τῶν (λ) δυοπεντακισχιλίους. Ἀναζεύξαντές τε (μ) καθεστώτων (ν) ἀπάντησιν, Εὐχαριστήσαντες, καὶ (ξ) παρεγενήθησαν (ο) Παραταξάμενος δὲ (π) βουλόμενος (ρ) ἱππέων τινὸς Θρακῶν (σ) Γοργίας (τ) Ἰούδας (υ)* [illegible] (φ) ἐνσείσας (χ) ἐποιήσατο αὐτῶν.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

23 [illegible]
24 [illegible]
[illegible]
25 [illegible]
[illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
28 [illegible]
[illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
[illegible]
32 [illegible]
33 34 [illegible]
35 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
[illegible]

* Judas autem fortiter persequens, impios cædebat, ita ut triginta millia ex eis interficeret. Timotheus autem in Dositheanos & Sosipatrianos incidit, comprehensúsque petebat ab eis supplicabátque ut vivum dimitterent. Qui ipsum, quod apud eum essent fratres cognatíque multorum, quos vivos se dimissurum pollicebatur, verecundiâ erga ipsū, propter vitas fratrū suorum, vivum dimiserunt. Judas Maccabæus autem egressus adversùs locū qui dicitur Karna, & Atergata, interfecit ibi viginti quinque millia. Victis his & occisis, confirmatus Judas cum exercitu suo, profectus est Ephronem civitatem fortem, in qua morabatur Lysias, cum cœtu qui ex multis Gentibus constabat, & adolescentibus robustis; Qui fortiter pugnabant pro muro, jaculis & lanceis omníque telo bellico. Supplicantibus autem Deo cum clamore Maccabæanis, qui conterere potest & confringere omne robur hostile, tradidit civitatem in manus eorum; Quam ingressi subegerunt, occisis in ea quasi viginti quinq; millibus. Indè digressi venerunt ad Baishan, ab Jerosolymis quasi sexcenta stadia distitam. Quam qui habitabant Judæi, professi sunt magnam sibi cives quietem præstitisse, etiam honoris sui tenaces. Maccabæani autem benignitatem ipsorum gratam habentes occurrerunt ipsis cum pace; Indè Jerosolyma concesserunt ad agendum festum Azymorum. Et post Pentecosten, adversùs Gorgiam profecti sunt, præfectum ac ducem Idumæorum. Profectus autem est adversùs eos cum tribus peditum millibus equitibúsq; quadringentis. Et cùm pugnare cœpissent, ceciderunt quidam ex Idumæis. Et Dositheus quidam ex Tubienis eques, vir fortis, prehensum chlamyde suâ Gorgiam trahebat in vallem, vivum abducere damnatum illum studens; Occurrens autem ex servis ejus Thrax quidam, percussum eum in humerum interfecit, Gorgias autem Samariam evasit. Azrēanis autem vehementiùs pugnantibus & interficientibus, clamans ad Dominum fortem Judas; ut auxilio ipsis esset, impetum præsens in eos fecit, Hymnos voce patriâ cantans: cúmque cœpisset interficere ex ipsis quosdam, victi Gorgiani fugerunt.

Versio VULG. LAT.

38 Judas autem collecto exercitu venit in civitatem O-
dollam: &, cùm septima dies superveniret, secun-
dùm consuetudinem purificati, in eodem loco sab-
39 batum egerunt. Et sequenti die venit cum suis Ju-
das, ut corpora prostratorum tolleret, & cum pa-
40 rentibus poneret in sepulchris paternis. Invenerunt
autem sub tunicis interfectorum de donariis idolo-
rum, quæ apud Jamniam fuerunt, à quibus lex prohi-
bet Judæos: omnibus ergò manifestum factum est,
41 ob hanc causam eos corruisse. Omnes itaque be-
nedixerunt justum judicium Domini, qui occulta fe-
42 cerat manifesta. Atque ita ad preces conversi, ro-
gaverunt, ut id quod factum erat delictum oblivioni
traderetur. At verò fortissimus Judas hortabatur po-
pulum conservare se sine peccato, sub oculis videntes
quæ facta sunt pro peccatis eorum qui prostrati sunt.
43 Et factâ collatione, duodecim millia drachmas ar-
genti misit Jerosolymam offerri pro peccatis mortuo-
rum sacrificium, benè & religiosè de resurrectione
44 cogitans: (Nisi enim eos, qui ceciderant, resurre-
cturos speraret, superfluum videretur & vanum ora-
45 re pro mortuis:) Et quia considerabat quòd hi,
qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam
46 haberent repositam gratiam. Sancta ergò & salu-
bris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à pecca-
tis solvantur.

CAP. XIII.

1 ANno centesimo quadragesimo nono, cognovit
Judas Antiochum Eupatorem venire cum multitudi-
2 ne adversùs Judæam, Et cum eo Lysiam procurato-
rem & præpositum negotiorum, secum habentem pe-
ditum centum decem millia, & equitum quinque mil-
lia, & elephantos viginti duos, currus cum falcibus
3 trecentos. Commiscuit autem se illis & Menelaus:
& cum multa fallacia deprecabatur Antiochum,
non pro patriæ salute, sed sperans se constitui in
principatum.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΏΝ Β'.

38 Ἰούδας δὲ ἀναλαβὼν τὸ στράτευμα, (α) ἦγεν εἰς Ὀδολλὰμ πόλιν.
τῆς δὲ ἑβδομάδος ἐπιβαλλούσης, κατὰ τὸν ἐθισμὸν ἁγνισθέντες
39 αὐτόθι τὸ σάββατον (β) διήγαγον. Τῇ δὲ ἐχομένῃ ἦλθον οἱ περὶ
τὸν Ἰούδαν καθ' ὃν (γ) τρόπον τὸ τῆς χρείας ἐγεγόνει, (δ) τὰ τῶν προ-
πεπτωκότων σώματα ἀνακομίσασθαι, καὶ μετὰ τῶν συγγενῶν ἀποκα-
40 ταστῆσαι εἰς τοὺς πατρῴους τάφους. Εὗρον δὲ ἑκάστου τῶν τεθνηκό-
των ὑπὸ τοὺς χιτῶνας ἱερώματα τῶν ἀπὸ Ἰαμνείας εἰδώλων, ἀφ'
ὧν ὁ νόμος ἀπείργει τοὺς Ἰουδαίους. τοῖς δὲ πᾶσι σαφὲς ἐγένετο
41 διὰ τήνδε τὴν αἰτίαν τούσδε πεπτωκέναι. Πάντες οὖν εὐλο-
γήσαντες (ε) τοῦ δικαιοκρίτου κυρίου τοῦ τὰ κεκρυμμένα φανερὰ ποι-
42 οῦντος, Εἰς (ζ) ἱκετείαν ἐτράπησαν, ἀξιώσαντες τὸ γεγονὸς
ἁμάρτημα τελείως ἐξαλειφθῆναι. ὁ δὲ γενναῖος Ἰούδας παρε-
κάλεσε τὸ πλῆθος συντηρεῖν (η) ἑαυτοὺς ἀναμαρτήτους εἶναι, ὑπ' ὄψιν
ἑωρακότας τὰ γεγονότα, διὰ τὴν τῶν προπεπτωκότων (θ) ἁμαρτίαν.
43 Ποιησάμενός τε (ι) κατ' ἀνδρολογίαν κατασκευάσματα εἰς ἀργυρίου
δραχμὰς δισχιλίας, ἀπέστειλεν εἰς Ἱεροσόλυμα προσαγαγεῖν περὶ
ἁμαρτίας θυσίαν, πάνυ καλῶς καὶ ἀστείως (κ) πράττων, ὑπὲρ ἀνα-
44 στάσεως (λ) διαλογιζόμενος. Εἰ γὰρ μὴ τοὺς προπεπτωκότας ἀνα-
στῆναι προσεδόκα, (μ) περισσὸν ἂν ἦν, καὶ ληρῶδες ὑπὲρ νεκρῶν (ν) προσ-
45 εύχεσθαι. Εἶτ' ἐμβλέπων τοῖς μετ' εὐσεβείας κοιμωμένοις κάλλι-
46 στον ἀποκείμενον (ξ) χαριστήριον. Ὁσία καὶ εὐσεβὴς ἡ ἐπίνοια. ὅθεν
περὶ τῶν τεθνηκότων τὸν ἐξιλασμὸν ἐποιήσατο, τῆς ἁμαρτίας ἀπο-
λυθῆναι.

MS. A. (α) ἦκεν (β) διῆγον. (γ) χρόνον (δ) τὰ σώματα τῶν προπεπτωκότων (ε) τὰ τοῦ (ζ) ἱκεσίαν (η) αὐτοὺς (θ) * ἁμαρτημάτων. (ι) κατ' ἀνδρολόγιον εἰς ἀργυρίου (κ) πράττων, (λ) ἀναλογιζόμενος. Εἰ μὴ γὰρ (μ) περισσῶς, καὶ (ν) εὔχεσθαι. Εἶτα (ξ) εὐχαριστήριον.

ΚΕΦ. ιγ'.

1 Τῷ δὲ ἐνάτῳ καὶ (α) τεσσαρακοστῷ καὶ ἑκατοστῷ ἔτει προσέπεσε τοῖς
περὶ τὸν Ἰούδαν, Ἀντίοχον τὸν Εὐπάτορα παραγενέσθαι σὺν πλή-
2 θεσιν ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν, Καὶ σὺν αὐτῷ Λυσίαν τὸν ἐπίτροπον καὶ
ἐπὶ τῶν πραγμάτων, ἕκαστον ἔχοντα δύναμιν Ἑλληνικὴν πεζῶν
μυριάδας ἕνδεκα, καὶ ἱππεῖς πεντακισχιλίους τριακοσίους, καὶ ἐλέ-
3 φαντας εἰκοσιδύο, ἅρματα δὲ δρεπανηφόρα τριακόσια. (β) Καὶ
Μενέλαος δὲ συνέμιξεν αὐτοῖς, καὶ παρεκάλει μετὰ πολλῆς εἰρωνείας
τὸν Ἀντίοχον, οὐκ ἐπὶ (γ) σωτηρίᾳ τῆς πατρίδος, οἰόμενος δὲ ἐπὶ τῆς
ἀρχῆς (δ) καθεσταθήσεσθαι.

MS.A. (α) τεσσερακοστῷ (β) Συνέμιξεν δὲ αὐτοῖς καὶ Μενέλαος, καὶ (γ) σωτηρίας (δ) κατασταθήσεται.

Interp. LAT.

Judas autem collecto exercitu venit in civitatem 38
Odollam. Et cùm septima dies superveniret;
secundùm consuetudinem purificati in eodem loco
sabbatum egerunt. At sequenti die venit cum 39
suis Judas, eo quo oportebat, tempore, ut cor-
pora prostratorum tolleret, & cum cognatis
reponeret in sepulchris paternis. Invenerunt 40
autem sub tunicis mortuorum quorumque de sa-
cris Idolorum, quæ de Jamnia: à quibus lex
prohibet Judæos. Omnibus ergò manifestum fa-
ctum est ob hanc causam eos corruisse. Omnes 41
itaque benedixerunt justum judicem Dominum,
qui occulta facit manifesta. Atque ita ad pre- 42
ces conversi (c) rogaverunt, ut id quod factum
erat, delictum, perfectè deleretur. At verò
fortissimus Judas hortabatur populum conser-
vare se sine peccato, sub oculis videntes quæ
facta sunt peccato eorum qui prostrati sunt.
Et factâ viritim collatione, ad duo millia 43
drachmas argenti misit Hierosolymam offerri pro
peccato sacrificium, valdè benè, & religiosè fa-
ciens, de resurrectione cogitans: (Nisi enim 44
eos qui ceciderant, resurrecturos speraret; super-
fluum & vanum esset orare pro mortuis:) De- 45
inde considerans, his qui cum pietate dormiunt,
optimam esse repositam gratiam. Sancta & 46
pia consideratio. Quarè pro defunctis propitia-
tionem fecit, ut à peccato solverentur.

CAP. XIII.

ANno centesimo quadragesimo nono cognovit 1
Judas Antiochum Eupatorem venire cum mul-
titudine adversùs Judæam, Et cum eo Lysiam 2
procuratorem, & præpositum negotiorum, unum-
quemque habentem exercitum Græcum, peditum
centum decem millia, & equites quinque millia
trecentos, & elephantes viginti duos, currus
autem cum falcibus trecentos. Commiscuit 3
autem se illis & Menelaus, & hortabatur cum
multa ironia Antiochum, non pro patriæ salute,
sed sperans se constitui in principatum.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]
41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]
46 [illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]

Indè profectus cum exercitu Judas, 38
ad civitatem Dullam venit: Acceden-
téque Sabbato, pro more suo sancti-
ficati Sabbatum in loco suo egerunt.
Die crastino Judam accedentes, allo- 39
cuti sunt, ut sublata eorum qui occi-
derant cadavera in sepulchris paternis
sepelirent. Et invenerunt sub vestibus 40
singulorum aurum absconditum Idolis
Jamniæ *ablatum*, quorum sacra veta-
bat lex à Judæis conservari, omni-
búsque notum evasit, & creditum est
ob hanc rem cecidisse eos. Et bene- 41
dixerunt omnes, & confessi sunt justū
Dei judiciū, qui abscondita propterea
palā facit. Cœperúntq; omnes orare, & 42
à Deo petere, ne in ipsos propterea
scriberetur peccatū completum. Judas
autē ille fortis populū omnē orabat, ut
custodirent se, & caverent *sibi* à pecca-
tis: dicens eis; Quid his acciderit, oculis
vestris vidistis. Et imposuit toti po- 43
pulo ut pecuniam darent: Collectósque ter mille argenteos Jerosolyma
misit, ut pro eis oblationes offerrent;
Rectè ac justè faciens propter spem
resurrectionis à mortuis. Nisi enim 44
expectaretur & speraretur resurre-
ctio à mortuis, fatuum esset ac
stultum pro mortuis, oblatis sa-
crificiis orare: Intuebatur enim & 45
expectabat mercedem ac spem requi-
émque iis paratam qui sanctè obdor-
miunt: Propterea misit, qui, pro 46
peccatis eorum qui obdormierant
propitiationem facerent.

CAP. XIII.

ANno autem centesimo quadrage- 1
simo nono venit adversùs Judæos An-
tiochus Eupator; Cúmque eo Lysi- 2
as rebus præfectus, cum exercitu ex
multis gentibus constante, centum de-
cem millium peditum, equitum quin-
que millium ter centum, elephantorum
viginti duo, curruum scutis munitorum
ad prælium, tercentum. Commiscu- 3
it autem se cum eis & Menelaus, pe-
tebátque & supplicabat Antiocho, ut
iret ad locum suum & cives suos de-
struendos, non autem auxilio eis:
Quod expectaret, profectum se in prin-
cipatu constitutum iri.

Versio VULG. LAT.

4 Sed Rex regum suscitavit animos Antiochi in pec-
catorem : & suggerente Lysiâ hunc esse causam o-
mnium malorum, jussit (ut eis est consuetudo) ap-
5 prehensum in eodem loco necari. Erat autem in
eodem loco turris quinquaginta cubitorum, agge-
stum undique habens cineris : hæc prospectum ha-
6 bebat in præceps. Indè in cinerem dejici jussit
sacrilegum, omnibus eum propellentibus ad inte-
7 ritum. Et tali lege prævaricatorem legis contigit
8 mori, nec terræ dari Menelaum. Et quidem satis
justé : nam quia multa erga aram Dei delicta com-
misit, cujus ignis & cinis erat sanctus, ipse in ci-
9 neris morte damnatus est. Sed rex mente effræna-
tus veniebat, nequiorem se patre suo Judæis osten-
10 surus. Quibus Judas cognitis, præcepit populo ut
die ac nocte Dominum invocarent, quò, sicut sem-
11 per, & nunc adjuvaret eos : Quippe qui lege, &
patriâ, sanctóque templo privari vererentur : ac
populum, qui nuper paululùm respirâsset, ne sineret
12 blasphemis rursus nationibus subdi. Omnibus
itaque simul id facientibus, & petentibus à Domi-
no misericordiam, cum fletu & jejuniis, per tri-
duum continuum prostratis, hortatus est eos Judas
13 ut se præpararent. Ipse verò cum senioribus co-
gitavit, priùs quàm rex admoveret exercitum ad Ju-
dæam, & obtineret civitatem, exire, & Domini
14 judicio committere exitum rei. Dans itaque po-
testatem omnium Deo mundi creatori, & exhorta-
tus suos ut fortiter dimicarent, & usque ad mortem
pro legibus, templo, civitate, patria, & civibus sta-
15 rent, circa Modin exercitum constituit. Et dato
signo suis Dei victoriæ, juvenibus fortissimis ele-
ctis, nocte aggressus aulam regiam, in castris inter-
fecit viros quatuor millia, & maximum elephanto-
16 rum cum his qui superpositi fuerant : Summóque
metu ac perturbatione hostium castra replentes, re-
17 bus prosperè gestis, abierunt. Hoc autem factum
est die illucescente, adjuvante eum Domini prote-
ctione.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β'.

4 Ὁ δὲ βασιλεὺς τῶν βασιλέων ἐξήγειρε τὸν θυμὸν τοῦ Ἀντιόχου ἐπὶ τὸν ἀ-
λιτήριον, καὶ Λυσίου ὑποδείξαντος τοῦτον(α)αἴτιον εἶναι πάντων τῶν κακῶν,
προσέταξεν, ὡς ἔθος ἐστὶν ἐν τῷ τόπῳ, προσαπολέσαι, ἀγαγόντας
5 αὐτὸν εἰς Βέρροιαν. Ἔστι δὲ ἐν τῷ τόπῳ πύργος πεντήκοντα(β)πηχῶν
πλήρης(γ)σποδοῦ, οὗτος δὲ ὄργανον εἶχε περιφερὲς πάντοθεν ἀπόκρη-
6 μνον εἰς τὴν σποδόν. Ἐνταῦθα τὸν ἱεροσυλίας(δ)ἔνοχον ὄντα, ἢ
καί τινων ἄλλων κακῶν ὑπεροχὴν πεποιημένον, ἅπαντες προσ-
7 ωθοῦσιν εἰς ὄλεθρον. Τοιούτῳ μόρῳ τὸν παράνομον συνέβη θανεῖν,
8 μηδὲ τῆς γῆς (ε)τυχόντα Μενέλαον. Πάνυ δικαίως. ἐπεὶ γὰρ συνετελέ-
σατο πολλὰ περὶ τὸν βωμὸν ἁμαρτήματα, οὗ τὸ πῦρ ἁγνὸν ἦν καὶ
9 ἡ σποδὸς, ἐν σποδῷ τὸν θάνατον ἐκομίσατο. Τοῖς δὲ φρονήμασιν ὁ
βασιλεὺς(ζ)βεβαρβαρωμένος ἤρχετο, τὰ χείριστα τῶν ἐπὶ τοῦ πατρὸς
10 αὐτοῦ γεγονότων ἐνδειξόμενος τοῖς Ἰουδαίοις. Μεταλαβὼν δὲ
Ἰούδας ταῦτα, παρήγγειλε τῷ πλήθει δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς(η)ἐπικαλεῖ-
11 σθαι τὸν κύριον, εἴποτε(θ) ἄλλοτε, καὶ νῦν ἐπιβοηθεῖν Τοῖς τοῦ νόμου καὶ
πατρίδος καὶ ἱεροῦ ἁγίου στερεῖσθαι μέλλουσι, καὶ τὸν ἄρτι βραχέως
ἀνεψυχότα λαὸν μὴ ἐᾶσαι τοῖς δυσφήμοις ἔθνεσιν ὑποχειρίους
12 γενέσθαι. Πάντων δὲ τὸ αὐτὸ ποιησάντων ὁμοῦ καὶ καταξιωσάν-
των τὸν ἐλεήμονα κύριον μετὰ κλαυθμοῦ καὶ νηστειῶν καὶ προπτώσεως (ι)ἐφ'
ἡμέρας τρεῖς ἀδιαλείπτως, παρακαλέσας αὐτοὺς ὁ Ἰούδας ἐκέλευσε
13 παραγίνεσθαι. Καθ' ἑαυτὸν δὲ σὺν τοῖς πρεσβυτέροις γενόμενος,
ἐβουλεύσατο πρὶν εἰσβαλεῖν (κ)τοῦ βασιλέως τὸ στράτευμα εἰς τὴν Ἰου-
δαίαν,(λ) καὶ γενέσθαι τῆς πόλεως ἐγκρατεῖς, ἐξελθόντας κρῖναι
14 τὰ πράγματα τῇ τοῦ(μ)κυρίου βοηθείᾳ. Δοὺς δὲ τὴν ἐπιτροπὴν τῷ
(ν)κτίστῃ τοῦ κόσμου, παρακαλέσας τοὺς σὺν αὐτῷ γενναίως ἀγωνίσα-
σθαι μέχρι θανάτου περὶ (ξ)νόμων, περὶ ἱεροῦ, πόλεως, πατρίδος,
15 πολιτείας, (ο)ἐποιήσατο περὶ Μωδεῖν τὴν στρατοπεδείαν. Δοὺς δὲ
τοῖς περὶ αὐτὸν σύνθημα Θεοῦ(π)νίκης, μετὰ νεανίσκων ἀρίστων κεκρι-
μένων ἐπιβαλὼν νύκτωρ ἐπὶ τὴν βασιλικὴν αὐλήν,(ρ)ἐν τῇ παρεμβολῇ
ἀνεῖλεν εἰς ἄνδρας(σ)τετρακισχιλίους, καὶ τὸν πρωτεύοντα τῶν ἐλεφάντων
16 σὺν τῷ κατ' οἰκίαν (τ)ὄχλῳ συνέθηκε. Καὶ τὸ τέλος τὴν παρεμβολὴν
17 (υ)δέους καὶ ταραχῆς ἐπλήρωσαν, καὶ ἐξέλυσαν εὐημεροῦντες. Ὑπο-
φαινούσης δὲ ἤδη τῆς ἡμέρας (φ)τοῦτ' ἐγεγόνει, διὰ τὴν ἐπαρήγουσαν αὐτῷ
(χ)τοῦ κυρίου σκέπην.

MS.A. (α) αἴτιον τῶν κακῶν εἶναι καὶ πάντων, προσέταξεν (β) πήχεων (γ) σποδοῦ, ὄργανον δὲ εἶχεν (δ) ἔνοχον, ἢ καὶ (ε) τυγχάνοντα (ζ) βεβαρημένος (η) ἐπικαλέσασθαι (θ) καὶ ἄλλοτε, (ι) ἐπὶ (κ) τὸ στράτευμα τοῦ βασιλέως ἐπὶ τὴν (λ) γενέσθαι (μ) Θεοῦ βοηθείᾳ. (ν) κυρίῳ τοῦ (ξ) νόμων, ἱεροῦ, (ο) περὶ Μωδεῖν ἐποιήσατο τὴν στρατιάν. Ἀναδοὺς (π) νίκην, (ρ) τὴν παρεμβολὴν (σ) δισχιλίους, (τ) ὄντι συνέθηκεν, (υ) δέους (φ) τοῦτο (χ) τῷ κυρίῳ

Interp. LAT.

Sed rex regum suscitavit animos Antiochi in peccatorem : & suggerente Lysiâ hunc esse causam omnium malorum, jussit, ut est consuetudo in loco, necare, adducentes illum in Beroeam. Erat autem in loco turris quinquaginta cubitorum, aggestum habens cineris : hæc autem instrumentum habebat rotundum undique præceps in cinerem. Hic sacrilegii reum, & quorundam etiam aliorum malorum summitatem factum, omnes propellunt ad interitum. Tali lege prævaricatorem legis contigit mori, neque etiam terram nactum Menelaum : Valdè justè. Nam quia multa erga aram delicta commisit, cujus ignis, & cinis erat sanctus; in cinere mortem reportavit. Sed rex superbiâ barbarus factus veniebat, pessima eorum, quæ sub patre ipsius facta fuerant, Judæis repræsentaturus. Quibus Judas cognitis præcepit populo, ut die ac nocte Dominum invocarent, siquando & aliàs, etiam nunc adjuvaret eos: Qui lege, & patriâ, & sancto templo privandi essent, ac populum, qui nuper paululum respirâsset, ne sineret blasphemis nationibus subdi. Omnibus itaq; simul idem facientibus et obsecrantibus misericordē Dominū cum fletu, & jejuniis, & prostratione per triduum continuum; hortatus eos Judas jussit venire. Ipse autem seorsùm cum senioribus, consilium cepit, priusquàm rex admoveret exercitum ad Judæam, & obtineret civitatem, egressos dijudicare res Domini auxilio. Dans itaque procurationem creatori mundi, hortatus suos, ut fortiter dimicarent usque ad mortem pro legibus, pro templo, civitate, patria, republica, circa Modin exercitum constituit. Et dato signo suis Dei victoriæ, cum juvenibus fortissimis electis, nocte aggressus aulam regiam, in castris interfecit ad viros(a) quatuor millia, & maximum elephantorum cum ea quæ in domo turba coacervavit : Ac demum metu ac perturbatione castra repleverunt, rebúsque prosperè gestis abierunt. Hoc autem factum est die jam illucescente, adjuvante eum Domini protectione.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

4 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
[illegible]
9 [illegible]
[illegible]
10 [illegible]
[illegible]
11 [illegible]
[illegible]
12 [illegible]
[illegible]
[illegible]
13 [illegible]
[illegible]
[illegible]
14 [illegible]
[illegible]
[illegible]
15 [illegible]
[illegible]
[illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
[illegible]

Dominus autem Rex regum excitavit iram Antiochi adversùs damnatum illum Menelaum, propterea quòd notum ipsi fecerat Lysias, illum omnium malorum auctorem esse......Hoc cruciatu mortuus est damnatus ille sc. impius ille Menelaus, ne dignus quidem habitus qui terrâ conderetur. Et justam vindictam tulit : quia in altare malum fecisset, ubi ignis erat sacer, & cinis; propterea in cinere mortem subiit. Rex autem adhuc in furore, & mente erga Judæos durâ positus, cogitabat facere eis mala multa, supra patrem suum. Judæ autem cùm palàm factus esset adventus regis, & mens, præcepit populo ut precibus invigilarent die ac nocte, clamantes ad Dominum, ut auxilio ipsis esset, & eriperet eos, nunc, & semper, è manu gentium; Qui ipsos à lege, & loco templóque sancto abducere studebant; nec populum hunc, qui parvo tempore quieverat & respiraverat, servum fieri sineret gentium impiarum & incircumcisarum. Omnes igitur sic precati sunt & clamârunt supplicantes fletu multo Deo misericordi, cum tribus diebus jejunâssent sine intermissione in facies prostrati, & clamantes : & post tres dies, consolatus eos Judas, oravit ut cibum sumerent. Secedénsque ad seniores Judas, cum eis consilium cepit, dixitque, Priusquam ingrediatur Judæam exercitus regis, subigátque, & prævaleat civitati, egressi inspiciamus res & ordinemus, auxilio Dei. Et Deo creatori orbis commendato rerum ductu, eos qui secum erant oravit, ut viriliter pugnarent, traderéntque seipsos etiam ad mortem usque, pro lege & templo & civitate, & loco, & gente : coactísque omnibus copiis, in Modin paratus substitit. Signóque suis dato Salutis Dei, ductis secum adolescentibus fortitudine eximiis, adversùs castra profectus est. Factóque noctu in prætorium regis impetu, interfecit ex eis tria millia, cum præfecto elephantorum omnémque qui cum eo erat apparatum contrivit, & disjecit : Totísque castris trepidatione & tumultu completis, reversi sunt indè cum hilaritate & gaudio. Hoc autem factum est cùm illucesceret aurora, viribus & auxilio Domini, qui ipsos protegebat.

Versio VULG. LAT.

18 Sed rex, accepto gustu audaciæ Judæorum, arte dif-
19 ficultatem locorum tentabat: Et Bethsuræ, quæ e-
rat Judæorum præsidium munitum, castra admove-
bat: sed fugabatur, impingebat, minorabatur.
20 His autem, qui intùs erant, Judas necessaria mitte-
21 bat. Enuntiavit autem mysteria hostibus Rhodocus
quidam de Judaico exercitu, qui requisitus compre-
22 hensus est, & conclusus. Iterùm rex sermonem ha-
buit ad eos qui erant in Bethsuris: dextram dedit:
23 accepit: abiit. Commisit cum Juda: superatus est.
Ut autem cognovit rebellâsse Philippum Antiochiæ,
qui relictus erat super negotia, mente consternatus,
Judæos deprecans, subditúsque eis, jurat de omni-
bus quibus justum visum est: & reconciliatus obtu-
lit sacrificium, honoravit templum, & munera po-
24 suit. Machabæum amplexatus est, & fecit eum à
Ptolemaide usque ad Gerrenos ducem & principem.
25 Ut autem venit Ptolemaidam, graviter ferebant Pto-
lemenses amicitiæ conventionem, indignantes ne
26 fortè fœdus irrumperent. Tunc ascendit Lysias
tribunal, & exposuit rationem, & populum sedavit,
regressúsque est Antiochiam: & hoc modo regis pro-
fectio & reditus processit.

CAP. XIV.

1 Sed post triennii tempus, cognovit Judas, & qui
cum eo erant, Demetrium Seleuci, cum multitudine
valida, & navibus, per portum Tripolis ascendisse
2 ad loca opportuna, Et tenuisse regiones adversùs
3 Antiochum, & ducem ejus Lysiam. Alcimus autem
quidam, qui summus sacerdos fuerat, sed voluntariè
coinquinatus est temporibus commistionis, conside-
rans nullo modo sibi esse salutem, neque accessum
4 ad altare, Venit ad regem Demetrium, centesimo
quinquagesimo anno, offerens ei coronam auream,
& palmam, super hæc & thallos, qui templi esse vi-
debantur. Et ipsâ quidem die siluit.

ΜΑΚΚΑΒΑΪ́ΩΝ Β΄.

18 Ὁ δὲ βασιλεὺς εἰληφὼς (α) γεῦσιν τῆς τῶν Ἰουδαίων εὐτολμίας, κατ-
19 επείραζε διὰ μεθόδων τοὺς τόπους. Καὶ ἐπὶ (β) Βαιθσοῦρα φρούριον
ὀχυρὸν τῶν Ἰουδαίων προσῆγεν· (γ) καὶ ἐτροποῦτο, προσέκρουεν,
20 ἠλαττονοῦτο. Τοῖς δὲ ἔνδον Ἰούδας τὰ δέοντα εἰσέπεμψε.
21 Προσήγγειλε δὲ τὰ μυστήρια τοῖς πολεμίοις Ῥόδοκος ἐκ τῆς
Ἰουδαϊκῆς τάξεως· (δ) ἀνεζητήθη δὲ, καὶ κατελήφθη, καὶ κατεκλεί-
22 σθη. Ἐδευτερολόγησεν ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐν (ε) Βαιθσούρᾳ, δεξιὰν
23 ἔδωκεν, ἔλαβεν, ἀπῄει, Προσέβαλε τοῖς περὶ τὸν Ἰούδαν,
ἥττων ἐγένετο, μετέλαβεν ἀπονενοῆσθαι τὸν Φίλιππον ἐν
Ἀντιοχείᾳ τὸν ἀπολελειμμένον ἐπὶ τῶν πραγμάτων, συνεχύθη,
τοὺς Ἰουδαίους παρεκάλεσεν, ὑπετάγη, καὶ ὤμοσεν ἐπὶ πᾶσι τοῖς
δικαίοις, συνελύθη, καὶ θυσίαν προσήγαγεν, ἐτίμησε τὸν ναὸν,
24 καὶ τὸν τόπον ἐφιλανθρώπησε, Καὶ τὸν Μακκαβαῖον (ζ) ἀπεδέξα-
το, κατέλιπε στρατηγὸν ἀπὸ Πτολεμαΐδος ἕως τῶν (η) Γερρηνῶν
25 ἡγεμονίδην, Ἦλθεν εἰς Πτολεμαΐδα· (θ) ἐδυσφόρουν περὶ τῶν
συνθηκῶν οἱ Πτολεμαεῖς, (ι) ἐδείναζον γὰρ ὑπὲρ ὧν ἠθέλησαν ἀθε-
26 τεῖν τὰς διαστάσεις. Προσῆλθεν ἐπὶ τὸ βῆμα Λυσίας, ἀπε-
λογήσατο ἐνδεχομένως, συνέπεισε, (κ) κατεπράϋνεν, εὐμενεῖς
ἐποίησεν, ἀνέζευξεν εἰς Ἀντιόχειαν. οὕτω τὰ (λ) τοῦ βασιλέως τῆς
ἐφόδου καὶ τῆς ἀναζυγῆς ἐχώρησε.

MS. A. (α) γεῦμα (β) Βαιθσούροις φρούριον ὀλίγον τῶν (γ) ἐτροποῦτο, προσέκρουσεν (δ) ἀνεζητήθη, καὶ (ε) Βαιθσούροις, (ζ) ἐπεδέξατο, (η) Γεννηρῶν (θ) ἐδυσφόρουν (ι) ἐδειλίαζον γὰρ ὑπεράγαν ἠθέλησαν (κ) καὶ κατεπράϋνεν, (λ) τῆς ἐφόδου τοῦ βασιλέως

ΚΕΦ. ιδ΄.

1 Μετὰ δὲ τριετῆ χρόνον προσέπεσε τοῖς περὶ τὸν Ἰούδαν, Δη-
μήτριον τὸν τοῦ Σελεύκου διὰ τοῦ κατὰ Τρίπολιν λιμένος εἰσπλεύσαν-
2 τα μετὰ πλήθους ἰσχυροῦ καὶ στόλου, Κεκρατηκέναι τῆς χώρας, ἐπανε-
3 λόμενον Ἀντίοχον καὶ τὸν τούτου ἐπίτροπον Λυσίαν. Ἄλκιμος δέ τις
(α) προγενόμενος ἀρχιερεὺς, ἑκουσίως δὲ (β) μεμολυμμένος ἐν τοῖς
τῆς (γ) ἐπιμιξίας χρόνοις, συννοήσας ὅτι καθ' ὁντιναοῦν τρόπον οὐκ
ἔστιν αὐτῷ σωτηρία, οὐδὲ πρὸς (δ) ἅγιον θυσιαστήριον ἔτι πρόσοδος,
4 (ε) Ἧκε πρὸς τὸν βασιλέα Δημήτριον (ζ) πρώτῳ καὶ πεντηκοστῷ καὶ
ἑκατοστῷ ἔτει, προσάγων αὐτῷ στέφανον χρυσοῦν καὶ φοίνικα, πρὸς δὲ
τούτοις (η) τῶν νομιζομένων θαλλῶν τοῦ ἱεροῦ· καὶ τὴν ἡμέραν ἐ-
κείνην ἡσυχίαν ἔσχε.

MS.A. (α) προγεγονὼς (β) μεμολυσμένος (γ) *ἀμιξίας (δ) τὸ ἅγιον (ε) *Ἦλθεν (ζ) ὡς πρώτῳ καὶ ἑκατοστῷ, καὶ πεντηκοστῷ ἔτει, (η) τοῖς νομιζομένοις

Interp. LAT.

Sed rex accepto gustu audaciæ Judæorum, arte 18
tentabat loca. Et Bæthsuræ, quæ erat Judæ- 19
orum præsidium, castra admovit: sed fugaba-
tur, impingebat, minorabatur. His autem, qui 20
intùs erant, Judas necessaria mittebat. E- 21
nuntiavit autem mysteria hostibus Rodocus de
Judaico exercitu: qui requisitus, comprehen-
sus est, & conclusus. Iterum rex sermonem 22
habuit ad eos qui erant in Bæthsura: dexteram
dedit, accepit, abiit, Commisit cum Juda, 23
superatus est; cognovit rebellâsse Philippum
Antiochiæ; qui relictus erat super negotia;
confusus est: Judæos deprecatus est, subdi-
tusque eis juravit de omnibus quæ justa erant,
& reconciliatus obtulit sacrificium, honora-
vit templum, & in locum humaniter se gessit:
Et Macchabæum amplexatus est: reliquit à 24
Ptolemaide usque ad Gerrenos ducem princi-
pem: Venit Ptolemaidam. Graviter ferebant 25
conventiones Ptolomeenses: indignabantur enim
pro quibus voluerant rumpere fœdera. Ac- 26
cessit Lysias ad tribunal, exposuit rationem,
quantum fieri potuit, persuasit, sedavit, tran-
quillos fecit, regressus est in Antiochiam,
Hoc modo regis profectio & reditus pro-
cessit.

C A P. XIV.

Sed post triennii tempus cognovit Judas, & 1
qui cum eo erant, Demetrium Seleuci, per
portum, qui ad Tripolim, adnavigantem cum
multitudine valida, & classe, Tenuisse regio- 2
nem, postquàm occidisset Antiochum, & ejus
procuratorem Lysiam. Alcimus autem qui- 3
dam, qui summus sacerdos fuerat, sed volun-
tariè coinquinatus temporibus commistionis,
considerans nullo modo sibi esse salutem, neque
accessum ultrà ad sanctum altare, Venit ad 4
regem Demetrium quasi centesimo quinquagesi-
mo primo anno, offerens ei coronam auream,
& palmam, super hæc autem thallos, qui
templi esse videbantur. Et illâ quidem die
siluit.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
[illegible]
1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]

Rex autem ex hoc gustu fortitudinem 18
Judæorum animique promptitudinem
videns, arte ipsos ac dolo subigere
cupiebat. Misitque ad Bethsuram 19
munimentum Judæorum custodiam,
qui cum ipsis confligentes victi sunt,
multóque inferiores tulerunt. Judas 20
autem, obsessis cibaria quibus opus
erat, misit. Et Durocus Judæâ pro- 21
fectus, secretum ipsorum hostibus e-
nuntiavit, quem præcepto Judæ inven-
tum interfecerunt. Iteratò collocutus 22
rex, prope Bethsuram veniens, datâ
acceptâque dexterâ profectus discessit.
profectíque Maccabæani pugnârunt
cum eo, victúsque reversus est. Su- 23
spectans Philippum, quem rebus Anti-
ochiensibus præfecerat, defectionem
à se parare, pacem fecit cum Judæis,
subjecítque se ipsis, & juravit ipsis,
firmavítque cum ipsis amicitiam, ob-
lationésque obtulit, & templum valdè
honoravit, locúmque dilexit, Et Mac- 24
cabæum cum amore multo suscepit.
Reliquit autem præfectum ac ducem, à 25
Ptolemaide usque ad Gazara, Hege-
monidem. Ptolemaidem venit: gra-
viter tulerunt Ptolemaidenses fœdus
quod cum Judæis fecerat; magnoperè
ipsi irati sunt: solvere voluerunt pa-
ctum quod cum ipsis fecerat: Acces- 26
sit ad tribunal Lysias, mentem suam
ipsis exposuit, persuasit ipsis, pacavit
eos, indè profectus est Antiochiam.
Iter enim adventúsque regis ita fuit.

CAP. XIV.

Post tres autem annos venit adver- 1
sùs Maccabæanos Demetrius Seleuci fi-
lius ingressus portum Elas, cum exer-
citu magno & forti, suprà modum ar-
mis instructus; Ut totam terram ca- 2
peret, quia Antiochum & Lysiam domo
ejus præfectum interfecerat. Alcimus 3
autē qui anteà fuerat sacerdos princeps,
tempore autem commixtionis consum-
matam in se pollutionem admiserat,
considerans & videns nullo modo si-
bi ullam spem reliquam esse, nec posse
se ad altare accedere; Profectus ad 4
Demetrium, anno centesimo quinqua-
gesimo primo, attulit ei coronam spi-
cámque auream, & ramos palmarum
ex eis qui in templo sunt, & die qui-
dem isto quievit.

Versio VULG. LAT.

5 Tempus autem opportunum dementiæ suæ nactus,
convocatus à Demetrio ad consilium, & interrogatus
6 quibus rebus & consiliis Judæi niterentur, Respon-
dit; Ipsi qui dicuntur Assidæi Judæorum, quibus præ-
est Judas Machabæus, bella nutriunt, & seditiones
7 movent, nec patiuntur regnum esse quietum. Nam
& ego defraudatus parentum gloriâ (dico autem
8 summo sacerdotio) huc veni: Primò quidem uti-
litatibus regis fidem servans, secundò autem etiam
civibus consulens: nam illorum pravitate universum
9 genus nostrum non minimè vexatur. Sed oro his
singulis, ô rex, cognitis, & regioni, & generi, secun-
dùm humanitatem tuam pervulgatam omnibus, pro-
10 spice. Nam, quamdiu superest Judas, impossibile
11 est, pacem esse negotiis. Talibus autem ab hoc
dictis, & cæteri amici, hostiliter se habentes ad-
12 versùs Judam, inflammaverunt Demetrium. Qui
statim Nicanorem præpositum elephantorum ducem
13 misit in Judæam: Datis mandatis, ut ipsum quidem
Judam caperet; eos verò, qui cum illo erant, dis-
pergeret, & constitueret Alcimum maximi templi
14 summum sacerdotem. Tunc gentes, quæ de Judæa
fugerant Judam, gregatim se Nicanori miscebant;
miserias & clades Judæorum, prosperitates rerum
15 suarum existimantes. Audito itaque Judæi Nicano-
ris adventu, & conventu nationum, conspersi ter-
râ rogabant eum, qui populum suum constituit, ut
in æternum custodiret, quique suam portionem si-
16 gnis evidentibus protegit. Imperante autem du-
ce, statim indè moverunt, conveneruntque ad ca-
17 stellum Dessau. Simon verò frater Judæ commi-
serat cum Nicanore: sed conterritus est repentino
18 adventu adversariorum. Nicanor tamen, audiens
virtutem comitum Judæ, & animi magnitudinem,
quam pro patriæ certaminibus habebant, sanguine
judicium facere metuebat.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΏΝ Β΄.

5 Καιρὸν δὲ λαβὼν τῆς ἰδίας ἀνοίας συνεργὸν, προσκληθεὶς εἰς συνέ-
δριον ὑπὸ τοῦ Δημητρίου, καὶ ἐπερωτηθεὶς, ἐν τίνι διαθέσει καὶ
6 βουλῇ(α) καθεστήκασιν οἱ Ἰουδαῖοι, Πρὸς ταῦτα ἔφη, Οἱ λεγόμε-
νοι τῶν Ἰουδαίων Ἀσιδαῖοι, ὧν ἀφηγεῖται Ἰούδας ὁ Μακκαβαῖ-
ος, πολεμοτροφοῦσι καὶ στασιάζουσιν, οὐκ ἐῶντες τὴν βασιλείαν
7 εὐσταθείας τυχεῖν. Ὅθεν ἀφελόμενος τὴν προγονικὴν δόξαν, (β) λέγω
8 δὴ τὴν ἀρχιερωσύνην, (γ) δεῦρο νῦν ἐλήλυθα, Πρῶτον μὲν ὑπὲρ τῶν
ἀνηκόντων τῷ βασιλεῖ γνησίως φρονῶν, δεύτερον δὲ καὶ τῶν
ἰδίων πολιτῶν (δ) στοχαζόμενος· τῇ μὲν γὰρ τῶν προειρημένων
9 ἀλογιστίᾳ τὸ σύμπαν ἡμῶν γένος οὐ μικρῶς ἀκληρεῖ. Ἕκαστα δὲ
τούτων ἐπεγνωκὼς σὺ βασιλεῦ, καὶ τῆς χώρας καὶ τοῦ περιϊσταμένου
γένους ἡμῶν (ε) προνοήθητι, καθ᾽ ἣν ἔχεις πρὸς ἅπαντας εὐαπάντη-
10 τον φιλανθρωπίαν. Ἄχρι γὰρ Ἰούδας περίεστιν, ἀδύνατον εἰ-
11 ρήνης τυχεῖν τὰ πράγματα. Τοιούτων δὲ ῥηθέντων ὑπὸ τούτου,
θᾶττον οἱ λοιποὶ φίλοι δυσμενῶς ἔχοντες τὰ πρὸς τὸν Ἰούδαν προσ-
12 επύρωσαν τὸν Δημήτριον. (ζ) Προσκαλεσάμενος δὲ εὐθέως (η) Νι-
κάνορα τὸν γενόμενον ἐλεφαντάρχην, καὶ στρατηγὸν ἀναδείξας τῆς
13 Ἰουδαίας, ἐξαπέστειλε, Δοὺς (θ) ἐντολὰς, αὐτὸν μὲν τὸν (ι) Ἰούδαν ἐπαν-
ελέσθαι, τοὺς δὲ σὺν αὐτῷ σκορπίσαι, καταστῆσαι δὲ Ἄλκιμον
14 ἀρχιερέα τοῦ μεγίστου ἱεροῦ. (κ) Τὰ δὲ ἐκ τῆς Ἰουδαίας πεφυγαδευκό-
τα τὸν Ἰούδαν ἔθνη συνέμισγον ἀγεληδὸν τῷ Νικάνορι, τὰς
τῶν Ἰουδαίων ἀτυχίας καὶ συμφορὰς, ἰδίας εὐημερίας δοκοῦντες
15 ἔσεσθαι. Ἀκούσαντες δὲ τὴν τοῦ Νικάνορος ἔφοδον καὶ τὴν ἐπίθεσιν τῶν
ἐθνῶν, καταπασάμενοι γῆν (λ) ἐλιτάνευον τὸν ἄχρι αἰῶνος συστήσαν-
τα τὸν (μ) ἑαυτοῦ λαὸν, ἀεὶ δὲ μετ᾽ ἐπιφανείας (ν) ἀντιλαμβανόμενον τῆς
16 ἑαυτοῦ μερίδος. Προστάξαντος δὲ τοῦ ἡγουμένου, ἐκεῖθεν εὐθέως
17 (ξ) ἀνέζευξαν, καὶ συμμίσγουσιν αὐτοῖς ἐπὶ κώμην Δεσσαοῦ. Σίμων
δὲ ὁ ἀδελφὸς Ἰούδα συμβεβληκὼς ἦν τῷ Νικάνορι, (ο) βραχέως δὲ
18 διὰ τὴν αἰφνίδιον τῶν ἀντιπάλων ἀφασίαν ἐπταικώς. Ὅμως δὲ
ἀκούων ὁ Νικάνωρ ἣν εἶχον οἱ περὶ τὸν Ἰούδαν ἀνδραγαθίαν, καὶ ἣν
τοῖς (π) ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀγῶσιν εὐψυχίαν, (ρ) ὑπεστέλλετο τὴν
κρίσιν δι᾽ αἱμάτων ποιήσασθαι.

MS.A. (α) *καθέστηκεν (β) λέγων (γ) δεύτερον (δ) στοχασάμενος· (ε) προσνοήθητι, (ζ) Προχειρισάμενος (η) τὸν Νικάνορα (θ) ἐπιστολὰς, (ι) Ἰούδα (κ) Οἱ δὲ ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας πεφυγαδευκότες (λ) ἐλιτάνευσαν (μ) αὐτοῦ (ν) ἀντιλαμβανόμενος (ξ) ἀναζεύξας συμμίσγει (ο) βραδέως (π) περὶ τῆς (ρ) ὑπευλαβεῖτο

Interp. LAT.

Tempus autem opportunum dementiæ suæ nactus,
convocatus à Demetrio ad consilium, & interro-
gatus, quâ dispositione & consilio Judæi nite-
rentur, Ad hæc respondit; Ipsi, qui dicuntur
Asidæi Judæorum, quibus præest Judas Mac-
cabæus, bella nutriunt, & seditiones movent,
nec patiuntur regnum esse quietum. Quarè de-
fraudatus majorum gloriâ, (dico autem summo
sacerdotio,) huc nunc veni, Primò quidem de
rebus ad regem spectantibus legitimè sentiens, se-
cundò autem etiam propriis civibus consulens.
Nam illorum pravitate universum genus nostrum
non minimè vexatur. Sed his singulis, ô rex,
cognitis, & regioni, & obsesso generi nostro pro-
spice pro ea quam erga omnes habes obviam hu-
manitatem. Nam quamdiu superest Judas, im-
possibile est pacem esse negotiis. Talibus au-
tem ab hoc dictis, citò cæteri amici hostiliter
habentes adversùs Judam inflammaverunt De-
metrium. Advocans autem confestim Nicanorem
præpositum elephantorum, & ducem declarans
Judææ, misit: Datis mandatis, ut ipsum qui-
dem Judam occideret; eos verò qui cum illo
erant, dispergeret, & constitueret Alcimum ma-
ximi templi summum sacerdotem. Tunc gentes,
quæ de Judæa fugerant Judam, gregatim se Ni-
canori miscebant, miserias & clades Judæorum
prosperitates rerum suarum æstimantes fore. Au-
dito itaque Nicanoris adventu, & conventu na-
tionum, conspersi terrâ, rogabant eum qui popu-
lum suum constituit in æternum, quique suam
portionem signis evidentibus protegebat. Impe-
rante autem duce, statim indè moverunt, & com-
miscent se eis ad castellum Dessau. Simon verò
frater Judæ commiserat cum Nicanore, pau-
lùm verò ob repentinum adversariorum adventum
timore prolapsus. Nicanor tamen audiens vir-
tutem comitum Judæ, & animi magnitudinem,
quam in certaminibus pro patria habebant; san-
guine judicium facere metuebat.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

5 [illegible]
[illegible]
6 [illegible]
[illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
[illegible]
[illegible]
9 [illegible]
[illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
[illegible]
13 [illegible]
[illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
[illegible]
[illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Cùm autẽ invenisset Alcimus locum audaciæ & impietati suæ, vocatus à Demetrio ad consessũ, interrogante eũ verbis rege; Quâ mente ac cogitatione munirent se adeò Judæi; Respondens dixit ei; Judæorum illi qui Zelatores dicuntur, quibus præest Judas Maccabæus, defectiones concitant, belláque confirmant; nec regnum pacatum esse sinunt. Quare ego etiam relicto honore paterno, sacerdotum principatu, veni ecce ad te bis: Quia onus solicitudinis rerum regis in me suscepi: deindè propter filios populi nostri: video enim elationem & superbiam horum quos prædixi, quomodo conterant populum nostrum, ne minimo quidem tempore quiescere eum sinentes. Tu autem rex hæc cùm resciveris, suscipe onus terræ gentísque nostræ mœstæ & afflictæ, secundùm humanitatem quam habes erga omnes homines. Vivo enim Judâ, ut in terra nostra pax fit, fieri non potest. Quæ cùm ab eo rex accepisset, confestim amici regis etiam, quòd cum Juda inimicitias gererent, incenderunt iram Demetrii adversùs eum. Statim igitur Demetrius, vocato Nicanore, qui elephantis præerat, præfecto ac duce, epistolis ei datis misit cum mandatis; Ut Judam interficeret, eos qui cum eo erant dispergeret, Alcimúmque in summo templi magni & gloriosi sacerdotio constitueret. Tunc gentes quæ de Judæa exulabant, venientes cum Nicanore se commiscebant, læti & gaudentes de angustiis ac dolore quæ Maccabæanis accidebant. Qui cùm de adventu Nicanoris, deque insurrectione gentium accepissent, injecto capitibus pulvere clamantes orabant coram eo qui semper ipsis auxilio fuerat, semperque palam hæreditatem suam redimit. Cúmq; præcipiente Juda, armis se accinxissent, illicò profecti occurrerunt ipsis ad oppidum cui nomen Dessu. Et cùm frater Judæ Simeon festinatò in Nicanorem impetum fecisset, turbati sunt ab eo, propter repentinum in ipsum incursum. Nicanor autem auditâ Maccabæorum fortitudine, & victoriis, & quo pacto pro populo & loco se suo traderent, noluit cæde & sanguine decernere,

Versio VULG. LAT.

19 Quam ob rem præmisit Posidonium, & Theodotium,
20 & Matthiam, ut darent dextras atque acciperent. Et
cùm diu de his consilium ageretur, & ipse dux ad
multitudinem retulisset, omnium una fuit sententia
21 amicitiis annuere. Itaque diem constituerunt, quâ
secretò inter se agerent: & singulis sellæ prolatæ
22 sunt, & positæ. Præcepit autem Judas armatos esse
locis opportunis, ne fortè ab hostibus repentè mali
aliquid oriretur: & congruum colloquium fecerunt.
23 Morabatur autem Nicanor Jerosolymis, nihilque ini-
què agebat, gregésque turbarum, quæ congregatæ
24 fuerant, dimisit. Habebat autem Judam semper cha-
25 rum ex animo, & erat viro inclinatus. Rogavítque
eum ducere uxorem, filiósque procreare. Nuptias
26 fecit: quietè egit, communitérque vivebant. Alci-
mus autem, videns charitatem illorum ad invicèm,
& conventiones, venit ad Demetrium, & dicebat,
Nicanorem rebus alienis assentire, Judámque regni
27 insidiatorem successorem sibi destinâsse. Itaque rex
exasperatus, & pessimis hujus criminationibus irri-
tatus, scripsit Nicanori, dicens; Graviter quidem se
ferre de amicitiæ conventione, jubere tamen Macha-
28 bæum citiùs vinctum mittere Antiochiam. Quibus
cognitis, Nicanor consternabatur, & graviter fere-
bat, si ea, quæ convenerant, irrita faceret, nihil læsus
29 à viro: Sed, quia regi resistere non poterat, op-
portunitatem observabat, quâ præceptum perficeret.
30 At Machabæus, videns secum austeriùs agere Nica-
norem, & consuetum occursum ferociùs exhiben-
tem, intelligens non ex bono esse austeritatem istam,
paucis suorum congregatis, occultavit se à Nicanore.
31 Quod cùm ille cognovit fortiter se à viro præven-
tum, venit ad maximum & sanctissimum templum:
& sacerdotibus solitas hostias offerentibus, jussit sibi
32 tradi virum. Quibus cum juramento dicentibus ne-
scire se ubi esset qui quærebatur, extendens manum
ad templum,

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β'.

19 Διόπερ ἔπεμψε Ποσειδώνιον καὶ Θεόδοτον καὶ Ματταθίαν, δοῦναι καὶ
20 λαβεῖν δεξιάς. Πλείονος δὲ γενομένης περὶ τούτων ἐπισκέψεως, καὶ
τοῦ (α) ἡγεμόνος τοῖς πλήθεσιν ἀνακοινωσαμένου, καὶ φανείσης (β) ὁμο-
21 ψήφου γνώμης, ἐπένευσαν ταῖς συνθήκαις. Ἐτάξαντο δὲ ἡμέ-
ραν ἐν ᾗ κατ' ἰδίαν ἥξουσιν εἰς τὸ αὐτό· καὶ (γ) προῆλθε, καὶ παρ'
22 ἑκάστου διαφόρους ἔθεσαν δίφρους. Διέταξεν Ἰούδας ἐνόπλους
ἑτοίμους ἐν τοῖς ἐπικαίροις τόποις, μήποτε ἐκ τῶν πολεμίων αἰ-
φνιδίως κακουργία γένηται. τὴν ἁρμόζουσαν ἐποιήσαντο κοινολογίαν.
23 (δ) Διέτριβεν δὲ ὁ Νικάνωρ ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ ἔπραττεν οὐθὲν
24 ἄτοπον· τοὺς δὲ συναχθέντας ἀγελαίους ὄχλους ἀπέλυσε. Καὶ εἶ-
χε τὸν Ἰούδαν διαπαντὸς ἐν προσώπῳ, ψυχικῶς τῷ ἀνδρὶ
25 προσκέκλιτο. Παρεκάλεσεν αὐτὸν γῆμαι καὶ παιδοποιήσα-
26 σθαι. ἐγάμησεν, εὐστάθησεν, ἐκοινώνησε βίου. Ὁ δὲ Ἄλκιμος
συνιδὼν τὴν πρὸς ἀλλήλους εὔνοιαν καὶ τὰς γενομένας συνθή-
κας, (ε) ἀναλαβὼν, ἧκε πρὸς τὸν Δημήτριον, καὶ ἔλεγε τὸν Νικάνο-
ρα ἀλλότρια φρονεῖν τῶν πραγμάτων· τὸν γὰρ ἐπίβουλον τῆς βα-
27 σιλείας (ζ) Ἰούδαν διάδοχον ἀναδέδειχεν ἑαυτοῦ. Ὁ δὲ βασιλεὺς
ἔκθυμος γενόμενος, καὶ ταῖς τοῦ παμπονήρου (η) ἐρεθισθεὶς διαβο-
λαῖς, ἔγραψε Νικάνορι φάσκων, Ὑπὲρ μὲν τῶν συνθηκῶν βαρέ-
ως φέρειν, κελεύων δὲ τὸν Μακκαβαῖον δέσμιον ἐξαποστέλλειν (θ) τα-
28 χέως εἰς Ἀντιόχειαν. Προσπεσόντων δὲ τούτων τῷ Νικάνορι,
συνεκέχυτο καὶ δυσφόρως ἔφερεν, εἰ τὰ διεσταλμένα ἀθετήσει μη-
29 δὲν τοῦ ἀνδρὸς ἠδικηκότος. Ἐπεὶ δὲ τῷ βασιλεῖ ἀντιπράττειν
30 οὐκ ἦν, εὔκαιρον ἐτήρει στρατηγήματι (ι) τοῦτ' ἐπιτελέσαι. Ὁ δὲ
Μακκαβαῖος αὐστηρότερον (κ) διεξάγοντα συνιδὼν τὸν Νικάνορα
(λ) πρὸς αὐτὸν, καὶ τὴν (μ) εἰθισμένην ἀπάντησιν (ν) ἀγροικοτέραν
ἐσχηκότα, νοήσας οὐκ ἀπὸ τοῦ βελτίστου τὴν αὐστηρίαν εἶναι, συστρέψας οὐκ
31 ὀλίγους τῶν περὶ (ξ) ἑαυτὸν, συνεκρύπτετο τὸν Νικάνορα. Συγ-
γνοὺς δὲ ὁ ἕτερος ὅτι γενναίως ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἐστρατήγηται, πα-
ραγενόμενος ἐπὶ τὸ μέγιστον καὶ ἅγιον ἱερὸν, τῶν ἱερέων τὰς καθη-
32 κούσας θυσίας προσαγόντων, ἐκέλευσε παραδιδόναι τὸν ἄνδρα. Τῶν
δὲ μεθ' ὅρκων φασκόντων μὴ γινώσκειν ποῦ ποτ' ἐστὶν ὁ ζητούμενος,
προτείνας τὴν δεξιὰν (ο) εἰς τὸν ναὸν,

MS.A. (α) ἡγουμένου (β) ὁμοιοψήφου συγγνώμης, (γ) προῆλθεν παρ' ἑκάστου δίφρας ἔθεσαν (δ) Διέτριβεν ὁ (ε) λαβὼν, (ζ) αὐτοῦ Ἰούδαν διάδοχον ἀπέδειξεν. Ὁ δὲ (η) διαβολαῖς ἐρεθισθεὶς, ἔγραψεν Νικάνορι, Ὑπὲρ μὲν τῶν συνθηκῶν, φάσκων, βαρέως (θ) εἰς Ἀντιόχειαν ταχέως. (ι) τοῦ ἐπιτελέσαι, (κ) διεξαγαγόντα (λ) τὰ πρὸς (μ) ἠθισμένην (ν) ἀγροικότερον (ξ) αὐτὸν, (ο) ἐπὶ

Interp. LAT.

Quamobrèm misit Posidonium, & Theodotum, & 19
Mattathiam, ut darent dextras, atque accipe-
rent. Et cùm diu de his consilium ageretur, & 20
ipse dux ad multitudinem retulisset, & omni-
um una appareret sententia, annuerunt conven-
tionibus. Itaque diem constituerunt, quâ secre- 21
tò inter se agerent: & (a) processit, & ab uno-
quoque diversas posuerunt sellas. Disposuit au- 22
tem Judas armatos paratos in opportunis locis;
ne fortè ab hostibus repente mali aliquid oriretur.
Congruum colloquium fecerunt. Morabatur au- 23
tem Nicanor Hierosolymis, nihilque iniqui
agebat, gregésque turbarum, quæ congregatæ
fuerant, dimisit: Habebat autem semper 24
Judam in conspectu: ex animo erat viro incli-
natus: Rogavitque eum ducere uxorem, filiós- 25
que procrearet. Nuptias fecit, quietè egit, com-
muniter vivebant. Alcimus autem videns cha-
ritatem illorum ad invicèm, & factas conventi- 26
ones assumens, venit ad Demetrium, & dicebat
Nicanorem aliena sentire à (b) rebus: Judam
enim regni insidiatorem successorem sibi designa-
vit. Itaque rex exasperatus, & pessimi hujus 27
criminationibus irritatus, scripsit Nicanori, di-
cens; Graviter quidem se ferre de conventioni-
bus, jubens autem Maccabæum citiùs vinctum
mittere Antiochiam. Quibus cognitis Nicanor 28
confusus erat, & graviter ferebat, si ea quæ con-
venerant, irrita faceret, nullâ à viro factâ in-
juriâ. Sed quia regi resistere non poterat; op- 29
portunitatem observabat, ut id stratagemate per-
ficeret. At Maccabæus videns secum austeriùs 30
agere Nicanorem, & consuetum occursum feroci-
ùs exhibentem, intelligens non ex bono esse au-
steritatem istam, non paucis suorum co gregatis,
occultabat se à Nicanore. Quod cùm ille cogno- 31
vit, fortiter se à viro astutiâ præventum; venit
ad maximum & sanctum templum, & sacerdo-
tibus solitas hostias offerentibus jussit tradere vi-
rum. Quibus cum juramento dicentibus nesci- 32
re se, ubi esset qui quærebatur, extendens dexte-
ram ad templum,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]

Sed misit Posidonium, Theodotum & 19
Mattitham qui dextram darent & ac-
ciperent. Quod cùm accepisset Ju- 20
das, consilio cum populo capto, col-
latísque sententiis, quòd viderent ver-
ba hæc esse pacifica, pacem cum eo
fieri annuit. Statutúsque est dies quo 21
alter alterum viderent: circundati au-
tem erant utrinque, qui arma induti e-
rant, Præceperátque suis Judas, accin-
gi armis; Staréque paratos in locis 22
quos cavebant, ne fortè derepentè do-
lus aliquis existeret: viderúntque al-
ter alterum cum pace multa, quæque
ad quietem attinent, locuti sunt. Mo- 23
rabatur autem Nicanor Jerosolymis, nec
quicquam mali faciebat, gentibus, quæ
ad eum se aggregaverant, dimissis: Ju- 24
dámque amore multo complectebatur,
erátque perpetuò cum eo, vultu hila-
ri. Petiit ab eo, persuasítque, ut uxo- 25
re sumptâ susciperet liberos: uxorem
sumpsit, & communicavit seculo. Alci- 26
mus autem, videns amoris ejus inte-
gritatem qui ipsis inter se erat, Ni-
canori & Judæ, profectus ad regem
Demetrium, dixit ei de Nicanore; Fa-
ctus est à regno omnibúsque rebus tu-
is alienus: Judam enim, regni tui ho-
stem, socium sibi ac amicum fecit.
Cúmque rex calumnias inimici ac- 27
cepisset, incensus furore multo, scri-
psit Nicanori, de amicitia cum Juda
suo, asperé: Jussítque ut ligatum vin-
culis Maccabæum statim Antiochiam
mitteret. Nicanor, epistolâ acceptâ, 28
linquente animo angustiis pressus est,
ut qui erga Judam, qui nihil in pacta
commiserat, mutari nollet. Sed regis 29
præcepto repugnari non poterat: Quæ-
rebátque quâ occasione ipsum prehen- 30
deret. Maccabæus autem videns vul-
tum erga se Nicanoris non eundem es-
se qui pridem, sed tristem, & ab eo di-
versû qui semper fuerat, planè mutatû
eum erga se esse perspexit: coactís-
que suorum non paucis, à Nicanore
digressus est. Cui cùm paratum esse 31
Judam, copiísque cinctum, innotuisset,
ingressus templum magnum & sanctum,
stantibus sacerdotibus, & oblatione
offerentibus; Cedo mihi, inquit, Ju-
dam. Qui cùm jurati respondissent; 32
Non vidisse se ipsum, nec ubi sit nosse;
manu è regione templi elatâ,

Versio VULG. LAT.

33 Juravit, dicens; Nisi Judam mihi vinctum tradide-
ritis, istud Dei fanum in planitiem deducam, & al-
tare effodiam, & templum hoc Libero patri conse-
34 crabo. Et his dictis, abiit. Sacerdotes autem pro-
tendentes manus in cœlum, invocabant eum, qui
semper propugnator esset gentis ipsorum, hæc dicen-
35 tes; Tu, Domine universorum, qui nullius indiges,
voluisti templum habitationis tuæ fieri in nobis.
36 Et nunc, sancte sanctorum omnium Domine, con-
serva in æternum impollutam domum istam, quæ
37 nuper mundata est. Razias autem quidam de se-
nioribus ab Jerosolymis delatus est Nicanori, vir
amator civitatis, & benè audiens: qui pro affectu
38 Pater Judæorum appellabatur. Hic multis tempo-
ribus continentiæ propositum tenuit in Judaismo,
corpúsque & animam tradere contentus pro perse-
39 verantia. Volens autem Nicanor manifestare odi-
um, quod habebat in Judæos, misit milites quin-
40 gentos, ut eum comprehenderent. Putabat enim,
si illum decepisset, se cladem Judæis maximam illa-
41 turum. Turbis autem irruere in domum ejus, &
januam disrumpere, atque ignem admovere cupi-
entibus, cùm jam comprehenderetur, gladio se
42 petiit; Eligens nobiliter mori potiùs, quàm sub-
ditus fieri peccatoribus, & contra natales suos in-
43 dignis injuriis agi. Sed, cùm per festinationem
non certo ictu plagam dedisset, & turbæ intra ostia
irrumperent, recurrens audacter ad murum, præcipi-
44 tavit semetipsum viriliter in turbas; Quibus velo-
citer locum dantibus casui ejus, venit per mediam
45 cervicem: Et cùm adhuc spiraret, accensus ani-
mo, surrexit: & cùm sanguis ejus magno fluxu de-
flueret, & gravissimis vulneribus esset saucius, cursu
turbam pertransiit:

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ Β'.

33 (α) Ταῦτα ὤμοσεν, Ἐὰν μὴ δέσμιόν μοι τὸν Ἰούδαν παραδῶτε, (β) τόν-
δε τοῦ Θεοῦ σηκὸν εἰς πεδίον ποιήσω, καὶ τὸ θυσιαστήριον κατασκάψω, καὶ
34 ἱερὸν ἐνταῦθα τῷ (γ) Διονύσῳ ἐπιφανὲς ἀναστήσω. Τοσαῦτα δὲ εἰπὼν
ἀπῆλθεν. οἱ δὲ ἱερεῖς προτείναντες τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρα-
νὸν, ἐπεκαλοῦντο τὸν διαπαντὸς ὑπέρμαχον τοῦ ἔθνους ἡμῶν,
35 ταῦτα λέγοντες, Σὺ κύριε τῶν ὅλων ἀπροσδεὴς ὑπάρχων,
(δ) εὐδόκησας ναὸν τῆς σῆς (ε) κατασκηνώσεως ἐν ἡμῖν γενέσθαι.
36 Καὶ νῦν ἅγιε παντὸς ἁγιασμοῦ κύριε, διατήρησον εἰς αἰῶνα
37 ἀμίαντον τόνδε τὸν προσφάτως (ζ) κεκαθαρισμένον οἶκον. Ῥαζὶς
δέ τις τῶν ἀπὸ Ἱεροσολύμων πρεσβυτέρων, ἐμηνύθη τῷ Νι-
κάνορι, ἀνὴρ φιλοπολίτης καὶ σφόδρα καλῶς ἀκούων, καὶ κατὰ
38 τὴν εὔνοιαν Πατὴρ τῶν Ἰουδαίων προσαγορευόμενος. Ἦν γὰρ
ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις τῆς ἀμιξίας (η) κρίσιν εἰσενηνεγμέ-
νος Ἰουδαϊσμοῦ, καὶ σῶμα, καὶ ψυχὴν ὑπὲρ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ πα-
39 ραβεβλημένος μετὰ πάσης ἐκτενίας. Βουλόμενος δὲ Νικάνωρ
πρόδηλον ποιῆσαι ἣν εἶχε πρὸς τοὺς Ἰουδαίους δυσμένειαν,
ἀπέστειλε στρατιώτας ὑπὲρ τοὺς πεντακοσίους συλλαβεῖν αὐτόν.
40 Ἔδοξε γὰρ, ἐκεῖνον συλλαβὼν, τούτοις (θ) ἐργάσασθαι συμφο-
41 ράν. Τῶν δὲ πληθῶν μελλόντων τὸν πύργον καταλαβέσθαι, καὶ τὴν
αὐλαίαν θύραν βιαζομένων, καὶ κελευόντων πῦρ προσάγειν καὶ
τὰς θύρας ὑφάπτειν, περικατάληπτος γενόμενος ὑπέθηκεν
42 ἑαυτῷ (ι) ξίφος, Εὐγενῶς θέλων ἀποθανεῖν, ἤπερ τοῖς ἀλιτη-
ρίοις ὑποχείριος γενέσθαι, καὶ τῆς ἰδίας εὐγενείας ἀναξίως
43 ὑβρισθῆναι. Τῇ δὲ πληγῇ μὴ (κ) καταθικτήσας διὰ τὴν τοῦ ἀ-
γῶνος σπουδὴν, καὶ τῶν ὄχλων (λ) εἴσω τῶν θυρωμάτων (μ) εἰσβαλόν-
των, ἀναδραμὼν γενναίως ἐπὶ τὸ τεῖχος, κατεκρήμνισεν
44 ἑαυτὸν (ν) ἀνδρείως εἰς τοὺς ὄχλους. Τῶν δὲ ταχέως ἀναποδι-
σάντων, γενομένου διαστήματος ἦλθε κατὰ μέσον τὸν κενεῶνα.
45 Ἔτι δὲ ἔμπνους ὑπάρχων καὶ πεπυρωμένος τοῖς θυμοῖς, ἐξανα-
στὰς φερομένων κρουνηδὸν τῶν αἱμάτων, καὶ (ξ) δυσχερῶν ὄντων
τῶν τραυμάτων, δρόμῳ τοὺς ὄχλους (ο) διελθὼν,

MS. A. (α) Ὤμοσεν ταῦτα, (β) τόνδε τὸν τοῦ (γ) Διονύσῳ (δ) ηὐδόκησας (ε) σκηνώσεως (ζ) κεκαθαρισμένον (η) κρίσις (θ) ἐνεργάσασθαι (ι) τὸ ξίφος, (κ) κατευθυκτήσας (λ) ἔσω (μ) εἰσβαλλόντων, (ν) ἀνδρωδῶς (ξ) δυσχερῶν τῶν τραυμάτων ὄντων, (ο) * διελθόντων,

Interp. LAT.

Juravit hæc; Nisi Judam mihi vinctum tradideritis, istud Dei phanum in planitiem deducam, & altare effodiam, & templum hic Libero illustre erigam. Et his dictis abiit. Sacerdotes autem protendentes manus in cœlum, invocabant eum qui semper protector esset gentis nostræ, hæc dicentes; Tu, Domine universorum, qui nullius indiges, voluisti templum habitationis tuæ fieri in nobis. Et nunc, sancte omnis sanctitatis Domine, conserva in æternum impollutam domum istam, quæ nuper mundata est. Razias autem quidam de senioribus ab Hierosolymis delatus est Nicanori, vir amator civitatis, & valdè benè audiens, & qui pro bono affectu, Pater Judæorum appellabatur. Hic enim superioribus temporibus continentiæ propositum tenuerat Judaismi, corpúsque & animam pro Judaismo tradiderat cum omni perseverantia. Volens autem Nicanor manifestare odium, quod habebat in Judæos, misit milites supra quingentos, ut eum comprehenderent: Putabat enim, si illum cepisset, cladem se istis allaturum. Turbis autem jam occupaturis turrim, & aulæ ostio vim facientibus, & ignem admovere jubentibus, & portas incendi, undique comprehensus gladium sibi supposuit, Eligens nobiliter mori potiùs, quàm subditus fieri peccatoribus, & nobilitate suâ indignis injuriis affici. Sed cùm per contentionis festinationem non recto ictu plagam dedisset, & turbæ intra ostia irrupissent; recurrens generosè ad murum, præcipitavit semetipsum viriliter in turbas. Quibus velociter locum dantibus, facto spatio venit per medium ventrem. Et cùm adhuc spiraret, & animo esset accensus, surgens, cum sanguis instar fontis deflueret, & gravissima essent vulnera; cursu turbas pertransiens,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 41 [illegible]
42 [illegible]
43 [illegible]
44 [illegible]
45 [illegible]

Sic ipsis juravit; Nisi mihi vinctum Judam tradatis, hoc Dei templum solo æquabo, destructóq; altari, illustre templū ejus loco Dionysio ædificabo. Et his dictis discessit. Sacerdotes autem passis ad habitatorem cœli manibus, cum clamore petebant ab eo qui semper auxilio fuerat populo suo, dicentes; Tu Domine omnium, nullius indigens, voluisti eligere locum templo tuo, ut inter nos majestatem tuam collocares. Et nunc Domine, omnium sanctorum Sancte, tu custodies locum hunc ac templum, hoc tempore repurgatum, à macula immunem: & omne os impiorum obtura. Vir autem quidam nomine Ragesh, ex senioribus Jerosolymorum, delatus est ad Nicanorem, quod amator esset civitatis suæ, famâque supra modum bonâ, qui, propter animum bonum & benignum, vocaretur, Pater Judæorum. Olim autem in judicium vocatus fuerat, quòd non sineret peccatum fieri in populo Judaico, traditâ animâ & corpore, cum omnibus precibus & supplicationibus, pro Judaismo. Nicanor autem, odium quo Judæos prosequebatur palam facere studens, de servis suis quasi quingentos misit ut eum caperent. Dicebat enim; Hoc capto, ægrè admodum faciam Judæis. Veniens igitur turba, cùm atrium circundedisset, portas aperire studebat ignéque incendere. Ipse cùm propè esse eos cerneret, ut ipsum caperent, sumpto gladio ventrem percussit: Eò quòd liber mori mallet, quàm impiis & iniquis tradi, qui senectutem ejus honorandam, probro afficerent. Non respondente autem plagâ ipsius, propter festinationis trepidationem, turbis atrii portam ingressis, exiliens & in murum viriliter fortitérque ascendens, in medios ipsos se projecit. Qui cùm hoc viderent, decedentes, locū dederunt. Ipse autē adhuc vivus, zelo indignationis accensus, exiliens substitit, effluente à se sanguine multo, propter asperitatem vulnerum: cursúque cùm turbas pertransiisset,

Versio VULG. LAT.

46 Et stans supra quandam petram præruptam, & jam
exsanguis effectus, complexus intestina sua, utrisque
manibus projecit super turbas, invocans Domina-
torem vitæ ac spiritûs, ut hæc illi iterùm redderet:
atque ita vitâ defunctus est.

CAP. XV.

1 Nicanor autem, ut comperit Judam esse in locis
Samariæ, cogitavit cum omni impetu die sabbati
2 committere bellum. Judæis verò, qui illum per ne-
cessitatem sequebantur, dicentibus; Ne ita ferociter
& barbarè feceris, sed honorem tribue diei sanctifi-
3 cationis, & honora eum, qui universa conspicit: Ille
infelix interrogavit, Si est potens in cœlo, qui im-
4 peravit agi diem sabbatorum. Et respondentibus
illis; Est Dominus vivus ipse in cœlo potens, qui
5 jussit agi septimam diem. At ille ait; Et ego po-
tens sum super terram, qui impero sumi arma, &
negotia regis impleri. Tamen non obtinuit ut con-
6 silium perficeret. Et Nicanor quidem cum summa
superbia erectus, cogitaverat commune trophæum
7 statuere de Juda. Machabæus autem semper con-
fidebat cum omni spe auxilium sibi à Deo affutu-
8 rum. Et hortabatur suos ne formidarent ad adven-
tum nationum, sed in mente haberent adjutoria sibi
facta de cœlo, & nunc sperarent ab Omnipotente
9 sibi affuturam victoriam. Et allocutus eos de lege
& prophetis, admonens etiam certamina quæ fe-
10 cerant priùs, promptiores constituit eos: Et ita
animis eorum erectis, simul ostendebat Gentium
11 fallaciam, & juramentorum prævaricationem. Sin-
gulos autem illorum armavit, non clypei & hastæ
munitione, sed sermonibus optimis, & exhortatio-
nibus, exposito digno fide somnio, per quod uni-
versos lætificavit.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β'.

46 Καὶ στὰς ἐπί τινος πέτρας (α) ἀποῤῥωγάδος, παντελῶς ἔξαιμος ἤδη
(β) γινόμενος, προβαλὼν τὰ ἔντερα, καὶ λαβὼν ἑκατέραις ταῖς
χερσὶν, ἐνέσεισε τοῖς ὄχλοις· καὶ ἐπικαλεσάμενος τὸν δεσπό-
ζοντα τῆς ζωῆς καὶ τοῦ πνεύματος, (γ) ταῦτα αὐτῷ πάλιν ἀπο-
δοῦναι, τόνδε τὸν τρόπον μετήλλαξεν.

MS.A. (α) ἀποῤῥωγὸς, (β) γινόμενος, (γ) τὰ αὐτὰ

ΚΕΦ. ιε'.

1 Ὁ δὲ Νικάνωρ μεταλαβὼν τοὺς περὶ τὸν Ἰούδαν ὄντας ἐν τοῖς
κατὰ Σαμάρειαν τόποις, ἐβουλεύσατο τῇ τῆς καταπαύσεως ἡμέρᾳ
2 μετὰ πάσης ἀσφαλείας αὐτοῖς ἐπιβαλεῖν. Τῶν δὲ (α) κατ' ἀνάγκην
συνεπομένων αὐτῷ Ἰουδαίων, λεγόντων, Μηδαμῶς οὕτως ἀγρίως καὶ
βαρβάρως ἀπολέσῃς, δόξαν δὲ ἀπομέρισον τῇ προτετιμημένῃ ὑπὸ τοῦ
3 πάντα ἐφορῶντος μεθ' ἁγιότητος ἡμέρᾳ. Ὁ δὲ (β) τρισαλιτήριος ἐπη-
ρώτησεν, Εἰ ἔστιν ἐν οὐρανῷ (γ) δυνάστης ὁ προστεταχὼς ἄγειν τὴν τῶν σαβ-
4 βάτων ἡμέραν; Τῶν (δ) δὲ ἀποφηναμένων, Ἔστιν ὁ κύριος ζῶν αὐτὸς
5 ἐν οὐρανῷ δυνάστης, ὁ κελεύσας ἄγειν τὴν ἑβδομάδα· Ὁ δὲ ἕτε-
ρος, (ε) Κἀγώ φησι, δυνάστης ἐπὶ τῆς γῆς ὁ προστάσσων αἴρειν
(ζ) ὅπλα, καὶ τὰς βασιλικὰς χρείας ἐπιτελεῖν. ὅμως οὐ κατέσχεν
6 ἐπιτελέσαι τὸ σχέτλιον αὐτοῦ βούλημα. Καὶ ὁ μὲν Νικάνωρ
μετὰ πάσης (η) ἀλαζονείας ὑψαυχενῶν, διεγνώκει κοινὸν τῶν περὶ
7 τὸν Ἰούδαν συστήσασθαι (θ) τρόπαιον. Ὁ δὲ Μακκαβαῖος ἦν ἀ-
διαλείπτως πεποιθὼς μετὰ πάσης ἐλπίδος ἀντιλήψεως
8 τεύξασθαι παρὰ τοῦ κυρίου. Καὶ παρεκάλει τοὺς σὺν αὐτῷ μὴ
δειλιᾷν τὴν τῶν ἐθνῶν ἔφοδον, (ι) ἔχοντας δὲ κατὰ νοῦν τὰ προγεγο-
νότα αὐτοῖς ἀπ' οὐρανοῦ βοηθήματα, καὶ τανῦν προσδοκᾷν
τὴν παρὰ τοῦ παντοκράτορος (κ) ἐσομένην αὐτοῖς νίκην καὶ βοήθειαν.
9 Καὶ παραμυθούμενος αὐτοὺς ἐκ τοῦ νόμου, καὶ τῶν προφητῶν,
(λ) προσυπομνήσας δὲ αὐτοὺς καὶ τοὺς ἀγῶνας οὓς ἦσαν ἐκτετελεκότες,
10 προθυμοτέρους αὐτοὺς κατέστησε. Καὶ τοῖς θυμοῖς διεγείρας
αὐτοὺς, παρήγγειλεν, ἅμα παρεπιδεικνὺς τὴν τῶν ἐθνῶν ἀθε-
11 σίαν καὶ τὴν τῶν ὅρκων παράβασιν. Ἕκαστον δὲ αὐτῶν καθοπλί-
σας, οὐ τὴν ἀσπίδων καὶ λογχῶν ἀσφάλειαν, ὡς τὴν ἐν τοῖς ἀγαθοῖς
λόγοις παράκλησιν, καὶ (μ) προσεξηγησάμενος ὄνειρον ἀξιόπιστον (ν) ὕπαρ
τι πάντας ηὔφρανεν.

MS.A. (α) κατὰ (β) τρισαλιτήριος * ἐπηρώτησεν, (γ) ὁ δυνάστης (δ) δὲ (ε) * Κἀγώ φησὶν, (ζ) τὰ ὅπλα, (η) ἀσφαλείας (θ) * τρόπαιον. (ι) ἔχοντες (κ) ἐσομένην αὐτοῖς νίκην. Καὶ (λ) * προσυμνήσας (μ) προσηγησάμενος (ν) ὑπέρ τι πάντας ηὔφρανεν.

Interp. LAT.

Et stans supra quandam petram (c) præruptam, peni- 46
tùs jam exanguis effectus, proferens intestina,
& sumens utrisque manibus, projecit super turbas:
& invocans Dominatorem vitæ ac spiritûs,
ut hæc ipsi iterùm redderet, ita vitâ defun-
ctus est.

CAP. XV.

Nicanor autem ut comperit Judam esse in locis 1
Samariæ; cogitavit quietis die cum omni secu-
ritate in ipsos irruere. Judæis verò, qui illum 2
per necessitatem sequebantur, dicentibus; Ne ita
ferociter & barbarè disperdas, sed honorem tribue
præhonoratæ cum sanctitate ab eo qui universa
conspicit, diei; Ille verò ter scelestus interroga- 3
vit; Si est potens in cœlo, qui imperavit agi diem
sabbatorum? Et respondentibus illis; Est Domi- 4
nus vivus ipse in cœlo potens, qui jussit agi se-
ptimam diem: At ille ait; Et ego potens sum 5
super terram, qui impero sumi arma, & negotia
regis impleri. Tamen non obtinuit, ut miserum
suum consilium perficeret. Et Nicanor quidem 6
cum summa superbia erectus cogitaverat commune
trophæum statuere de Juda, & his qui cum ipso
erant. Maccabæus autem semper confidebat cum 7
omni spe auxilium sibi à Domino affuturum: Et 8
hortabatur suos, ne formidarent adventum natio-
num, sed in mente habentes adjutoria sibi anteà
facta de cœlo; & nunc sperarent ab Omnipotente
sibi affuturam victoriam, & (a) auxilium. Et
allocutus eos de lege, & prophetis, admonens 9
etiam eos de certaminibus, quæ confecerant,
promptiores constituit eos. Et animis eorum ere- 10
ctis, admonebat, simul ostendens gentium falla-
ciam, & juramentorum prævaricationem; Sin- 11
gulos autem illorum armans, non tam clypeorum
& hastarum munitione, quàm exhortatione per
sermones; etiam exposito fide digno somnio,
magnoperè universos lætificavit.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

46 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

Stans in lapide quodam alto totus san- 46
guine cruentatus, educta viscera amba-
bus manibus tenens ostendit populo:
Oránsque ac supplicans, invocánsque
Dominum vitæ ac spiritûs, ut ea sibi
redderet, restitueretque, tunc de seculo
decessit.

CAP. XV.

Nicanor autem cùm Judam cum suis 1
juxta Samariam esse audiendo didicisset,
die quietis Sabbaticæ in eos derepentè
impetum facere cogitabat cum populo
multo. Judæi autem qui inter magnas 2
angustias ipsi annuebant, dicebant ipsi;
Noli ita facere, ut per duritiem perdas
viros indignos morte: sed honorem
habe diei magno & sancto, qui à con-
ditore & creatore omnium gloriam ac-
cepit. Impius autem ille & immundus 3
quæsivit, Num esset in cœlo Deus fortis,
qui de die Sabbati præcepisset. Qui cùm 4
respondentes dicerent; Est Dominus vi-
vus, idemque fortis in cœlis, qui obser-
vari diem Sabbati jussit. Respondit im- 5
mundus & impius, dicens; Ego etiam
potens sum in terris, qui vos arma ca-
pere jubeo, & voluntatem regis face-
re: neque prohibitus est, ne cogita-
tionem suam immundam perficeret. Ela- 6
tus autem Nicanor & exaltatus superbiâ
multâ, cùm didicisset Maccabæanos
in unum coactos, paratos esse, supra
modum se corroborabat. Judas autem 7
Maccabæus sperans & perfectè confi-
sus, factam iri sibi à Deo salutem; Con- 8
solando suos alloquebatur, ne timerent
sibi à turbis quæ adversùs ipsos veni-
rent: monebat autem, & in mentem
ipsis revocabat adjutoria ipsis olim fa-
cta de cœlo, sic dicens; Intuemini &
expectate victoriam quæ à Deo omni-
potente continget, Admonénsque ipsos 9
de lege & prophetis, & commemo-
rans fortia facta & certamina olim ab
ipsis certata, fortes esse & bono ani-
mo fecit. Excitavítque iram eorum & 10
indignationem, ostendens eis rursus
impietatem gentium & juramento-
rum quam transgressi erant transgres-
sionem. Armavítque & accinxit Judas 11
singulos ipsorum non lanceis, aut clype-
is, sed bonis verbis consolatoriis anima-
toriísque ad virtutem: narravítque ipsis
prætereà visum quod viderat recipi cre-
díque dignum.

Versio VULG. LAT.

12 Erat autem hujuscemodi visus: Oniam, qui fuerat
summus sacerdos, virum bonum & benignum, vere-
cundum visu, modestum moribus, & eloquio deco-
rum, & qui à puero in virtutibus exercitatus sit, ma-
nus protendentem, orare pro omni populo Judæo-
13 rum: Post hoc apparuisse & alium virum, ætate
& gloriâ mirabilem, & magni decoris habitudine
14 circa illum: Respondentem verò Oniam dixisse;
Hic est fratrum amator, & populi Israel: hic est,
qui multùm orat pro populo, & universa sanctâ ci-
15 vitate, Jeremias propheta Dei. Extendisse autem
Jeremiam dextram, & dedisse Judæ gladium aureum,
16 dicentem; Accipe sanctum gladium munus à Deo,
17 in quo dejicies adversarios populi mei Israel. Ex-
hortati itaque Judæ sermonibus bonis valdè, de qui-
bus extolli posset impetus, & animi juvenum con-
fortari, statuerunt dimicare & confligere fortiter,
ut virtus de negotiis judicaret; eò quòd civitas
18 sancta & templum periclitarentur. Erat enim pro
uxoribus, & filiis, itémque pro fratribus, & cog-
natis, minor solicitudo: maximus verò & pri-
19 mus pro sanctitate timor erat templi. Sed & eos
qui in civitate erant, non minima solicitudo habe-
20 bat pro his qui congressuri erant. Et, cùm jam o-
mnes sperarent judicium futurum, hostésque ades-
sent, atque exercitus esset ordinatus, bestiæ equi-
21 tésque opportuno in loco compositi, Considerans
Machabæus adventum multitudinis, & apparatum
varium armorum, & ferocitatem bestiarum, exten-
dens manus in cœlum, prodigia facientem Domi-
num invocavit, qui non secundùm armorum poten-
tiam, sed prout ipsi placet, dat dignis victoriam.
22 Dixit autem invocans hoc modo; Tu, Domine, qui
misisti angelum tuum sub Ezechia rege Juda, & in-
terfecisti de castris Sennacherib centum octoginta-
23 quinque millia: Et nunc, Dominator cœlorum, mitte
angelum tuum bonum ante nos, in timore & tremore
24 magnitudinis brachii tui, Ut metuant qui cum blas-
phemia veniunt adversùs sanctum populum tuum.
Et hic quidem ita peroravit.

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ Β'.

12 Ἦν δὲ ἡ τούτου θεωρία τοιάδε· Ὀνίαν τὸν γενόμενον ἀρχιερέα,
ἄνδρα καλὸν καὶ ἀγαθὸν, αἰδήμονα μὲν τὴν ἀπάντησιν, πρᾷον δὲ
τὸν τρόπον, καὶ λαλιὰν προϊέμενον πρεπόντως, καὶ ἐκ παιδὸς ἐκμε-
μελετηκότα πάντα τὰ τῆς ἀρετῆς (α)οἰκεῖα, τοῦτον τὰς χεῖρας προ-
13 τείναντα κατεύχεσθαι τῷ παντὶ τῶν Ἰουδαίων συστήματι. Εἶθ' οὕτως
ἐπιφανῆναι ἄνδρα πολιᾷ καὶ δόξῃ διαφέροντα, θαυμαστὴν δέ τινα
14 καὶ μεγαλοπρεπεστάτην εἶναι τὴν περὶ αὐτὸν ὑπεροχήν. Ἀποκριθέντα
δὲ τὸν Ὀνίαν εἰπεῖν, Ὁ φιλάδελφος οὗτός ἐστιν ὁ πολλὰ προσευχό-
μενος περὶ τοῦ λαοῦ καὶ τῆς ἁγίας πόλεως, Ἱερεμίας ὁ τοῦ Θεοῦ προ-
15 φήτης. Προτείναντα δὲ (β) τὸν Ἱερεμίαν τὴν δεξιὰν παραδοῦναι τῷ
16 Ἰούδᾳ ῥομφαίαν χρυσῆν, διδόντα δὲ προσφωνῆσαι τάδε, Λάβε
τὴν ἁγίαν ῥομφαίαν δῶρον παρὰ τοῦ Θεοῦ, δι' ἧς θραύσεις τοὺς ὑπ-
17 εναντίους. Παρακληθέντες δὲ τοῖς (γ) Ἰούδα λόγοις πάνυ καλοῖς καὶ
δυναμένοις ἐπ' ἀρετὴν παρορμῆσαι, καὶ ψυχὰς νέων (δ) ἐπανορθῶσαι,
διέγνωσαν μὴ (ε) στρατοπεδεύεσθαι, γενναίως δὲ ἐμφέρεσθαι, καὶ μετὰ
πάσης (ζ) εὐανδρίας ἐμπλακέντες κρῖναι τὰ πράγματα, διὰ τὸ καὶ
18 τὴν πόλιν, καὶ τὰ ἅγια, καὶ τὸ ἱερὸν κινδυνεύειν. Ἦν γὰρ ὁ περὶ
γυναικῶν καὶ τέκνων, ἔτι δὲ ἀδελφῶν καὶ συγγενῶν ἐν ἥττονι μέρει
κείμενος (η) αὐτοῖς ἀγών, μέγιστος δὲ καὶ πρῶτος ὁ περὶ τοῦ καθηγι-
19 ασμένου ναοῦ φόβος. Ἦν δὲ καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει κατειλημμένοις
οὐ πάρεργος ἀγωνία ταρασσομένοις τῆς ἐν ὑπαίθρῳ προσβολῆς.
20 Καὶ πάντων ἤδη προσδοκώντων τὴν ἐσομένην κρίσιν, καὶ ἤδη (θ) συμ-
μιξάντων τῶν πολεμίων, καὶ τῆς στρατιᾶς ἐκταγείσης, καὶ τῶν θηρίων
ἐπὶ μέρος εὔκαιρον ἀποκαταστασθέντων, τῆς τε ἵππου κατὰ κέρας
21 τεταγμένης, Συνιδὼν ὁ Μακκαβαῖος τὴν τῶν πληθῶν παρουσίαν,
καὶ τῶν ὅπλων τὴν ποικίλην παρασκευήν, τήν τε τῶν (ι) θηρίων ἀγριότητα,
προτείνας τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐπεκαλέσατο τὸν τερατοποιὸν
(κ) κύριον τὸν καθορῶντα, γινώσκων ὅτι οὐκ ἔστι δι' (λ) ὅπλων ἡ νίκη,
καθὼς δὲ ἂν αὐτῷ κριθῇ, τοῖς ἀξίοις περιποιεῖται τὴν νίκην.
22 Ἔλεγε δὲ ἐπικαλούμενος τόνδε τὸν τρόπον, Σὺ δέσποτα ἀπέστειλας
τὸν ἄγγελόν σου ἐπὶ Ἐζεκίου τοῦ βασιλέως τῆς Ἰουδαίας, καὶ (μ) ἀνεῖλες
ἐκ τῆς παρεμβολῆς Σενναχηρεὶμ εἰς ἑκατὸν ὀγδοηκονταπέντε χι-
23 λιάδας. Καὶ νῦν δυνάστα τῶν οὐρανῶν ἀπόστειλον ἄγγελον ἀγαθὸν
ἔμπροσθεν ἡμῶν εἰς δέος καὶ (ν) τρόμον. μεγέθει βραχίονός σου
24 καταπλαγείησαν οἱ μετὰ βλασφημίας (ξ) παραγινόμενοι ἐπὶ τὸν ἅγιόν
σου λαόν. καὶ οὗτος μὲν ἐν τούτοις ἔληξεν.

MS.A. (α) ἴδια, (β) Ἱερεμίαν (γ) Ἰούδα (δ) ἐπανδρῶσαι, (ε) στρατεύεσθαι, (ζ) εὐτανδρείας (η) αὐτοῖς, μέγιστος (θ) συμ-
μιξάντων (ι) θηρίων * ἐπὶ μέρος εὔκαιρον ἀγριότητα, ἀνατείνας χεῖρας (κ) κύριον, γινώσκων (λ) ὅπλων, καθὼς δὲ ἐὰν αὐτῷ κρίθῃ, (μ) ἀνεῖλεν (ν) * τρόμον (ξ) παραγινόμενοι

Interp. LAT.

Erat autem hujusmodi visus: Oniam, qui fuerat 12
summus sacerdos, virum honestum & bonum, vene-
randum visu, modestum moribus, & eloquio decorum,
& à puero in omnibus virtutis officiis exercitatum,
hunc manus protendentem orare pro omni populo Ju-
dæorum: Post hæc apparuisse sic virum, canitie 13
& gloriâ eximium, mirabilem verò quandam &
maximi decoris esse præstantiam circa illum. Re-
spondentem verò Oniam dixisse; Hic est fratrum a- 14
mator, qui multùm orat pro populo, & sancta civi-
tate, Hieremias propheta Dei. Extendisse autem 15
Hieremiam dextram, & dedisse Judæ gladium au-
reum, & cùm daret, acclamâsse hæc; Accipe san- 16
ctum gladium, munus à Deo: in quo frangas adver-
sarios. Exhortati itaque Judæ sermonibus bonis 17
valdè, & qui possent ad virtutem incitare, & ani-
mos juvenum (b) erigere, statuerunt non castrametari,
sed generosè invehi, & cum omni virtute (c) confli-
gentes, de negotiis judicare, eò quòd & civitas, &
sancta, & templum periclitarentur. Erat enim pro 18
uxoribus, & filiis, itémque pro fratribus, & cogna-
tis, minor eis (d) solicitudo: maximus verò & pri-
mus pro sanctificato templo erat timor. Sed & eis 19
qui in civitate remanserant, non minima solicitudo
habebat, turbatis ipsis illo qui sub dio, congressu. Et 20
cùm omnes jam expectarent judicium futurum, &
jam hostes adessent, atque exercitus esset ordinatus,
& bestiæ in opportuna parte constituti, & equitatus
ad cornua dispositus; Considerans Maccabeus ad- 21
ventum multitudinis, & apparatum varium armo-
rum, ac ferocitatem bestiarum, extendens manus in
cœlum, prodigia facientem Dominum (e) inspectorem
invocavit, sciens, quia (f) victoria non est per ar-
ma; sed prout ab ipso judicatum fuerit, dat dignis
victoriam. Dicebat autem invocans hoc modo; 22
Tu, Domine, misisti angelum tuum sub Ezecia rege
Judææ, & interfecisti de castris Sennacherim ad
centum octoginta quinque millia. Et nunc, Domi- 23
nator cœlorum, mitte angelum bonum ante nos in ti-
morem, & tremorem. Magnitudine brachii tui Ex- 24
terreantur qui cum blasphemia veniunt adversùs
sanctum populum tuum. Et hic quidem ita perora-
vit.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

Erat autem visi quod viderat narratio 12
hujusmodi; Vidit Oniam sacerdotem, qui
vir fuerat bonitate clarus, occursu mode-
stus, ingenio humilis, eloquio jucundus
& decorus, à pueritia edoctus in omni-
bus fœderi convenientibus & decoris;
Hunc *inquam* per somnũ vidit passis ma-
nibus orantem pro toto populo Judæo-
rum. Præterea posteà apparuit qui- 13
dam senectute decorâ, cujus aspectus
majestasque decoris qui ipsi inerat,
gloriam magnam & excellentem habe-
bat; Et respondens Onias dixit eum 14
esse Jeremiam prophetam, amatorem
fratrum, qui multùm precatus & suppli-
catus fuerat, oraveratque pro populo,
& civitate sanctâ. Et extendens Je- 15
remias dextram, dedit Judæ lanceam
auream, dicens ei; Hanc lanceam do- 16
no à Deo accipe, quâ ferias & confrin-
gas omnes hostes tuos. Quibus auditis 17
confortati verbis pulchris Judæ socii
corroboratiq; (vim enim habebant con-
firmandi & erigendi muniendique au-
ditores, mentesque juvenum animandi)
cogitârunt apud se, non confidere ordi-
nibus, copiisque bellicis, sed omnibus
animi viribus muniti, exponere se ple-
nâ mente angustiis, pro civitate Tem-
ploque sancto, totoque sanctuario.
De uxoribus enim liberisque fratribus- 18
que aut cognatis aliquibus minus soli-
citi erant; de templo sancto graviori
curâ affecti. Nec minori erga eos 19
agoniâ affecti erant qui in urbe substi-
terant, ne timore tumultûs bellici infe-
riores evaderent. Omnibusque decre- 20
tum instans expectantibus, appropin-
quantes ordinârunt aciem adversùs eos:
Instructique disposuerunt elephantes or-
dine suo, equitesque armati steterunt
in locis suis. Videns autem Judas Mac- 21
cabæus ordinem & robur exercitûs ho-
stilis, copiamque armorum, paratum-
que ferociæ Elephantorum, elatis ad cœ-
lum manibus clamans Deum oravit, qui
stupenda opera & potentia facit: no-
verat enim non contingere victoriam
certamine armorum, sed ei cui ipse vi-
ctoriam dare vellet. Dicebatque pre-
cibus supplicans, in hunc modum; Tu 22
Domine, tempore Ezechiæ Regis Judæ
misisti Angelum tuum, qui occidit in
castris Senacheribi centum octoginta
quinque millia. Et nunc potens habita- 23
tor cœli, mitte Angelum sanctũ ante nos
qui projiciat & jaculetur in eos terro-
rem & trepidationem: Cadantque ro- 24
bore & majestate brachii tui, qui cum
blasphemiis invadunt populum tuum
sanctũ. Et Judas quidem his dictis desiit.

Versio VULG. LAT.

25 Nicanor autem, & qui cum ipso erant, cum tubis &
canticis admovebant. Judas verò, & qui cum eo 26
erant, invocato Deo, per orationes congressi sunt:
27 Manu quidem pugnantes, sed Dominum cordibus o-
rantes, prostraverunt non minùs trigintaquinque mil-
lia, præsentiâ Dei magnificè delectati. Cùmque ces- 28
sassent, & cum gaudio redirent, cognoverunt Nica-
norem ruisse cum armis suis. Facto itaque clamore, 29
& perturbatione excitatâ, patriâ voce omnipotentem
30 Dominum benedicebant. Præcepit autem Judas, qui
per omnia corpore & animo mori pro civibus parat°
erat, caput Nicanoris, & manum cum humero abscis-
31 sum, Jerosolymam perferri. Quò cùm pervenisset,
convocatis contribulibus, & sacerdotibus ad altare,
32 accersiit & eos qui in arce erant. Et ostenso capite
Nicanoris, & manu nefariâ, quam extendens contra
domum sanctam omnipotentis Dei, magnificè gloria-
33 tus est: Linguam etiam impii Nicanoris præcisam
jussit particulatim avibus dari: manum autem demen-
34 tis contra templum suspendi. Omnes igitur cœli be-
nedixerunt Dominum, dicentes; Benedictus, qui lo-
35 cum suum incontaminatum servavit. Suspendit au-
tem Nicanoris caput in summa arce, ut evidens esset
36 & manifestum signum auxilii Dei. Itaque omnes com-
muni consilio decreverunt nullo modo diem istum
37 absque celebritate præterire: Habere autem cele-
britatem tertiadecimâ die mensis Adar, quod dicitur
38 voce Syriacâ, pridiè Mardochæi diei. Igitur his erga
Nicanorem gestis, & ex illis temporibus ab Hebræis
civitate possessâ, ego quoque in his faciam finem ser-
39 monis. Et si quidem benè, & ut historiæ competit,
hoc & ipse velim: sin autem minùs dignè, conceden-
40 dum est mihi. Sicut enim vinum semper bibere, aut
semper aquam, contrarium est; alternis autem uti, de-
lectabile: ita legentibus, si semper exactus sit sermo,
non erit gratus. Hic ergò erit consummatus.

FINIS.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Β'.

25 Οἱ δὲ περὶ τὸν Νικάνορα μετὰ σαλπίγγων καὶ παιάνων προσῆγον.
26 Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἰούδαν (α) μετ' ἐπικλήσεως καὶ εὐχῶν συνέμιξαν τοῖς
27 πολεμίοις. Καὶ τῇ μὲν χερσὶν ἀγωνιζόμενοι, (β) τῇ δὲ καρδίαις
πρὸς τὸν θεὸν εὐχόμενοι, κατέστρωσαν οὐδὲν ἧττον μυριάδων τριῶν καὶ
πεντακισχιλίων, τῇ τοῦ θεοῦ μεγάλως εὐφρανθέντες (γ) ἐπιφανείᾳ.
28 Γενόμενοι δὲ ἀπὸ τῆς χρείας, καὶ μετὰ χαρᾶς ἀναλύοντες, ἐπέγνωσαν
29 προπεπτωκότα Νικάνορα σὺν τῇ πανοπλίᾳ. Γενομένης δὲ κραυ-
30 γῆς καὶ ταραχῆς, εὐλόγουν τὸν δυνάστην τῇ πατρίῳ φωνῇ. Καὶ
προσέταξεν ὁ καθ' ἅπαν σώματι καὶ ψυχῇ πρωταγωνιστὴς ὑπὲρ
τῶν πολιτῶν, ὁ τὴν τῆς ἡλικίας εὔνοιαν εἰς ὁμοεθνεῖς διαφυλάξας,
τὴν τοῦ Νικάνορος κεφαλὴν ἀποτεμόντας, καὶ τὴν χεῖρα σὺν τῷ ὤμῳ
31 (δ) φέρειν εἰς Ἱεροσόλυμα. Παραγενόμενος δὲ ἐκεῖ, καὶ (ε) συγκαλέσας
τοὺς ὁμοεθνεῖς, καὶ τοὺς ἱερεῖς πρὸ τοῦ θυσιαστηρίου στήσας, μετεπέμ-
32 ψατο τοὺς ἐκ τῆς ἄκρας. Καὶ ἐπιδειξάμενος τὴν τοῦ (ζ) μιαροῦ Νικάνο-
ρος κεφαλὴν, καὶ τὴν χεῖρα τοῦ δυσφήμου, ἣν (η) ἐκτείνας ἐπὶ τὸν ἅγιον
33 τοῦ παντοκράτορος οἶκον ἐμεγαλαύχησε, Καὶ τὴν γλῶσσαν τοῦ δυσσε-
βοῦς Νικάνορος ἐκτεμὼν, ἔφη κατὰ (θ) μέρος δώσειν τοῖς ὀρνέοις,
34 (ι) τὰ δὲ ἐπίχειρα τῆς ἀνοίας κατέναντι τοῦ ναοῦ κρεμάσαι. Οἱ δὲ
πάντες εἰς τὸν οὐρανὸν εὐλόγησαν τὸν ἐπιφανῆ κύριον, λέγοντες, Εὐ-
35 λογητὸς ὁ διατηρήσας τὸν ἑαυτοῦ τόπον ἀμίαντον. Ἐξέδησε δὲ
τὴν τοῦ (κ) Νικάνορος κεφαλὴν ἐκ τῆς ἄκρας, ἐπίδηλον πᾶσι καὶ φανε-
36 ρὸν τῆς τοῦ κυρίου βοηθείας σημεῖον. (λ) Καὶ ἐδογμάτισαν πάντες με-
τὰ κοινοῦ ψηφίσματος μηδαμῶς ἐᾶσαι ἀπαρασήμαντον τήνδε
37 τὴν ἡμέραν· Ἔχειν δὲ ἐπίσημον τὴν τρισκαιδεκάτην τοῦ δωδεκάτου
μηνὸς, Ἀδὰρ λέγεται τῇ (μ) Συριακῇ φωνῇ, πρὸ μιᾶς ἡμέρας τῆς
38 Μαρδοχαϊκῆς ἡμέρας. Τῶν οὖν κατὰ Νικάνορα χωρησάντων (ν) οὕτω,
καὶ ἀπ' ἐκείνων τῶν καιρῶν κρατηθείσης τῆς πόλεως ὑπὸ τῶν Ἑβραίων,
39 καὶ αὐτὸς αὐτόθι (ξ) καταπαύσω τὸν λόγον. Καὶ (ο) εἰ μὲν καλῶς καὶ εὐθί-
κτως τῇ συντάξει, τοῦτο καὶ αὐτὸς ἤθελον· εἰ δὲ εὐτελῶς καὶ με-
40 τρίως, τοῦτο ἐφικτὸν ἦν μοι. Καθάπερ (π) γὰρ οἶνον καταμόνας πί-
νειν, ὡσαύτως δὲ καὶ ὕδωρ πάλιν, πολέμιον· ὃν δὲ τρόπον οἶνος
ὕδατι συγκερασθεὶς (ρ) ἡδὺς, καὶ ἐπιτερπῆ τὴν χάριν ἀποτελεῖ· οὕτω
καὶ τὸ τῆς κατασκευῆς τοῦ λόγου τέρπει τὰς ἀκοὰς τῶν ἐντυγχανόντων
τῇ συντάξει. ἐνταῦθα δὲ ἔσται ἡ τελευτή. (†)

Interp. LAT.

Nicanor autem, & qui cum ipso erant, cum tubis & 25
canticis admovebant. Judas verò, & qui cum eo 26
erant, cum invocatione & orationibus congressi sunt
cum hostibus: Et manibus quidem pugnantes, sed 27
& Dominum cordibus orantes prostraverunt non mi-
nùs triginta quinque millia, præsentiâ Dei magni-
ficè delectati. Cùmque cessassent ab opere, & cum 28
gaudio redirent; cognoverunt Nicanorem ruisse cum
armis suis. Facto itaque clamore, & tumultu, 29
patriâ voce Omnipotentem benedicebant. Præcepit 30
autem ille, qui per omnia animo & corpore primus
pugnator pro civibus erat, qui ætatis benevolentiam
in eos qui ejusdem gentis, conservabat; caput Nica-
noris, & manum cum humero, abscissum Hierosoly-
mam perferri. Quò cùm pervenisset, convocatis eis 31
qui ejusdem gentis, & sacerdotibus, ante altare
stans, accersiit eos qui in arce erant. Et ostenso 32
capite scelesti Nicanoris, & manu nefariâ, quam
extendens contra domum sanctam Omnipotentis, ma-
gnificè gloriatus fuerat, Linguâ etiam impii Ni- 33
canoris præcisâ, jussit particulatim avibus dari:
præmia autem dementiæ contra templum suspendi.
Omnes igitur in cœlum benedicebant præsentem Do- 34
minum, dicentes; Benedictus, qui locum suum in-
contaminatum servavit. Suspendit autem Nica- 35
noris (g) caput ex arce, evidens omnibus & mani-
festum signum auxilii Dei. Itaque omnes communi 36
consilio decreverunt nullo modo diem istum absque
celebritate præterire, Habere autem celebrem, ter- 37
tiam decimam diem mensis duodecimi (Adar dici-
tur Syriacâ voce) pridiè diei Mardochæi. Igitur 38
his erga Nicanorem sic gestis, & ex illis temporibus
ab Hebræis civitate possessâ, ego quoque in his finem
faciam sermonis. Et si quidem benè, &, ut historiæ 39
competit; hoc & ipse velim: si autem exiliter, &
modicè; hoc pro viribus meis fuit. Sicut enim vi- 40
num seorsùm bibere, similiter autem rursus & a-
quam, contrarium est: sicut autem vinum aquæ
mistum suave est, & jucundam gratiam perficit; ita
etiam hujusmodi ratio structuræ orationis delectat
aures legentium historiam. Hic ergò erit finis.

MS. A. (α) μετὰ (β) τῷ δὲ * πρὸς (γ) ἐπιμελείᾳ. (δ) προφέρειν (ε) συγκαλεσάμενος (ζ) μιαροῦ (η) ἐκτετείνας (θ) μέρος * τοῖς (ι) τὰ δὲ (κ) Νικάνορος προσηρτημένην ἐκ
(λ) Ἐδογμάτισαν δὲ (μ) * Κυριακῇ (ν) οὕτως, (ξ) τὸν λόγον καταπαύσω. (ο) εἰ * πεν καλῶς * εὐθίκτως (π) οἶνον (ρ) ἤδη,
(†) Ἰούδα τοῦ Μακκαβαίου πράξεων Ἐπιστολή.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]
37 [illegible]
38 [illegible]
39 [illegible]
40 [illegible]

Et Nicanoriani quidem, cum citharis 25
& psalteriis, tubísque canentibus appro-
pinquabant: Maccabæani autem cum 26
oratione ac precibus irruerunt in eos:
Manibus pugnantes, cordibus autem o- 27
rantes & clamantes ad Deum: & deje-
cerunt interfecerúntque eorum triginta
quinque millia, exhilarati exultantésque
de auxilio Dei, qui cum ipsis fuerat. Re- 28
verso à prælio cùm quievissent, gauden-
tes & confitentes, cantantésque Deo,
Nicanorem in pugna cecidisse didice-
runt, cum omnibus servis qui propè
ipsum steterant. Factúsq; est in castris 29
ejus motus & trepidatio: Maccabæani
autem confitentes benedixerunt Domino
linguâ patriâ. Ipse autem qui in omnibus 30
corpus ac animam omnibus afflictioni-
bus pro gente ac civitate suâ exposue-
rat, libentérque omnibus diebus suis
præfectus ac dux bellorum populi sui
fuerat, resectum caput manúmque cum
humero Nicanoris Jerosolyma afferri
jussit. Et cùm venisset Jerosolyma 31
Maccabæus, convocato populo & sacer-
dotibus, coram altari, misit & vocavit
custodes arcis; Ostensóque ipsis capite 32
impuri istius Nicanoris, manúque blas-
phematrice, quam elevaverat adversùs
templum Dei omnipotentis cum elati-
one superbiæ, Exectam è capite lin- 33
guam impii minutatim concidi jussit &
volucribus dari: Manum autem è regi-
one templi affixit. Tum benedixerunt 34
omnes habitatori cœli, clamantes &
dicentes; Benedictus esto Domine, qui
locum tuum mundum conservâsti. Ca- 35
put autem impuri affixit loco edito, quem
viderent qui in arce erant & salutem
Domini scirent. Statuerúntq; inter se 36
ne diem hunc quasi simplicem transmit-
terent. Sed notari ipsis diem decimum 37
tertium mensis duodecimi Adar, qui est
lingua Aramæâ, pridie die Mordechai.
De Nicanore igitur, & de omnibus quæ 38
tempore ejus acciderunt, sic se res ha-
buit. Ab ejus autem tempore tenuerunt
Ebræi & compotes facti sunt civitatum
suarum. Et mihi quidem hinc sermonis
finis erit. Qui si benè & ex arte con- 39
ditus sit, hoc est quod ego etiam cupio:
Si modicè, & exiliter, condonetur mihi
hoc. Ut enim si quis vinum solum bibat, 40
vel aquam solam, voluptatem non affert,
quod si vinum aquâ misceatur, jucundum
evadit, gratiámque suam bibentibus im-
pertit; Sic etiam sermonis compositio
conditióq; grata est & jucunda auditu so-
licitè legentibus, investigantibus ac quæ-
rentibus. Hactenus igitur narrationis
terminus promotus sit.

Explicit secundus liber Maccabæorum.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Γ'.

ΚΕΦ. α'.

1 Ὁ δὲ Φιλοπάτωρ (α) μαθὼν παρὰ τῶν ἀνακομισθέντων τὴν γενομένην τῶν ὑπ' αὐτοῦ κρατουμένων
τόπων ἀφαίρεσιν ὑπὸ Ἀντιόχου, παραγγείλας ταῖς πάσαις δυνάμεσι πεζικαῖς (β) τε καὶ ἱππικαῖς
2 αὐτοῦ, Καὶ τὴν ἀδελφὴν Ἀρσινόην συμπαραλαβὼν, ἐξώρμησε μέχρι τῶν κατὰ Ῥαφίαν τόπων, ὅπου
3 παρεμβεβλήκεισαν οἱ περὶ Ἀντίοχον. Θεόδοτος δέ τις ἐκπληρῶσαι τὴν ἐπιβουλὴν διανοηθεὶς,
παραλαβὼν τῶν προϋποτεταγμένων αὐτῷ ὅπλων Πτολεμαϊκῶν τὰ κράτιστα, διεκομίσθη νύκτωρ
ἐπὶ τὴν τοῦ Πτολεμαίου σκηνὴν, ὡς μόνος κτεῖναι αὐτὸν, καὶ ἐν τούτῳ διαλῦσαι τὸν πόλεμον.
4 Τοῦτον δὲ (γ) διαγαγὼν Δοσίθεος ὁ Δριμύλου λεγόμενος, τὸ γένος Ἰουδαῖος, ὕστερον δὲ μετα-
βαλὼν τὰ νόμιμα, καὶ τῶν πατρίων δογμάτων ἀπηλλοτριωμένος, ἄσημόν τινα κατέκλινεν ἐν
5 τῇ σκηνῇ, ὃν συνέβη κομίσασθαι τὴν ἐκείνου κόλασιν. Γενομένης δὲ καρτερᾶς μάχης, καὶ τῶν
πραγμάτων μᾶλλον ἐρρωμένων τῷ Ἀντιόχῳ, ἱκανῶς ἡ Ἀρσινόη ἐπιπορευσαμένη τὰς δυνάμεις
παρεκάλει, μετὰ οἴκτου καὶ δακρύων, τοὺς (δ) πλοκάμους λελυμένη, βοηθεῖν ἑαυτοῖς τε καὶ τοῖς τέκνοις
6 καὶ γυναιξὶ θαῤῥαλέως, ἐπαγγελλομένη δώσειν νικήσασιν ἑκάστῳ δύο μνᾶς χρυσίου. (ε) Καὶ οὕτω
συνέβη τοὺς ἀντιπάλους ἐν χειρονομίαις διαφθαρῆναι, πολλοὺς δὲ καὶ δοριαλώτους συλληφθῆναι.
7 Κατακρατήσας δὲ τῆς ἐπιβολῆς ἔκρινε τὰς πλησίον πόλεις ἐπελθὼν παρακαλέσαι. ποιήσας δὲ τοῦτο, καὶ
8 τοῖς τεμένεσι δωρεὰς ἀπονείμας, εὐθαρσεῖς τοὺς ὑποτεταγμένους κατέστησε. Τῶν δὲ Ἰουδαίων
διαπεμψαμένων πρὸς αὐτὸν ἀπὸ τῆς γερουσίας καὶ τῶν πρεσβυτέρων τοὺς ἀσπασομένους αὐτὸν,
καὶ ξένια κομιοῦντας, καὶ ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσι (ζ) συγχαρησομένους, συνέβη μᾶλλον αὐτὸν προ-
9 θυμηθῆναι ὡς τάχιστα πρὸς αὐτοὺς παραγενέσθαι. Διακομισθεὶς δὲ εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ θύσας
10 τῷ (η) μεγίστῳ θεῷ, καὶ χάριτας ἀποδιδοὺς, καὶ τῶν ἑξῆς τι τοῦ (θ) τόπου ποιήσας, Καὶ δὴ παραγενό-
μενος εἰς τὸν τόπον, καὶ τῇ σπουδαιότητι καὶ εὐπρεπείᾳ (ι) καταπλαγεὶς, θαυμάσας δὲ καὶ τὴν τοῦ
11 ἱεροῦ εὐταξίαν, ἐνεθυμήθη βουλεύσασθαι (κ) εἰσελθεῖν εἰς τὸν ναόν. Τῶν δὲ εἰπόντων μὴ καθήκειν
γίνεσθαι τοῦτο, διὰ τὸ μηδὲ (λ) τοῖς ἐκ τοῦ ἔθνους ἐξεῖναι εἰσιέναι, μηδὲ πᾶσι τοῖς ἱερεῦσιν, ἀλλ'
ἢ μόνῳ τῷ προηγουμένῳ πάντων ἀρχιερεῖ, καὶ τούτῳ (μ) ἅπαξ κατ' ἐνιαυτὸν, οὐδαμῶς ἐπείθετο
πείθεσθαι.

MSA. (†) Μακκαβαίων λόγος γ'. (α) παρὰ τῶν ἀνακομισθέντων μαθὼν τὴν γενομένην τῶν (β) καὶ ἱππικαῖς, Καὶ (γ) διάγων (δ) * πολέμους (ε) Καὶ τὸ οὕτως (ζ) χαριζόμενοι, (η) τῷ θεῷ, (θ) * τόπου (ι) καταπλαγεὶς, (κ) εἰς τὸν ναὸν εἰσελθεῖν. (λ) τοῖς ἔθνεσιν εἰσιέναι, (μ) κατ' ἐνιαυτὸν ἅπαξ, ὁ δὲ οὐδαμῶς ἐπείθετο.

Interp. LAT.

MACCABÆORUM TERTIUS.

CAPUT I.

Philopator autem, ab iis qui retulerant, cognitâ locorum à se possessorum 1
abstractione factâ ab Antiocho, denuntians omnibus exercitibus suis & pe-
destribus & equestribus, Et sororem Arsinoën secum assumens, processit us- 2
que ad ea quæ sunt ad Raphiam, loca; ubi castrametati erant qui circa
Antiochum. Theodotus autem quidam complere insidias cogitans, assumens 3
ex commissis suæ custodiæ armis Ptolemaicis optima, contulit se noctu ad
Ptolemæi tabernaculum, tanquam solus interfecturus eum, & in hoc disso-
luturus bellum. Hunc autem deducens quidam, qui Dositheus Drimyli di- 4
cebatur, genere Judæus, posteà autem abjiciens legitima, & à patriis sa-
ctionibus alienatus, ignobilem quendam decumbere fecerat in tabernaculo:
quem contigit ferre illius supplicium. Facto autem ingenti prælio, & re- 5
bus meliùs succedentibus Antiocho, vehementer Arsinoë obambulans exerci-
tus hortabatur cum ejulatione, & lachrymis, crinibus solutis, ut auxilia-
rentur sibiipsis, & filiis, & uxoribus, audacter, promittens daturam se
vincentibus, cuique duas minas auri. Et ita contigit adversarios in con- 6
ferendis manibus perire, multos verò etiam captivos fieri. Compos autem 7
factus propositi, statuit propinquas civitates adiens consolari. Quod cùm
fecisset, & delubris dona tribuisset, bono esse animo subditos fecit. Cùm 8
autem Judæi misissent ad eum ex senatu, & senioribus, salutatures eum
& munera portaturos, & pro his quæ gesta erant, congratulaturos; fa-
ctum est ut magis ille cuperet quàm citissimè ad eos venire. Cùm autem 9
pervenisset Hierosolymam, & sacrificâsset maximo Deo, & gratias reddidis-
set, & eorum, quæ ordine sequebantur, aliquid ipsi loco fecisset, Et jam 10
advenisset ad locum, & sedulitate & decôre stupefactus esset, admiratus verò
etiam sacræ ædis bonam dispositionem cogitavit consilium capere introëundi
in templum. His autem dicentibus non licere hoc fieri, quia neque his qui 11
ex gente, liceret ingredi, neque omnibus sacerdotibus, sed soli omnium præ-
fecto summo sacerdoti, & hoc in anno semel; ille verò nequaquam acqui-
escebat,

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܬܘܒ ܟܬܒܐ ܕܬܠܬܐ ܕܡܩܒܝܐ *

* ܩܦܠܐܘܢ ܐ *

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]

SEQUITUR

LIBER TERTIUS MACCABÆORUM.

CAP. I.

Cùm autem didicisset Ptolomæus Philometor ab iis qui ad se digressi fuerant, tenere Antiochum loca sui dominii quæ sibi eripuerat; cùmque omnem exercitum suum, equites peditésque armari jussisset, Sumptâ secum sorore Arsinöe, ad ea quæ circa Raphin sunt loca profectus est, ubi castrametabatur exercitus Antiochi. Vir autem quidam nomine Theodotus, cupiens dolum suum implere, consilio capto assumpsit secum armatos viros fortes, qui antea traditi sibi fuerant, ex Ptolemæi exercitu; Et accedens noctu aggressus est tentorium Ptolomæi, ut ipsum solum occideret, itáque bellum dissolveret. Hunc cùm agnovisset Dositheus Drimyli filius, (dictus quidem Judas, sed qui posteà legem suscepit, alienus autem erat idem à fœdere patrum) pauperem quendam in tentorium Ptolemæi injecit, quem pro rege occidi contigit. Facto autem prælio forti, cùm valdè firmæ essent res Antiochi, Arsinöe transiens per exercitum solutis capillis flens cum lacrymis multis & suspiriis petebat ab illis, ut sibi uxoribus liberísque suis opicularentur fortiter pugnando; Pollicita illis daturam se singulis duas auri minas, si pugnando vincerent. Itáque contigit: ceciderúntque coram ipsis adversarii, & multos eorum pugnantes ceperunt. Victor Ptolemæus consilium cepit subeundi urbes propinquas, ut eas confirmaret: Itáque fecit, templísque idolorum ipsorum remisit onera ac indulsit, dedítque donaria, confirmavítque eas ac stabilivit sub manu suâ. Judæi etiam ad Philometorem ex senatu presbyterorum suorum quosdam miserunt, ut ipsum salutarent, donúmque afferrent pro gratulatione victoriæ. Quo accepto gavisus, supra modum cupiebat Jerosolyma accedere. Veniénsque obtulit sacrificia Deo magno & forti, honoravítque locum multis oblationibus. Cùm enim ædificium loci vidisset, ordinémque templi ac gloriam, in mentem ipsi venit etiam in ejus interiora ingredi. Dicentibus autem ei ipsis; Non licet tibi hoc facere: neque enim eis qui de gente nostra sunt, ac ne omnibus quidem sacerdotibus introire permissum est, sed soli summorum sacerdotum principi, semel in anno; ipse nulli horum acquiescebat.

MAKKABAΊΩΝ Γ'.

12 Τοῦ τε νόμου (α) προαναγνωσθέντος, οὐδαμῶς ἀπέλιπε προφερόμενος ἑαυτὸν, Δεῖν εἰσελθεῖν,
λέγων, καὶ εἰ ἐκεῖνοι ἐστέρηνται ταύτης τῆς τιμῆς, (β) ἐμὲ οὐ δεῖ. Καὶ ἐπυνθάνετο, (γ) διὰ τίνα
αἰτίαν εἰσερχόμενον αὐτὸν εἰς πᾶν (δ) τέμενος, οὐθεὶς ἐκώλυσε τῶν παρόντων. Καί τις ἀπρονοή-
13 τως ἔφη κακῶς αὐτὸ τοῦτο τερατεύεσθαι. (ε) γενομένου δέ φησι τούτου διά τινα αἰτίαν, οὐχὶ
πάντως εἰσελεύσεσθαι καὶ θελόντων αὐτῶν καὶ μή; Τῶν δὲ ἱερέων (η) ἐν ταῖς ἁγίαις ἐσθήσεσι
14 (ζ) πάντων προσπεσόντων, καὶ δεομένων τοῦ μεγίστου Θεοῦ βοηθεῖν (θ) τῇ ἐνεστώσῃ ἀνάγκῃ, καὶ τὴν ὁρμὴν τοῦ κακῶς
ἐπιβαλλομένου μεταθεῖναι, κραυγῆς τε μετὰ δακρύων τὸ ἱερὸν ἐμπλησάντων, οἱ κατὰ τὴν πόλιν
ἀπολειπόμενοι, ταραχθέντες ἐξεπήδησαν, ἄδηλον τιθέμενοι τὸ γινόμενον. Αἵ τε κατάκλειστοι
15 παρθένοι ἐν θαλάμοις σὺν ταῖς τεκούσαις ἐξώρμησαν· (ι) καὶ σποδῷ καὶ κόνει τὰς κεφαλὰς πασάμεναι,
γόου τε καὶ στεναγμῶν τὰς πλατείας ἐνεπίμπλων. Αἱ δὲ καὶ προσαρτίως ἐσταλμέναι, τοὺς (κ) πρὸς
16 ἀπάντησιν διατεταγμένους παστοὺς, καὶ τὴν ἁρμόζουσαν αἰδῶ παραλείπουσαι, δρόμον (λ) ἄτακτον ἐν τῇ
πόλει συνίσταντο. Τὰ δὲ νεογνὰ τῶν τέκνων, αἵ τε πρὸς τούτοις μητέρες καὶ τιθηνοὶ παραλείπουσαι
17 ἄλλως καὶ ἄλλως, (μ) αἱ μὲν κατ' οἴκους, αἱ δὲ κατὰ τὰς ἀγυιὰς (ν) ἀνεπιστρέπτως εἰς τὸ πανυπέρτατον ἱερὸν
ἠθροίζοντο. Ποικίλη δὲ ἦν τῶν εἰς τοῦτο (ξ) συλλεγομένων ἡ δέησις ἐπὶ τοῖς ἀνοσίως ὑπ' ἐκείνου κατ-
18 εγχειρουμένοις. Σύν τε τούτοις (ο) οἱ τῶν πολιτῶν θρασυνθέντες οὐκ ἠνείχοντο τέλεον αὐτοῦ ἐπικει-
19 μένου, καὶ τὸ τῆς (π) προθέσεως αὐτοῦ ἐκπληροῦν διανοουμένου. φωνήσαντες δὲ τὴν ὁρμὴν ἐπὶ τὰ ὅπλα
ποιήσασθαι, καὶ θαρραλέως (ρ) ὑπὲρ τοῦ πατρῴου νόμου τελευτᾶν, ἱκανὴν ἐποίησαν ἐν τῷ τόπῳ
τραχύτητα, Μόλις (σ) τε ὑπό τε τῶν γεραιῶν καὶ τῶν πρεσβυτέρων ἀποτραπέντες ἐπὶ τὴν αὐτὴν τῆς
20 δεήσεως (τ) ἦλθον στάσιν. Καὶ τὸ μὲν πλῆθος, ὡς ἔμπροσθεν, (υ) ἐν τούτοις ἀνεστρέφετο δεόμενον.
21 Οἱ δὲ περὶ τὸν βασιλέα πρεσβύτεροι πολλαχῶς ἐπειρῶντο τὸν ἀγέρωχον αὐτοῦ νοῦν ἐξιστάνειν τῆς
ἐντεθυμημένης (φ) βουλῆς. Θρασυνθεὶς δὲ καὶ (χ) πάντα παραπέμψας, ἤδη καὶ πρόσβασιν (ψ) ἐποιεῖτο,
22 τέλος ἐπιθήσειν δοκῶν τῷ προειρημένῳ. Ταῦτ' οὖν καὶ οἱ περὶ αὐτὸν ὄντες θεωροῦντες ἐτράπησαν εἰς
23 τὸ σὺν τοῖς ἡμετέροις ἐπικαλεῖσθαι τὸν πᾶν κράτος ἔχοντα, τοῖς παροῦσιν ἐπαμῦναι, μὴ
παριδόντα τὴν ἄνομον καὶ ὑπερήφανον πρᾶξιν. Ἐκ δὲ τῆς πυκνοτάτης τε καὶ ἐμπόνου τῶν ὄχλων
24 συναγομένης κραυγῆς, ἀνείκαστός τις ἦν βοή.

MS.A. (α) προαναγνωσθέντος, * ὅλως (β) ἐμὲ δὲ οὐ δεῖ. (γ) * ἅπαντα αἰτίαν αὐτὸν εἰσερχόμενον εἰς (δ) τὸ τέμενος, (ε) γενομένου (ζ) πάντων (η) ἐν πάσαις τῶν αἰσθήσεσιν προσπεσόντων (θ) τοῖς ἐνεστῶσιν, καὶ τὴν (ι) καὶ ἀπέδωκαν κόνει τὰς κόμας πασάμεναι, γόου καὶ στεναγμῶν ἐνεπίμπλων τὰς πλατείας. (κ) πρὸς * ἄπαν νυμφ διατεταγμένους, καὶ τὴν ἁρμόζουσαν (λ) ἄτακτον Cυνίσταντο. (μ) καὶ μὲν (ν) ἀνεπιστρέπτως (ξ) συλλεγέντων (ο) οἱ περὶ τῶν (π) προθέσεως ἐκπληροῦν (ρ) ὑπὸ τοῦ (σ) δὲ (τ) ἦλθον στάσιν. (υ) τούτοις (φ) ἐπιβουλῆς. (χ) πάντας (ψ) ἤδη ἐποιεῖτο,

Interp. L A T.

Spretáque lege non cessabat provehere se, Intrandum omninò dicens; Et, si 12
illi privati sunt hoc honore; me non oportet. Et interrogabat, quam ob
causam, intrantem ipsum in quodcunque phanum, nemo eorum qui aderant,
prohibuisset. Et quidam imprudenter dixit male hoc ipsum prodigiosum 13
esse. Factum autem hoc fuerit, inquit, quavis de causa; nonne omninò se
intraturum, & volentibus ipsis, & nolentibus? Cùm autem sacerdotes 14
cum omnibus vestibus procidissent, & orarent maximum Deum auxilium
ferre imminenti necessitati, & impetum malè irruentis reprimere, clamoré-
que cum lachrymis templum implerent; qui in civitate remanserant, tur-
bati exilierunt, occultum quid esse, quod fiebat, existimantes: Et in- 15
clusæ virgines in thalamis, cum genitricibus proruperunt, & cinere & pul-
vere aspersis capitibus, gemitibus & suspiriis plateas implebant. Et aliæ 16
verò nuper astrictæ, thalamos ad occursum assignatos, & congruum pudorem
relinquentes, cursum inordinatum in civitate faciebant. Infantes autem 17
filii, & cum his matres, & nutrices defatigatæ aliter & aliter, hæ
quidem per domos, hæ verò per vias irrevocabiliter ad eminentissimum
templum congregabantur. Varia autem erat eorum qui in illud convenie- 18
bant, oratio, pro his quæ ab illo injustè tentabantur. Cum his autem non- 19
nulli ex civibus audaces facti non ferebant illum omninò instantem, &
propositum suum implere statuentem. Clamantes autem se ruituros ad ar-
ma, & audacter pro patria lege obituros, magnam fecerunt in loco aspe-
ritatem, Vixque à senibus & presbyteris cohibiti, ad eandem orationis 20
(a) steterunt stationem. Et turba quidem, ut anteà, in his versabatur 21
orans. Seniores autem, qui erant circa regem, multis modis conabantur
superbam ejus mentem à suscepto consilio removere. Induratus autem, & 22
omnia abjiciens, jam & impetum faciebat, finem putans se impositurum rei
prædictæ. Hæc igitur & qui circa illum erant, spectantes, eò se converte- 23
runt, ut cum nostris invocarent eum qui omnem potestatem habet, ut his
qui aderant, auxilium ferret, non despiciens iniquum & superbum faci-
nus. Ex densissima autem & laboriosa turbarum collecta vociferatione, 24
incomparabilis quidam erat clamor.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
22 [illegible]
23 [illegible]
24 [illegible]

Cúmq; allatam legē corā eis recitâssent, 12
adhuc non acquievit, sed dixit; Oportet me introire: Et siquidem hi honore hoc carent, ego non carebo. Interrogavítque eos; Quare cùm ingredior omnia fana idolorum, nemo ex eis qui inibi sunt me prohibet? Re- 13
spondens autem quidam eorum audacter dixit; Malè hoc facitis. Ipse autem respondens dixit; Sive volueritis
sive non, oportet me introire. Sa- 14
cerdotes autem vestes sacras induti cadentes in facies, clamabant & supplicabant coram Deo magno ac potenti, ut adjuvaret eos & salvaret: mentémque ejus malam & cogitationem iniquam retrò ageret: impleverúntque templum lachrymis & voce clamantium. Cives autem omnes cum motu & trepidatione exilientes egrediebantur, quid accideret expectantes. Virginés- 15
que conclusæ cum matribus suis prodibant, pulveréque ac cinere capitibus insperso, cum fletu lachrymísque ac suspiriis plateas circuibant. Sponsæ- 16
que jam viris nuptæ, ejus temporis thalamos relinquentes, & schema indutûs modestiæ suæ, sine pudore cursitantes per plateas errabant. Uxorésque 17
relictis infantibus suis, hàc illàc per vicos plateásque civitatis circumibant.
Totus autem populus in unum coactus 18
ad templum gloriosum venit, clamans, oránsque ut consilium ejus, & quæ cogitaverat omnia irrita fierent. Cùm 19
autem viderent qui de gente erant obstinatum eum ut intraret, nec pati sibi persuaderi ut à mente suâ malâ se cohibeat, dixerunt alter alteri; Sumenda arma, promptéque & viriliter moriendum pro lege & fœdere patrio. Tumultúsque magnus & conculcatio
in loco extitit: Difficiléque surgen- 20
tes sacerdotes & presbyteri vi cohibitum populum ad preces & clamorem
converterunt. Et populus quidem uni- 21
versus stâbat coram eis in oratione & supplicatione: magnates autem & honorati qui cum rege erant, divisim petebant, suadebántque ei, ut à mente sua malâ, & cogitatione iniquâ rediret
ac desisteret. Quorum nullo ipsi per- 22
suadebatur, sed exaltatus & elatus, incipiebat ingredi, duritie suâ; putans
effecturum se cogitationem suam. Quæ 23
cùm fieri, qui cum ipso erant viderent, conversi præ timore suo, videbant totum populum nostrum orantem & invocantem eum qui potestatem habet in omnia, ut vindictam malam inimicis retribueret, nec aspectum suum ab opere iniquo, studióque superbiæ & arrogantiæ in transgrediendo legem,
averteret. Coactorum autem in unum 24
omnium, orantiumque ac clamantium cum voce suspirii, supra quam dici possit, usque adeò invaluit ea vox.

MAKKABAIΩN Γ'.

25 (α) Δοκεῖν γὰρ ἦν μὴ μόνον τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ καὶ τὰ τείχη καὶ τὸ πᾶν ἔδαφος ἠχεῖν,
ἅτε δὴ τῶν πάντων τότε θάνατον ἀλλασσομένων ἀντὶ τῆς τοῦ τόπου βεβηλώσεως.

MS. A. (α) * ἠδόκειν

ΚΕΦ. β'.

1 (α) Ὁ μὲν οὖν ἀρχιερεὺς Σίμων ἐξεναντίας τοῦ ναοῦ κάμψας τὰ γόνατα, καὶ τὰς χεῖρας προτείνας
2 εὐτάκτως, ἐποιήσατο τὴν δέησιν τοιαύτην· Κύριε κύριε βασιλεῦ τῶν οὐρανῶν, καὶ δέσποτα πάσης
(β) κτίσεως, ἅγιε ἐν ἁγίοις, μόναρχε, παντοκράτωρ, πρόσχες ἡμῖν καταπονουμένοις ὑπὸ ἀνοσίου
3 καὶ βεβήλου θράσει καὶ (γ) σθένει πεφρυαγμένου. Σὺ γὰρ ὁ κτίσας τὰ πάντα, καὶ τῶν ὅλων ἐπικρατῶν
4 δυνάστης δίκαιος εἶ, καὶ τοὺς ὕβρει καὶ ἀγερωχίᾳ (δ) πράσσοντάς τι κρίνεις. Σὺ τοὺς ἔμπροσθεν
ἀδικίαν ποιήσαντας, ἐν οἷς (ε) καὶ γίγαντες ἦσαν ῥώμῃ καὶ θράσει πεποιθότες, διέφθειρας, ἐπα-
5 γαγὼν (ζ) αὐτοῖς ἀμέτρητον ὕδωρ. Σὺ τοὺς ὑπερηφανίαν ἐργαζομένους Σοδομίτας, (η) διαδήλους ταῖς
κακίαις γενομένους, πυρὶ καὶ θείῳ κατέφλεξας, παράδειγμα τοῖς ἐπιγινομένοις καταστήσας.
6 Σὺ τὸν θρασὺν Φαραὼ καταδουλωσάμενον τὸν λαόν σου τὸν ἅγιον Ἰσραήλ, ποικίλαις καὶ πολλαῖς
7 (θ) δοκιμάσας τιμωρίαις, ἐγνώρισας τὴν σὴν (ι) δυναστείαν· Ἐφ' αἷς ἐγνώρισας τὸ μέγα σου κράτος.
καὶ ἐπιδιώξαντα αὐτὸν σὺν ἅρμασι καὶ ὄχλων πλήθει, ἐπέκλυσας βάθει θαλάσσης, τοὺς δὲ
ἐμπιστεύσαντας ἐπὶ σοὶ τῷ τῆς ἁπάσης κτίσεως δυναστεύοντι, σώους διεκόμισας. οἳ καὶ (κ) συνει-
8 δότες ἔργα σῆς χειρὸς, ᾔνεσάν σε τὸν παντοκράτορα. Σὺ βασιλεῦ κτίσας τὴν (λ) ἀπέραντον
καὶ ἀμέτρητον γῆν, ἐξελέξω τὴν πόλιν ταύτην, καὶ (μ) ἁγιάσας τὸν τόπον τοῦτον εἰς ὄνομά σοι τῷ
τῶν ἁπάντων ἀπροσδεεῖ, καὶ παρεδόξασας ἐν ἐπιφανείᾳ μεγαλοπρεπεῖ, σύστασιν ποιησάμενος αὐτοῦ
9 πρὸς δόξαν τοῦ μεγάλου καὶ ἐντίμου ὀνόματός σου. Καὶ ἀγαπῶν τὸν οἶκον τοῦ Ἰσραήλ, ἐπηγγείλω
(ν) δὴ ὅτι ἐὰν γένηται ἡμῶν ἀποστροφή, καὶ καταλάβῃ ἡμᾶς στενοχωρία, καὶ ἐλθόντες εἰς τὸν (ξ) τόπον
10 τοῦτον δεηθῶμεν, εἰσακούσῃ τῆς δεήσεως ἡμῶν. Καὶ δὴ (ο) πιστὸς εἶ καὶ ἀληθινός. ἐπεὶ δὲ πλεο-
νάκις (π) θλιβέντων τῶν πατέρων ἡμῶν ἐβοήθησας αὐτοῖς ἐν τῇ ταπεινώσει, καὶ ἐρρύσω αὐτοὺς ἐκ
11 (ρ) μεγάλων κινδύνων, Ἰδοὺ δὴ νῦν ἅγιε βασιλεῦ, διὰ τὰς πολλὰς καὶ μεγάλας ἡμῶν
ἁμαρτίας καταπονούμεθα, καὶ ὑπετάγημεν τοῖς ἐχθροῖς ἡμῶν, καὶ παρείμεθα ἐν ἀδυναμίαις.
12 Ἐν δὲ τῇ ἡμετέρᾳ καταπτώσει ὁ θρασὺς καὶ βέβηλος οὗτος ἐπιτηδεύει καθυβρίσαι τὸν ἐπὶ τῆς γῆς
13 ἀναδεδειγμένον τῷ ὀνόματι τῆς δόξης σου ἅγιον τόπον. Τὸ μὲν γὰρ (σ) οἰκητήριόν σου οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ
ἀνέφικτος ἀνθρώποις ἐστίν. (τ) ἀλλ' ἐπεὶ εὐδοκήσας τὴν δόξαν σου ἐν τῷ λαῷ σου Ἰσραήλ, ἡγίασας
τὸν τόπον τοῦτον.

MS. A. (α) * Κύριε κύριε (β) τῆς κτίσεως (γ) * ἀθένει πεφρυασμένης. Σὺ γὰρ εἶ ὁ (δ) τι πράσσοντας (ε) γίγαντες (ζ) αὐτοὺς (η) ἀδήλους (θ) ἐδοκίμασας (ι) δύναμιν (κ) συνιδόντες (λ) ἀπέρατον (μ) ἡγίασας (ν) διότι (ξ) τόπον ἡμῶν δεηθῶμεν, (ο) πιστὸς καὶ (π) καὶ θλιβέντων (ρ)* μετὰ κακῶν, Ἰδοὺ δὲ (σ) κατοικητήριον (τ) ἀλλὰ

Interp. LAT.

Existimare enim licebat, non modo homines, sed etiam muros, & totum solum resonare, quasi jam omnibus tunc mortem obeuntibus pro loci contaminatione. 25

CAP. II.

ATqui summus sacerdos Simon, ex adverso templi, flectens genua, & 1
manus extendens honestè, talem orationem habebat: Domine, Domine rex 2
cœlorum, & dominator omnis creaturæ, sancte in sanctis, monarcha, Omni-
potens, intende nobis oppressis ab impio, & prophano, qui præ audacia &
robore intumuit: Tu enim qui creâsti omnia, & omnia imperio tenes, 3
Dominus justus es: & eos qui contumeliâ & superbiâ in agendo utun-
tur, judicas. Tu illos, qui olim iniquitatem fecerunt, inter quos & gi- 4
gantes fuerunt, robore & audaciâ freti, perdidisti, superinducens eis im-
mensam aquam. Tu superbiam operantes Sodomitas, conspicuos iniquita- 5
tibus factos, igne & sulphure combussisti, exemplum posteris constituens.
Tu confidentem illum Pharaonem, qui servitute oppresserat populum tuum 6
sanctum Israel, cùm variis & multis suppliciis examinâsses, notam fecisti
potentiam tuam: In quibus declarâsti magnitudinem fortitudinis tuæ; 7
& cùm ille persequeretur cum currubus, & turbarum multitudine, obruisti
profundo mari: eos autem qui se tibi crediderant, qui omni creaturæ domi-
naris, salvos traduxisti. Qui etiam cognoscentes opera manûs tuæ, laudaverunt
te omnipotentem. Tu rex, qui creâsti interminatam immensamque terram, ele- 8
gisti civitatem hanc, & sanctificâsti locum hunc ad nomen tibi, nullius rei e-
genti; & mirum in modum glorificâsti apparitione magnificâ commendationem
faciens ejus ad gloriam magni & honorati nominis tui. Et diligens domum Is- 9
rael, pollicitus utique es, si accidat nobis adversitas, & apprehendat nos angu-
stia, & venientes ad locum hunc oremus, exauditurum te orationem nostram. Et 10
quidem fidelis es, & verax. Quoniam autem sæpe afflictis patribus nostris, au-
xilium tulisti eis in humilitate, & eruisti eos de magnis periculis; Ecce nunc, 11
sancte rex, propter multa & magna peccata nostra opprimimur, & subjecti sumus
inimicis nostris, & collabimur in infirmitatibus. In nostra autem calamitate 12
audax hic & prophanus conatur afficere injuriâ locum hunc sanctum super ter-
ram erectum nomini gloriæ tuæ. Nam habitaculum quidem tuum, cœlum cœli 13
est, incomprehensibile hominibus: sed quoniam elegisti gloriam tuam in populo tuo
Israel, sanctificâsti locum hunc.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

25 Quasi non homines tantùm sed & muri, & parietes terráque ipsa clamarent; erántque omnium animæ morti traditæ pro templo, ne pollueretur.

CAP. II.

1 SImeon autem sacerdos summus, positis ad altare genibus, passísque manibus, oravit sapienter, sic dicens;
2 Domine, Domine, Rex cœlorum, Domine omnium, Judex, Sancte inter sanctos solus, Princeps, Omnipotens; Intuere nos in angustiis positos ab immundo hoc & polluto, superbóque; virésque infirmas & miseras.
3 Tu enim is es qui creâsti omnia: omniáq; potentiâ tuâ justâ obtines: Tu omnes qui olim in re exaltant se extollúntque diruis.
4 Tu fortes illos antiquos judicâsti qui iniquè egerût, etiâ gigantes qui cum ipsis erant, viriû suarû robori confidêtes, perdidisti aquis diluvii multis, quæ cohiberi non potuerunt.
5 Tu Sodomitas exaltantes se & extollentes operibus suis, palàm factâ notâque iniquitate ipsorum, igne ac sulphure combussisti: spectaculúmque fecisti stupendum omnibus seculis sequentibus.
6 Tu Pharaonem illum magnum & superbum, qui populum tuû sanctum Israëlis servitute premebat, cruciâsti & flagellâsti omnibus plagis, notam faciens majestatem tuam.
7 Et ostendens fortitudinê potentiæ tuæ: cúmque persequeretur populû tuû cum equis & curribus populóq; multo, submersisti eû & omnes qui cum eo erant profundo mari. Eos autem qui tibi credebant, qui, quicquid vis potes in tota creatura, salvos conservâsti: Qui cùm vidissent opera tua, laudárunt, te Omnipotens.
8 Tu rex qui fecisti terram incomprehensibilem & immensurabilem, nullâ re indigens, elegisti civitatem hanc, & locum hunc sanctificâsti nomini tuo, glorificâstíque eum revelatione majestatis decoris tui: fecistíque ei nomen & exaltationem, in gloriam nominis tui magni & honorandi.
9 Et quòd feceris & amaveris gentem Israelitarum, promisisti eis, si peccando à te averterentur, occurrerêntque ipsis angustiæ & dolores, & venientes orarent in loco hoc, auditurum te vocem orationis ipsorum.
10 Jam autem fidus tu & verax es, qui sæpenumerò in angustiis positos patres nostros, ope tuâ ab angustiis liberâsti, & ab omni dolore & periculo redemisti.
11 Et nunc rex sancte, ecce, propter peccata nostra magna multáque, in angustiis & servitute hostium nostrorum positis, & ægritudine nostrâ resolutis nobis,
12 Impius iste, immundúsque & pollutus, locum sanctum electum dicatúmque in terra nomini tuo sancto, probro afficere studet.
13 Habitatio enim tua in cœlis cœlorum est, supra omnes filios hominum; sed quòd gloriam tuam in populo tuo Israële collocare velles, sanctificâsti locum hoc modo.

14 Μὴ ἐκδικήσῃς ἡμᾶς ἐν τῇ τούτων ἀκαθαρσίᾳ, μηδὲ εὐθύνῃς ἡμᾶς ἐν βεβηλώσει· ἵνα μὴ καυχήσωνται οἱ παράνομοι ἐν θυμῷ αὐτῶν, μηδὲ ἀγαλλιάσωνται ἐν ὑπερηφανίᾳ γλώσσης αὐτῶν, λέγοντες, Ἡμεῖς κατεπατήσαμεν τὸν οἶκον τοῦ ἁγιασμοῦ, ὡς καταπατοῦνται οἱ οἶκοι τῶν προσοχθισμάτων.
15 Ἀπάλειψον τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ διασκέδασον τὰς (α) ἀμπλακίας ἡμῶν, καὶ ἐπίφανον τὸ ἔλεός σου κατὰ τὴν ὥραν ταύτην. ταχὺ προκαταλαβέτωσαν (β) ἡμᾶς οἱ οἰκτιρμοί σου, καὶ δὸς αἰνέσεις ἐν στόματι τῶν καταπεπτωκότων καὶ συντετριμμένων τὰς ψυχάς, ποιήσας ἡμῖν εἰρήνην.
16 Ἐνταῦθα ὁ πάντων ἐπόπτης Θεός, (γ) καὶ πρὸ πάντων ἅγιος ἐν ἁγίοις, εἰσακούσας τῆς ἐνθέσμου λιτανείας, τὸν ὕβρει καὶ θράσει μεγάλως ἐπηρμένον ἐμάστιξεν αὐτόν, ἔνθεν καὶ ἔνθεν κραδάνας αὐτὸν ὡς κάλαμον ὑπὸ ἀνέμου, ὥστε κατ' ἐδάφους ἄπρακτον ἔτι, καὶ τοῖς μέλεσι παραλελυμένον, μηδὲ φωνῆσαι δύνασθαι δικαίᾳ (δ) περιπεπληγμένον κρίσει.
17 Ὅθεν οἵ τε φίλοι (ε) καὶ οἱ σωματοφύλακες ὀξεῖαν ταχεῖαν καὶ ὀξεῖαν ἰδόντες τὴν καταλαβοῦσαν αὐτὸν (ζ) εὐθύνην, φοβούμενοι μὴ καὶ τὸ ζῆν ἐκλείπῃ, ταχέως αὐτὸν ἐξείλκυσαν ὑπερβάλλοντι καταπεπληγμένοι φόβῳ.
18 Ἐν χρόνῳ δὲ ὕστερον ἀναλεξάμενος (η) ἑαυτόν, οὐδαμῶς εἰς μετάμελον ἦλθεν ἐπιτιμηθείς, (θ) μετ' ἀπειλῆς δὲ (ι) πικρᾶς ἀνέλυσε.
19 Διακομισθεὶς δὲ εἰς τὴν Αἴγυπτον, καὶ τὰ τῆς κακίας (κ) ἐπαύξων, διὰ δὲ τῶν προαποδεδειγμένων συμποτῶν καὶ ἑταίρων τοῦ παντὸς δικαίου κεχωρισμένων, οὐ μόνον ταῖς ἀναριθμήτοις ἀσελγείαις διηρκέσθη, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοσοῦτον θράσους προῆλθεν, ὥστε δυσφημίας ἐν τοῖς τόποις συνίστασθαι, καὶ πολλοὺς τῶν φίλων ἀτενίζοντας εἰς τὴν τοῦ βασιλέως πρόθεσιν καὶ αὐτοὺς ἕπεσθαι τῇ ἐκείνου θελήσει.
20 Προέθετο (λ) δὲ δημοσίᾳ κατὰ τοῦ ἔθνους διαδοῦναι ψόγον· (μ) καὶ ἐπὶ τοῦ κατὰ τὴν αὐλὴν πύργου στήλην ἀναστήσας, (ν) ἐξεκόλαψε γραφήν, μηδένα τῶν μὴ θυόντων (ξ) εἰς τὰ ἱερὰ αὐτῶν εἰσιέναι, πάντας δὲ τοὺς Ἰουδαίους εἰς λαογραφίαν καὶ οἰκετικὴν διάθεσιν ἀχθῆναι, τοὺς δὲ ἀντιλέγοντας βίᾳ φερομένους τοῦ ζῆν μεταστῆσαι,
21 (ο) τούτους τε ἀπογραφομένους (π) χαράσσεσθαι καὶ διὰ πυρὸς εἰς τὸ σῶμα παρασήμῳ Διονύσου κισσοφύλλῳ, οὓς καὶ (ρ) καταχωρίσαι εἰς τὴν προσυνεσταλμένην αὐθεντίαν.
22 Ἵνα δὲ μὴ τοῖς πᾶσιν ἀπεχθόμενος φαίνηται, ὑπέγραψεν, Ἐὰν δέ τινες ἐξ αὐτῶν προαιρῶνται ἐν τοῖς (σ) κατὰ τὰς τελετὰς μεμυημένοις ἀναστρέφεσθαι, τούτους ἰσοπολίτας Ἀλεξανδρεῦσιν εἶναι.
23 Ἔνιοι (τ) μὲν οὖν ἐπὶ πόλεως τὰς τῆς πόλεως εὐσεβείας (υ) ἐπιβάθρας στυγοῦντες, εὐχερῶς ἑαυτοὺς ἐδίδοσαν, ὡς μεγάλης τινὸς κοινωνήσοντες εὐκλείας ἀπὸ τῆς ἐσομένης τῷ βασιλεῖ συναναστροφῆς.

MS.A. (α) ἀμβλακίας (β) οἱ οἰκτιρμοί (γ) καὶ προπάτωρ ἅγιος (δ) πεπληγμένον (ε) καὶ σωματοφύλακες ὀξεῖαν (ζ) εὐθύνας (η) αὐτόν, (θ) μετὰ (ι) πικρᾶς ἀπειλῆς ἀνέλυσεν. (κ)* ἐπαυξων, διά τε (λ) δημοσίᾳ (μ) ἐπὶ τοῦ (ν) ἐκόλαψεν (ξ) ἐπὶ τὰ (ο) τούς τε (π) χαράσσεσθαι (ρ) προσκαταχωρίσαι (σ) κατὰ τελετὰς μεμυημένοις (τ) μὲν ἐπὶ* πόλεως (υ) ἐπιβάθρα συγῶντες,

Non ulciscaris nos in horum immunditia, neque punias nos in contaminatione: ne glorientur iniqui in furore suo, neque exultent in superbia linguæ suæ, dicentes; Nos conculcavimus domum sanctificationis, sicut conculcantur domus abominationum. 14
Dele peccata nostra, & dissipa errata nostra, & ostende misericordiam tuam in tempore hoc. Citò præoccupent nos miserationes tuæ: & da laudationes in ore prostratorum, & contritorum animis, faciens nobis pacem. 15
Hic omnium inspector Deus, & ante omnes sanctus in sanctis, exauditâ sanctâ supplicatione, eum qui contumeliâ & audaciâ valdè elatus erat, flagellavit; hinc & inde vibrans eum, ut arundinem à vento, ita ut in solo jam inutilis, & membris resolutus, neque loqui posset, justo implicitus judicio. 16
Quamobrem amici, & corporis ejus custodes, cùm celerem & acutam viderent eum apprehendisse pœnam, timentes ne & vitâ deficeret, citò illum extraxerunt, ingenti perculsi timore. 17
Sequenti autem tempore cùm se collegisset, nequaquam ad pœnitentiam venit castigatus: sed cum amara comminatione discessit. 18
Reversus autem in Ægyptum, & malitiam adaugens, per compotores, & sodales jam indicatos, ab omni justitia semotos, non solùm in innumerabilibus libidinibus perseveravit, sed etiam eo temeritatis processit, ut infanda in locis constitueret, & multi ex amicis intendentes in regis propositum etiam ipsi sequerentur illius voluntatem. 19
Proposuit autem publicè contra gentem disseminare vituperationem: & in turri, quæ erat ad aulam, erigens columnam, insculpsit scripturam, Neminem eorum qui non sacrificarent, ad sacra eorum ingredi; omnes autem Judæos in vulgi (b) descriptionem & servilem conditionem abduci; qui autem contradicerent, vi ablatos, vitâ privari: 20
Hos autem descriptos signari etiam per ignem insigni Liberi hederæ folio, ac secedere ob jam (c) coercitam libertatem. 21
Verùm ne omnibus infensus videretur, subscripsit: sin autem ex eis aliqui elegerint versari cum iis qui secundùm Teletas initiati sunt, hos æquo jure cives cum Alexandrinis esse. 22
Igitur nonnulli quidem in civitate civilis religionis gradus (d) honorantes facilè seipsos dederunt, tanquam magnæ cujusdam gloriæ participes futuri ex ea quæ futura esset cum rege conversatione. 23

Versio *SYRIACA* cum Interpretatione *LATINA*.

14–23 [illegible]

Noli itaque vindictam de nobis sumere per horum impuritatem, neque per eorum immunditiam nos corripere, ne extollantur perversi in impietate suâ, nec lætantes exaltatione linguæ suæ dicant; Conculcavimus sanctuarium sicut conculcantur idolia: 14
Sed dele peccata nostra, & dimitte errores nostros, & serenum ostende vultum tuum erga nos hoc tempore, statímque occurrat nobis misericordia tua Domine: Pone laudes tuas in ore humilium & corde contritorum, & præsta nobis in hoc loco pacem. 15
Dominus autem Deus videns omnia, pater patrum, & sanctus sanctorum, vocem orationis quâ supplicabat audivit, & eum qui paulò anteà gloriabatur & sese extollebat, flagris huc illuc egit, multis angustiis cruciatum, ita ut solutus in terram caderet, totus tremens instar arundinis vento agitatæ, ac ne verbum quidem proferre posset, per justi judicii vindictâ quæ ipsũ occupaverat. 16
Adeò ut videntes amici ac custodes ejus asperam ultionem quæ ipsum assecuta erat, metuerent ne moriendo etiam moreretur; igitur timore magno perculsi, tractum eum foràs extulerunt. 17
Post modicum autem tempus, reversâ animâ compos sui factus, à mente suâ durâ recedere noluit, sed minitans ipsis furore magno ac duro, profectus inde discessit. 18
Profectus igitur in Ægyptum Philometor, augescente adhuc & crescente malitiâ ipsius, magnatúmq; ej' omniũ & amicorũ ab omni justitia alienorum, non satis ipsi factum est iniquitatib' ipsorũ innumeris, sed ad eam audaciæ summam venit, ut verba blasphema in locum proferret: multiq; ex amicis ejus, perspectâ regis mente, voluntatem impii affectarentur. 19
Scripsit igitur rex & decretum constituit de gente nostra, factum simulachrum sculptile inter turres palatii posuit; scripto edicens, qui non sacrificaret ipsi, ne in Dei templum introiret: descriptos autem Judæos omnes abductos in servitutem, subigi in sortem servorum: Quod si qui ex eis repugnarent, abductos eos per vim cum cruciatu necari. 20
Descriptos autẽ multos p ignem signari notâ Dionysii, ut in servitute regis essent. 21
Utque vulgò non videretur, quasi per vim nos constringere, sic scripsit; Quicunque ex eis sensui religionis nostræ communicare voluerint, eos Alexandrinos esse, civitatis regiæ cives. 22
Et pauci quidam eorum quorum mens stabilis non erat in cultu religionis Dei, & fœderis civitatis suæ, prompti se tradiderunt (quasi qui bono suo eximio communicarent) præcepto regis. 23

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Γ΄.

24 Οἱ δὲ ~~πλεῖστοι γενναίᾳ~~ ψυχῇ ἐνίσχυσαν, καὶ οὐ διέστησαν τῆς εὐσεβείας· τά τε χρήματα περὶ τοῦ ζῆν ἀντικαταλλασσόμενοι, ἀδεῶς ἐπειρῶντο ἑαυτοὺς ῥύσασθαι ἐκ τῶν ἀπογραφῶν. (α) εὐέλπιδες δὲ καθει-
25 στήκεισαν ἀντιλήψεως τεύξεσθαι, Καὶ τοὺς ἀποχωροῦντας ἐξ αὐτῶν ἐβδελύσσοντο, καὶ ὡς πολεμίους τοῦ ἔθνους ἔκρινον, καὶ τῆς κοινῆς συναναστροφῆς καὶ εὐχρηστίας ἐστέρουν.

MS. A. (α) εὐέλπιδές τε

ΚΕΦ. γ΄.

1 Α καὶ μεταλαμβάνων ὁ δυσσεβὴς, ἐπὶ τοσοῦτον (α) ἐχόλησεν, ὥστε οὐ μόνον τοῖς (β) κατ' Ἀλεξάνδρειαν (γ) διοργίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν τῇ χώρᾳ βαρυτέρως ἐναντιωθῆναι,
2 καὶ προστάξαι (δ) σπεύσαντας συναγαγεῖν πάντας ἐπὶ ταὐτὸ, καὶ χειρίστῳ μόρῳ τοῦ ζῆν μεταστῆσαι. Τούτων δὲ (ε) οἰκονομουμένων, φήμη δυσμενὴς (ζ) ἐξηχεῖτο κατὰ τοῦ γένους ἀνθρώποις (η) συμφερονοῦσι εἰς κακοποίησιν,
3 ἀφορμῆς (θ) διδομένης εἰς διάθεσιν, ὡς ἂν ἀπὸ τῶν νομίμων αὐτοὺς κωλυόντων. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι τὴν μὲν πρὸς τοὺς βασιλεῖς εὔνοιαν καὶ πίστιν ἀδιάστροφον ἦσαν (ι) διαφυλάσσοντες, σεβόμενοι δὲ τὸν θεὸν καὶ τῷ τούτου νόμῳ πολιτευόμενοι, χωρισμὸν ἐποίουν (κ) ἐπί τινων καὶ καταστροφάς· δι' ἣν αἰτίαν (λ) ἐνίοις ἀπεχθεῖς ἐφαίνοντο. τῇ δὲ τῶν δικαίων εὐπραξίᾳ κοσμοῦντες τὴν συναναστροφὴν, ἅ-
4 πασιν ἀνθρώποις εὐδόκιμοι καθειστήκεισαν. Τὴν μὲν οὖν περὶ τοῦ γένους ἐν πᾶσι (μ) θρυλλουμένην εὐπραξίαν οἱ ἀλλόφυλοι οὐδαμῶς διηγήσαντο. τὴν δὲ περὶ τῶν προσκυνήσεων καὶ τροφῶν διάστασιν (ν) ἐθρύλλουν, φάσκοντες, Μήτε τῷ βασιλεῖ μήτε ταῖς δυνάμεσιν ὁμοσπόνδους τοὺς ἀνθρώπους (ξ) γίνεσθαι, δυσμενεῖς δὲ εἶναι καὶ μέγα τι τοῖς πράγμασιν ἐναντιουμένους· καὶ οὐ τῷ τυχόντι (ο) περιῆψαν ψόγῳ.
5 Οἱ δὲ κατὰ τὴν πόλιν Ἕλληνες οὐδὲν ἠδικημένοι, ταραχὴν ἀπροσδόκητον περὶ τοὺς (π) ἀνθρώπους θεωροῦντες, καὶ συνδρομὰς ἀπροσκόπους γινομένας, βοηθεῖν μὲν οὐκ (ρ) ἔσθενον· τυραννικὴ γὰρ ἦν ἡ
6 διάθεσις· Παρεκάλουν δὲ καὶ δυσφόρως εἶχον, καὶ μεταπεσεῖσθαι ταῦτα ὑπελάμβανον. μὴ γὰρ (σ) οὕτως
7 παροραθήσεσθαι τηλικοῦτο (τ) σύστημα μηδὲν ἠγνοηκός. Ἤδη δὲ καί τινες γείτονές τε καὶ φίλοι καὶ συμπραγματευόμενοι, μυστικῶς τινας ἐπισπώμενοι, πίστεις ἐδίδουν συνασπιεῖν, καὶ πᾶν ἐκτενὲς
8 προσοίσεσθαι πρὸς ἀντίληψιν. Ἐκεῖνος μὲν οὖν τῇ κατὰ τὸ παρὸν εὐημερίᾳ γαυρούμενος, καὶ οὐ καθορῶν τὸ τοῦ μεγίστου θεοῦ κράτος, (υ) ὑπολαμβάνων δὲ διαπαντὸς ἐν τῇ αὐτῇ διαμένειν βουλῇ, ἔγραψε κατ' αὐτῶν ἐπιστολὴν τήνδε.

MS. A. (α) ἐξεχόλησεν, (β) κατὰ (γ) ὀργίζεσθαι, (δ) σπεύδοντας (ε) οἰκοδομημένων, (ζ) ἐξεχεῖτο (η)* συμφερονοῦσιν (θ) διδομένης (ι) φυλάσσοντες. (κ)* ἐπὶ τῷ καταστροφάς. (λ) ἐνίοις (μ) θρυλλουμένην (ν) ἐθρύλλουν, (ξ) γενέσθαι, (ο) περιῆψαν ψόγον. (π) ἄνδρας (ρ) ἔσθενον· (σ) οὕτω παροραθήσεσθαι (τ) σύστημα (υ) ὑπολαμβάνων

Interp. LAT.

Plerique autem (e) generoso animo seipsos confirmaverunt, & à pietate non recesserunt: & pecunias pro vita commutantes, intrepidè conabantur seipsos liberare à descriptionibus. Bonâ autem spe freti perstabant, auxilium se consecuturos; Et suos illos, qui recesserant, abominabantur, & tanquam hostes gentis judicabant, & communi consuetudine & utilitate privabant.

CAP. III.

Quæ cùm comperisset impius; adeò iratus est, ut non solùm iis qui ad Alexandriam, succenseret, sed etiam iis qui in regione, gravius adversaretur, & juberet festinantes congregare omnes simul, & pessimâ nece vitam ipsis adimere. His autem constitutis, fama inimica pervulgabatur contra ipsum genus, hominibus consentientibus ad maleficium, occasione datâ ad constitutionem, tanquam eos à legitimis prohiberent. At Judæi erga reges quidem benevolentiam & fidem immutabilem conservabant; venerantes autem Deum, & ex ipsius lege rempublicam gerentes, secessionem in aliquibus faciebant, & mutationes; quam ob causam aliquibus odiosi videbantur. Sed justarum actionum justitiâ conversationem ornantes, omnibus hominibus probati extiterunt. Ipsam quidem de genere in omnibus pervulgatam rectè agendi rationem alienigenæ nequaquam recensuerunt: verùm de adorationibus & cibis discrimen pervulgabant, dicentes; Neque regi, neque exercitibus fœderatos esse homines, sed esse odiosos, & majorem in modum negotiis adversari: & non mediocrem excitârunt vituperationem. Græci autem, qui erant in civitate, nullis injuriis affecti tumultum inexpectatum circa homines videntes, & concursus improvisos fieri; auxiliari quidem non poterant (tyrannica enim erat constitutio:) Sed consolabantur, & graviter ferebant, & mutatum hæc iri putabant: non enim sic contemnet talem constitutionem, (f) qui nihil ignoraverit. Jam verò quidam vicini, & amici, & qui simul negotiabantur, secretò quosdam accersentes, fidem dabant contegendi, & omnem (g) diligentiam ad defensionem. Igitur ille quidem præsenti prosperitate exultans, & non considerans maximi Dei potestatem, putans autem perpetuò in eodem perseverare consilio, scripsit contra eos epistolam hanc:

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

24 [illegible]
[illegible]
25 [illegible]
[illegible]
[illegible]

CAP. III.

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]

Maxima autem pars populi confortati & corroborati viriliter, non destiterunt, nec discesserunt ab omni justitiâ, sed facultates suas pro vitis suis tradiderunt, ut à descriptione se redimerent: sperantes expectantésque redemptum se iri. Eósque qui subducerent se, & ab eis discederent pro pollutis habentes, hostium loco reputabant, privabántque eos vulgus gratiâ conversionis.

CAP. III.

Statim autem ut hæc audivit impius, vehementer irâ incensus est, non solum in eos qui Alexandriâ incolebant, sed et plebi quæ regionem habitabat gravis hostis factus, præciperet; coactos statim & derepentè in unum omnes morte durâ & amarâ interfici. Sancito decreto hoc impuro malóque & acerbo, inque totum populum nostrum edito, procurantibus quibusdam qui à lege defecerant, quòd communicare ipsis non sustinerent, Judæi amorem erga regem, prout pactis legibúsque Dei monebantur, conservabant: Sed quod discrimina ciborum observarent, visi sunt multis elati & arrogantes. In omni tamen justitiæ cultu vitam agebant, ita ut eximii & electi ex omni genere humano viderentur. Quod autem ad decretum attinet, quod prodierat de populo nostro, ut numerarentur à gentibus, annumerare ipsos non poterant. Et quod cibis eorum adorationibúsque non annuerent, famam disperserunt de eis, dicentes; Neque regem nos in æstimatione habere, neque servituti exercituum ejus assentiri, sed rebelles esse, multúmque præceptis regis & rebus repugnare: neque benè in nos odium & infamiam protulerunt. Gentes autem quæ in civitate erant; cùm nihil mali in Judæis qui cum ipsis erant, viderent, malum autem viderent & perturbationem quæ ipsis derepentè acciderat, festinatúmque violentiæ cursum; neque ipsis quicquam auxiliari possent propter duritiem & asperitatem edicti de eis publicati; Orabant tamen suadebántque angustiatoribus eorum, cum mœstitia magna, dicentes eis; Nolite tam durè ipsos premere: neque enim fieri potest ut pereat tanta gentis multitudo sine errore. Cœperúntque quidam ex amicis viciníſque ipsorum, eorúmque qui cum ipsis commercia exercebant, suadere dolo affligentibus eos, dicentes; Nos faciemus ut sacrificent. Ipsi autem in oratione & clamore positi sperabant spectabántque futuram sibi salutem. Rex autem superbiens exultatúsque & infremens cogitatione suâ elatâ, vim potentiámque Dei magni non intuebatur nec respectabat, sed in eadem cogitatione, ejusdémque potestatis imperio semper substitutum se sperans, epistolam sic in eos scriptam misit:

MAKKABAIΩN Γ. | Interp. LAT.

Βασιλεὺς Πτολεμαῖος Φιλοπάτωρ τοῖς κατ' Αἴγυπτον, καὶ κατὰ τόπον στρατηγοῖς καὶ στρατιώταις,
10 χαίρειν καὶ ἐῤῥῶσθαι. Ἔῤῥωμαι δὲ καὶ (α) ἐγὼ αὐτὸς καὶ τὰ πράγματα ἡμῶν. (β) Ἐκ τῆς εἰς τὴν Ἀσίαν
γενομένης ἡμῖν ἐπιστρατείας, ἧς ἴστε καὶ αὐτοί, τῇ τῶν (γ) θεῶν πρὸς ἡμᾶς ἀπροπτώτῳ συμμαχίᾳ,
καὶ τῇ ἡμετέρᾳ δὲ ῥώμῃ κατὰ λόγον ἐπ' ἄριστον τέλος ἀχθείσης, ἡγησάμεθα μὴ βίᾳ δόρατος, ἐπι-
εικείᾳ δὲ καὶ πολλῇ φιλανθρωπίᾳ τιθηνήσασθαι τὰ κατοικοῦντα κοίλην Συρίαν καὶ Φοινίκην
ἔθνη, (δ) εὐποιῆσαί τε ἀσμένως. Καὶ τοῖς κατὰ πόλεσιν ἱεροῖς ἀπονείμαντες προσόδους πλείστας,
11 (ε) προήχθημεν καὶ εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, ἀναβάντες τιμῆσαι τὸ ἱερὸν τῶν ἀλιτηρίων καὶ μηδέποτε
λληγόντων τῆς ἀνοίας. Οἱ δὲ λόγῳ μὲν τὴν ἡμετέραν ἀποδεξάμενοι παρουσίαν, τῷ δὲ πράγ-
12 ματι νόθως, προθυμηθέντων ἡμῶν εἰσελθεῖν εἰς τὸν ναὸν αὐτῶν, καὶ τοῖς ἐκπρεπέσι καὶ καλλίστοις
(ζ) ἀναθήμασι τιμῆσαι, τύφοις φερόμενοι παλαιοτέροις, εἶρξαν ἡμᾶς τῆς εἰσόδου, (η) Ἀπολειπόμενοι
13 τῆς ἡμετέρας ἀλκῆς, δι' ἣν ἔχομεν πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους φιλανθρωπίαν. Τὴν δὲ αὐτῶν εἰς
ἡμᾶς δυσμένειαν ἔκδηλον καθιστάντες, ὡς μονώτατοι τῶν ἐθνῶν βασιλεῦσι καὶ τοῖς ἑαυτῶν
εὐεργέταις ὑψαυχενοῦντες, οὐδὲν γνήσιον βούλονται φέρειν. Ἡμεῖς δὲ τῇ τούτων ἀνοίᾳ συμ-
14 περιενεχθέντες, καὶ μετὰ νίκης διακομισθέντες, καὶ εἰς τὴν Αἴγυπτον τοῖς πᾶσιν ἔθνεσι φιλαν-
θρώπως ἀπαντήσαντες, καθὼς ἔπρεπεν ἐποιήσαμεν. Ἐν δὲ τούτοις πρὸς τοὺς ὁμοφύλους
15 αὐτῶν ἀμνησικακίαν ἅπασι γνωρίζοντες, διά τε τὴν συμμαχίαν καὶ τὰ πεπιστευμένα μετὰ
ἁπλότητος αὐτοῖς ἀρχῆθεν μύρια (θ) πράγματα τολμήσαντες ἐξαλλοιῶσαι, ἐβουλήθημεν καὶ πολιτείας
16 αὐτοὺς Ἀλεξανδρέων καταξιῶσαι, καὶ μετόχους τῶν ἀεὶ ἱερέων καταστῆσαι. Οἱ δὲ τοὐναντίον
ἐκδεχόμενοι, καὶ τῇ συμφύτῳ κακοηθείᾳ τὸ καλὸν ἀπωσάμενοι, διηνεκῶς δὲ εἰς τὸ φαῦλον
ἐκνεύοντες, Οὐ μόνον ἀπεστρέψαντο τὴν ἀτίμητον πολιτείαν, ἀλλὰ καὶ βδελύσσονται λόγῳ
τε καὶ σιγῇ τοὺς ἐν αὐτοῖς ὀλίγους πρὸς ἡμᾶς γνησίως διακειμένους, παρέκαστα ὑφορώμενοι
(ι) διὰ τῆς δυσκλεεστάτης ἐμβιώσεως διὰ τάχους ἡμᾶς καταστρέψαι τὰ (κ) κατορθώματα. Διὸ
17 καὶ τεκμηρίοις καλῶς πεπεισμένοι τούτους κατὰ πάντα δυσνοεῖν ἡμῖν τρόπον, καὶ προνοούμε-
νοι μήποτε αἰφνιδίου μετέπειτα ταραχῆς ἐνστάσης ἡμῖν, τοὺς δυσσεβεῖς τούτους κατὰ νώτου
18 προδότας καὶ βαρβάρους ἔχωμεν πολεμίους, * Προστετάχαμεν ἅμα τῷ προσπεσεῖν τὴν ἐπιστολὴν τήνδε,
αὐθωρὶ τοὺς ἐννεμομένους σὺν (λ) γυναιξὶ καὶ τέκνοις μετὰ (μ) ὕβρεων καὶ σκυλμῶν ἀποστεῖλαι πρὸς
ἡμᾶς ἐν δεσμοῖς σιδηροῖς πάντοθεν (ν) κατακεκλεισμένους, εἰς ἀνήκεστον καὶ δυσκλεῆ πρέποντα
δυσμενέσι φόνον.

MS. A. (α) αὐτὸς ἐγὼ (β) Τῆς (γ) θεῶν ἀπροπτώτῳ συμμαχίᾳ, κατὰ λόγον ἐπὶ τέλος ἀχθείσης, (δ) εὐποιήσαντες *μόνως. (ε) προσήχθημεν (ζ) ἀνοήμασιν (η) Λειπόμενοι (θ) πράγματα ἐξαλλοιῶσαι, (ι) μετὰ τῆς (κ) πράγματα. (λ) ταῖς γυναιξὶ (μ) ὕβρεως (ν) κατακεκλεισμένοις,

Rex Ptolemæus Philopator iis qui per Ægyptum, & per loca, ducibus, & mi- 9
litibus, gaudere, & valere. Valeo autem & ego ipse, & res nostræ. Post 10
factam nobis in Asiam expeditionem, quam ipsi etiam scitis, quæ deorum erga
nos improviso consilio; & fortitudine etiam nostrâ secundùm rationem ad
optimum finem perducta est, putavimus non violentiâ lanceæ, sed æquitate, &
multâ humanitate indulgenter tractare gentes, quæ habitant Cœlesyriam, &
Phœnicem, ac libenter benefacere. Et cùm templis, quæ sunt per civitates, 11
tribuissemus reditus multos; venimus etiam Hierosolymam, ascendentes hono-
rare templum scelestorum illorum, & nunquam desistentium ab amentia. Illi 12
autem verbo quidem nostram suscipientes præsentiam, re autem falsò, volen-
tibus nobis introire in templum eorum, & decentibus ac pulcherrimis donis
honorare, tumoribus antiquioribus agitati prohibuerunt nos ab ingressu, (Cùm 13
inferiores essent nostris viribus) ob eam quam erga omnes homines habemus,
humanitatem. Suam autem erga nos malevolentiam manifestam facientes, quippe
soli prorsus gentium contra reges & beneficos suos cervicem erigentes, nihil
legitimum ferre volunt. Nos autem cum horum amentia conversati, & cum 14
victoria reversi, & in Ægypto omnibus nationibus humaniter occurrentes,
prout decebat, fecimus. In his autem erga gentiles eorum oblivionem injuria- 15
rum omnibus notam facientes, propter societatem, & commissa eis antiquitùs
cum simplicitate sexcenta negotia aggressi mutare, voluimus Alexandrinorum
etiam republicâ eos dignari, & participes semper sacerdotum constituere. Illi 16
autem in contrariam partem accipientes, & insitâ improbitate honestum re-
pellentes, perpetuò autem ad malum proni, non solùm cum ignominia repudi-
árunt jus civitatis; sed etiam abominantur, & verbo (h) & silentio paucos
quosdam ex eis erga nos legitimè affectos, semper suspicantes, ob infamem vitæ
rationem citò nos eversuros rectè facta. Quamobrem argumentis etiam probè 17
persuasi hos omnibus modis contra nos malè sentire, & providentes ne fortè
repentinâ post hac turbatione nobis imminente hos à tergo proditores, & bar-
baros habeamus hostes, Jussimus, simul atque allata fuerit epistola hæc, eâdem 18
horâ eos qui habitant cum uxoribus & filiis, cum contumeliis & vexationibus
mittere ad nos vinculis ferreis undique conclusos, ad teтram & infamem ini-
micis convenientem cædem.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]
17 [illegible]
18 [illegible]

9 Ptolemæus Philometor rex, Imperatoribus, ducibúsque & militibus qui in Ægypto sunt, & per omnia loca, Salvere & valere: Nos autem etiam valemus & res nostræ.
10 Postquam victores à bello Asiatico auxilio deorum invictorum quod nobis adfuit, reversi sumus, cujus nec vos ignari estis, non pressuris neque vi, sed cum mansuetudine multa & humanitate cum gentibus Syriam & Phænicem colentibus agere voluimus;
11 Quod & fecimus, oblatis omnibus omnium civitatum sacerdotibus, oblationibus multis magnísque: Jerosolyma etiam egressi, templum damnatorum, mentéque semper captorum honorare voluimus.
12 Qui verbo quidem adventum nostrum exceperunt, re autem pro peregrinis nos habuerunt: volentes enim templum ipsorum ingredi, ut donariis illud honoribúsque magnis afficeremus, prohibuerunt nos;
13 Et honore quidem quem ipsis pro humanitate nostra erga omnes habere voluimus, exciderunt: ipsi autem odium erga nos suum manifestò ostenderunt: qui quasi gentibus tantùm imperemus etiam eas qui sibi semper benefaciunt, propter elationem arrogantiámque suam, cum probro accipiunt, nullum erga nos amorem ostendentes.
14 Multùm igitur nobis displicuit hæc eorum audacia & stoliditas, victoréśque in Ægyptum reversi, omnes gentes læti ac cum pace excepimus, quod nos facere conveniebat, facientes.
15 Cùm autem erga illos, ipsorúmq; populares, nullam iracundiam aut excandescentiam foveamus, æquanimitatè concordiam colentes, res etiam nostras ipsis crediderimus, in eorum manibus relictas, errores ipsis, & quæ olim multoties ausi sunt remittentes, voluimus ipsos Alexandrinos, cives nostros, sociósque sacerdotum patriorum scribere.
16 Ipsi autem, odii intuitu & respectu, propter insitam sibi malignitatem, propulerunt & à se projecerunt bonum: sempérque malum spectantes, non solum à religione sua stulta & probrosa, non discesserunt, nec defecerunt, sed & verbo operéque eos rejiciunt, quos paucos esse amore erga nos integros invenerunt, semper nobis resistentes,
17 Omnéque edictum & legem à nobis positam violantes, nobis in omnibus adversi: adeò ut si bellum nobis in hostes nostros accideret, conjungerent se ipsis impii isti & damnati, hostes ex proditoribus facti.
18 His igitur de causis scripto edicimus, acceptâ hâc epistolâ quamprimùm comprehensos in ea scriptos, cum uxoribus liberisq; ac facultatibus ipsorum, cum ignominia vinculorum ad nos mitti, ferro constrictos omnibúsque angustiis pressos.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Γ΄.

19 Τούτων γὰρ ὁμοῦ κολασθέντων, διειλήφαμεν εἰς τὸ ἐπίλοιπον χρόνον τελείως ἡμῖν τὰ πράγματα
20 ἐν εὐσταθείᾳ καὶ (α) βελτίστῃ διαθέσει καθεσταθήσεσθαι. Ὃς δ᾽ ἂν σκεπάσῃ τινὰ τῶν Ἰουδαίων
ἀπὸ γεραιοῦ μέχρι νηπίου (β) μέχρι τῶν ὑπομαστιδίων, αἰσχίσταις βασάνοις ἀποτυμπανισθήσεται (γ) πανοι-
21 κίᾳ. Μηνύειν δὲ τὸν βουλόμενον, ἐφ᾽ ᾧ τὴν οὐσίαν τοῦ ἐμπίπτοντος ὑπὸ τὴν εὔθυναν λήψεται,
καὶ ἐκ τοῦ (δ) βασιλικοῦ ἀργυρίου δραχμὰς δισχιλίας, καὶ τῆς (ε) ἐλευθερίας τεύξεται καὶ στεφανωθή-
22 σεται. Πᾶς δὲ τόπος οὗ ἐὰν φωραθῇ τὸ σύνολον σκεπαζόμενος Ἰουδαῖος, ἄβατος καὶ
πυριφλεγὴς γινέσθω, καὶ πάσῃ θνητῇ φύσει (ζ) κατὰ πάντα ἄχρηστος φανήσεται εἰς τὸν ἀεὶ χρό-
νον. καὶ ὁ μὲν τῆς ἐπιστολῆς τύπος οὕτως ἐγέγραπτο.

MS.A. (α) τῇ βελτίστῃ (β) καὶ μέχρι τῶν ὑπομαστιδίων, ἐχθίσταις (γ) πανοικίᾳ. (δ) βασιλείου δραχμὰς (ε) ἐλευθερίας στεφανωθήσεται. (ζ) καθάπαξ

ΚΕΦ. δ΄.

1 Πάντη δὲ ὅπου προσέπιπτε τοῦτο τὸ πρόσταγμα, δημοτελὴς συνίστατο τοῖς ἔθνεσιν (α) εὐωχία μετὰ ἀλα-
λαγμῶν καὶ χαρᾶς, ὡς ἂν τῆς (β) προκατεσκιρρωμένης αὐτοῖς πάλαι κατὰ διάνοιαν, μετὰ παρρησίας (γ) συν-
2 ἐκφαινομένης ἀπεχθείας. Τοῖς δὲ Ἰουδαίοις (δ) ἀνήκεστον πένθος ἦν καὶ (ε) πανόδυρτος μετὰ δακρύων
βοή, στεναγμοῖς (ζ) πεπυρωμένης τῆς αὐτῶν πάντοθεν καρδίας, ὀλοφυρομένων τὴν ἀπροσδόκητον ἐξαίφνης
3 (η) ἐπικεκριμένην αὐτοῖς ὀλεθρίαν. Τίς νομὸς ἢ πόλις, ἢ τίς τὸ σύνολον (θ) οἰκητὸς τόπος, ἢ τίνες ἀγυιαὶ
4 κοπετοῦ καὶ γόων ἐπ᾽ (ι) αὐτοῖς οὐκ ἐνεπιπλῶντο; Οὕτω γὰρ μετὰ (κ) πικρᾶς καὶ ἀνοίκτου ψυχῆς ὑπὸ τῶν
κατὰ πόλιν στρατηγῶν ὁμοθυμαδὸν ἐξαπεστέλλοντο, ὥστε ἐπὶ ταῖς ἐξάλλοις τιμωρίαις καί τινας
τῶν ἐχθρῶν, λαμβάνοντας πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν τὸν κοινὸν ἔλεον, καὶ λογιζομένους τὴν ἄδη-
5 λον τοῦ βίου καταστροφήν, δακρύειν (λ) αὐτῶν τὴν δυσάθλιον ἐξαποστολήν. Ἤγετο γὰρ (μ) γεραιῶν πλῆ-
θος πολιᾷ πεπυκασμένων, τὴν ἐκ τοῦ γήρως νωθρότητα ποδῶν (ν) ἐπικύφων, ἀνατροπῆς ὁρμῇ
6 βιαίας, ἀπάσης αἰδοῦς ἄνευ πρὸς (ξ) ὀξεῖαν καταχρωμένων πορείαν. Αἱ δὲ ἄρτι πρὸς βίου κοι-
νωνίαν γαμικὸν ὑπεληλυθυῖαι παστὸν νεάνιδες, ἀντὶ τέρψεως μεταλαβοῦσαι γόους, καὶ κόνει
τὴν (ο) μυροβρεχῆ πεφυρμέναι κόμην, ἀκαλύπτως δὲ ἀγόμεναι, θρῆνον ἀνθ᾽ ὑμεναίων ὁμοθυ-
μαδὸν ἐξῆρχον, ὡς ἐσπαραγμέναι (π) σκυλμοῖς ἀλλοεθνέσι. Δέσμιαι δὲ δημόσιαι μέχρι τῆς εἰς
7 τὸ πλοῖον ἐμβολῆς εἵλκοντο μετὰ βίας. (ρ) Οἵ τε τούτων συζυγεῖς (σ) βρόχοις ἀντὶ στεφέων τοὺς αὐχένας
περιπεπλεγμένοι μετὰ ἀκμαίας (τ) καὶ νεανικῆς ἡλικίας, ἀντὶ εὐωχίας καὶ νεωτερικῆς ῥαθυμίας
τὰς ἐπιλοίπους τῶν γάμων ἡμέρας ἐν θρήνοις διῆγον, παρὰ πόδας ἤδη τὸν ᾅδην ὁρῶντες
κείμενον.

MS.A. (α) ἦν εὐωχία (β) προκατεσκιρρωμένης (γ) νῦν ἐκφερομένης (δ) ἄληκτον πένθος (ε) πανόδυρκτος (ζ) πεπυρωμένης πάντοθεν αὐτῶν τῆς καρδίας, (η) αὐτοῖς ἐπικεκριμένης (θ) οἰκητὸς (ι) αὐτοῖς * ; Οὕτως (κ) πικρίας ἀνοίκτου (λ) αὐτῶν τὴν δυσάθλιον (μ) γερῶν πλήρης πολιᾶς πεπυκασμένων, (ν) ἐπίκυφον, (ξ) * ὀξεῖαν * καταχρωμένων (ο) μυροβρεχῆ (π) * σκύλμοις (ρ) Οἱ δὲ (σ) βρόχοις (τ) νεανικῆς

Interp. LAT.

His enim simul punitis, putavimus, in reliquum tempus perfectè nobis se[curè] in bono statu & optima dispositione constitutum iri. Quicunque autem quempiam Judæorum texerit à sene usque ad infantem, usque ad lactantes turpissimis tormentis occidetur cum tota domo: Qui autem indicare po[tuerit], eo ipso substantiam ejus qui incidit in pœnam, accipiet, & de regali argento drachmas bis mille, & libertatem adipiscetur, & coronabitur. Omnis autem locus, ubicunque deprehensus fuerit omninò tectus Judæus, invius, & igne combustus fiat, & omni mortali naturæ ad omnia inutilis extet in sempiternum tempus. Et formula quidem epistolæ sic scripta est.

CAP. IV.

Ubicunque autem promulgatum fuit hoc edictum; populare convivium constitutum est gentibus cum jubilationibus, & gaudio, tanquam jam (i) antiquitùs indurata in eorum mente, audacter (k) simul se prodente inimicitia. Judæis autem insanabilis luctus erat, & prorsùs lugubris cum lachrymis clamor, gemitibus undique inflammato ipsorum corde, gementibus improvisam repentè sibi constitutam perniciem. Quæ præfectura, aut civitas, aut quis omninò habitatus locus, vel quæ viæ planctu & gemitibus super his non complebantur? Sic enim acerbo & immiti animo à ducibus qui per civitates, unanimiter ejiciebantur; ut ad eximia supplicia quidam etiam ex inimicis ante oculos sibi ponentes communem misericordiam, & considerantes incertam vitæ mutationem, flerent miserrimam eorum expulsionem. Agebatur enim senum multitudo canitie coopertorum, ob tarditatem, quæ ex ætate, pedibus (m) incurvis, impetu violentæ ejectionis, absque ullo pudore abutentibus ad citam itionem. Quæ autem nuper ad vitæ communionem conjugalem subierant thalamum adolescentulæ, pro delectatione translatæ ad gemitus, & pulvere unguentatam conspersæ comam, apertè autem ductæ lamentationem pro hymenæis unanimiter incipiebant, tanquam laceratæ vexationibus alienigenis. Vinctæ autem populares usque ad ascensum in navim trahebantur cum violentia. Ipsique horum conjuges laqueis pro coronis implicati cervices cum florida & juvenili ætate, pro convivio, & juvenili negligentiâ reliquos nuptiarum dies in lamentis agebant, ad pedes jam infernum videntes positum.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

19 * [illegible]
20 [illegible]
[illegible]
21 [illegible]
[illegible]
22 [illegible]
[illegible]
[illegible]
* [illegible] *

1 [illegible] *
[illegible]
2 [illegible]
[illegible]
[illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
[illegible]
[illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
7 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Qui cùm sublati interierint, pacatum nobis ac perpetuò tranquillũ regnũ nostrũ erit, vobísque augmentum accedet, ad mentem meam accedentibus. Quòd si quis Judæum occultaverit, sive senẽ sive adolescentem, infantem vel lactentem, tortus angore cruciatuque multo morietur, cum tota familia sua: Ei[q;] qui ipsum investigaverit, erunt ejus facultates qui in hoc errore inventus fuerit; è fisco autem argenteorum tria millia, cum libertate & coronâ accipiet. Ubicunque autem inventus fuerit Judæus occultatus, comburetur locus igni, desertúsque fiet instar solitudinis, hominésque qui in eo erunt, membris inutiles facti, de genere humano delebuntur. Et hæc quidem forma verborum est quâ scriptæ erant epistolæ.

CAP. IV.

Ubicunque autem veniret hujus edicti fama, gentibus ingens erat gaudium exultatióque & hilaritas: Ut quibus quod sperarent futurum, id palàm facere concessum erat. Judæis autem luctus magnus, voce flentibus ac clamantibus majorem in modum & gementibus: quòd ad cor usq; eorum pervaserat doloris passio, angustiis undique circundatorum, repentinóque interitûs mortisque decreto, ubi non expectâssent. Quæ enim civitas, aut quis habitatus *hominibus* locus, quæ plateæ aut vici luctu planctúque multo pleni non erant? Tantâ enim vi & tam amarâ capiebantur à ducibus omnium civitatum, & cruciabantur, adeóque duræ erant & acerbæ angustiæ eorum, ut etiam hostes eorum videntes, dolerent flerentque super ipsis. Multos enim venerandos senes cum ignominia víque multâ duci videbant, ab eis qui ipsos ne minimùm quidem reverebantur. Sponsæ autem jam viris nuptæ, relictis thalamis adolescentiæ suæ, sumptóque pro gaudio, fletu, & aromatum loco, capitibus cinere conspersis, projecto quasi à se velo & pudore sponsali, ligatæq; vinctæque ferro à gentibus exteris ducebantur per vim cum pressurâ, & per plateas ad naves usque ibant. Conjuges autem ipsarum vi ducti ibant, pro coronis, vinculis ferreis cervicibus injectis, pro gaudio & hilaritate juventutis, próque exultatione reliquorum convivii sui dierum, in luctu, fletu, & gemitu positi, mortem suam ante oculos videntes.

MAKKABAIΩN Γ'.

8 Κατήχθησαν δὲ θηρίων τρόπον (α) ἀγόμενοι σιδηροδέσμοις ἀνάγκαις· οἱ μὲν τοῖς ζυγοῖς τῶν πλοίων
προσηλωμένοι τοὺς τραχήλους, οἱ δὲ τοὺς πόδας ἀρρήκτοις κατησφαλισμένοι πέδαις, ἔτι καὶ
τῷ (β) καθύπερθε πυκνῷ σανιδώματι (γ) διακειμένῳ τὸ φέγγος ἀποκλειόμενοι, ὅπως πάντοθεν ἐσκοτι-
σμένοι τοὺς ὀφθαλμούς, ἀγωγὴν ἐπιβούλων ἐν παντὶ τῷ κατάπλῳ λαμβάνωσι. Τούτων δὲ
9 ἐπὶ τὴν λεγομένην Σχεδίαν ἀχθέντων, καὶ τοῦ παράπλου περανθέντος, καθὼς ἦν δεδογματισμέ-
νον τῷ βασιλεῖ, προσέταξεν αὐτοὺς ἐν τῷ πρὸ τῆς πόλεως ἱπποδρόμῳ παρεμβαλεῖν, (δ) ἀ-
πλάτῳ καθεστῶτι περιμέτρῳ, καὶ πρὸς παραδειγματισμὸν ἄγαν εὐχρηστοτάτῳ καθεστῶτι πᾶσι
τοῖς καταπορευομένοις εἰς τὴν πόλιν, καὶ τοῖς ἐκ τούτων εἰς τὴν χώραν στελλομένοις πρὸς
ἐκδημίαν· πρὸς τὸ μηδὲ ταῖς δυνάμεσιν αὐτοῦ (ε) κοινωνεῖν, μηδὲ τὸ σύνολον καταξιῶσαι
10 (ζ) περιβόλων. Ὡς δὲ τοῦτο ἐγενήθη, ἀκούσας τοὺς ἐκ τῆς πόλεως ὁμοεθνεῖς κρυβῇ ἐκπορευο-
μένους πυκνότερον ἀποδύρεσθαι τὴν (η) ἀκλεῆ τῶν ἀδελφῶν ταλαιπωρίαν, διοργισθεὶς προσέ-
ταξε καὶ τούτοις ὁμοῦ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπιμελῶς ὡς ἐκείνοις ποιῆσαι, μὴ λειπομένοις κα-
τὰ μηδένα τρόπον τῆς ἐκείνων τιμωρίας, ἀπογραφῆναι δὲ πᾶν τὸ φῦλον ἐξ ὀνόματος,
11 (θ) εἰς τὴν ἔμπροσθε βραχεῖ προδεδηλωμένην τῶν ἔργων (ι) κατάπονον λατρείαν, (κ) στρεβλωθέν-
τας δὲ ταῖς παρηγγελμέναις αἰκίαις τὸ τέλος ἀφανίσαι μιᾶς ὑπὸ καιρὸν ἡμέρας. Ἐγίνετο
12 μὲν οὖν ἡ τούτων ἀπογραφὴ μετὰ πικρᾶς σπουδῆς καὶ φιλοτίμου προσεδρείας ἀπὸ ἀνατολῶν
13 ἡλίου μέχρι δυσμῶν, ἀνήνυτον λαμβάνουσα τὸ τέλος ἐπὶ ἡμέρας (λ) τεσσαράκοντα. Μεγά-
λως δὲ καὶ διηνεκῶς ὁ βασιλεὺς χαρᾷ πεπληρωμένος, συμπόσια ἐπὶ πάντων τῶν εἰδώλων
συνιστάμενος, (μ) πεπλανημένῃ πόῤῥω τῆς ἀληθείας φρενὶ καὶ βεβήλῳ (ν) στόματι, τὰ μὲν κωφὰ
καὶ μὴ δυνάμενα αὐτοῖς λαλεῖν ἢ ἀρήγειν, ἐπαινῶν, (ξ) εἰς δὲ τὸν μέγιστον Θεὸν τὰ μὴ καθ-
14 ήκοντα λαλῶν. Μετὰ δὲ τὸ προειρημένον τοῦ χρόνου διάστημα (ο) προσηνέγκαντο οἱ γραμ-
ματεῖς τῷ βασιλεῖ, μηκέτι ἰσχύειν τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀπογραφὴν ποιεῖσθαι διὰ τὴν ἀμέτρη-
τον αὐτῶν πληθύν, καίπερ ὄντων (π) κατὰ τὴν χώραν ἔτι τῶν πλειόνων, τῶν μὲν κατὰ τὰς οἰκίας
ἔτι συνεστηκότων, τῶν δὲ καὶ κατὰ (ρ) τόπον, ὡς ἀδυνάτου καθεστῶτος πᾶσι τοῖς ἐπ' Αἰγύ-
15 πτον στρατηγοῖς. Ἀπειλήσαντος δὲ αὐτοῖς σκληρότερον ὡς δεδωροκοπημένοις εἰς μηχανὴν
τῆς ἐκφυγῆς, συνέβη σαφῶς αὐτὸν περὶ τούτου (σ) πιστωθῆναι, λεγόντων μετὰ ἀποδείξεως, καὶ
16 τὴν χαρτηρίαν ἤδη καὶ τοὺς γραφικοὺς καλάμους ἐν οἷς ἐχρῶντο ἐκλελοιπέναι. Τοῦτο δὲ ἦν
ἐνέργεια τῆς τοῦ βοηθοῦντος τοῖς Ἰουδαίοις ἐξ οὐρανοῦ προνοίας ἀνικήτου.

MS. A. (α) * ἀγόμενοι (β) κατύπερθε (γ) διακειμένῳ * ὅπως (δ) ἀπλάτῳ (ε) κοινωνεῖν τῷ (ζ) περιβόλῳ. (η) ἀκλαιῆ (θ) Οὐκ εἰς τὴν (ι) κατὰ τρόπον (κ) στρεβλωθέντα δὲ παρηγγελμέναις (λ) τεσσεράκοντα. (μ) * πεπληρωμένη (ν) στόματι, κωφὰ (ξ) εἰς δὲ τὰ μὴ καθήκοντα (ο) προσηνέγκαντο (π) ἔτι κατὰ τὴν χώραν τῶν (ρ) τὸν τόπον, ὡς * δυνατοῦ (σ) πιστωθῆναι,

Interp. LAT.

Abducebantur autem ferarum more tracti ferreorum vinculorum necessitati- 8
bus: hi quidem transtris navium affixi collis, illi autem constricti pedes
insolubilibus compedibus, præterea vero desuper den à tabulâ dispositâ à lu-
mine exclusi, ut undique obtenebratis oculis, vitam insidiatorum in tota navi-
gatione degerent. His autem super dictam ratem ductis, & navigatione 9
confectâ, sicut erat sancitum à rege, jussit eos in hippodromo, qui est ante
civitatem, castrametari; cujus ingens erat spatium, quique ad manifestum
opprobrium valdè erat opportunus, propositus omnibus qui pergebant in ci-
vitatem, & qui ex his in regionem proficiscebantur peregrè: ut neque ex-
ercitibus ejus communicarent, neque muris omninò dignarentur. Post- 10
quàm verò id factum est, cùm vidisset eos qui in civitate ejusdem gentis
essent, clàm egredientes frequentiùs lugere ignominiosam fratrum miseriam;
iratus jussit & his simul eodem modo diligenter fieri, atque illis, nihil mi-
nus ullo modo habentibus illorum supplicio: describi autem omne genus
ex nomine (a) Ad paulò antè demonstratam operum laboriosam servitu- 11
tem, tortos autem denuntiatis tormentis demum deleri sub unius diei
tempus. Facta igitur est horum descriptio cum acerbo studio, & ambi- 12
tiosâ assessione, à Solis ortu usque ad occasum, nondum accipiens finem
ad dies quadraginta. Magnificè autem & assiduè rex gaudio impletus 13
convivia ad omnia idola celebrans, errante procul à veritate mente, &
prophano ore, muta quidem, & quæ non possunt ipsis loqui, neque auxiliari,
laudans, in summum autem Deum, quæ non decebat, loquens. Post præ- 14
dictum autem temporis intervallum nuntiaverunt scribæ regi, non posse
ulteriùs Judæorum descriptionem fieri propter immensam eorum multitudi-
nem; quippe cùm adhuc plures essent per regionem, hi quidem adhuc domi con-
sistentes, illi verò & per loca, ita ut minimè id præstari posset ab omni-
bus, qui super Ægyptum, ducibus. Cùm autem duriùs illis minatus esset, 15
tanquam, qui muneribus corrupti essent ad machinationem fugæ; contigit et
manifestò de hac re fidem fieri, dicentibus illis cum demonstratione, &
chartam jam, & scriptorios calamos, quibus utebantur, defecisse. Hoc 16
autem erat opus invictæ è cœlo auxiliantis Judæis providentiæ.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

8 [illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
13 [illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
16 [illegible]

Descendebántque in naves, ferarum in- 8
star ferro ligati vinctíque quidam
quidem colla, alii autem pedes, qui-
dam navium tabulis vincti ligatíque,
ne qua ex parte aut latere undique
pressis vel minimum quidem laxamen-
ti esset. Cúmque in naves descendis- 9
sent omnes, & ad regem venissent,
extra civitatem eos in loco spatioso
morari, ut quicunque vellet egrediens
videret eos cum probro ignominiáque,
copiis militaribus circundatos & cir-
cumfusos, ne quis aufugeret. Quibus 10
gestis, accepit quosdam ex gente ipso-
rum, exeuntes ad ipsos, flere gemeréque
mœrorem atque miseriam qui fratribus
suis acciderat: Incensúsque irâ gravi,
hos etiam, ad instar sociorum suorum,
omnibus angustiis constringi jussit, nul-
lâ re ipsis superiores, omnésque no-
minibus suis descriptos: Die consti- 11
tuto quo omnes funditùs perderet;
cœperúntque eos cum afflictione du- 12
râ & amarâ describere festinatò ad-
modum, ab Ortu solis ad Occasum
constituto, describendis omnibus, tem-
pore quadraginta dierum. Rex au- 13
tem lætus hilarísque cæcitate & ar-
rogantiâ multâ quâ captus erat, con-
vivium magnum in templo idolorum
suorum agebat, oréque suo polluto,
stolidâque mente cæcos & surdos, qui
non viderent neque audirent, lauda-
bat, rectitudinem autem & justitiam
spernebat, & rejiciebat, verba blas-
phemia proferens. Post tempus autem 14
scribis positum, accedentes ad regem,
dixerunt ei; Non possumus describe-
re omnes Judæos; supra modum e-
nim multi sunt, & innumerabiles,
plenáque est ipsorum regio, nec do-
mus, in qua non sit ex eis quispiam:
denique certum est, non posse duces
Ægypti eos numerare. Rex cùm hoc 15
audivisset, excanduit admodum in eos,
quasi donis à Judæis acceptis, prætex-
tum utique hæc dicendi arripuissent.
Illi autē accedebant, & rebus veris ipsi
suadebant, ostendentes chartas in qui-
bus descripserant eos, etiam calamos
consumptos defecisse, causantes; Quòd 16
opus invictæ Dei virtutis erat in au-
xilium Judæorum.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Γ΄.

ΚΕΦ. ε΄.

1 Τότε προσκαλεσάμενος Ἕρμωνα τὸν πρὸς τῇ τῶν ἐλεφάντων ἐπιμελείᾳ, βαρείᾳ μεμεστω-
μένος ὀργῇ καὶ χόλῳ, κατὰ πᾶν ἀμετάθετος, ἐκέλευσεν ὑπὸ τὴν (α) ἐπερχομένην ἡμέραν δα-
ψιλέσι δράκεσι λιβανωτοῦ καὶ οἴνῳ πλείονι ἀκράτῳ ἅπαντας τοὺς ἐλέφαντας ποτίσαι, ὄντας τὸν
ἀριθμὸν πεντακοσίους, καὶ ἀγριωθέντας τῇ τοῦ πόματος (β) ἀφθόνῳ χορηγίᾳ, εἰσαγαγεῖν πρὸς συνάν-
2 τησιν τοῦ μόρου τῶν Ἰουδαίων. Ὁ μὲν τάδε προστάσσων, ἐτρέπετο πρὸς τὴν εὐωχίαν, συναγα-
γὼν τοὺς μάλιστα τῶν φίλων καὶ τῆς στρατιᾶς ἀπεχθῶς ἔχοντας πρὸς τοὺς Ἰουδαίους. ὁ δὲ ἐλεφαν-
3 τάρχης τὸ προσταχθὲν ἀραρότως Ἕρμων συνετέλει. Οἵ τε πρὸς τούτοις λειτουργοὶ κατὰ τὴν
ἑσπέραν ἐξιόντες τὰς τῶν (γ) ταλαιπώρων ἐδέσμευον χεῖρας, τήν τε λοιπὴν ἐμηχανῶντο περὶ αὐτοὺς
4 ἀσφάλειαν, ἔννυχον δόξαντες ὁμοῦ λήψεσθαι τὸ φῦλον πέρας τῆς ὀλεθρίας. Οἱ δὲ πάσης
σκέπης ἔρημοι δοκοῦντες τοῖς ἔθνεσιν Ἰουδαῖοι, διὰ τὴν πάντοθεν περιέχουσαν αὐτοὺς μετὰ
δεσμῶν ἀνάγκην, τὸν παντοκράτορα κύριον καὶ πάσης δυνάμεως δυναστεύοντα, ἐλεήμονα θεὸν αὐ-
τῶν καὶ πατέρα, δυσκαταπαύστῳ βοῇ πάντες μετὰ δακρύων ἐπεκαλέσαντο δεόμενοι, τὴν κατ᾽ αὐ-
τῶν μεταστρέψαι βουλὴν ἀνόσιον, καὶ ῥύσασθαι αὐτοὺς μετὰ μεγαλομερείας ἐπιφανείας ἐκ τοῦ παρὰ πό-
5 δας ἐν ἑτοίμῳ μόρου. Τούτων μὲν οὖν (δ) ἐκτενῶς ἡ λιτανεία ἀνέβαινεν εἰς (ε) οὐρανόν. ὁ δὲ
Ἕρμων τοὺς ἀνηλεεῖς ἐλέφαντας ποτίσας πεπληρωμένους τῆς τοῦ οἴνου πολλῆς χορηγίας, καὶ τοῦ
λιβάνου μεμεστωμένους, ὄρθριος ἐπὶ τὴν αὐλὴν παρῆν περὶ τούτων προσαγγεῖλαι τῷ βασιλεῖ.
6 (ζ) Τοῦτο δ᾽ ἀπ᾽ αἰῶνος χρόνου κτίσμα καλὸν ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ ἐπιβαλλόμενον ὑπὸ τοῦ χαριζο-
7 μένου πᾶσιν οἷς ἂν αὐτὸς θελήσῃ, ὕπνου μέρος ἀπέστειλε (η) πρὸς τὸν βασιλέα. Καὶ ἡδίστῳ καὶ
βαθεῖ (θ) κατεσχέθη τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ δεσπότου, τῆς ἀθέσμου μὲν προθέσεως πολὺ διεσφαλμένος,
8 τοῦ δὲ ἀμεταθέτου λογισμοῦ μεγάλως διεψευσμένος. (ι) Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι τὴν προσημανθεῖσαν ὥραν
διαφυγόντες, τὸν ἅγιον ᾔνουν θεὸν αὐτῶν καὶ πάλιν ἠξίουν τὸν εὐκατάλλακτον, δεῖξαι (κ) τὸ μεγαλοσθενὲς
9 αὐτοῦ χειρὸς κράτος ἔθνεσιν ὑπερηφάνοις. Μεσούσης δὲ ἤδη (λ) τῆς δεκάτης ὥρας σχεδόν, ὁ πρὸς ταῖς
κλήσεσι (μ) τεταγμένος, ἀθρόους τοὺς κλητοὺς ἰδών, ἔνυξε προσελθὼν τὸν βασιλέα. καὶ μόλις διε-
γείρας, ὑπέδειξε τὸν τῆς συμποσίας καιρὸν ἤδη παρατρέχοντα, τὸν περὶ τούτων λόγον ποιούμε-
νος. ὃν ὁ βασιλεὺς λογισάμενος, καὶ τραπεὶς εἰς τὸν πότον, ἐκέλευσε τοὺς παραγενομένους (ν) εἰς τὴν
συμποσίαν ἄντικρυς (ξ) ἀνακλιθῆναι αὐτοῦ.

MS.A. (α) ἐρχομένην (β) ἀφθόνως (γ) ταλαιπωρούντων (δ) ἡ λιτανεία ἐκτενῶς (ε) τὸν οὐρανόν. (ζ) Τὸ δὲ ἀπ᾽ αἰῶνος κτίσμα χρόνου (η) εἰς τὸν (θ) κατησχέθη (ι) Οἵ τε. (κ) μεγαλοσθενοῦς ἑαυτοῦ (λ) δεκάτης (μ) τεταγμένοις, (ν) ἐπὶ τὴν (ξ) ἀνακλῖναι

Interp. LAT.

CAP. V.

Tunc vocans Hermonem præpositum elephantorum curæ, gravi plenus irâ & bile, omninò immutabilis, jussit, in sequenti die, largis pugillis thuris, & vino multo puro omnes potare elephantos, qui erant numero quingenti; & efferatos copiosâ potionis præbitione immittere in occursum mortis Judæorum. Ille quidem hæc præcipiens vertit se ad convivium, congregans eos maximè ex amicis & exercitu, qui infensi erant Judæis. Præpositus autem elephantorum, Hermon, quod præceptum erat, aptè perficiebat. Ac præterea ministri ad vesperam exeuntes, miserorum manus ligabant, & reliquam sibi moliebantur circa ipsos cautionem, crepusculo matutino existimantes simul accepturam gentem terminum mortis. Qui autem omni protectione destituti videbantur gentibus Judæi, eo quòd undique premeret eos cum vinculis necessitas, omnipotentem Dominum, & omnipotentiæ dominantem misericordem Deum suum, & patrem, incessabili clamore omnes cum lachrymis invocabant, orantes ut removeret impium quod contra se consilium, & ipsos liberaret cum magnifica præsentia, ex ea quæ ad pedes erat in promptu morte. Ergò horum quidem supplicatio assiduè ascendebat in cœlum: Hermon autem, cum immites elephantos potâsset, repletos multâ præbitione vini, & thure saturatos, diluculò ad aulam affuit, ut hæc nuntiaret regi. Hanc autem ab æterno tempore creaturam bonam in nocte & die concessam ab eo qui gratificatur omnibus quibuscunque ipse voluerit, somni partem misit ad regem: Et jucundissimâ & profundâ detentus operatione Domini, injusto quidem proposito valdè fraudatus, & ab irrevocabili cogitatione magnificè deceptus. Judæi autem præsignatam horam fugientes sanctum laudabant Deum suum: & iterum rogabant eum qui facilè reconciliatur, ut demonstraret robustissimæ suæ manûs potentiam gentibus superbis. Cùm autem media jam ferè esset decima hora, qui ad vocationes erat ordinatus, confertos videns vocatos, pupugit accedens, regem. Et, cùm vix excitâsset, ostendit compotationis tempus jam præterire, eam quæ de his rebus solet, rationem faciens. Quam rex reputans, & versus ad convivium jussit eos qui venerant ad compotationem, accumbere coram se.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

* ܗ * ܦܘܠܓܐ *

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

7 [illegible]

8 [illegible]

9 [illegible]

CAP. V.

Tunc vocatum Hermonem elephantorum præfectum ac ducé, curâ eorum habere multâ jussit rex, utpote excandescens irâ furoréque incomprehensibili: dixit ei; Crastinò die omnibus Elephantis (erant autem numero quasi quingenti) thus merúmque multum da bibendum; calefactos potu multo usque ad ebrietatem, ut inducere in Judæos immitterétque, ut corrumperent eos ac perderent. Quæ cùm præcepisset, conversus est ad convivium, vocatis amicis & magnatibus quibus maximè odio erant Judæi, magister autem elephantorum nomine Arheret, fecit quod Hermoni præceptum fuerat. Ministríque ipsorum singulis vesperis egressi, ligabant manus afflictorum illorum ac miserorum, solicitè custodientes ipsos cum omni cautione, sperantes expectantésque manè absolutum iri omnium ipsorum interitum. Judæi autem, quibus gentes ne minimùm quidem ulla ex parte auxilium esse putabant, propter vincula, angustiásque ipsorum amaras, clamantes supplicabant orabántque sine requie, coram Deo omnipotente, Dominóq; omnium virtutum, Deo misericorde ac patre, cum suspiriis lachrymísque multis, ut eriperet ipsos à mente cogitationéque mala quam in eos agitabant, & salutem suam in ipsis palàm ostenderet, liberans eos à morte amara, quæ ipsis parata erat. Horum igitur oratio continuò ascendebat. Hermo autem elephantos misereri nescios potavit ad ebrietatem vino thure mixto: Manéque diei ad aulam venit, hoc ipsum regi significaturus. Misericors autem regum Rex soporem regi injecerat, ut à vespera ad horam usque nonam gravi somno dormiret, faciente omnium Dominatore. Itaque tempus perdendis ipsis statutum multùm moratus est, irrito consilio illo sublimi ac arroganti. Judæi autem ab hora sibi posita liberatos se videntes, confitebantur laudésque Deo suo canebant, amplius supplicando petentes à Misericorde, ut perfectè ipsis reconciliatus brachii sui virtutem & auxilium ostenderet potentiámque faceret, in gentes superbas & arrogantes. Instante igitur horâ decimâ, videns magister domûs omnes à rege vocatos ad convivium adesse, accedens fodicavit regis latus, visque experrectum monuit horam convivii adesse, de omnibus sermone injecto, quæ rex facere cogitaverat: qui his auditis, ad convivium profectus, qui aderant convivio è sui regione accumbere jussit,

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Γ'.

10 Οὗ καὶ γενομένου, παρήνει εἰς εὐωχίαν δόντας ἑαυτοὺς, τὸ παρὸν τῆς συμποσίας ἐπὶ πολὺ γε-
γενημένους εἰς εὐφροσύνην καταδέξασθαι μέρος. Ἐπὶ πλεῖον δὲ (α) προβαινούσης τῆς ὁμιλίας, τὸν
11 Ἕρμωνα (β) μεταπεμψάμενος ὁ βασιλεὺς, μετὰ (γ) πικρᾶς ἀπειλῆς ἐπυνθάνετο, τίνος ἕνεκεν αἰτίας
(δ) εἰάθησαν οἱ Ἰουδαῖοι τὴν παροῦσαν ἡμέραν περιβεβιωκότες. Τοῦ δὲ ὑποδείξαντος (ε) νυκτὸς τὸ προσ-
12 ταγὲν ἐπὶ τέλος ἠγηοχέναι, καὶ τῶν φίλων αὐτοῦ προσμαρτυρησάντων, τὴν ὠμότητα χείρο-
να (ζ) Φαλάριδος ἐσχηκὼς ἔφη, (η) Τῷ τῆς σήμερον ὕπνῳ χάριν ἐχέτωσαν αὐτούς. Ἀνυπερθέτως δὲ εἰς
13 τὴν (θ) ἐπιτέλλουσαν ἡμέραν κατὰ τὸ ὅμοιον ἑτοίμασον τοὺς ἐλέφαντας ἐπὶ τὸν τῶν ἀθεμίτων Ἰουδαίων
ἀφανισμόν. Εἰπόντος δὲ τοῦ βασιλέως, ἀσμένως πάντες μετὰ χαρᾶς οἱ παρόντες ὁμοῦ (ι) συν-
14 αινέσαντες, εἰς τὸν ἴδιον οἶκον ἕκαστος ἀνέλυσε. καὶ οὐχ οὕτως εἰς ὕπνον κατεχρήσαντο τὸν
χρόνον τῆς νυκτὸς, ὡς εἰς τὸ παντοίους μηχανᾶσθαι τοῖς ταλαιπώροις δοκοῦσιν ἐμπαιγμούς. Ἄρτι
15 δὲ ἀλεκτρυὼν ἐκέκραγεν ὄρθριος, καὶ τὰ θηρία καθωπλικὼς ὁ Ἕρμων ἐν τῷ μεγάλῳ περιστύλῳ
ἐκίνει. τὰ δὲ κατὰ τὴν πόλιν πλήθη συνήθροιστο πρὸς τὴν οἰκτροτάτην θεωρίαν, προσδο-
16 κῶντα τὴν πρωΐαν μετὰ σπουδῆς. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι κατὰ τὴν ἀμερῆ ψυχουλκούμενοι χρόνον, (κ) πολυ-
δάκρυον ἱκετείαν ἐν μέλεσι γοεροῖς τείνοντες τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐδέοντο τοῦ μεγίστου
17 θεοῦ, πάλιν αὐτοῖς βοηθῆσαι συντόμως. (λ) Οὔπω δὲ ἡλίου βολαὶ (μ) κατεσπείροντο, καὶ τοῦ βασιλέως
τοὺς φίλους ἐκδεχομένου, ὁ Ἕρμων παραστὰς, (ν) ἐκάλει πρὸς τὴν ἔξοδον, (ξ) ὑποδεικνύων τὸ πρόθυ-
18 μον τοῦ βασιλέως ἐν ἑτοίμῳ κεῖσθαι. Τοῦ δὲ ἀποδεξαμένου καὶ καταπλαγέντος ἐπὶ τῇ (†) παρανόμῳ
ἐξόδῳ, κατὰ (ο) πᾶν ἀγνωσίᾳ κεκρατημένος ἐπυνθάνετο, (π) τί τὸ πρᾶγμα ἐφ᾽ οὗ τοῦτο αὐτῷ μετὰ
σπουδῆς τετέλεσται. τοῦτο δὲ ἦν (ρ) ἡ ἐνέργεια τοῦ πάντα δεσπόζοντος θεοῦ, τῶν πρὶν αὐτῷ μεμη-
19 χανημένων λήθην κατὰ διάνοιαν ἐντεθεικότος. (σ) Ὁ δὲ Ἕρμων ὑπεδείκνυε καὶ πάντες οἱ φίλοι,
20 τὰ θηρία καὶ τὰς δυνάμεις (τ) ἡτοιμάσθαι βασιλεῦ κατὰ τὴν σὴν ἐκτενῆ πρόθεσιν. Ὁ δὲ ἐπὶ
τοῖς ῥηθεῖσι πληρωθεὶς βαρεῖ χόλῳ, διὰ τὸ περὶ τούτων προνοίᾳ θεοῦ (υ) διεσκεδάσθαι πᾶν αὐτοῦ
21 (φ) τὸ νόημα, ἐνατενίσας μετὰ ἀπειλῆς εἶπεν, (χ) Εἴ σοι γονεῖς παρῆσαν ἢ παίδων (ψ) γοναὶ, τάνδε θη-
ρσὶν ἀγρίοις ἐσκεύασα (ω) ἂν δαψιλῆ θοίναν, ἀντὶ τῶν ἀνεγκλήτων, ἐμοὶ καὶ προγόνοις ἐμοῖς ἀπο-
δεδειγμένων ὁλοσχερῆ βεβαίαν πίστιν (α) ἐξόχως, Ἰουδαίων. καί γε εἰ μὴ διὰ τὴν τῆς συντρο-
22 φίας (β) στοργὴν καὶ τῆς χρείας, τὸ ζῆν ἀντὶ τούτων ἐστερήθης. Οὕτως ὁ Ἕρμων ἀπροσδόκητον
(γ) καὶ ἐπικίνδυνον ὑπήνεγκεν ἀπειλὴν, καὶ τῇ ὁράσει καὶ τῷ προσώπῳ συνεστάλη. ὁ καθεὶς δὲ τῶν
φίλων σκυθρωπῶς ὑπεκρέων, τοὺς συνηθροισμένους ἀπέλυσεν ἕκαστον ἐπὶ τὴν ἰδίαν ἀσχολίαν.

MS. A. (α)* προσκοπτούσης (β) προσκαλεσάμενος (γ)* πικείας (δ) ἰάθησαν οἱ Ἰουδαῖοι τὴν περιοῦσαν (ε) ὅτι νυκτὸς (ζ) Φαλάριδος (η) Τὸ (θ) ὑποστάλλουσαν (ι)* συνεσταλέντες, (κ) πολύδακρυν (λ) Οὔπω (μ) κατεσπείροντο, (ν) ἐπικάλει (ξ) ὑποδεικνύει (†) ἀνόμῳ (ο) πάντα (π)* ὅτι τὸ διασπούμενον ὑπ᾽ αὐτοῦ (ς) ἐνέργημα (σ) Ὑπεδείκνυεν ὁ Ἕρμων (τ) ἡτοίμασαι (υ) διεσκέδασεν (φ) νόημα, (χ) Ὅσοι γονεῖς (ψ) γονοὶ, (ω) δαψιλῆ (α)* ἐξόχως (β) στοργῆς (γ) ἐπικίνδυνον

Interp. LAT.

Quod etiam cùm factum esset, hortabatur, ut epulis sese dantes præsentem 10
compotationis partem multùm celebrantes in lætitia insumerent. Longiùs au- 11
tem procedente convivio, Hermonem accersens rex, cum acerbis minis interro-
gabat, quam ob causam permissi essent Judæi præsentem diem superstites age-
re. Illo autem ostendente, noctu, quod præceptum erat, se ad finem perduxisse, 12
& amicis ei testimonium dantibus; ille deteriorem Phalaride crudelitatem ha-
bens, dixit; Hodierno somno gratiam habeant illi. Sine dilatione autem in 13
advenientem diem similiter para elephantos ad scelestorum Judæorum perditio-
nem. Cùm dixisset autem rex; ultrò omnes qui aderant cum gaudio simul 14
collaudantes, in propriam domum unusquisque reversus est. Neque tam in so-
mno insumpserunt tempus noctis, quàm in excogitandis omnis generis ludibriis in
eos qui miseri videbantur. Nuper autem gallus cantaverat matutinus, & be- 15
stias cùm armâsset Hermon, in magno porticu concitabat. Turbæ autem quæ
in civitate, convenerant ad maximè miserabile spectaculum, expectantes au-
roram cum aviditate. Judæi autem ad invisibile tempus animo suspensi lachry- 16
mosâ supplicatione in canticis luctuosis tendentes manus in cælum orabant sum-
mum Deum, ut rursus ipsis auxiliaretur brevi. Nondum autem Solis radii 17
disseminabantur, & rege amicos admittente, Hermon adstans vocabat ad exi-
tum, ostendens propositum regis in promptu esse. Ille autem, cùm perce- 18
pisset, & obstupuisset super iniquo exitu, ignoratione prorsùs detentus inter-
rogabat, quodnam negotium esset, pro quo id ei cum festinatione confectum es-
set. Hoc autem erat opus omnium dominantis Dei, eorum quæ anteà ipsi exco-
gitata erant, oblivionem in mentem immittentis. Hermon autem suggessit, & 19
omnes amici, bestias, & exercitus paratos esse, ô rex, juxta tuum instans pro- 20
positum. Ille autem super his quæ dicta erant, repletus bile, eò quòd omnis e-
jus de his cogitatio per Dei providentiam dissipata esset, intuens cum minis di-
xit; Si tibi parentes essent, aut filiorum fœtus: hunc bestiis ferocibus appa- 21
râssent copiosum cibum pro inculpatis, & qui majoribus meis perpetuam firmam
fidem eximiè præstiterunt, Judæis. Atqui, nisi intercederet communis educati-
onis amor, & utilitatis ratio; vitâ pro his privatus esses. Ita Hermon impro- 22
visam & periculosam subiit comminationem, & aspectu & vultu demissus fuit.
Unusquisque autem amicorum mœstè tabescens, eos qui congregati erant, dimi-
serunt unumquemque ad proprium negotium.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

10
11 [illegible]

Ad hilaritatem eos provocans. Cùm 10
autem serò esset, potúsque ac ser- 11
mo multùm processerat, vocatum Her-
monem cum ira dura interrogavit rex,
quâ causâ evasissent Judæi diem interi-
tui ipsorum destinatam. Qui respon- 12
dens dixit ei; Quicquid imperaveras
paratum in promptu erat: testantibus
amicis, ita se rem habere. Is, his au-
ditis, mentem altam superbámque non
demittens, ausus est dicere eis; Hodi-
erni diei gratiam somno imputent:
Cras sine obstaculo quæ jussus es pa- 13
ra, sintque in promptu elephanti, cor-
rumpendis perdendísque Judæis. Quæ 14
cùm rex præcepisset, læti magnates,
ad suas quisque ædes discedentes, præ
solicitudine curâque quâ affecti erant,
quomodo Judæos funditùs perderent,
somnum capere non potuerunt. Cúm- 15
que gallus cecinisset, propéque esset
ut illucesceret, Hermo, instructis ele-
phantis ad januam regiæ accessit, co-
actâ totâ civitate ad spectandum ini-
quitatem quæ parata erat ut Judæis
accideret, manè diei. Judæi autem 16
horam interitui suo statutam instare
videntes, flentes lachrymis multis ma-
nibus ad cœlum passis, cum clamore
petebant à Deo magno ac potenti, ut
citò ipsis auxilium festinaret. Rex 17
autem, cùm ante solis Ortum surrexis-
set, amicósque expectaret, accedens
Hermo traduxit coram eo omnes ele-
phantes, accinctos armatósque secun-
dùm præceptum regis. Quos cùm vi- 18
deret, in omnibus cogitatione cæcus,
quasi mirabundus obstupuit de exces-
su malorum: Quæsivítque ab eis,
num quicquid præceperat studiosè fa-
ctum esset: Quod Dei ductu factum
est, oblivionem eorum quæ præmedi-
tatus fuerat menti ejus injicientis.
Hermo autem cum amicis, accedens 19
dixit regi; Quicquid præcepisti pa-
ratum est, ac in promptu, sive elephan-
tes, sive copiæ. Ille autem, cùm hæc 20
ab ipsis audivisset, irâ magnâ reple-
tus est, ita volente Dei misericordiâ
qui totum ejus consilium irritum fe-
cit. Asperéque Hermonem intuens,
increpánsque verbis duris, dixit ei;
Si propinqui tui & de genere tuo fu- 21
issent, tam immisericorditer potâsses
elephantes ac inebriâsses, ut in ami-
cos mihi charos ac in omnibus fideles
Judæos? Quod nisi multa mihi esset
in omnes humanitas, pro eis tuam vi-
tam perdidisses. Itaque Hermo, ut 22
qui non longè sed parum à morte ab-
erat, valdè territus est, immutato co-
lore, magnósque illos spiritus deposu-
it: videntésque hæc amici subduxerunt
se præ timore magno, dimittentes po-
pulum qui cum ipsis erat, ad suum
quemque locum & negotium.

ΜΑΚΚΑΒΑΙΩΝ Γ'.

23 Οἱ τε Ἰουδαῖοι τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως ἀκούσαντες, τὸν ἐπιφανῆ θεὸν καὶ βασιλέα τῶν (α) βασι-
24 λέων ᾔνουν, καὶ τοῦδε τῆς βοηθείας αὐτοῦ τετευχότες. Κατὰ δὲ (β) τούτους τοὺς νόμους ὁ βα-
σιλεὺς συστησάμενος (γ) πάλιν τὸ συμπόσιον, εἰς εὐφροσύνην τραπῆναι παρεκάλει. Τὸν δὲ
Ἕρμωνα προσκαλεσάμενος μετὰ ἀπειλῆς εἶπε, Ποσάκις (δ) σοι δεῖ περὶ τούτων αὐτῶν (ε) προστάτ-
τειν ἀθλιώτατε, τοὺς ἐλέφαντας ἔτι καὶ νῦν καθόπλισον εἰς τὴν αὔριον ἐπὶ τὸν τῶν Ἰουδαίων
25 ἀφανισμόν. Οἱ δὲ συνανακείμενοι συγγενεῖς τὴν (ζ) ἄστατον διάνοιαν αὐτοῦ θαυμάζοντες, προε-
φέροντο τάδε, Βασιλεῦ, μέχρι τίνος (η) ὡς ἀλόγους ἡμᾶς διαπειράζεις, προστάσσων ἤδη τρίτον
αὐτοὺς ἀφανίσαι, καὶ πάλιν ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἐκ μεταβολῆς ἀναλύων (θ) τὰ σοὶ δεδογ-
26 μένα; Ὧν χάριν ἡ πόλις διὰ τὴν προσδοκίαν ὀχλεῖ· καὶ πληθύουσα συστροφαῖς, ἤδη καὶ
27 κινδυνεύει πολλάκις διαρπασθῆναι. Ὅθεν ὁ κατὰ πάντα Φάλαρις βασιλεὺς ἐμπληθυνθεὶς
ἀλογιστίας, καὶ τὰς γινομένας πρὸς ἐπισκοπὴν τῶν Ἰουδαίων ἐν αὐτῷ μεταβολὰς τῆς ψυχῆς
28 παρ' οὐδὲν ἡγούμενος, Ἀτελέστατον (ι) ἐβεβαίωσεν ὅρκον, ὁρισάμενος τούτους μὲν ἀνυπερθέτως
πέμψειν εἰς ᾅδην, ἐν γόνασι καὶ ποσὶ θηρίων ᾐκισμένους, ἐπιστρατεύσαντα δὲ ἐπὶ τὴν Ἰουδαί-
αν, ἰσόπεδον πυρὶ καὶ δόρατι (κ) θήσεσθαι διὰ τάχους, καὶ τὸν ἄβατον (λ) αὐτῶν ἡμῖν ναὸν πυρὶ
(μ) πρηνέα ἐν τάχει, καὶ τῶν συντελούντων ἐκεῖ (ν) θυσίας ἔρημον τὸν ἅπαντα χρόνον καταστή-
29 σειν. Τότε περιχαρεῖς ἀναλύσαντες οἱ φίλοι καὶ συγγενεῖς, μετὰ πίστεως διέτασσον τὰς
30 δυνάμεις ἐπὶ τοὺς εὐκαιροτάτους τόπους τῆς πόλεως πρὸς (ξ) τήρησιν. Ὁ δὲ ἐλεφαντάρχης, τὰ
θηρία σχεδὸν (ο) εἰπεῖν εἰς κατάστημα μανιῶδες ἀγηοχὼς, εὐωδεστάτοις πόμασιν (π) οἴνου λιβανω-
μένοις φοβεραῖς κατεσκευασμένα σκευαῖς, περὶ τὴν ἕω, τῆς πόλεως ἤδη πλήθεσιν ἀναριθμή-
τοις κατὰ τοῦ ἱπποδρόμου (ρ) κατεμεμεστωμένης, εἰσελθὼν εἰς τὴν αὐλὴν, ἐπὶ τὸ προκείμενον
31 ὤτρυνε τὸν βασιλέα. Ὁ δὲ ὀργῇ βαρείᾳ γεμίσας δυσσεβῆ φρένα, παντὶ τῷ βάρει σὺν τοῖς
θηρίοις ἐξώρμησε, βουλόμενος ἀτρώτῳ καρδίᾳ καὶ κόραις ὀφθαλμῶν θεάσασθαι τὴν ἐπίπο-
32 νον καὶ ταλαίπωρον τῶν προσημαινομένων καταστροφήν. Ὡς δὲ τῶν ἐλεφάντων ἐξιόντων
περὶ πύλην, καὶ τῆς (σ) συνεπομένης ἐνόπλου δυνάμεως, τῆς τε τοῦ πλήθους πορείας κονιορτὸν
ἰδόντες, καὶ βαρυηχῆ θόρυβον ἀκούσαντες οἱ Ἰουδαῖοι, ὑστάτην βίου ῥοπὴν αὐτοῖς ἐκείνην
δόξαντες εἶναι τὸ τέλος

Interp. L A T.

At Judæi, cùm audissent ea quæ à rege, præsentem Deum, & regem regum laudabant, hoc etiam ipsius auxilium assecuti. Verùm secundum has ipsas leges rex iterum constituens convivium, hortabatur ad lætitiam se converterent. Accersito autem Hermone, cum minis dixit; Quoties tibi de his ipsis præcipiendum est infœlicissime? Elephantos adhuc etiam nunc arma in crastinum ad Judæorum perditionem. Cognati autem, qui simul discumbebant, inconstantem illius mentem admirantes, proferebant hæc; Rex, usquequò nos tanquam stolidos pertentas, præcipiens jam tertiò illos deleri, & iterum in rebus ipsis, mutatione dissolvens ea quæ tibi decreta sunt? Quamobrem civitas propter expectationem tumultuatur, & plena coitionum, jam etiam periclitatur sæpe (o) diripi. Quocircà rex in omnibus Phalaris impletus stoliditate, & factas in se ad visitationem Judæorum mutationes animi pro nihilo ducens, Impium confirmavit juramentum, statuens hos quidem sine dilatione mittere in infernum, genibus & pedibus ferarum cruciatos: exercitu autem ducto contra Judæam, solo illam æquaturum igne & hastâ velociter, & invium illorum nobis templum igne citò prostraturum, & ab illic sacrificantibus vacuum facturum. Tunc læti discedentes amici & cognati, cum fide disposuerunt exercitus opportunissimis locis civitatis ad custodiam. Elephantorum autem præpositus, cùm feras, quasi, ut ita dicam, ad insanam habitudinem adduxisset, odoratissimis potionibus vini cum thure mistis horribilibus præparationibus præparatas, circa auroram, civitate jam turbis innumerabilibus ad hippodromum refertâ, ingressus aulam, ad id quod propositum erat, incitavit regem. Ille autem gravi irâ impletus impium cor, omni mole cum feris exiliit, volens immiti corde, etiam pupillis oculorum spectare ærumnosam & miseram eorum qui jam dicti sunt, subversionem. Ut autem elephantorum exeuntium circa portam, & subsequentis armati exercitûs, & multitudinis euntis pulverem viderunt, & gravisonum tumultum audierunt Judæi, ultimum illud vitæ momentum finem sibi esse putantes

MS.A. (α) βασιλευόντων (β) τοὺς αὐτοὺς νόμους (γ) * παντὸ (δ) δὲ δεῖ σοι περὶ (ε) σοι προστάτ[τ]ειν (ζ) ἀστατῆ (η) ὡς ἡμᾶς (θ) * τὰς οἰκίας δεδογμένα; (ι) βεβαίως (κ) θήσεσθαι (λ) ἡμῖν αὐτῶν (μ) πρὶν ἐν τάχει τῶν (ν) θυσιῶν εἰς τὸν (ξ) τὴν τήρησιν (ο) ὡς ἤπερ εἰς κατάστημα (π) οἴνῳ λελιβανωμένῳ φοβερῶς κεκοσμημένα κατασκευαῖς, (ρ) καταμεμεστωμένοις, (σ) ἑπομένης

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]

Judæi autem, acceptis regis verbis, cantabant confitebantúrque Domino Deo regum Regi, qui ipsos respexerat, eísque auxilio fuerat. Rex hinc discedens, ad convivium cum omnibus amicis profectus, vocato Hermoni dixit iratus; Quoties præcipiet quis tibi de his quæ spectant ad miseros istos? Abi, para elephantos, ut in crastinum in promptu sint perdendis exterminandísque Judæis. Amici autem cognatíque ejus, qui cum eo accumbebant, mentem ejus turbatam sensúmque instabilem videntes, respondentes, dixerunt ei; Quousque nos tentas ô rex! Jam tertiò perdi eos jubes, qui de nuò præcepta ipse tua solvis: Coactâ etiam civitate ad hoc, & conturbatione quotidianâ desolationi universæ propinquâ. Rex, his auditis, elatione superbiâq; plenus, omninóq; cæcus animi, & obliviscens auxilia Judæis olim facta, quibus ter irritum factum fuerat hactenus consilium ejus, Irritum juramentum jurans, dixit; Cras ante omnia, ad inferos eos mittam, cum patribus & liberis, obtritis furore conculcationis pedum elephantorum. Prætereà in Judæam ascendens, gladio & igne eam statim pessundabo ac perdam, planitieíque æquabo, templúmque in quod mihi ingressum negatur comburam igne statim, locúmque ubi afferunt oblationes, ad instar deserti desolabo in perpetuum. Tunc amici cognatíque ejus læti ab ipso discedentes, quòd, audientibus ipsis, perditurum se eos juramento affirmâsset, euntes parârunt coegerúntque copias in plateis civitatis, ut custodirent Judæos. Præfectus autem elephantis, prout jussus erat, potando eos inebriavit, meróque cum thure incensos in plateam magnam civitatis adduxit. Populóque multo extra civitatem coacto, ad spectaculum impium, ingressus præfectus ille elephantis aulam regis, dixit ei; incendens mentem ejus. Is autem audiens repletus est irâ & furore cogitationéque impiâ, totúmque cum elephantis exercitum ducens, omnémque ejus apparatum, egressus est, corde duro oculóque malo intueri cupiens & videre mortem, malúmque miserorum & afflictorum. Egressis autem civitatis portam elephantis, hærentéque ipsis populo multo, cùm viderent Judæi pulverem qui multus ascendebat, clamorémque tumultûs invalescentis, putabant horam fini suo absolvendo adesse.

MAKKABAΪ́ΩΝ Γ'.

33 Τῆς ἀθλιωτάτης προσδοκίας, εἰς οἶκτον καὶ γόους τραπέντες, κατεφίλουν ἀλλήλους περιπλεκό-
μενοι τοῖς συγγενέσιν ἐπὶ τοὺς τραχήλους ἐπιπίπτοντες, γονεῖς παισὶ καὶ μητέρες νεάνισιν,
34 Ἕτεραι δὲ νεογνὰ πρὸς μαστοὺς ἔχουσαι βρέφη τελευταῖον ἕλκοντα γάλα. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ
35 τὰς ἔμπροσθεν αὐτῶν γεγενημένας ἀντιλήψεις ἐξ οὐρανοῦ συνιδόντες, πρηνεῖς ὁμοθυμαδὸν
ῥίψαντες ἑαυτοὺς καὶ τὰ νήπια χωρίσαντες τῶν μαστῶν, ἀνεβόησαν φωνῇ μεγάλῃ σφόδρα,
36 τὸν τῆς (α) ἁπάσης δυνάμεως δυνάστην ἱκετεύοντες, οἰκτεῖραι μετ' ἐπιφανείας αὐτοὺς ἤδη πρὸς
πύλαις ᾅδου καθεστῶτας.

MS. A. (α) ἁπάσης * δυνάστην

ΚΕΦ. ϛ'.

Ἐλεάζαρος δέ τις ἀνὴρ ἐπίσημος τῶν ἀπὸ τῆς (α) χώρας ἱερέων, ἐν πρεσβείῳ τὴν ἡλικίαν ἤδη
1 λελογχὼς, καὶ πάσῃ τῇ κατὰ τὸν βίον ἀρετῇ κεκοσμημένος, τοὺς περὶ αὐτὸν καταστείλας πρε-
σβυτέρους ἐπικαλεῖσθαι τὸν ἅγιον (β) θεὸν προσηύξατο τάδε· Βασιλεῦ μεγαλοκράτωρ, (γ) ὕψιστε, παν-
2 τοκράτωρ θεὲ, τὴν πᾶσαν διακυβερνῶν ἐν οἰκτιρμοῖς κτίσιν, ἔπιδε ἐπὶ Ἀβραὰμ σπέρμα,
(δ) ἐπὶ ἡγιασμένου τέκνα Ἰακὼβ, μερίδος ἡγιασμένης σου λαὸν ἐν ξένῃ γῇ ξένον ἀδίκως (ε) ἀπολ-
3 λύμενον, πάτερ. Σὺ Φαραὼ πληθύνοντα ἅρμασι, (ζ) τὸν πρὶν Αἰγύπτου ταύτης δυνάστην, ἐπαρ-
θέντα ἀνόμῳ θράσει καὶ γλώσσῃ (η) μεγαλορρήμονι, σὺν τῇ ὑπερηφάνῳ στρατιᾷ ποντοβρόχους ἀπώ-
λεσας, φέγγος ἐπιφάνας ἐλέους Ἰσραὴλ γένει. Σὺ τὸν ἀναριθμήτοις δυνάμεσι γαυρωθέν-
4 τα Σενναχηρεὶμ βαρὺν Ἀσσυρίων βασιλέα, δόρατι τὴν πᾶσαν ὑποχείριον ἤδη λαβόντα
γῆν, καὶ μετεωρισθέντα ἐπὶ τὴν ἁγίαν σου πόλιν, βαρέα λαλοῦντα κόμπῳ καὶ (θ) θράσει,
σὺ δέσποτα ἔθραυσας, ἔκδηλον δεικνὺς ἔθνεσι πολλοῖς τὸ σὸν κράτος. Σὺ τοὺς κατὰ τὴν Βα-
5 βυλωνίαν τρεῖς ἑταίρους πυρὶ τὴν ψυχὴν αὐθαιρέτως δεδωκότας εἰς τὸ μὴ λατρεῦσαι τοῖς
κενοῖς, διάπυρον δροσίσας κάμινον, (ι) ἐρρύσω μέχρι τριχὸς ἀπημάντους, (κ) φλόγα πᾶσιν
6 ἐπιπέμψας τοῖς ὑπεναντίοις. Σὺ τὸν διαβολαῖς φθόνου λέουσι κατὰ γῆς ῥιφέντα θηρσὶ
(λ) βορὰν Δανιὴλ εἰς φῶς ἀνήγαγες ἀσινῆ. Τόν τε βυθοτρεφοῦς ἐν γαστρὶ κήτους Ἰωνᾶν τηκό-
μενον ἀφειδῶς, ἀπήμαντον πᾶσιν οἰκείοις ἀνέδειξας, πάτερ.

MS. A. (α) χώρας Ἰουδαίων, ἐν (β) θεὸν, καὶ προσηύξατο (γ) ὕψιστε, (δ) ἐπὶ (ε) ἀπολλύμενον * ὑπὸ Φαραὼ (ζ) τὸν πρὶν (η) μεγαλορρήμονα; (θ) θράσει, σὺ δέσποτα (ι) * ἐρρύσω (κ) φλόγα * σιν (λ) βορὰ (μ) ἀφειδῶν,

Interp. LAT.

Miserrimæ expectationis, ad miserationem & gemitus conversi, osculaban- 33
tur se invicem complicati cognatis, super colla procidentes, parentes pu-
eris, & matres puellis, Aliæ autem nuper genitos ad ubera habentes in- 34
fantes ultimum sugentes lac. Veruntamen & quæ sibi anteà præbita essent 35
de cœlo auxilia, conscii, pronos unanimiter se projicientes, & separatis
infantibus ab uberibus, exclamaverunt voce magnâ valdè, omnis potentiæ
Dominum Suppliciter orantes, ut ipsorum cum præsentia misereretur, qui 36
jam ad portas inferni essent.

CAP. VI.

Eleazarus autem quidam, vir insignis, ex iis, qui de regione, sacerdo- 1
tibus, in senio jam ætatem sortitus, & omni virtute ad vitam pertinen-
te ornatus, eos qui circa se cohibens presbyteros ab invocando sancto Deo,
precatus est hæc : Rex magnipotens, altissime, omnipotentes Dee, qui 2
creaturam omnem in miserationibus gubernas, respice in semen Abraham, in
filios sanctificati Jacob, sanctificatæ portionis tuæ populum in peregrina
terra peregrinum injustè pereuntem, pater. Tu Pharaonem abundantem cur- 3
rubus, olim hujus Ægypti dominum elatum iniquâ audaciâ, & linguâ ma-
gniloquâ cum superbo exercitu (p) demersos ponto perdidisti, ostenso lumine
misericordiæ generi Israel. Tu innumerabilibus exercitibus exultantem 4
Sennacherim gravem Assyriorum regem, qui hastâ universam jam subjugâ-
rat terram, & elatus super sanctam civitatem tuam gravia loquebatur fastu,
& audaciâ, (q) Domine, fregisti, manifestò ostendens gentibus multis po-
tentiam tuam. Tu tres illos, qui in Babylonia, socios, qui sponte animam 5
igni dederant, ne servirent vanis, ignitum irrorans caminum liberâsti
usque ad capillum illæsos, flammâ immissâ in omnes adversarios. Tu 6
calumniis invidiæ per terram leonibus projectum feris cibum Danielem in
lucem revocâsti incolumem. Et in ventre ceti in mari educati durè lique-
scentem Jonam, illæsum omnibus familiaribus ostendisti, pater.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]
36 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]

Flentésque lachrymis multis cognatos 33
quisque suos osculabatur, alter alte-
rum amplectentes. Alii lactentes par- 34
vulos intuentes, flentes ipsis ingemis-
cebant, quibus hora instabat absolu-
tionis. Auxilia autem & redemptio- 35
nes cœlitùs olim ipsis factas recordantes,
omnésq; in terram se projicientes, avul-
sisque ab uberibus maternis infantibus,
suspirio & clamore magno & forti
eum qui quicquid vult potest, Invo- 36
cabant, ut sibi in mortis janua positis
misericordiâ multâ auxilio esset.

CAP. VI.

Eleazar autem quidam ex primo- 1
genitis sacerdotum, vir insignis, senex
annis, & in ministerio cultûs Dei per
omnia absolutus, Presbyteros qui se- 2
cum erant orare precarique Deum
sanctum jussit: ipse autem orans sic
dixit; Rex potentiâ fortis, excelse &
omnipotens, qui totam creaturam tu-
am cum misericordia gubernas, intu-
ere ac respice semen Abrahami, fili-
ósque Jacobi sancti tui, partem san-
ctam quam elegisti tibi, populum tu-
um in terra peregrina hospitem, ac
pauperem, sine causa impiè pereun-
tem. Tu, Pater, Pharaonem poten- 3
tem illum Ægypti *regem*, qui multi-
plicaverat sibi currus, elatum & ex-
altatum superbiâ magnâ, linguâque
magna proferente, cum exercitu suo
forti & excelso submersum profundo
mari perdidisti, lucem misericordiæ se-
mini Israëlis attollens. Tu Sennache- 4
ribum Assyriæ regem, exaltantem se
gloriantémque de exercitu suo innu-
merabili, qui subegerat ceperátque
terras multas, & contra civitatem tu-
am sanctam exaltans se, locutus est
verba blasphema & superba, contu-
disti & depressisti Domine, ostendens
populis multis potentiam ac robur tu-
um. Tu tres illos in Babylonia vi- 5
ros, qui tradiderunt seipsos igni com-
burendos, ne colerent inania & vacua,
conservâsti in fornace igneo, eduxistí-
que integros & sine noxâ usque ad
pilum capilli, hostes autem ipsorum
flamma ignis combussit. Tu igitur 6
Danielem per calumniam in foveam
leonum projectum, ut exterminatus in-
teriret, in lucem sine noxa produxi-
sti. Et Jonam in profundum mare
projectum & à pisce devoratum, flen-
témque coram te & orantem, audi-
tâ de ventre piscis voce ejus, vivum
servâsti, & de ventre piscis liberâsti,
ostendens omnibus seculis, O pater
virtutem tuam majestatémque.

MAKKABAIΩN Γ.

7 Καὶ νῦν (α) μισύβρει, πολυέλεε, τῶν ὅλων (β) σκεπαστὰ, τὸ τάχος ἐπιφάνηθι (γ) τοῖς ἀπὸ Ἰσραὴλ γένους,
8 (δ) ὑπὸ δὲ ἐβδελυγμένων ἀνόμων ἐθνῶν ὑβριζομένοις. Εἰ δὲ ἀσεβείαις κατὰ τὴν ἀποικίαν ὁ βίος
ἡμῶν ἐνέσχηται, ῥυσάμενος ἡμᾶς ἀπὸ ἐχθρῶν χειρὸς, (ε) ὡς προαιρῇ δέσποτα ἀπόλεσον ἡμᾶς μόρῳ.
9 Μὴ τοῖς ματαίοις οἱ ματαιόφρονες εὐλογησάτωσαν ἐπὶ τῇ τῶν ἠγαπημένων σου ἀπωλείᾳ, λέγον-
10 τες, Οὐδὲ ὁ Θεὸς αὐτῶν (ζ) ἐρρύσατο αὐτούς. Σὺ δὲ ὁ πᾶσαν ἀλκὴν καὶ δυναστείαν ἔχων ἅπασαν,
11 αἰώνιε, νῦν ἔπιδε· Ἐλέησον ἡμᾶς τοὺς καθ' ὕβριν ἀνόμων ἀλόγιστον ἐκ τοῦ ζῆν (η) μεθισταμέ-
12 νους ἐν ἐπιβούλων τρόπῳ. Πτηξάτω δὲ ἔθνη σὴν δύναμιν ἀνίκητον σήμερον (θ) ἔντιμε, δύνα-
13 μιν ἔχων ἐπὶ (ι) σωτηρίᾳ Ἰακὼβ γένους. Ἱκετεύει σε τὸ πᾶν πλῆθος τῶν νηπίων καὶ οἱ τέ-
τουτων γονεῖς μετὰ δακρύων. Δειχθήτω πᾶσιν ἔθνεσιν ὅτι μεθ' ἡμῶν εἶ κύριε, καὶ οὐκ ἀπέστρε-
14 ψας τὸ πρόσωπόν σου ἀφ' ἡμῶν· Ἀλλὰ καθὼς εἶπας, (κ) Ὅτι οὐδ' ἐν τῇ γῇ τῶν ἐχθρῶν
15 αὐτῶν ὄντων (λ) ὑπερεῖδες αὐτοὺς, οὕτως ἐπιτέλεσον κύριε. Τοῦ δὲ Ἐλεαζάρου λήγοντος ἄρτι
τῆς προσευχῆς, ὁ βασιλεὺς σὺν τοῖς θηρίοις καὶ παντὶ τῷ τῆς δυνάμεως φρυάγματι κατὰ
16 τὸ ἱππόδρομον παρῆγε. Καὶ θεωρήσαντες οἱ Ἰουδαῖοι, μέγα εἰς οὐρανὸν ἀνέκραξαν, ὥστε καὶ
τοὺς παρακειμένους αὐλῶνας (μ) συνηχήσαντας, ἀκατάσχετον (ν) οἰμωγὴν ποιῆσαι παντὶ τῷ στρατοπέ-
17 δῳ. Τότε ὁ μεγαλόδοξος (ξ) παντοκράτωρ καὶ ἀληθινὸς Θεὸς, ἐπιφάνας τὸ ἅγιον αὐτοῦ πρόσ-
ωπον, ἠνέῳξε τὰς οὐρανίους πύλας, ἐξ ὧν δεδοξασμένοι δύο φοβεροειδεῖς ἄγγελοι κατ-
18 έβησαν φανεροὶ πᾶσι πλὴν τοῖς Ἰουδαίοις, Καὶ ἀντέστησαν, καὶ τὴν δύναμιν τῶν ὑπεναν-
τίων ἐπλήρωσαν ταραχῆς καὶ δειλίας, καὶ ἀκινήτοις ἔδησαν πέδαις. καὶ ὑπόφρικον καὶ τὸ τοῦ
19 βασιλέως σῶμα ἐγενήθη, καὶ λήθη τὸ θράσος αὐτοῦ τὸ βαρύθυμον ἔλαβε. Καὶ ἀπέστρεψαν
τὰ θηρία ἐπὶ τὰς συνεπομένας ἐνόπλους δυνάμεις, καὶ κατεπάτουν αὐτὰς καὶ (ο) ὠλόθρευ-
20 ον. Καὶ μετεστράφη τοῦ βασιλέως ἡ ὀργὴ εἰς οἶκτον καὶ δάκρυα ὑπὲρ τῶν ἔμπροσθεν αὐτοῦ
21 (π) μεμηχανημένων. Ἀκούσας γὰρ τῆς κραυγῆς, καὶ συνιδὼν πρηνεῖς ἅπαντας εἰς τὴν ἀπώλειαν, δακρύσας
22 μετ' ὀργῆς τοῖς φίλοις διηπειλεῖτο, λέγων, Παραβασιλεύετε, καὶ τυράννους (ρ) ὑπερβεβήκατε
ὠμότητι· καὶ ἐμὲ αὐτὸν τὸν ὑμῶν εὐεργέτην ἐπιχειρεῖτε τῆς ἀρχῆς ἤδη καὶ τοῦ πνεύματος μεθιστᾶν,
λάθρα μηχανώμενοι τὰ μὴ συμφέροντα τῇ βασιλείᾳ.

MS. A. (α) μισοΰβρει, (β) δικαστὰ, τάχος (γ) τοῖς ἁγίοις Ἰσραὴλ (δ) ὑπὸ βδελυγμένων (ε) * ὡ προαιρῇ (ζ) ἐρύσατο (η) μεθισταμένους (θ) * ἐντίμια, δυνάμει (ι) σωτηρίαν (κ) Οὐδὲ ἐν (λ) ὑπερίδον (μ) συνεχθήσαντας, (ν) πλείω ποιῆσαι (ξ) καὶ παντοκράτωρ (ο) ὠλέθρευον. (π) μεμηχανευμένων. (ρ) ὑπερβεβήκατε.

Interp. LAT.

Et nunc osor contumeliæ, multùm misericors, universorum protector, citò apparcas his qui de genere Israel, qui contumeliis afficiuntur ab abominatis iniquis gentibus. Quòd si impietatibus per ipsam peregrinationem vita nostra constricta est; cùm erueris nos de manu inimicorum, prout elegeris, Domine, perde nos morte. Non vanis vana sapientes benedicant super dilectorum tuorum perditione, dicentes; Neque Deus eorum liberavit eos. Tu autem, qui omne robur, & potentiam omnem habes, æterne, nunc respice: Miserere nostri, qui per injustam inimicorum injuriam, è vita, more insidiatorum, submovemur. Admirentur autem gentes invictam tuam potentiam hodiè, honorate, qui potestatem habes ad salutem generis Jacob. Supplicat tibi universa multitudo parvulorum, & horum parentes cum lachrymis. Pateat omnibus gentibus, quòd nobiscum es, Domine, & non avertisti faciem tuam à nobis: Sed, sicut dixisti, Neque cùm essent in terra inimicorum suorum, ipsos despecturum, sic perfice, Domine. Eleazaro autem finem jam faciente orationis, rex cum feris, & toto exercitûs fremitu ad hippodromum accedebat. Et aspicientes Judæi, vehementer exclamârunt in cœlum, ita ut adjacentes etiam convalles simul sonantes, continuum fletum facerent universo exercitui. Tunc magnificè gloriosus, omnipotens, & verax Deus, ostendens sanctam faciem suam, aperuit cœlestes portas: è quibus incluti duo terribiles angeli descenderunt, manifesti omnibus, præterquàm Judæis: Et ex adverso steterunt, & exercitum adversariorum impleverunt turbatione, & formidine, & immobilibus ligaverunt compedibus. Atqui regis etiam corpus factum est horrens, & oblivio gravem ejus audaciam occupavit. Et converterunt se bestiæ super subsequentes armatos exercitus, & conculcabant eos, & exterminabant. Et versa est regis ira in misericordiam & lachrymas pro his quæ ante molitus fuerat. Audiens enim vociferationem, & videns præcipites omnes ad perditionem, illachrymatus, cum ira amicis minabatur, dicens; Regios transgredimini mores, & tyrannos superâstis crudelitate: & me benefactorem vestrum aggredimini à principatu jam & spiritu removere, clàm machinantes quæ non conferunt regno.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

7 [illegible]
[illegible]
8 [illegible]
[illegible]
9 [illegible]
10 [illegible]
11 [illegible]
12 [illegible]
[illegible]
13 [illegible]
[illegible]
[illegible]
14 [illegible]
15 [illegible]
[illegible]
[illegible]
17 [illegible]
[illegible]
[illegible]
18 [illegible]
[illegible]
[illegible]
19 [illegible]
20 [illegible]
21 [illegible]
[illegible]
22 [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

7 Nunc igitur misericors Tu, qui omnia alis tuis protegis, nos semen Israëlis, in ignominia angustiísque magnis positos, intuere & respice, ignominiâ à gentibus impiis & immundis affectos.
8 Si peccata & errores nostri testimonium in nos tulerunt, ut ita moriamur; eripe nos Domine, de manu hostium nostrorum: Ipse autem, ut volueris, castiga & perde nos.
9 Ne laudent dementes idola sua vana de morte dilectorum tuorum, ac dicant; Ne Deum quidem potuisse ipsos adjuvare & liberare.
10 Tu autem, Domine, à quo omnis vis & omne robur est, indè ab ipso seculo, respice nunc Domine,
11 Et miserere nostrûm, sine causa per iniquos ac stultos pereuntium.
12 Sed manifestetur hodiè vis tua invicta, timorémque & commotionem gentibus istis injiciat, pungátque corda ipsorum, liberétque semen Israëlis.
13 Ecce enim, petit à te, supplicátque tibi multitudo infantium, propinquíque eorum cum lachrymis & fletu multo: notúmque omnibus gentibus fiat, te nobiscum esse Domine, nec avertisse vultum tuum à nobis:
14 Sed quomodo dixisti; Etiam cùm in terra hostium suorum sunt, non avertam vultum meum ab eis; sic præsta nobis, Domine..
15 Cúmque finisset Eleazar orationem suam, venit rex cum toto exercitu suo, copiisque quæ cum eo erant, ad locum ubi morabantur Judæi.
16 Quibus conspectis, clamârunt Judæi clamore magno usque ad cœlum, ita ut commoveretur tota terra, tremeréntque omnes copiæ regis præ sono clamoris ipsorum.
17 Tum Dominus omnipotens, gloriâque magnus, Deúsque veritatis illustravit vultum suum sanctum, aperuítque portas cœli, & descenderunt angeli duo gloriosi & terribiles, omnibus invisi præterquam Judæis solis.
18 Stantésque è regione hostium, omnes copias exercitúmque ipsorum, timore commotionéque & trepidatione repletos, vinxerunt ligarúntque ut non moverent se. Morúmque & trepidationem corpori regis injecerunt, ita ut sensûs sui oblivisceretur sublimis & arrogans qui furore irâque incensus fuerat.
19 Conversi autem in copias ejus elephanti, conculcantes perdebant eos & occidebant.
20 Versúsque est furor regis in misericordiam, flevítque super omnibus quæ facere studuerat, paraverátque.
21 Audiens enim vocem clamoris ipsorum, vidénsque eos in facies projectos quasi interituros, flevit.
22 Iráque in amicos accensus, dixit eis; Ipsos reges & tyrannos superavit malitia vestra: & vos quidem re agitis quo pacto benefactori vestro principatum auferatis. Videtis enim deficere mihi spiritum: & quæ regno bona non sunt, cogitatis.

MAKKABAIΩN Γ'.

23 Τίς τοὺς κρατήσαντας ἡμῶν ἐν πίστει τὰ τῆς χώρας ὀχυρώματα, τῆς οἰκίας ἀποσπάσας ἕκαστον ἀλόγως
ἤθροισεν ἐνθάδε; Τίς τοὺς ἐξ ἀρχῆς εὐνοίᾳ πρὸς ἡμᾶς κατὰ πάντα διαφέροντας πάντων ἐθνῶν, καὶ
24 τοὺς χειρίστους πλεονάκις ἀνθρώπων (α) ἐπιδεδεγμένους κινδύνους, οὕτως (β) ἀθέσμοις περιέβαλεν αἰκίαις;
25 Λύσατε, ἐκλύσατε ἄδικα δεσμά· εἰς τὰ ἴδια μετ' εἰρήνης ἐξαποστείλατε, τὰ (γ) προπεπραγμένα
παραιτούμενοι. Ἀπολύσατε τοὺς υἱοὺς τοῦ παντοκράτορος ἐπουρανίου Θεοῦ ζῶντος, ὃς ἀφ' ἡμετέρων
μέχρι τοῦ νῦν προγόνων ἀπαράποδιστον (δ) μετὰ δόξης εὐστάθειαν παρέχει τοῖς ἡμετέροις πράγμασιν.
26 Ὁ μὲν οὖν ταῦτα (ε) ἔλεξεν· οἱ δὲ ἐν ἀμερεῖ χρόνῳ λυθέντες, τὸν ἅγιον σωτῆρα Θεὸν αὐτῶν εὐλό-
27 γουν, ἄρτι τὸν θάνατον ἐκπεφευγότες. Εἶτα ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν (ζ) πόλιν ἀπαλλαγεὶς, τὸν ἐπὶ τῶν
προσόδων προσκαλεσάμενος, ἐκέλευσεν οἴνους τε καὶ τὰ λοιπὰ πρὸς εὐωχίαν ἐπιτήδεια τοῖς
Ἰουδαίοις χορηγεῖν ἐπὶ ἡμέρας ἑπτὰ, κρίνας αὐτοὺς ἐν ᾧ τόπῳ ἔδοξαν τὸν ὄλεθρον ἀναλαμβάνειν,
28 ἐν τούτῳ ἐν εὐφροσύνῃ πάσῃ σωτήρια (η) ἄγειν. Τότε οἱ (θ) πρὶν ἐπονείδιστοι καὶ πλησίον τοῦ ᾅδου,
μᾶλλον (ι) δ' ἐπ' αὐτῷ βεβηκότες, ἀντὶ πικροῦ καὶ (κ) δυσπαραιτήτου μόρου, κώθωνα σωτήριον συστησάμενοι,
τὸν εἰς πτῶσιν αὐτοῖς καὶ τάφον ἡτοιμασμένον τόπον (λ) κλισίαις κατεμερίσαντο πλήρεις χαρμονῆς.
29 Καταλήξαντες δὲ (μ) θρήνων πανόδυρτον μέλος, ἀνέλαβον ᾠδὴν πάτριον, (ν) τὸν σωτῆρα καὶ τερατοποιὸν
αἰνοῦντες Θεόν· (ξ) οἰμωγήν τε πᾶσαν καὶ κωκυτὸν ἀπωσάμενοι, χορὸς συνίσταντο εὐφροσύνης εἰρηνικῆς
30 σημεῖον. Ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς περὶ τούτων συμπόσιον βαρὺ συναγαγὼν, ἀδιαλείπτως εἰς
31 οὐρανὸν ἀνθωμολογεῖτο μεγαλομερῶς ἐπὶ τῇ παραδόξῳ γενηθείσῃ αὐτῷ σωτηρίᾳ. Οἵ τε πρὶν
εἰς ὄλεθρον καὶ (ο) οἰωνοβρώτους αὐτοὺς ἔσεσθαι τιθέμενοι, (π) μετὰ χαρᾶς ἀπογραψάμενοι, κατεστέναξαν,
αἰσχύνην ἐφ' ἑαυτοῖς (ρ) περιβαλλόμενοι, καὶ τὴν πυρίπνουν τόλμαν (σ) ἀκλεῶς ἐσβεσμένοι. Οἵ τε Ἰουδαῖοι,
32 καθὼς προειρήκαμεν, συστησάμενοι τὸν προειρημένον χορὸν, μετ' εὐωχίας ἐν ἐξομολογήσεσιν
33 ἱλαραῖς καὶ ψαλμοῖς διῆγον, Καὶ κοινὸν ὁρισάμενοι περὶ τούτων θεσμὸν ἐπὶ πᾶσαν τὴν παροικίαν
αὐτῶν εἰς γενεὰς, τὰς προειρημένας ἡμέρας ἄγειν ἔστησαν εὐφροσύνους, οὐ πότου χάριν καὶ λιχνείας,
34 σωτηρίας δὲ τῆς διὰ Θεὸν γενομένης αὐτοῖς. Ἐνέτυχον δὲ τῷ βασιλεῖ, τὴν ἀπόλυσιν αὐτῶν εἰς
35 τὰ ἴδια αἰτούμενοι. Ἀπογράφονται δὲ αὐτοὺς ἀπὸ πέμπτης καὶ εἰκάδος τοῦ Παχὼν ἕως τῆς τετάρτης
τοῦ Ἐπιφὶ, ἐπὶ ἡμέρας (τ) τεσσαράκοντα· συνίστανται δὲ αὐτῶν τὴν ἀπώλειαν ἀπὸ πέμπτης τοῦ Ἐπιφὶ ἕως
ἑβδόμης, ἡμέραις τρισίν. ἐν αἷς καὶ μεγαλοδόξως ἐπιφάνας τὸ ἔλεος αὐτοῦ ὁ τῶν (υ) ὅλων δυνάστης,
ἀπταίστους αὐτοὺς ἐρρύσατο ὁμοθυμαδόν.

MS.A. (α) ἐπιδεδεγμένους (β) ἀθέσμως (γ) προπεπραγμένα (δ) εὐστάθειαν μετὰ δόξης περιφέρει τοῖς (ε) ἐξέλεξεν· (ζ) πόλιν τὸν ἐπὶ (η) ἀγαγεῖν. (θ) τὸ πρὶν (ι) δὲ (κ) δυσπαραιτήτου (λ) κλισίαις κατεμερίσαντο (μ) θρήνων (ν) τὸν Ἰσραὴλ * ὁρα καὶ τερατοποιὸν (ξ) οἰμωγὴν δὲ (ο) οἰωνοβρώτους (π) καὶ μετὰ (ρ) περιβαλλόμενοι, καὶ πυρίπνουν (σ) ἀκμαίως (τ) τεσσαράκοντα· (υ) πάντων

Interp. LAT.

Quis eos qui obtinent nostras in fide munitiones regionis, è domo removens
stultè congregavit huc? Quis eos qui ab initio benevolentiâ erga nos omnibus 23
in rebus superant omnes gentes, & deterrima sæpe hominum susceperunt peri- 24
cula, sic iniquis implicuit suppliciis? Solvite, dissolvite injusta vincula: 25
ad propria cum pace dimittite, quæ antè facta sunt, deprecati. Dimittite filios
omnipotentis cælestis Dei viventis, qui à nostris majoribus hucusque nunc
incolumem cum gloria bonum statum præbet rebus nostris. Ergò ille quidem hæc 26
dixit. Hi autem indivisibili tempore soluti sanctum salvatorem Deum suum
benedicebant, nuper à morte evadentes. Deinde rex in civitatem reversus, 27
præfectum redituum accersens, jussit & vina & cætera ad convivium necessaria
præbere Judæis ad dies septem, statuens eos quo in loco perniciem subire puta-
bant, in hoc cum omni lætitia salutaria celebrare. Tunc qui anteà ignominiosi, 28
& prope infernum erant, quinimò in eum descenderant; pro acerba & lugubri
morte convivium salutare instruentes, paratum ipsis ad ruinam & sepulturam
locum tentoriis convivalibus diviserunt pleni gaudio: Ac desinentes geme- 29
bundum lamentationis canticum, resumpserunt cantum patrium, salvatorem, &
prodigiorum factorem laudantes Deum: fletúmque omnem & planctum remo-
ventes, choros constituerunt pacificæ lætitiæ signum. Eodem autem modo 30
& rex pro his magno congregato symposio, sine intermissione erga cœlum confite-
batur magnificè pro inopinata, quæ sibi obvenerat, salute. Quique anteà in 31
perniciem & avium escam eos futuros putabant, & cum gaudio descripserant;
gemuerunt confusione in seipsis induti, & ignivomâ audaciâ inglorie extinctâ:
Judæi autem, sicut prædiximus, constituto prædicto choro, cum epulis, in con- 32
fessionibus hilaribus, & psalmis, degebant: Et communi de his latâ lege ad 33
omnem habitationem suam in generationes, prædictos dies agendos decreverunt
lætos, non potationis causâ, & edacitatis, sed salutis sibi per Deum datæ.
Adierunt autem regem, dimissionem suam ad propria postulantes. Describunt 34
autem eos à vigesima quinta mensis Pachon usque ad quartam mensis Epiphi, ad 35
dies quadraginta: statuunt autem eorum perditionem à quinta Epiphi usque ad
septimam diebus tribus. In quibus etiam magna cum gloria patefaciens mi-
sericordiam suam omnium Dominus, incolumes eos liberavit simul.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

23 [illegible]
24 [illegible]
25 [illegible]
26 [illegible]
27 [illegible]
28 [illegible]
29 [illegible]
30 [illegible]
31 [illegible]
32 [illegible]
33 [illegible]
34 [illegible]
35 [illegible]

Quis istos qui benevolentiam erga nos 23
conservârunt, custodiverúntque arces
nostræ terræ, sic vinctos ferarum instar
adduxit? Aut quis istos qui ab initio 24
semper in pace nobiscum fuerunt, &
præ omnibus gentibus erga nos bene-
volentiam conservârunt, & hostibus
nostris sæpenumerò restiterunt, tam
duris angustiis vinctos astrinxit? Sol- 25
vite, solvite per injustitiam vinctos,
dimittitéque in pace domum quemque
suam, quos malo consilio adduximus.
Solvite filios Omnipotentis, Dei cœ-
lorum, qui olim cum patribus nostris
& nobiscum fuit, servavítque regnum
nostrum ab omni contritione & an-
gustiâ, sempérque direxit vias nostras.
Quæ cùm rex dixisset, soluti omnes 26
benedixerunt & gratias egerunt Deo
redemptori suo, à morte liberati. Post- 27
hæc, ingressus urbem rex, Judæis vi-
num alimentáque per septem dies dari
jussit, dicens; Eo loco, quo parata
ipsis mors erat & interitus, ibi læti-
tiam gaudiúmque liberationis suæ agant.
Tum qui priùs ignominiâ affecti mor- 28
tíque propinqui fuerant, imò ad *mor-
tem* pervenerant, pro dolore luctúque
amaro, lætitiam salutis suæ agebant, lo-
cúmque ipsis paratum in quo cadentes
sepelirentur, in accubitus partiti sunt,
Hilaritatéque & gaudio, misso dolore 29
& luctu, repleverunt; sumptísque can-
ticis hymnísque patriis, confitebantur
benedicebántque voce clamantes, Deo,
qui fecerat erga ipsos stupenda, gau-
dentes exultantésque de signo pacifico
quod fecerat ipsis. Rex autem etiam 30
convivium magnum fecit, vocatis quam-
plurimis, & incessanter confitebatur
Deo cœli, qui cum gloria magna sa-
lutem sibi fecerat. Quique priùs per- 31
dendis Judæis prompti fuerant, usquequo
ferarum aviúmque cibus fierent, lætique
descripserant numerum eorum, viden-
tes quæ ipsis acciderant, gementes ac
mœsti, pudoréque induti, extinctâ au-
daciâ ac furore qui ignis instar arse-
rat, in confusione & ignominia versa-
bantur. Judæi autem ut prædiximus, 32
convivia exultantes lætíque agebant,
cum psalmis, canticísque ac laudibus;
Consilium inter se capientes agendi 33
dies hos cum exultatione & gaudio
ubicunque degerent, non edendi bi-
bendíque causâ, sed propter salutem
quam fecerat sibi Dominus. Acce- 34
dentésque ad regem petierunt, ut di-
missi domum quisque suam irent. De- 35
scripserant enim eos à vicesima quinta
mensis usque ad quartam, per quadra-
ginta dies, statuentes perdere ipsos
tribus diebus, à quinto ad septimum:
quibus Dominus dominator omnium,
majestatis & misericordiæ suæ gloriam
ostendit, liberans eos cum stupore magno.

MAKKABAIΩN Γ'.

36 Εὐωχοῦντο δὲ πάντες ὑπὸ τοῦ βασιλέως χορηγούμενοι μέχρι τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης, Ἐν ᾗ καὶ τὴν ἐν-
37 τυχίαν ἐποιήσαντο περὶ τῆς ἀπολύσεως αὐτῶν. Συναινέσας τε (α) αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς, ἔγραψεν αὐτοῖς τὴν ὑπογεγραμμένην ἐπιστολὴν πρὸς τοὺς κατὰ πόλιν στρατηγοὺς μεγαλοψύχως τὴν ἐκτένειαν ἔχουσαν.

MS.A. (α) αὐτοῖς

ΚΕΦ. ζ'.

1 ΒΑσιλεὺς Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ τοῖς κατ' Αἴγυπτον στρατηγοῖς καὶ πᾶσι τοῖς τεταγμένοις ἐπὶ
πραγμάτων, χαίρειν καὶ ἐρρῶσθαι. Ἐρρώμεθα δὲ καὶ αὐτοὶ καὶ τὰ τέκνα ἡμῶν, (α) κατευθύναντος ἡμῖν τοῦ μεγάλου
2 Θεοῦ (β) τὰ πράγματα καθὼς προαιρούμεθα. Τῶν φίλων τινὲς (γ) κακοηθείᾳ πυκνότερον ἡμῖν παρακείμενοι,
συνέπεισαν ἡμᾶς εἰς τὸ τοὺς ὑπὸ τὴν βασιλείαν Ἰουδαίους, συναθροίσαντας (δ) ἐν συστήματι, κολάσασθαι ξενιζούσαις
3 (ε) ἀποστατῶν τιμωρίαις, (ζ) Προσφερόμενοι μήποτε εὐσταθήσειν τὰ πράγματα ἡμῶν, δι' ἣν ἔχουσιν
4 οὗτοι (η) πρὸς πάντα τὰ ἔθνη δυσμένειαν, (θ) μέχρις ἂν συντελεσθῇ τοῦτο. Οἳ καὶ δεσμίους κατα-
γαγόντες αὐτοὺς μετὰ σκυλμῶν ὡς ἀνδράποδα, μᾶλλον δὲ ὡς ἐπιβούλους, ἄνευ πάσης ἀνακρίσεως καὶ
5 ἐξετάσεως ἐπεχείρησαν ἀνελεῖν, νόμου Σκυθῶν ἀγριωτέραν (ι) ἐμπεπορπημένοι ὠμότητα. Ἡμεῖς
δὲ ἐπὶ τούτοις σκληρότερον διαπειλησάμενοι, καθ' ἣν ἔχομεν πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους ἐπιείκειαν,
μόλις τὸ ζῆν αὐτοῖς (κ) χαρισάμενοι, καὶ τὸν ἐπουράνιον Θεὸν ἐγνωκότες ἀσφαλῶς ὑπερησπικότα τῶν
Ἰουδαίων, ὡς πατέρα ὑπὲρ υἱῶν διαπαντὸς (λ) ὑπερμαχοῦντα, τήν τε τοῦ φίλου (μ) ἣν ἔχουσι πρὸς
ἡμᾶς βεβαίαν καὶ τῶν προγόνων ἡμῶν εὔνοιαν ἀναλογισάμενοι, δικαίως ἀπολελύκαμεν πάσης καθ'
6 ὁντινοῦν αἰτίας τρόπον· Καὶ προστετάχαμεν ἑκάστῳ πάντας εἰς τὰ ἴδια ἐπιστρέφειν, ἐν παντὶ
(ν) τόπῳ μηθενὸς αὐτοὺς τὸ σύνολον καταβλάπτοντος, μήτε (ξ) ὀνειδίζειν περὶ τῶν γεγενημένων
7 παρὰ λόγον. Γινώσκετε γὰρ ὅτι κατὰ τούτων ἐάν τι κακοτεχνήσωμεν πονηρὸν, ἢ ἐπιλυπήσωμεν
αὐτοὺς τὸ σύνολον, οὐκ ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸν πάσης δεσπόζοντα δυνάμεως Θεὸν ὕψιστον ἀντικείμενον
8 ἡμῖν ἐπ' ἐκδικήσει τῶν πραγμάτων κατὰ πᾶν ἀφεύκτως διαπαντὸς ἕξομεν. Ἔρρωσθε. Λαβόντες
δὲ τὴν ἐπιστολὴν ταύτην, οὐκ ἐσπούδασαν (ο) εὐθέως γενέσθαι περὶ τὴν ἄφοδον, ἀλλὰ τὸν βασιλέα
προσηξίωσαν τοὺς ἐκ τοῦ γένους τῶν Ἰουδαίων τὸν ἅγιον Θεὸν αὐθαιρέτως (π) παραβεβηκότας καὶ τοῦ Θεοῦ
9 τὸν νόμον, τυχεῖν (ρ) δι' αὐτῶν τῆς ὀφειλομένης κολάσεως, Προφερόμενοι τοὺς γαστρὸς ἕνεκεν τὰ
θεῖα παραβεβηκότας προστάγματα, μηδέποτε εὐνοήσειν μηδὲ τοῖς τοῦ βασιλέως (σ) πράγμασιν.

MS.A. (α) κατευθύνοντος (β) τὰ προστάγματα (γ) κατὰ κακοήθειαν (δ) τὰ συστήματα, κολάζεσθαι (ε) ἀποστάντων (ζ) Προσφερόμενοι μηδέποτε (η) πρὸς τὰ ἔθνη (θ) μέχρι (ι) ἐνεσκευασμένοι (κ) χαριζόμενοι, (λ) συμμαχοῦντα, (μ) δι' ἣν ἔχουσιν βεβαίαν πρὸς ἡμᾶς καὶ (ν) τόπῳ μηθὲν αὐτοὺς (ξ) ὀνειδίζοντος περὶ (ο) εὐθέως περὶ (π) παραβεβηκότας τοῦ Θεοῦ (ρ) δι' αὐτὸν (σ) προστάγμασιν.

Interp. LAT.

Epulabantur autem omnibus à rege præbitis usque ad quartam decimam: 36
In qua etiam adierunt pro dimissione sua. Collaudans autem eos rex, scripsit 37
eis subjectam epistolam ad duces, qui per civitates; quæ magnam animi intentionem præ se ferebat.

CAP. VII.

REx Ptolemæus Philopator ducibus per Ægyptum, & omnibus negotiorum 1
præfectis, gaudere, & valere. Valemus autem & ipsi, & filii nostri, prospere
dirigente nobis res magno Deo, sicut volumus. Ex amicis quidam morum im- 2
probitate, frequentiùs nobis assistentes, persuaserunt nobis, ut Judæi, qui sub
regno sunt, quod conjurationem congregâssent, punirentur novis rebellium suppliciis, Prætendentes nunquam bono in statu collocatum iri res nostras, pro- 3
pter odium quod hi haberent erga omnes gentes, quoadusque hoc perficiatur.
Qui & vinctos adducentes eos cum vexationibus tanquam mancipia, po- 4
tius autem tanquam insidiatores, sine ullo judicio, & inquisitione aggressi
sunt interficere, lege Scytharum ferociorem induti crudelitatem. Nos autem 5
super his duriùs comminati, pro ea quam habemus erga omnes homines æquitate, vix vitam eis condonantes, & cœlestem Deum agnoscentes, qui tutò protexerat Judæos, tanquam pater pro filiis assiduè propugnans, & amicitiæ,
quam habent erga nos & majores nostros, stabilem benevolentiam recolentes,
justè dimisimus, quolibet cujusque causæ modo: Et præcepimus cuique, ut 6
omnes ad propria reverterentur, nemine usquam ipsos prorsus lædente, neque
exprobrarent de iis quæ præter rationem gesta essent. Scitote enim, si quid 7
contra hos machinemur mali, vel omninò eos contristemus; non hominem sed
omnis potentiæ Dominum Deum altissimum adversarium nobis ad ultionem
verum usquequaque inevitabiliter perpetuò nos habituros. Valete. Acceptâ 8
autem epistolâ hac, non statim urserunt abitionem: sed regem obsecrârunt,
qui ex Judæorum genere sanctum Deum spontè deseruissent, & ejus legem,
ii per ipsos debitam pœnam reportarent; Proponentes, qui ventris causa 9
transgressi essent divinas leges, ne in regis quidem rebus unquam bene
sensuros.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

36 [illegible]
37 [illegible]

[illegible]

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]
7 [illegible]
8 [illegible]

Hilares itaque omnes agebant, de eo, quod indulserat ipsis rex, usque ad decimum quartum, Quo ad regem accesserunt ut dimitterentur: collaudans autem eos rex, ipsis epistolam ad omnium civitatum duces in hæc verba scripsit, quâ multum ipsis attestatus est.

CAP. VII.

PTolomæus Philometor rex omnibus per Ægyptum ducibus, præfectísque rebus quibuscunque, salvere & valere; nos autem cum liberis, rebúsque nostris, valemus. Quia magnus Deus res nostras ut voluimus ordinavit, ex amicis autem nostris quidam, nobísque proximis, pro odio quod habebant in Judæos, persuaserant nobis, ut coactos omnes per dominium nostrum Judæos cum cruciatu perderemus, omni angustiarum genere tortos: Dicentes; Per eos regnum nostrum pacatum & tranquillum esse non posse: Utique ob inimicitias quas cum omnibus Judæi gerebant. Ac præ odio quo ipsos prosequebantur, vinctos tanquam maleficos & damnatos adduxerunt, sine judicio aut interrogatione, simul omnes, pro malitia furoréq; ac tyrannide quam præ Scythis induerât, interficere atq; perdere cupientes. Nobis cum hoc displiceret, iratis admodum, secundùm humanitatem ac mansuetudinem quam erga omnes habemus, vix tamen ipsos à morte eripere potuimus, vitámque ipsis indulgere. Certò autem cognovimus Deum Judæis auxilio esse, próque eis tanquam patrem pro filiis pugnare: benevolentiámq; & integritatem quam nobiscum & cum patribus nostris coluerunt, cogitantes, liberos eos, cujuscunque rei causâ dimittimus: Singulis ipsorum, quicquid ipsis ablatum fuerit restitui jubentes: injuriáque ipsos aut probro, ulla de re quæ acciderit, affici vetantes. Scitote autem, quòd si mali quicquam ipsis machinemur aut faciamus, doloréque aliquo ipsos afficiamus, non homini, sed Deo excelso omnis potentiæ Domino, vindici eorum, faciemus: & neminem ipsum effugere posse aut evadere. Valete. Acceptis literis, statim discedere noluerunt, sed petierunt à rege, ut de Judæis, qui sponte suâ, propter cupiditatem ventris à Deo sancto, legéque ejus deficientes, discesserant, vindictam ipsis & supplicium quod æquum erat, sumere sibi liceret: Quod in regis quidem rebus fideles inventi fuerant.

ΜΑΚΚΑΒΑΙ'ΩΝ Γ'.

10 Ὁ δὲ τ' ἀληθὲς αὐτοὺς λέγειν παραδεξάμενος καὶ (α) συναινέσας, ἔδωκεν αὐτοῖς ἄδειαν πάντων,
ὅπως τοὺς παραβεβηκότας τοῦ θεοῦ τὸν νόμον (β) ἐξολοθρεύσωσι κατὰ πάντα τὸν ὑπὸ (γ) τὴν βασιλείαν αὐτοῦ
11 τόπον μετὰ παρρησίας ἄνευ πάσης βασιλικῆς ἐξουσίας (δ) ἢ ἐπισκέψεως. Τότε κατευφημήσαντες
αὐτὸν, ὡς πρέπον ἦν, οἱ τούτων ἱερεῖς, καὶ πᾶν τὸ πλῆθος ἐπιφωνήσαντες (ε) τὸ ἀλληλούϊα, μετὰ
12 χαρᾶς ἀνέλυσαν. (ζ) Τότε τὸν ἐμπεσόντα τῶν μεμιασμένων ὁμοεθνῆ κατὰ τὴν ὁδὸν (η) ἐκολάζοντο, καὶ
13 μετὰ παραδειγματισμῶν ἀνῄρουν. Ἐκείνῃ δὲ τῇ ἡμέρᾳ ἀνεῖλον ὑπὲρ τοὺς τριακοσίους (θ) ἄνδρας, καὶ
14 ἦγον εὐφροσύνην μετὰ χαρᾶς (ι) τοὺς βεβήλους χειρωσάμενοι. Αὐτοὶ δὲ οἱ μέχρι θανάτου τὸν θεὸν
ἐσχηκότες, παντελῆ (κ) σωτηρίας ἀπόλαυσιν εἰληφότες, ἀνέζευξαν ἐκ τῆς πόλεως παντοίοις εὐωδε-
στάτοις ἄνθεσι κατεστεμμένοι μετ' εὐφροσύνης καὶ βοῆς, ἐν αἴνοις καὶ παμμελέσιν ὕμνοις εὐχαρι-
15 στοῦντες τῷ θεῷ τῶν πατέρων αὐτῶν (λ) αἰωνίῳ σωτῆρι τοῦ Ἰσραήλ. Παραγενηθέντες δὲ εἰς Πτολεμαΐ-
δα τὴν ὀνομαζομένην διὰ τὴν τοῦ τόπου ἰδιότητα (μ) Ῥοδοφόρον, ἐν ᾗ προσέμενεν αὐτοὺς ὁ στόλος κατὰ
16 κοινὴν αὐτῶν βουλὴν ἡμέρας ἑπτά, Ἐκεῖ ἐποίησαν πότον (ν) σωτήριον, τοῦ βασιλέως χορηγήσαντος
17 αὐτοῖς εὐψύχως τὰ πρὸς τὴν ἄφιξιν (ξ) πάντα ἑκάστῳ ἕως (ο) εἰς τὴν ἰδίαν οἰκίαν. Καταχθέντες δὲ
μετ' εἰρήνης ἐν ταῖς πρεπούσαις ἐξομολογήσεσιν, ὡσαύτως κἀκεῖ ἔστησαν καὶ ταύτας ἄγειν τὰς ἡμέ-
18 ρας ἐπὶ τὸν τῆς παροικίας αὐτῶν χρόνον εὐφροσύνους. Ἃς καὶ ἀνιερώσαντες ἐν στήλῃ κατὰ τὸν τῆς συμ-
ποσίας τόπον προσευχῆς (π) καθιδρύσαντες, ἀνέλυσαν ἀσινεῖς, ἐλεύθεροι, ὑπερχαρεῖς, διά τε γῆς
καὶ θαλάσσης καὶ ποταμοῦ ἀνασωζόμενοι τῇ τοῦ βασιλέως ἐπιταγῇ, (ρ) ἕκαστος εἰς τὴν ἰδίαν, καὶ
πλείω ἢ ἔμπροσθεν ἐν τοῖς ἐχθροῖς ἐξουσίαν ἐσχηκότες μετὰ δόξης καὶ φόβου, Τὸ σύνολον ὑπὸ
19 μηδενὸς διασεισθέντες τῶν ὑπαρχόντων. καὶ πάντα τὰ ἑαυτῶν πάντες ἐκομίσαντο ἐξ ἀπογρα-
φῆς, ὥστε τοὺς ἔχοντάς τι, μετὰ φόβου μεγίστου ἀποδοῦναι αὐτοῖς, τὰ μεγαλεῖα τοῦ (σ) μεγίστου θεοῦ
20 ποιήσαντος (τ) τελείως ἐπὶ σωτηρίᾳ αὐτῶν. Εὐλογητὸς ὁ ῥύστης Ἰσραὴλ εἰς τοὺς ἀεὶ χρόνους.
Ἀμήν.

ΤΕ'ΛΟΣ ΤΗ͂Σ ΠΑΛΑΙΑ͂Σ ΔΙΑΘΗ'ΚΗΣ ΚΑΤΑ' ΤΟΥ'Σ 'ΕΒΔΟΜΗ'ΚΟΝΤΑ.

Interp. LAT.

Ille autem verè eos dicere confessus, & collaudans, dedit eis omnium po- 10
testatem, ut eos qui transgressi erant Dei legem, disperderent per omnem,
qui in regno ipsius, locum fidenter, sine ulla regali auctoritate, aut scientiâ.
Tunc bene precantes ei, sicut par erat, qui ex his erant sacerdotes, & omnis 11
multitudo acclamantes Alleluja, cum gaudio abierunt. Tunc occurrentem 12
ex contaminatis concivem per viam puniebant, & exempla edentes inter-
ficiebant. Illâ autem die sustulerunt supra trecentos viros, & egerunt læ- 13
titiam cum gaudio prophanis interfectis. Illi autem ipsi, qui usque ad 14
mortem Deum retinuerant, integrâ salutis fruitione perceptâ, profecti sunt
è civitate, cujusquemodi optimi odoris floribus coronati, cum lætitia &
clamore, in laudibus & suavissimis hymnis gratias agentes Deo patrum su-
orum æterno salvatori Israel. Cùm venissent autem Ptolemaidam, quæ 15
propter loci proprietatem nominatur Rosifera, in qua expectaverat eos classis
ex communi ipsorum consilio dies septem, Ibi fecerunt convivium salutare, 16
rege prebente eis bono animo, quæ ad discessum, omnia, unicuique usque
ad propriam domum. Delati autem cum pace in confessionibus decentibus, 17
similiter & ibi statuerunt hos agere dies ad tempus sui incolatûs lætos.
Quos etiam consecrantes in columna ad convivii locum, confirmantes vo- 18
tum, abierunt illæsi, liberi, gaudio delibuti, & per terram, & mare, &
flumen, incolumes, regis jussione, unusquisque ad propriam sedem; & ma-
jorem quàm anteà, in inimicos potestatem adepti cum gloria & timore,
Prorsùs à nemine dimoti de substantia. Et omnia sua omnes reportârunt ex 19
descriptione, ita ut, qui aliquid habebant, maximo cum timore eis redde-
rent, cùm magnalia summus Deus fecisset perfectè ad salutem ipsorum.
Benedictus liberator Israel in sempiterna tempora. Amen. 20

FINIS VETERIS TESTAMENTI.

MS. A. (α) προσαινέσας, (β) ἐξολεθρεύσωσιν (γ) τῆς βασιλείας (δ) καὶ (ε) * τὸν τὸ (ζ) Οὕτως τε τὸν (η) ἀπέκτεννον (θ) * ἀνδράσιν (ι) βεβήλους (κ) * σωτηρείαν ἀπόλυσιν ἐσχηκότες, ἀνέζευξεν (λ) * ἁγίῳ σωτῆρι τοῦ (μ) * Ῥοδοφόρον, (ν) σωτηρίας, (ξ) πάντως (ο) ἐπὶ (π) καθιδρύσαντες, (ρ) ἕκαστον εἰς τὴν * ἔμπροσθεν (σ) μεγάλου (τ) τελέως
(†) Μακκαβαίων Γ'.

Versio SYRIACA cum Interpretatione LATINA.

10 * ܗܘ ܕܝܢ ܟܕ ܫܡܥ ܕܫܪܝܪܐܝܬ ܐܡܪܝܢ܂ ܨܬ ܠܗܘܢ ܘܫܒܚ ܐܢܘܢ܂ ܘܝܗܒ ܠܗܘܢ
ܫܘܠܛܢܐ ܕܠܟܠܗܘܢ ܡܣ̈ܛܝܢܐ ܘܥܒ̈ܪܝ ܢܡܘܣܐ܂ ܕܡܫܥܒܕܝܢ ܠܡܠܟܘܬܗ܂ ܢܩܛܠܘܢ ܘܢܘܒܕܘܢ ܐܢܘܢ܂ ܟܠ ܐܝܟ
11 ܐܝܟ ܫܘܠܛܢܐ ܕܡܠܟܘܬܗ܂ ܟܠ ܐܝܟ ܕܨܒܐ܂ ܗܘܘ ܒܫܘܠܛܢܐ ܕܢܦܫܗܘܢ܂ * ܗܝܕܝܢ
ܟܗ̈ܢܐ ܘܥܡܐ܂ ܫܒܚܘ ܠܡܠܟܐ܂ ܐܝܟ ܡܐ ܕܙܕܩ ܗܘܐ܂ ܘܐܪܝܡܘ ܩܠܐ ܕܗܠܠܘܝܐ܂
12 ܘܚܕܝܢ ܢܦܩܘ܂ ܘܢܦܩܘ ܟܕ ܚܕܝܢ܂ * ܘܟܕ ܐܙܠܝܢ ܗܘܘ ܒܐܘܪܚܐ܂ ܟܠ ܡܢ ܕܢܦܠ ܗܘܐ
13 ܒܐܝܕܝܗܘܢ ܡܢ ܡܣ̈ܛܝܢܐ܂ ܩܛܠܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܒܡܘܬܐ ܒܝܫܐ ܘܡܨܥܪܢܐ܂ * ܘܒܗܘ ܝܘܡܐ
ܩܛܠܘ ܬܠܬܡܐܐ ܓܒܪ̈ܝܢ܂ ܘܥܒܕܘ ܒܣܝܡܘܬܐ ܘܚܕܘܬܐ܂ ܟܕ ܩܛܠܘ ܠܟܠܗܘܢ ܛܡ̈ܐܐ܂
14 * ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܕܗܘܐ ܠܗܘܢ ܐܠܗܐ ܡܥܕܪܢܐ ܥܕܡܐ ܠܡܘܬܐ܂ ܘܡܢ ܟܠ ܐܘܠܨܢ
ܦܨܝܗ ܠܗܘܢ ܠܓܡܪ܂ ܘܟܕ ܡܟܠܠܝܢ ܒܗܘܦܪ̈ܐ ܕܒܣ̈ܡܐ ܟܠܗܘܢ
ܕܪ̈ܝܚܐ ܘܒܚܕܘܬܐ ܘܒܕܘܨܐ ܢܦܩܘ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ܂ ܘܡܘܕܝܢ ܗܘܘ ܘܡܫܒܚܝܢ ܒܬܫ̈ܒܚܬܐ ܪ̈ܒܪܒܬܐ ܠܐܠܗܐ
15 ܕܐܒܗ̈ܝܗܘܢ܂ ܠܥܠܡ ܦܪܘܩܗ ܕܐܝܣܪܐܝܠ܂ * ܘܟܕ ܐܬܘ ܠܦܛܘܠܡܝܣ܂ ܗܝ
ܕܡܛܠ ܫܦܝܪܘܬܐ ܕܐܬܪܗ ܡܬܟܠܠܐ ܒܘܪ̈ܕܐ܂ ܢܦܩܘ ܟܠܗܘܢ ܒܢ̈ܝ ܡܕܝܢܬܐ
16 ܐܪܥܘ ܐܢܘܢ ܒܫܠܡܐ܂ ܘܟܬܪܘ ܬܡܢ ܫܒܥܐ ܝܘ̈ܡܝܢ܂ * ܒܚܕܘܬܐ ܪܒܬܐ܂
ܡܠܟܐ ܓܝܪ ܦܩܕ ܗܘܐ ܕܢܬܝܗܒ ܠܗܘܢ ܡܕܡ ܕܢܣܦܩܘܢ܂ ܥܕܡܐ ܕܟܠ ܐܢܫ ܐܢܫ ܠܒܝܬܗ
17 ܢܗܦܘܟ ܒܫܠܡܐ܂ * ܘܥܒܕܘ ܗܠܝܢ ܝܘ̈ܡܬܐ ܒܬܫ̈ܒܚܬܐ ܘܒܙܡܝܪ̈ܬܐ ܐܝܟ
ܡܐ ܕܘܠܐ ܗܘܐ܂ ܘܐܩܝܡܘ ܐܦ ܬܡܢ܂ ܕܢܗܘܘܢ ܥܒܕܝܢ ܗܠܝܢ ܝܘ̈ܡܬܐ
18 ܟܠܗܘܢ ܝܘ̈ܡܝܗܘܢ ܒܚܕܘܬܐ ܘܒܣܝܡܘܬܐ܂ * ܘܒܗܘ ܐܬܪܐ ܕܫܪܝܢ ܗܘܘ ܒܗ܂ ܐܩܝܡܘ ܒܗ ܥܡܘܕܐ܂
ܘܥܒܕܘ ܬܡܢ ܒܝܬ ܨܠܘܬܐ܂ ܘܐܙܠܘ ܟܕ ܚܕܝܢ ܘܡܬܒܣܡܝܢ܂ ܟܠ ܐܢܫ ܠܒܝܬܗ ܘܠܡܕܝܢܬܗ܂
ܒܝܡܐ ܘܒܝܒܫܐ ܘܒܢܗܪ̈ܘܬܐ܂ ܘܒܦܘܩܕܢܗ ܕܡܠܟܐ ܟܕ ܐܬܪܝܡܘ ܘܐܬܦܪܣܘ ܥܠ
19 ܒܥܠܕܒܒ̈ܝܗܘܢ܂ * ܘܢܣܒܘ ܟܠ ܡܕܡ ܕܐܬܒܙܝܘ ܗܘܘ܂ ܟܕ ܠܐ ܐܢܫ ܡܡܪܚ ܗܘܐ
ܕܢܣܟܠ ܒܗܘܢ ܐܦܠܐ ܙܥܘܪܐ܂ ܡܛܠ ܦܘܪܩܢܐ ܪܒܐ ܕܥܒܕ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܐܠܗܐ ܪܒܐ ܘܚܣܝܢܐ܂
20 * ܒܪܝܟ ܗܘ ܦܪܘܩܗ ܕܐܝܣܪܐܝܠ܂ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ܂

* ܫܠܡ ܣܦܪܐ ܬܠܝܬܝܐ ܕܡܩܒ̈ܝܐ܂ ܦܣܘܩ̈ܐ ܐܬܟ *

Quibus ipse, cum vera dici accepisset, 10
auscultavit, laudarisque eis potestatem
dedit, omnes defectores transgressoresque legis, regni ipsius dominio subditos, quomodo ipsis pro arbitrio suo
placeret, occidendi & perdendi. Tum 11
sacerdotes & populus, regem, ut par
erat, laudantes, vocem cantici Hallelunoi elevârunt, lætique egressi sunt.
In itinere autem, quicunque ex apo- 12
statis in manus ipsorum incideret, eum
morte malâ & ignominiosâ occiderunt,
Tercentum ipso die interfectis: læti- 13
tiámque cum gaudio egerunt, occisis
omnibus pollutis. Hi autem quibus 14
Deus usque ad mortem auxilio fuerat,
déque omni angustia funditùs ipsos
eripuerat, coronati floribus omnibus
Videns itaque quæ mala eum convenerunt, pro certo credidit, id totum supplicium sibi evenisse a Deo Opt. Max. propter injuriam, ac tyrannidem Hebræis illatam, & sanguinis eorum effusionem injuste perpetratam. Timens ergo conversus est ad Deum, & peccata sua confitens dixit.; Deus utique mereor quæ in me immisisti: & quidem justus es in judiciis tuis: humilias qui exaltatur, & diminuis qui superbit: tibi vero est magnitudo, & magnificentia, & majestas, & fortitudo. Vere inquam oppressi populum hunc, & tyrannice egi, & decrevi in ipsos. Parce, quæso, Deus lapsum hunc meum, & dimitte peccatum meum, & elargire mihi sanitatem meam: & meum erit implere thesauros Domus tuæ auro, & argento: & sternere Domum sanctuarii vestimentis purpureis, & circuncidi, & præconio edicere per universum regnum meum; Te esse Deum verum solum, non habentem participem, nec esse Deum præter te. At nequaquam exaudivit Deus illius preces, nec orationem excepit: sed adeo multiplicata sunt mala ipsius, ut emitteret viscera: & adeo creverunt ulcera, ut decideret caro ejus a corpore. Dein mortuus & sepultus est in loco suo. Et regnavit filius ejus loco ejus, eratque nomen ipsius Eupator.

HISTORIA DIERUM OCTO Dedicationis.

CAP. IX.

Vid. Macc. lib. 1. cap. 4. à vers. 36. deinceps, & Macc. lib. 2. cap. 10. in principio. Item Joseph. Ant. lib. 12. cap. 11. versùs finem.

Cum fugasset Judas Tolomæum, & Nicanorem, & Gorgiam, & occidisset viros eorum; reversus est ipse, & viri ejus in regionem Domus sanctæ. Præcepitque destrui omnia altaria, quæ extrui jusserat Antiochus: & amovit omnia idola, quæ erant in Sanctuario: & ædificarunt altare novum, jussitque offerri sacrificia super illud. Oraverunt quoque ad Deum Opt. Max. ad educendum ignem sanctum, qui maneret in altari; & egressus est ignis de quibusdam lapidibus altaris, & combussit ligna, ac sacrificia: & ex eo remansit ignis in altari usque ad tertiam transmigrationem. Feceruntque tunc solennitatem altaris novi octo diebus, incipientibus die quinta & vicesima mensis Casleu. Tum autem posuerunt panem super mensam domus Dei, & accenderunt lucernas candelabri. Singulis autem diebus horum octo conveniebant ad orationem, & laudem: constitueruntque præterea id in ritum singulis annis.

HISTORIA PRÆLIORUM JUDÆ contra Gorgiam, & Tolomæum.

CAP. X.

Habetur partim Macc. lib. 1. cap. 5. partim 2. Macc. cap. 10. part. poster. Quæ verò à Timotheo gesta fuerint, hic sub Ptolomæi nomine referuntur; ubi & multæ aliæ in historia differentiæ. Vid. insuper Joseph. Ant. lib. 12. cap. 12.

Post dies autem Dedicationis, profectus est Judas in regionem Idumæorum, videlicet in montem Sarah: Gorgias enim ibi morabatur. Et egressus est contra ipsum Gorgias cum exercitu magno, & fuerunt inter eos pugnæ magnæ: perieruntque de viris Gorgiæ viginti millia. Et fugit Gorgias ad Tolomæum in terram Occidentis (præfecerat enim illum Antiochus illi regioni, morabaturque ibi) & indicavit ei quod sibi acciderat. Quare egressus est Tolomæus cum exercitu, in quo erant centum & viginti millia de viris Macedonum, & viris Occidentis. Profectus autem est donec pervenit in regionem Giares, *id est Galaad*, & adjacentia: & occidit ex Judæis multitudinem magnam. Scripserunt itaque Judæ, indicantes ei quod sibi evenit, invocantes eum ad debellandum Tolomæum, & depellendum a se. Et pervenit ad eam epistola eorum eodem tempore, quo pervenit ad ipsum epistola ab incolis montis Galilææ, indicantibus quoque illi, qualiter Macedones, qui sunt Tyri & Sydone jam convenissent contra eos, & bello impetivissent, occidentes ex eis. Cum autem legisset Judas utramque epistolam, coegit viros suos, & significavit eis tenorem epistolarum, indixitq; illis jejunium & orationem. Post hæc jussit fratri suo Simeoni, ut secum assumeret tria millia virorum de Judæis, & festinanter pergeret in montem Galilææ, & effringeret Macedones, qui in eo erant: & profectus est Simeon. Judas vero festinavit in occursum Tolomæi. At Simeon improviso irruit in Macedones, interfecitque ex illis octo millia virorum, & attulit quietem Galilæis. Judas vero profectus est donec pervenit ad Gorgiam, & Tolomæum: urgens eos, ac obsidens: & decertarunt, intercesseruntque inter eos acerrimæ pugnæ:

لان تلماوس كان في خلقٍ كثيرٍ ذي نجدةٍ وباسٍ ولم يكن يهودا في عدةٍ كثيرةٍ الا
ان القوم الذين كانوا معه كانوا ابطالاً شجعاً فثبتوا وطال القتال بينهم وقوي
واشتدّ • فصرخ يهودا الي الله عز وجل واستغاث به • فذكر انه راي خمسة ركبان
شباب ثلثة يحاربون عسكر تلماوس واثنان واقفان معه • فتاملهم وتبيّن له انهم ملايكة
الله • فقوي قلبه وقلوب اصحابه وحملوا على اعدايهم دفعات فهزموهم وقتلوا منهم خلقا
كثيرا • فكان مبلغ ما قُتل من عسكر تلماوس من اوّل هذا القتال الي اخره عشرون
الفا وخمس مايه • ثم ان تلماوس ورجاله هربوا الي الساحل فتبعهم يهودا وقتل كل من
ظفر به منهم • وصار تلماوس الي عزّة واقام بها واجتمع اليه رجال القليسم • فسار اليهم
يهودا ولقيهم وحاربهم • فتبدد على تلماوس رجاله ونجا الي عزّة فتحصّن بها • وتبع رجال
يهودا القوم المتبددين فقتل منهم خلقًا كثيرًا • وسار يهودا ومن بقي معه من الرجال
الي عزّة فنزل عليها وحاصرها وعاد رجال يهودا اليه • فصعد من بقي مع تلماوس
على الحصن واكثروا من شتم يهودا واقام القتال بينهم وبين اصحاب يهودا خمسة ايام •
فلما كان في اليوم الخامس اشرف القوم في شتم يهودا وثلب دينه • فاحتمي من
رجال بيت يهودا عشرون رجلًا فاخذوا اتراسهم بايديهم اليسار وسيوفهم بايديهم
اليمين وبينهم من يحمل سُلّما قد صنعوه ومضوا حتي انتهوا السور • فوقف منهم
ثمانية عشر رجلًا يرمون من على السور وبادر منهم اثنان الي السور ونصبوا السُّلم
وصعدوا فيه • فكشف بعض مَن كان في الموضع صعودهما ولحقوهما اصحابهما ونزلوا
جميعًا من السور الي داخل المدينه • فنزلوا وراهم من علي السور فحاربوهم وقتلوا من
اعدايهم عددًا كثيرًا • وتقدم عسكر يهودا الي باب المدينه ومضي العشرون الي
نحو الباب ليفتحوا فدُفعوا عنه اشد مدافعه فكبّروا تكبيرًا كثيرًا • فعلم
يهودا واصحابه بقربهم من الباب واشتدّ القتال من خارج الباب ومن ورايه فضرب
يهودا واصحابه الباب في النار فسقط الباب وهلك القوم وقبضوا على مَن شتم يهودا
وجابوهم فامر باحراقهم • ثم امر ببذل السيف في المدينه فاقام القتل بها يومين ثم ضربوها
بالنّار • فاما تلماوس فانه هرب ولم يُعرف له في الوقت خبر وذلك انه تنكّر واختفي في بعض
الابار فخفي خبره • ووقع اخواه فجآوا بهما الي يهودا فامر بضرب ارقابهما • ثم سار الي بلد
القدس بغنايم عظيمه • فصلّا فيه هو واصحابه وشكروا اللّه على ما انعم عليهم •

• ذكر محاربة يهودا وليسياس صاحب اوفطر
بعد هلاك انطيوخوس الملك •

• الفصل الحادي عشر •

كان اسم انطيوخوس الذي تقدم ذكره افيفانيوس واسم ابنه الذي ملك بعده اوفطر
واسمه ايضًا انطيوخوس • فلما جري من محاربة يهودا لهولاي القواد ما جري كتبوا بذلك
الي اوفطر فانفذ ليسياس ابن عمّه بعسكر عظيم فيه ثمانون الف فارس وثمانون فيلًا
فانتهوا الي مدينه كانت تُسمي بيت نير فحطّوا عليها فحاصروها وكانت مدينة
عظيمة فيها خلق كثير • فنصب حولها ليسياس المناجنيق وكثرت محاربته
لاهلها • فلما اتّصل ذلك بيهودا خرج هو واصحابه الي بعض الجبال المنيعه
وقاموا هنالك ليلا يقيموا في مدينه فيقصدها ليسياس فيحاصرها ويضيق عليهم •

Tolomæus enim dicebat multitudinem numerosam fortem ac strenuam. Judas vero paucissimo erat comitatus numero, veruntamen cum populus qui cum eo erat, constaret fortissimis, atque robustissimis, constanter restitit, & diu duravit pugna inter eos, & invaluit valde. Quare exclamavit Judas ad Deum Opt. Maximum, & invocavit eum. Meminit autem se vidisse quinque equites juvenes: e quibus tres pugnabant contra exercitum Tolomæi, duo vero stabant secum. Quos cum attente contemplaretur, visi sunt ei Angeli Dei. Quamobrem confortatum est cor ejus, & corda sociorum & irrumpentes sæpe in hostes fugaverunt eos, occidentes ex eis multitudinem plurimam. Erat autem summa eorũ, qui interfecti sunt de exercitu Tolomæi, ab initio pugnæ hujus usque ad finem, viginti millium quingentorũ. His peractis, fugit Tolomæus, & viri ejus ad oras maritimas, persequente eos Juda, & interficiente ex illis quotquot ipse comprehendebat. Tolomæus autem fugit in Gazam, & moratus est in ea, & convenerunt ad eum viri Chalisam. Et profectus est Judas ad eos, quos inveniens expugnavit: & dispersi sunt viri Tolomæi, qui confugit in Gazam, ac ibi sese munivit. Et persecuti sunt viri Judæ palantem populum, interfeceruntque ex illis multitudinem plurimam. Perrexit vero Judas, & qui remanserunt cum eo viri Gazam, & castrametatus est, & obsedit eam. Reversique sunt viri Judæ ad eum, & ascenderunt qui superfuerant cum Tolomæo munitionem, multisque Judam injuriis impetebant: perduravitque bellum inter eos, & viros Judæ quinque dies. Cum autem adesset dies quintus, institit populus injuriis inurere Judam, & maledictis incessere ipsius religionem: quamobrem incaluerunt de viris Judæ viginti viri, qui acceptis clypeis manu sinistra, dextera vero manu gladiis, habentes secum quendam ferentem scalam, quam fecerant, profecti sunt donec pervenerunt ad murum: steteruntque ex eis viri octodecim jaculantes in eos, qui erant supra murum, duo vero festinantes ad murum erexerunt scalam, & ascenderunt per eam. Animadvertentes autem quidam qui erant eo in loco eos ascendisse, & socios insecutos fuisse, & simul descendisse de muro intra civitatem, descenderunt post eos de muro, quos expugnaverunt, cæso hostium maximo numero. Exercitus vero Judæ applicuit portæ civitatis, ac currentibus viginti versus portam, ut eam aperirent: at expellebantur inde acerrime; quamobrem invocabant exclamationibus magnis. Cognovit ergo Judas, & socii ejus, ipsos prope portá accessisse: & invaluit pugna extra portá, & intra. Et igne percussit Judas, & socii portam, quæ cecidit; & periit populus, & comprehensi sunt qui Judam injuriis inurebant, quos adductos jussit comburi. Præterea gladio exterminari civitatem præcepit: perduravitque cædes in ea duobus diebus, cum igne percussa est. Tolomæus vero fugit, nec innotuit eo tempore fama ejus, quoniam mutatis vestimentis se abdiderat in quodam puteorũ, & latuit fama ejus. Duo vero fratres ipsius capti sunt, & ad Judam adducti, quorum colla percuti gladio jussit. Post hæc profectus est in regionem Sanctuarii cum præda maxima, oravitque in eo ipse & socii, gratias agentes Deo de acceptis beneficiis.

MENTIO PUGNÆ JUDÆ, ET
Lysiæ ducis Eupatoris, post deperditum Antiochum Regem.

CAP. XI.

Vid. Macc. 2. cap. 11.

ERat nomen Antiochi, cujus præcessit mentio, Epiphanius; nomen vero filii ejus, qui regnavit post illum, Eupator, qui & Antiochus quoque nominabatur. Cumque contigissent prælia Judæ contra hos duces: scripserunt de hoc Eupatori, qui misit cum Lysia filio patrui lis sui magnum exercitum, in quo erant octoginta millia equitum, & octoginta elephanti. Qui pervenientes ad urbem, quæ appellabatur Bethner: castrametati sunt circa eam, & obsederunt, quippe urbs ampla erat, & in ea populus multus. Et erexit circa eam Lysias tormenta bellica, instititque oppugnare cives. Quod cum ad Judam perlatum esset, egressus est ipse cum sociis ad quosdam montes munitos: & morati sunt ibi, ne in aliqua urbe morantes peteret eam Lysias, & obsideret, & opprimeret eos.

فجمع يهودا اصحابه فوافقهم على المسير الي العسكر الذي لليسياس بعد ان حضروا الي
بيت الله ويقربون فيه القرابين ويسألوا الله عز وجل ان يكفيهم شر عدوهم وينصرهم
عليه • ففعلوا ذلك • ثم ساروا من بلد بيت المقدس الي بيت نير وقد اتفق رايهم على
كبس العسكر ومنازلته من غير منازعة • فذكروا انه ترايا لهم شخص بين السما
والارض وهو راكب على فرس من نار وبيده رمح عظيم يطعن به عسكر اليونانيين • فزادهم
ما راوه في ذلك شجاعة وجراة • وبادروا في العسكر وهجموا فيه وقتلوا من رجاله خلقا
كثيرا • فتشوش العسكر واضطرب اضطرابا شديدا وهربوا • وركب سيف يهودا
واصحابه وقتل منهم احد عشر الفا رجل والف وستماية فارس • ثم انهزم ليسياس واصحابه
الي مكان بعيد امكنه المقام فيه • وارسل الي يهودا في ان يكون تحت طاعة الملك
بحيث يقرّهو وقومه على اديانهم • فاجابه يهودا الي ذلك بعد ان يكتب الي الملك فيه
ويرد الجواب باجابتهم اليه • وكتب ليسياس الي الملك يعرّفه بما جري وما شاهد من
شدّة باس القوم وشجاعتهم • وان مداومة محاربتهم تفني الرجال مثل من فني من قبلهم
ويعرّفه بما قد اجابوا اليه • ومقامه الي ان يرد له عليه كتابه بما يعمل به • فاجابه بانه قد
راي من الصواب مسالمة القوم وترك المعارضة لهم في امر دينهم لانها هي التي حملتهم
على المشاققة والمحاربة لمن تقدّم • وامر ان يعاهدهم على ان يكونوا مسالمين مقيمين
على طاعته بحيث لا يكون عليهم معارضة في شي من امر دينهم • وكتب الي
يهودا والي ساير اليهود الذين في بلاد يهودا بمثل ذلك ودام هذا بينهم مدّة •

• ذكر ابتدا قوة الروم وظهور ملكهم •

• الفصل الثاني عشر •

ثم بدي في هذا الزمان الذي تقدم ذكره امر الروم ان يعلوا ليتم الله عز وجل ما
كان اخبر به دانيال النبي عليه السلام من المملكة الرابعة • وذلك انه كان في
هذا الزمان ملك بافريقية عظيم الشان جدًّا اسمه انبيل وكانت دار مملكته قرطاجنة
فعزم على اخذ بلد الروم • فاجتمعوا لمحاربته وكثرت الحروب بينهم وبينه ووقعت بينهم
وبينه ثمانية عشر وقعة في مدة عشر سنين • ولم يكن لهم طاقة على اخراجه من
بلدهم لكثرة عسكره وقومه • فارادوا ان يجمعوا عسكرا عظيما يشتمل على جميع
شجعانهم وعسكرهم وابطالهم ويقصدوا انبيل للقتال ويصابروه الي ان يكفوا امره
ففعلوا ذلك • وولوا على العسكر رجلين جليلين اسم احدهما اميليوس واسم الثاني
واروس • فلقيا انبيل وقاتلاه فقتل من عسكرهما تسعين الفا رجل وقتل من عسكر
انبيل اربعين الفا رجل وقتل اميليوس في ذلك الحرب • وهرب واروس الي مدينة عظيمة
منيعة يقال له بنوسيه فلم يتبعه انبيل بل سار الي رومية ليفتحها ويقيم بها • واقام
عليها ثمانية ايام واخذ في بناء منزال بحذاها • فلما راي ذلك اهلها عملوا على
مسالمته ومعاهدته وتسليم البلد اليه • وكان فيهم فتى يقال له سقيفا • وكان
الروم في ذلك الزمان لا ملكا لهم وانما يرجع تدبير امورهم الي ثلثماية وعشرين
رجلا يروسهم رجل يسمي الكهل • فجاهم سقيفا وخوفهم من انبيل ومن طاعته
فاخبروه على انهم لم يعزموا على الاستيمان اليه الا من حيث لا طاقة لهم بمقاومته

Coegit ergo Judas socios suos, & statuit cum eis proficisci ad castra Lysiæ, postquam adeuntes domum Dei obtulerint in ea sacrificia, rogantes Deum Opt. Max. ut averteret a se malitiam inimicorum suorum, & victoriam sibi in ipsos concederet: quod quidem præstiterunt. Post hæc perrexerunt de regione Domus sanctæ ad Bethner. Statuerant enim opprimere exercitum improviso, illumq; debellare sine contentione. Ferunt autem sibi apparuisse personam quandam inter cœlum & terram, insidentem equo igneo, habentemq; in manu magnam hastam, qua percutiebat exercitum Græcorum. Quare addidit eis quod viderant fortitudinem, & animos. Et festinantes irruperunt in exercitum, interfeceruntque de viris ejus multitudinem plurimam. Unde commotus exercitus, & perturbatus est vehementissime, & totus in fugam promiscue conversus: & institit gladius Judæ, & sociorum; & occidit ex illis undecim millia virorum, & mille sexcentos equites. Fugatus est quoque Lysias, & socii ejus ad remotum locum, in quo tuto morabatur. Et misit ad Judam, ut subjectus sit Regi, salva ejus, populique sui religione: cui in hoc morem gessit Judas, dummodo scriberetur Regi, & acciperetur responsum illorum assensus. *Et scripsit Judas de hoc:* scripsit quoque Lysias Regi, significans ei, quæ evenerant, & quæ expertus est de robore, & fortitudine gentis; & quod continuatio bellorum cum illis esset exterminatura viros, quemadmodum exterminati sunt præcedentes: indicat ipsi præterea eorum assensum, & moram suam, donec reciperet epistolam de iis, quæ sibi agenda sunt. Cui respondit; Rectum sibi videri pacem inire cum gente, ablato obice eorum exercendæ religionis: etenim hæc ipsa eos induxit ad defectiones, & oppugnationes prædecessorum. Præcepit ei quoque inire cum eis fœdus de pace, & obedientia, ita quidem ut nullus opponatur illis obex in negotio religionis. Scripsit etiam Judæ, & omnibus Judæis, qui in regione Judæ, secundum hoc: & duravit id inter eos aliquo spatio temporis.

MENTIO INITII POTENTIÆ Romanorum, & ampliationis regni eorum.

CAP. XII.

Historia externa est, & à Romanorum Scriptoribus desumpta, nec ad res Judæorum nisi obiter pertinens.

HOc eodem tempore, cujus præcessit mentio, cœperunt res Romanorum exaltari; ut adimpleret Deus Opt. Max. quod prædixerat Daniel Propheta (cui pax) de quarto regno. Erat item hoc eodem tempore Rex quidam in Africa munificentissimus, nomine Annibal. Erat autem regia regni ipsius Carthago. Hic decrevit Romanorum occupare regionem. Quamobrem ad oppugnandum eum convenerunt: & multiplicata sunt bella inter eos, ita ut commiserint octodecim prælia spatio decem annorum, nec expellere illum valuerunt de sua regione ob innumerum exercitum, & populum illius. Decreverunt ergo cogere magnum exercitum selectum ex omnibus strenuis, & exercitibus, & fortissimis quibusque suis, & impetere Annibalem in bello, & sustinere, donec avertetent a se res ipsius. Quod quidem præstiterunt: præfeceruntque exercitui duos viros præclarissimos, unius nomen erat Æmilius, alterius autem Varro. Qui occurrentes Annibali, commiserunt cum eo bellum, & cæsa sunt de exercitu eorum nonaginta millia virorum: de exercitu vero Annibalis ceciderunt virorum quadraginta millia. Interfectus quoque est Æmilius eo in bello. Varro autem fugit in civitatem quandam maximam, munitissimam, dictam Venusiam; quem non est persecutus Annibal: sed Romam profectus est ad expugnandam eam, & ibi morandum. Institit que contra eam per octo dies, cœpitque extruere e regione illius, domicilia. Quod cum vidissent cives, deliberarunt inire pacem, & fœdus cum illo, & dedere regionem. Erat autem inter eos juvenis quidam, nomine Scipio, (erant quippe Romani eo tempore sine Rege, & tota rerum ipsorum administratio committebatur trecentis & viginti viris, quibus præerat vir, qui dicebatur Senior:) adest ergo eis Scipio, qui Annibali, ejusque obedientiæ nequaquam fidendum esse, persuasit. Cui responderunt; Se nequaquam ipsi fidere, nisi quod illi resistere nequeant.

فقال لهم ان بلد افريقيه قد خلي من اهل الحرب لان جميعهم مع انبيل فاعطوني
جماعة من نقاوة الرجال حتي امضي الي افريقيه واثر فيها آثارا تنتهي اليه اخبارها
لعله يترك عنكم وتكفوا امن فتستريحون منه وتصلحون احوالكم وتقوي
سائكم الي وقت عودة منه ان كانت وتكفوا امن • فاستصابوا رآي سيفيا
وضموا اليه ثلثين الفا رجل من جبابرتهم وسار الي افريقيه • فلقيه استروبال اخو
انبيل وحاربه • فظفر به سيفيا وضرب عنقه واخذ راسه وحمله مع سائر ما غنم
وعاد الي روميه • فصعد علي الحصن ونادي الي انبيل وقال له • كيف تقدر علي
بلدنا هذا ولم يكن فيك منة علي ان تطردني عن بلدك الذي صرت اليه
فاخربته وقتلت اخاك وجيت براسه ثم رمي اليه الراس • فاحضر الراس الي انبيل
فعرفه • وزاد عند ذلك علي القوم حنقا وغضبا وحلف انه لا فارق او يفتح روميه •
فعمل اهلها علي ممانعته ومدافعته عنها الي ان يعود سيفيا وينزل علي قرطاجنه
يحاصرها • فعاد سيفيا وعسكره الي افريقيه ونزلوا علي قرطاجنه وحاصروها
حصارا شديدا • فكتب اهلها الي انبيل يقول له • انك قد رغبت في غير بلدك
ولست تعلم هل يحصل لك او لا * والبلد الذي لك قد صار اليه من يريد
اخذه فان تاخرت عنا سلمنا البلد اليه وسلمنا اليه اهل بيتك وجميع اموالك
وذخايرك لتسلم نفوسنا واموالنا • فلما بلغه الكتاب رحل عن روميه وجاء
مسرعا حتي وافي افريقيه • فسار اليه سيفيا ولقيه وحاربه حربا شديدا في ثلثه دفعات
وقتل فيها من رجاله خمسين الفا • فانهزم انبيل وصار الي بلد مصر وتبعه سيفيا
واخذ انبيل اسيرا وعاد الي افريقيه • فلما حصل بها انف انبيل من ان يراه اهل
افريقيه بتلك الحال فسم نفسه ومات • وملك سيفيا بلد افريقيه وقبض علي ساير اموال
انبيل واهله وذخاير فعظم شان الروم وابتدي امرهم منذ ذلك في الزياده •

• ذكر مكاتبة الروم الي يهودا والعهد الذي جري بينهم •

• الفصل الثالث عشر •

من الكهل والثلثمايه وعشرين مدبريه الي يهودا ولي الحرب والي اهل اليهود السلام
عليكم • قد اتصل بنا ما انتم عليه من النجاة والباس والقيام بالحروب وسرنا ذلك •
ووقفنا علي ما وافقكم عليه انطيوخوس ونحن نكتب لك مثل ذلك علي انكم
تكونون اصحابا لنا دون اليونانيين الذين اسوا اليكم • ونريد نقصد انطاكيه
ونحارب من بها • فبادروا تعريفنا من تعادوا ومن توالوا لنعمل علي حسب ذلك •

• نسخة العهد •

هذا عهد من الكهل والثلثمايه وعشرين مدبريه ليهودا ولي الحرب ولآل يهودا علي انهم
ينصافون الي الروم وينعون الروم وآل يهودا في النجدة والظفر ابدا • ومتي كان للروم
حرب عاونهم يهودا وقومه ولم يعاونوا عدو الروم بطعام ولا بشي من السلاح • ومتي
لحق آل يهودا حرب عاونوهم الروم حسب جهدهم وطاقتهم ولم يعاونوا عدوهم بشي
من ضروب المعاونه • وكما للروم علي آل يهودا فكذلك علي آل يهودا للروم بغير زياده
ولا نقص • فقبل ذلك يهودا وقومه وتم العهد ودام بينهم وبين الروم مده طويله •

Quibus ait; Regio Africæ militibus omnino destituta est, quia omnes cum Annibale sunt; concedite ergo mihi turmam de electis virorum, ut vadam in Africam: & talia in ea perpetrabo gesta, quorum nuntia cum ad illum pervenient, forte relinquet vos, & liberabimini ab eo, & quiescetis; & reparatis rebus vestris, & roboratis, si iterum pararet reditum, adversus illum satis eritis. Quibus recta visa est Scipionis sententia; & tradiderunt ei triginta millia virorum de fortissimis eorum. Et profectus est in Africam; cui occurrens Asdrubal frater Annibalis, præliatus est cum eo; quem vicit Scipio, & amputavit collum, accepitque caput: & portans cum reliqua præda, reversus est Romam. Et conscendens munitionem, vocavit Annibalem, & ait illi; Quomodo valebis contra regionem nostram hanc, cum non valeas expellere me de regione tua, ad quam profectus sum: destruxi eam, & occidi fratrem tuum, & attuli caput ipsius. Tum projecit ad illum caput. Quod cum Annibali allatum esset, & illud cognovisset, auctus contra populum est furore, ac ira, juravitque se non discessurum nisi expugnata Roma. At cives ut illum repellerent a se, & coercerent, deliberarunt remitti Scipionem, ut obsideret, urgeretque Carthaginem. Reversusque est Scipio, & exercitus ejus in Africam: & castrametati sunt circumcirca Carthaginem; & obsederunt eam obsidione acerrima. Quamobrem scripserunt cives ad Annibalem, dicentes; Tu alienam cupis regionem, quam nescis utrum obtinere poteris, necne: ad regionem vero tuā profectus est, qui eam occupare intentat. Quamobrem si remoratus fueris, dedemus ei regionem, & trademus domesticos tuos, & omnia bona tua, & thesauros tuos: ut incolumes evadamus nos, & bona nostra. Cum autem perlata ei fuisset epistola, recessit Roma: & festinavit, donec pervenit in Africam; ad quem perrexit Scipio & occurrit ei, commisitque cum illo ter accerrimum bellum; & cæsi sunt de viris ejus quinquaginta millia. Annibal vero fugatus sese contulit in regionem Ægypti, quem insecutus est Scipio: & cepit Annibalem captivum, & reversus est in Africam. Cumque esset ibi, indignatus est Annibal sic videri ab Africanis: quare sumpto veneno interiit. Et obtinuit Scipio regionem Africæ, atque potitus est omnium bonorum, & domesticorum, & thesaurorum Annibalis. Quamobrem magnificata est fama Romanorum, cœperuntque inde sumere incrementum res eorum.

MENTIO EPISTOLÆ ROMANORUM ad Judam, & fœderis quod inter eos intercessit.

CAP. XIII.

Fœdus hoc sensu pari extat Maccab. lib. 1. cap. 8. v. 20. & deinceps. Et apud Joseph. Antiq. lib. 12. cap. 17. in fine: quod primum fuisse inter Romanos & Judæos societatis & amicitiæ fœdus asserit.

A Seniore, & trecentis viginti Rectoribus, ad Judam præfectum militiæ, & Judæis, Salus vobis. Jam perlatum est ad nos de victoriis, & fortitudine vestra, & constantia in bellis, quibus lætati sumus. Intelleximus præterea concordiam vobis initam fuisse cum Antiocho. Nos scribimus vobis secundum hæc, ut sitis nobis amici, non autem Græcis, qui male fr..runt vobis; intendimus præterea petere Antiochiam, & inferre bellum civibus ejus; quare festinate indicare nobis, quibus adversamini, & quibuscum vobis intercedit amicitia, ut faciamus secundum hoc.

Exemplar fœderis.

Hoc est fœdus, a Seniore, & trecentis, & viginti ejus Rectoribus, Judæ Præfecto militiæ, & Judæis, ut apponerentur Romanis, & concordes sint Romani, & Judæi in bellis, & victoriis semper. Quod si institerit Romanis bellum, auxilium ferent eis Judas, & populus ejus, nullo præstito auxilio inimicis Romanorum, annona, sive ullo genere armorum. Cum vero acciderit Judæis bellum, auxilium ferent eis Romani, quantum valent, & possunt, nullo præstito auxilio inimicis eorum in ullo genere auxilii. Quemadmodum vero tenentur Judæi Romanis, similiter Romani Judæis, sine ullo incremento, aut decremento. Et acceptavit id Judas, & populus ejus: & remansit fœdus, atque perduravit inter eos, & inter Romanos longo tempore.

• ذكر وقعة كانت بين يهودا وتلماوس وجرجس •

• الفصل الرابع عشر •

ثم ان تلماوس حشد مايه وعشرين الف رجل والف فارس وقصدوا يهودا • فلقيه يهودا في
عشرة الاف فهزمه وقتل من رجال تلماوس • وضرع الي يهودا وساله ان يستبقيه وحلف انه
لم عاد يحاربه ابدا وانه يحسن الي اليهود الذين في ساير اعماله • ورحمه يهودا واستبقاه واوفي
تلماوس بيمينه • وجمع جرجس ثلثة الاف رجل من جبل الشراه واربع مايه فارس ولقي
يهودا فقتل صاحب جيش يهودا وجماعه من رجاله • ثم قصدهم يهودا واصحابه فانهزم
جرجس وقتل اكثر رجاله فهرب وطلب ولم يعرف له خبر وقيل انه قتل في الحرب •

• ذكر فسخ انطيوخوس عهد الذي عاهد به يهودا ومسيره مع ليسياس ابن عمه
اليه بعسكر كبير ومحاربته له • • الفصل الخامس عشر •

فلما اتصل بانطيوخوس وهو اوفطر قوة امر يهودا وفتوحه الذي فتح اسخطه ذلك ونسخ
عهد مع يهودا وجمع جيشا عظيما فيه اثنان وعشرون فيلا • ثم سار هو وليسياس ابن
عمه الي بلد يهودا وقصد مدينة بيت نير فنزل عليها وحاصرها • فاتصل ذلك بيهودا
فاجتمع هو وجميع اشياخ بني اسراييل وصلوا الي الله عز وجل وقربوا القرابين الكثيره •
ثم سار يهودا في صناديد رجاله وصار الي العسكر بالليل فكبسه وقتل منهم اربعة الاف
رجل وفيل من الافيله • ثم عاد الي معسكره الي ان اضاء الصبح • حينيذ اصطف
الفريقان وقوي القتال في ما بينهما • فنظر يهودا الي بعض الافيله وعليه تجافيف من
ذهب فقدر ان الملك راكبا عليه • فنادي في رجاله وقال من منكم يبرز فيقتل هذا
الفيل • فبرز فتي من اهل بيته يقال له العازر فهجم على المصاف يقتل فيهم يمنه ويسره
فتنحا الناس من بين يديه وسار الي ان انتهي الي الفيل فدخل تحته وشق بطنه
فسقط الفيل عليه فقتله • فلما راي الملك ذلك نادي برفع الحرب فرفع • وكان مبلغ
عدد من قتل في ذلك اليوم من وجوه العسكر ثمانماية رجل غير من قتل من عامه
العسكر وسوي من قتل بالليل • ثم ورد الخبر على الملك ان رجل من اصحابه يقال له
فيليفوس قد عصي عليه وان دمتريوس بن سلوقوس خرج اليه من رومية بعسكر عظيم
من الروم يريد اخذ الملك من يده • فخاف من ذلك جدا وارسل الي يهودا في ايقاع
السلام بينهما • فاجابه يهودا الي ذلك • فحلف له انطيوخوس وليسياس ابن عمه انهما لا يحاربانه
ابدا • واخرج الملك مالا جزيلا ودفعه ليهودا هدية لبيت الله • ثم امر الملك بالقبض على
منلاوس وهو احد اشرار اليهود الثلاثه الذين كانوا تشرروا على اليهود في ايام انطيوخوس
ابيه • وامر ان يصعد الي جوسق شاهق ويرمي منه • ففعل به ذلك • وانما اراد الملك بهذا
ان يسر آل يهودا • وكان هذا الرجل من كبار اعدايهم ومن قتل منهم الخلق الكثير •

• خبر مجي دمتريوس بن سلوقوس الي انطاكيه ومحاربته لاوفطر •

• الفصل السادس عشر •

ثم سار الملك اوفطر الي بلد مقدونيا وعاد الي انطاكيه • فوافاه دمتريوس بجيش
الروم وحاربه فقتله وليسياس ابن عمه وملك بانطاكيه • ثم سار اليه القيمس
رييس الاشرار الثلاثه فدخل اليه وطرح نفسه بين يديه وبكي بكا شديدا ثم قال •

MENTIO PUGNÆ, QUÆ FUIT inter Judam, Tolomæum, & Gorgiam.

CAP. XIIII.

Quæ ad Ptolomæum spectant, nescio an alibi legenda sint: quæ verò de Gorgia hic scribuntur, eadem fortasse sunt cum iis quæ Macc. 2. cap. 12. vers. 32. & aliquot seqq. habentur.

POst hæc coegit Tolomæus centum viginti millia virorum, & equites mille, & petiverunt Judam. Cui occurrens Judas cum decem millibus, fugavit illum, & ceciderunt de viris Tolomæi. Qui supplex Judam rogavit, atque deprecatus est, ut superstitem dimitteret ipsũ, juravitq; se nunquam amplius ei bellum illaturum; & Judæis, qui in cunctis suis regionibus, beneficia collaturum. Cujus misertus est Judas, & superstitem dimisit, stetitque Tolomæus juramento suo. Gorgias vero collectis tribus millibus virorum de monte Sarah, *id est, Idumeæ*, & quadringentis equitibus, occurrit Judæ, & interfecit ducem militiæ Judæ, & aliquos de viris ejus. Tum ad illos tetendit Judas, & sui, & fugatus est Gorgias, & interfecta est major pars virorum ejus, & terga vertit: & quæsitus est, & nullum de eo innotuit nuntium: fertur autem ipsum cecidisse in pugna.

MENTIO DISSOLUTIONIS fœderis Antiochi, quod inierat cum Juda, & profectionis ejus cum Lysia filio patruelis, cum exercitu magno, et bellorum ejus.

CAP. XV.

Referuntur paulò aliter 1. Macc. cap. 6. part. post. Quæ verò de Eleazaro hic habentur, Vid. tum in cap. 6. prædicti lib. Macc. tum apud Joseph. de bello lib. 1. cap. 1. et Antiq. lib. 12. cap. 14. De fœdere Antiochi cum Juda, Vid. Macc. lib. 2. cap. 13. vers. 23. &c. Et Joseph. Ant. lib. 12. cap. 14. in fine. & cap. 15. in princ. De Menelai morte cap. 15. citato, & Macc. lib. 2. cap. 13. v. 4. & deinceps.

CUm autem perlatum esset Antiocho, qui est Eupator, res Judæ roboratas esse, & expugnationes quas expugnaverat, iratus est valde: & dissolvit fœdus, quod inierat cum Juda, & coëgit exercitum magnum, in quo erant viginti duo elephanti: ac profectus est cum Lysia filio patruelis sui in regionem Judæ, petens urbem Beth-ner, circa quam castrametatus est, & obsedit eam. Quod cum nuntiatum esset Judæ, convenit ipse, & omnes seniores filiorum Israel, & oraverunt ad Deum Opt. Max. multa offerentes sacrificia: quibus peractis, perrexit Judas cum ducibus virorum suorum, & venit in castra noctu, & improviso irruit in ea, & occidit ex illis quatuor millia virorum, & elephantum unum de elephantis: & reversus est in castra sua, donec illucesceret diluculum. Tunc utraque acies ordinata est, & invaluit pugna inter eos: viditque Judas quendam elephantum cum ornamentis aureis, arbitratusque est illi Regem insidere: vocavitque viros suos, & ait: Quis vestrum egredietur, & occidet hunc elephantum? Et egressus est adolescens de domesticis ejus, qui dicebatur Eleazarus, & irruit in aciem trucidans dextrorsum, & sinistrorsum, ita ut declinarent homines de conspectu ejus, & processit quousque pervenit ad elephantum: cui supponens se, disrupit ventrem ejus, ceciditque elephantus super eum, & occidit. Videns itaque Rex hæc, jussit receptui canere, & factum est. Et fuit summa interfectorum ea die de nobilioribus exercitus octingentorum virorum, præter cæsos ex vulgo exercitus, et qui noctu ceciderant. Tunc nuntiatum est Regi, quod vir quidam de amicis ejus nomine Philippus defecisset ab eo: et Demetrius filius Seleuci egressus esset Roma cum exercitu magno Romanorum, intendens regnum de manu illius eripere. Quibus valde perterritus, misit ad Judam de ineunda pace inter sese: cui assensus est Judas, juravitque illi Antiochus, et Lysias filius patruelis ejus, nunquam se illi bellum illaturos amplius. Et exhibuit Rex magnam pecuniarum vim, et tradidit eam Judæ in munus domus Dei. Jussit præterea Rex comprehendi Menelaum, unum trium iniquorum Judæorum, qui mala intulerant Judeis in diebus Antiochi patris ipsius, quem conduci præcepit in excelsum palatium, et inde præcipitem agi: quod quidem præstitum est. Hoc enim intendebat Rex lætitia afficere Judæos, quandoquidem fuit vir iste ex præcipuis eorum hostibus, quique interfecerat ex illis multitudinem plurimam.

HISTORIA ADVENTUS DEMETRII filii Seleuci Romani, Antiochiam, & oppugnationis ejus contra Eupatorem.

CAP. XVI.

Concordat magna ex parte cum Macc. lib. 1. cap. 7. & Macc. lib. 2. cap. 14. & 15. Vid. Joseph. Antiq. lib. 12. capp. 17. 18.

POst hæc profectus est rex Eupator in regionem Macedoniæ: tum reversus est Antiochiam. Quem aggressus est Demetrius cum exercitu Romanorũ expugnavitque, ac interfecit una cum Lysia filio patruelis ejus, & regnavit Antiochiæ. Ad quem autem perrexit Alcimus princeps trium illorum iniquorum, qui ingressus ad eum prostravit sese ante illum, & flevit vehementissimo fletu, ac dixit,

الها الملك ان يهودا واصحابه قد قتلوا منّا خلقًا كثيرًا لانّا خرجنا عن دينهم ودخلنا في دين الملك فانصرنا ايها الملك عليهم وخذ بحقنا منهم • ثم سعي باليهود اليه وطعن فيهم وذكرهم بما اغلظ دمتريوس وحمله على انفاذه عسكرًا لمحاربته • ففعل ذلك وانفذ قايدًا يقال له نيقانور بعسكر عظيم كثير العدّة والسلاح • فلما وصل نيقانور الي بلد القدس راسل يهودا في ان يجيه ولم يظهر انه جاء لمحاربة القوم • بل اظهر انه انما جاء لما بينهم وبين القوم من السلامه وانهم في طاعة الروم • فخرج اليه يهودا في نفر من اصحابه ذوي باس ونجدة وامرهم لا يفارقونه لئلا يغتاله دمتريوس • فلما لقي دمتريوس سلّم عليه وطرح لكل واحد منهما كرسي وجلس عليه فخاطبه دمتريوس بما اراده • ثم سار كل واحد منهما الي خيمة ضربت له • وسار نيقانور ويهودا الي مدينة بيت المقدس واقاما جميعًا فيها وحصلت بينهما مودّة وكيدة • فلما تبيّن ذلك القيموس مضي الي دمتريوس فاجراه بيهودا وحمله على ان كتب الي نيقانور يامر بتقييد يهودا وحمله اليه • فوقف يهودا على الخبر فخرج من المدينه بالليل وسار الي سبسطيه وارسل اصحابه بالمسير اليه فاجتمعوا وضرب بالبوق وامرهم بالاستعداد الي محاربة نيقانور • فطلب نيقانور ليهودا طلبًا حثيثًا فلم يقف على خبره • فسار الي بيت الله وطالب الكهنه بان يسلموه اليه حتي يقيّده ويحمله الي الملك • فحلفوا له انه لم يجي الي بيت الله • فافتري عليهم وعلي البيت وتقال نحو الهيكل وتوعّد بهدمه الي الاساس ومضي مغضبًا • ثم فتش كل دار في مدينة بيت المقدس وانفذ اصحابه الي منزل رجل جليل كان قد قبض عليه في زمان انطيوخوس وعذب عذابًا عظيمًا • فلما مات انطيوخوس رفع اليهود شانه وعظّموا منزلته • فلما وافته رسل نيقانور خاف الرجل بان يلحقه مثل ما لحقه من انطيوخوس فقتل نفسه • فاتّصل ذلك بيهودا فغمّه وساءه • فراسل نيقانور يقول له لا تطلبني في المدينه فلست فيها فسر اليّ حتي نلتقي ان شيت في السّهل وان شيت في الجبل • فسار اليه نيقانور وبرز اليه يهودا بعد ان قال • اللهم انت الذي هلكت عسكر سنحاريب الملك وقد كان اعظم من هذا شانًا وسلطانًا واكثر منه عسكرًا وعددًا وكفيت حزقيا ملك يهودا امره لمّا اتّكل عليك وصلّي اليك • فاكفنا اللهم شرّه وظفّرنا به • ثم انه باشر الحرب وقصد نيقانور وقال له • اليك فقد جيتك • فولّي نيقانور منهزمًا ولحقه يهودا فضربه على منكبه فقدّه وانهزم اصحابه وقتل منهم في ذلك اليوم ثلثين الفًا • ثم خرج اليهم اهل القري فقتلوهم حتي انهم لم يبقوا منهم احدًا • ورسموا ان يكون في مثل ذلك اليوم في كل سنه يومًا شكر لله عز وجل ويومًا سرور واكل وشرب •

• الي هاهنا انتهي السفر الثاني نقل العبرانيين •

• ذكر قتل يهودا • • الفصل السابع عشر •

فلما كان في مثل ذلك الوقت من العام القابل سار اليه بقيدوس في ثلثين الفًا من شجعان المقدونيين • فوافي من غير ان يكون لهم عنه خبر وهو في قرية يقال لها لاليس في ثلثة الاف رجل فهرب اكثر من كان معه وبقي في ثمانماية رجل ومعه شمعون ويوناثان اخواه • وكان الباقون مع يهودا ذوي باس وشجاعة لقد لقوا الجهد في ساير الحروب التي لقيها • فخرج يهودا واصحابه الي بقيدوس وعسكره •

O Rex, jam Judas, & socii ipsius trucidarunt e nobis multitudinem plurimam, eo quod deficientes ab eorum religione, religionem Regis amplexati sumus. Quare adjuva nos Rex contra eos, & ulciscere nos de illis. Tum egit Judæos ad eum, atque concitavit, suggerens ipsis ea, quæ provocare poterant Demetrium, & irritare, ut expediret exercitum ad expugnandum illum. Quibus morem gerens, misit ducem nomine Nicanorem cum exercitu magno, atque copioso armorum apparatu. Cum autem pervenisset Nicanor in regionem sanctam, misit nuntios ad Judam, ut veniret ad se, nec aperuit se venisse ad oppugnandam gentem, sed aperuit se venisse solum ob initam inter se, & gentem pacem, & quod sint in obedientia Romanorum. Et egressus est Judas ad eum cum aliquo numero suorum, fortitudine, & robore præditorum; jussitque ne secederent a se, ne proderet illum Demetrius. Cum itaque occurrisset Demetrio, salutavit eum, ac posita unicuique eorum sede, sederunt; collocutusque est Demetrius ei quod voluit; dein profectus est unusquisque eorum in tabernaculum, quod ei tetenderant. Et abiit Nicanor, & Judas in civitatem sanctam, & morati sunt in ea simul; intercessitque inter eos firma familiaritas: quod cum innotuisset Alcimo, adiit Demetrium, & irritavit illum in Judam, ac induxit ut scriberet, & præciperet Nicanori, ut Judam catenis devinctum ad se mitteret. Innotuit autem fama Judæ, & egressus est de civitate noctu, abiitque Sebesten, & misit ad socios ut ad se venirent. Quibus convenientibus cecinit buccina, præcepitque eis sese parare ad oppugnandum Nicanorem. Nicanor vero perquisivit Judam diligentissime, nec de illo quicquam ei innotescere potuit. Quare adivit domum Dei, requirens a Sacerdotibus, ut illum sibi traderent, ut catenis devinctum ad Regem mitteret: qui juraverunt nequaquam ipsum venisse in domum Dei. Quamobrem injuriis eos, & domum Dei incessivit, & oblocutus est contra Templum, atque comminatus se illud eversurum a fundamentis: abiitque indignatus. Inquirere etiam curavit domos universas sanctæ civitatis. Misit quoque suos ad domicilium cujusdam viri præclarissimi, qui comprehensus fuerat tempore Antiochi, & maximis affectus suppliciis: mortuo autem Antiocho, exaltaverunt authoritatem illius Judæi, & magnifecerunt eum. Ad quem vero cum pervenissent nuntii Nicanoris, timuit vir ne sibi inferretur, quemadmodum illatum est ei ab Antiocho: quare manus sibi consciuit. Quod cum perlatū esset ad Judam, contristatus est valde, & mœrore affectus; misitque ad Nicanorem, dicens; Ne quæras me in civitate, etenim in ea non sum: perge itaq; ad me, ut occurramus invicem, sive in campis, sive in montibus, uti tibi libet. Et profectus est ad illum Nicanor, & occurrit illi Judas, his dictis; Deus, tu es qui exterminasti exercitum Senacherib regis: & quidem erat major illo, fama, & imperio, & multitudine exercitus: & eripuisti Ezechiam Regem Judæ ab eo, cum in te confisus fuisset, & ad te orasset; eripe quæso nos Domine a malitia illius, & victores contra illum redde nos. Dein sese ad bellum paravit, & expetivit Nicanorem, dicens; Cave tibi, adsum venio. Et terga vertit Nicanor fugiens: quem persequens Judas percussit humeros ejus, quos secuit: & fugati sunt sui. Et ceciderunt ex illis ea die triginta millia: & egressi sunt incolæ civitatum, & occiderunt eos, ita ut non reliquerint unum quidem. Decreverunt autem ut talis dies singulis annis sit dies gratiarum actionis Deo Opt. Max. ac dies lætitiæ, & commessationis, & potus.

Huc usque absolutus est liber secundus ex translatione Hebræorum.

MENTIO NECIS JUDÆ.

CAP. XVII.

Pugna Judæ cum Bacchide & interitus Judæ, habetur Macc. lib. 1. cap. 9. in princ. usque ad fin. vers. 19. & apud Joseph. Antiq. lib. 12. cap. 18. 19.

Cum autem adesset idem fere tempus vertentis anni, profectus est Bacchides cum triginta millibus de fortissimis Macedonum: & pervenit nulla eorum innotescente ipsi Judæ fama. Cum esset in quadam urbe, quæ dicitur Lalis, cum tribus millibus virorum: quare fugerunt plurimi eorum, qui cum illo erant, remanseruntque cum illo octingenti viri, & Simeon ac Jonathas fratres ejus. Erant autem qui remanserant cum Juda robustissimi, ac fortissimi, & qui jam multa sustinuerant in cæteris bellis, quæ commiserat. Et egressus est Judas, & socii ad Bacchidem, & exercitum ejus.

فقسم بقيدوس جيشه فجعل خمسة عشر الف عن يمنة يهودا واصحابه وجعل خمسة عشر
الف عن يسرتهم • ثم كبّرا الفريقان على يهودا واصحابه • فتامّل الفريقين ووجد
حماة العسكر وابطاله في جهة اليمين فعلم ان بقيدوس فيهم • فقسم يهودا اصحابه
ايضا واخذ وجوههم معه وجعل بقيتهم مع اخوته • ثم حمل على القوم الذين عن يمين
فقتل هو واصحابه نحو الفي رجل • ثم نظر الي بقيدوس فقارن وقصد وقتل الجبابرة
الذين حوله فتكاثر الناس عليه فصبر لهم هو واصحابه فباطح منهم الخلق وقرب
من بقيدوس • فلما راه بقيدوس وهو قاصدًا اليه وهو كالاسد وبيده سيف عظيم
مخضوب بالدم خافه خوفًا شديدًا وارتعد منه وانهزم من قدامه فتبعه يهودا واصحابه
فركبوا القوم بالسيف حتي افنوا اكثر اوليك الخمس عشر الفًا وانتهت هزيمة بقيدوس
الي اسدود • ولحقه الخمس عشر الفًا الذين كانوا عن يسرة يهودا ووافوا يهودا وقد لحقه
اخواه ومن معهما وهم متعوبون وكبس عليهم الخمس عشر الفًا ومرّ بينهم وبين يهودا
قتال عظيم فوقع بينهم عدّة قتلا وقُتل يهودا في الجملة • فاخذ اخواه ودفناه الي
جانب قبر متتيًا ابيه رحمهم الله • وبكوا عليه بنو اسراييل اياما كثيرة • وكانت مدة
رياسته سبع سنين وولّي الامر بعده يوناثان اخوه •

• خبر يوناثان بن متتيًا • • الفصل الثامن عشر •

ثم ولي يوناثان بعد اخيه فسار الي الاردن في عدّةٍ يسيرة • فاتصل خبره ببقيدوس فسار اليه
بعسكر كبير • فلما راه يوناثان ورجاله جازوا الاردن سباحة فلحقهم بقيدوس وعسكره
وحاطوا بهم • فحمل يوناثان على بقيدوس فهزمه وافرج الناس ليوناثان فخرج من بينهم هو
واصحابه وساروا الي بيرسبع ووافاه شمعون اخوه فاقاما هنالك واصلحا ما كان في الحصن
من الاختلال وتحصّنا به • فسار اليهم بقيدوس وحاصرهم فخرج اليه يوناثان واخوه ومن
معهما من الرجال بالليل فقتلوا من العسكر رجالًا كثيرةً واحرقوا ما كان فيه من الدبابات
والمجانيق وتبدد العسكر وهرب بقيدوس الي البرية ولحقه يوناثان وشمعون ونفر معهما
فادركوه فلما راه يقن بالهلاك • فنادي الي يوناثان بالامان وحلف له انه لا يحاربه ابدًا
وانه يرد ساير السّبي الذي سبي من عسكر يهودا فامنه يوناثان وعاد عنه ولم يجر
بينهما حرب بعد ذلك • ثم توفي يوناثان بقرب ذلك الوقت وولّي شمعون اخوه •

• خبر شمعون بن متتيًا • • الفصل التاسع عشر •

ثم ولّي الامر شمعون بن متتيًا وجمع ساير من بقي من عسكر يهودا وقوي امره وعزي
ساير من ظاهر آل يهودا بالعداوة بعد قتل يهودا اخيه واحسن السيرة في قومه واستقام
امر بلده • فطمع فيه انطيوخوس وهو دمتريوس بن سلوقوس وانفذ اليه عسكرًا
عظيمًا • فخرج اليه شمعون وابناه وقسم عسكره قسمين وجعل احدهما معه والاخر مع
ابنيه • ثم سار هو ومن معه الي العسكر وانفذ ابنيه من جهة اخري بمن معهما وواقفهما
ان يوافيا العسكر في وقت ذكره لهما • ثم لقي عسكر انطيوخوس
وحاربه وبدي ليستظهر عليه فوافيا ابناه ومن معهما وقد اشتبك الحرب
وقوي القتال فداروا من خلف العسكر • فحصل عسكر انطيوخوس بين عسكرين
فهلك ولم يسلم من رجاله احد ولم يعاود انطيوخوس الي محاربة شمعون

Et divisit Bacchides exercitum suum, constituens quindecim millia ad dexteram Judæ, & sociorum : & quindecim millia ad sinistram eorum. Tum vociferata est utraque pars contra Judam, & socios. Qui considerans utramque, nactus est robustissimos exercitus, & fortissimos ejus esse in dextera, cognovitque Bacchidem inibi adesse. Divisit quoque Judas socios suos, & assumpsit secū fortissimos eorum, reliquos vero tradidit fratribus. Tum impetum fecit in eos qui erant in dextera, occiditque ipse cum sociis circiter duo millia virorum. Dein conspiciens Bacchidem collimavit oculos, & in illum intendit, interfecitque fortissimos quosque, qui erant circa illum : & ingruentem multitudinem sustinuit ipse cum sociis, plurimis ex illis prostratis : accessitq; ad Bacchidem. Quem cum vidisset Bacchides in se intendentem tanquam leonem, stringentem manu gladium ingentem sanguine infectum, timuit illum timore vehementissimo: & contremuit, ac fugit e conspectu illius. Quem persecutus est Judas, & socii ipsius, & prostraverunt gladio gentem, ita ut exterminarent majorem partem illorum quindecim millium: & fugit Bacchides usque in Asedod. Et secuta sunt eum quindecim millia, quæ erant a sinistra Judæ, & aggressa sunt Judam, ad quem jam pervenerant fratres ipsius, & qui cum illis erant, defatigati. Et irruerunt in eos quindecim illa millia; & intercessit inter ea & Judam pugna maxima: ceciditque ex utrisque numerus aliquis interfectorum, in qua summa cæsus est Judas. Quem ferentes fratres illius, sepelierunt ad latus sepulchri Mathathiæ patris ejus (Deus misereatur illorum) & fleverunt eum filii Israel diebus multis. Fuit autem tempus principatus ejus septem annorum. Et successit rebus post illum Jonathas frater illius.

HISTORIA JONATHÆ FILII Mathathiæ.

CAP. XVIII.

Fusius habetur Macc. lib. 1. cap. 9 v. 28. Capp. insuper 10. 11. 12. per totum : & cap. 13. v. 23. Item apud Joseph. Antiq. lib. 13. capp. 1. 2. 4. 5. 7. 8 9. & 10. Vid. etiam de bello Jud. lib. 1. cap. 2. in princip.

ET successit Jonathas fratri suo, & contendit ad Jordanem cum pauco numero. Quod cum nuntiatum esset Bacchidi, profectus est ad eum cum exercitu magno. Quem cum vidisset Jonathas, & viri ejus, transierunt Jordanem natando ; & insecutus est eos Bacchides, & exercitus ejus, ac circumdederunt. Jonathas autem irrupit in Bacchidem, & cedentibus hominibus Jonathæ, egressusque est de medio illorum ipse, & socii, & abierunt in Bersabee ; quem convenit Simeon frater illius, & morati sunt ibi : & concinnaverunt quicquid in munitione collapsum erat : & munierunt se ibi. At Bacchides profectus est ad eos, & obsedit ; ad quem egressus Jonathas, & frater ipsius, & qui cum illis erant viri noctu, interfecerunt de exercitu multitudinem virorum, atque incenderunt arietes, & tormenta bellica, et dispersus est exercitus, fugitq; Bacchides in desertum : quem insequens Jonathas, et Simeon, & qui cum illis erant viri, comprehenderunt illum. Qui cum vidisset eum, interitum sibi omnino adesse cognovit : quare præconio indixit Jonathæ pacem, juravitque se nunquam amplius bellum ipsi illaturum, & insuper restituturum universam captivitatem, quam ceperat de exercitu Judæ. Cui dexteram porrigens Jonathas, recessit ab illo ; nec intercessit amplius post hæc inter eos bellum. Non multum autem post hæc obiit Jonathas : & successit Simeon frater illius.

HISTORIA SIMEONIS FILII Mathathiæ.

CAP. XIX.

Cujus acta plenius narrantur Macc. lib. 1. capp. 13. 14. 15. & 16. Cujus morte & successione filii ejus Joannis Hircani Macc. lib. 1. terminatur. Habentur etiam apud Joseph. Ant lib. 13. capp. 11. 12. 13. 14. Vid. eandem de bello lib. 1. cap. 2.

TUm potitus est rerum Simeon filius Mathathiæ, & coegit quotquot remanserant de exercitu Judæ, & invaluerunt res ipsius, debellavitque omnes, qui inimicitias exercuerant in Judæos post necem Judæ fratris sui, & bene sese gessit erga populum suum, & directa sunt negotia regionis suæ. Quare expetivit eum Antiochus, & ipse est Demetrius filius Seleuci : & misit ad illum exercitum magnum: ad quem egressus est Simeon, & duo filii ejus, divisitque exercitum suum duas in partes, quarum unam secum retinens, alteram tradidit filiis. Tum profectus est ipse, & qui cum eo erant ad exercitum, misitque filios suos, & qui cum eis erant per aliam partem, & convenit cum illis, ut aggrederentur exercitum tempore eis constituto. Post hæc occurrit exercitui Antiochi, & oppugnavit illum, ac cœpit illi prævalere ; veneruntque duo filii ejus, cum jam commixtum esset bellum, & pugna invaluisset, & circumdederunt terga exercitus : & constitutus exercitus Antiochi inter duos exercitus exterminatus est, nec evasit quispiam virorum illius : nec reversus est amplius Antiochus ad oppugnandum Simeonem :

Verſio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

ودامت لآل يهودا السلامه والهدو طول ايام شمعون • وكانت مدّة ولايته سنتين • ثم وثب
به تُلماي زوج اخته فقتله في دعوةٍ كان فيها وقبض على امراته وابنيه • ووليّ ابن
شمعون وكان اسمه هرقانوس •

• خبر هرقانوس بن شمعون • • الفصل العشرون •

كان شمعون في حياته قد قوّد ابنه يوحانان وجمع اليه رجال كثيره وانفذه لمحاربة رجل
كان قد خرج عليه يقال له هرقانوس • وكان رجل عظيم الشان شديد الباس قديم
الرياسة • فلقيه يوحانان فهزمه وقتله فسمّي شمعون ابنه يوحانان هرقانوس لظفره بهرقانوس
وقتله اياه • فلما سمع هرقانوس هذا بقتل تُلماي لابيه خاف من تُلماي فهرب الي غزّة
فتبعه تُلماي في رجالٍ كثيرةٍ • فعاون اهل غزّة لهرقانوس واغلقوا ابواب المدينه ومنعوا
تُلماي من الوصول الي هرقانوس • فرجع تُلماي وصار الي داغون ومعه ام هرقانوس
واخواه • وكانت داغون يوميذٍ ذات حصن منيع • فسار هرقانوس الي بيت المقدس وقرّب
قرابين ووليّ في مكان ابيه وجمع عسكرًا عظيمًا ثم سار الي تُلماي • فاغلق تُلماي باب
داغون على نفسه واصحابه وتحصّن بها • فحاصره هرقانوس وعمل كبشًا من حديد
ليضرب به السور ويفتحه وطال القتال بينهما واستظهر هرقانوس على تُلماي وقرب من
الحصن وكاد ان يملكه • فلما راي تُلماي ذلك امر ان تُصعد ام هرقانوس واخواه على
السور ويعذّبوا باشد عذاب • ففعل ذلك بهم • فلما راي ذلك هرقانوس توقّف خوفًا من ان
يُقتلوا وترك القتال • فنادته امه وقالت • يا بني لا يسيك حبّك اليّ ورحمتك لي ولاخوتك
قبل ابيك ولا تدعن بسببنا الاخذ بثارن بل اقصص حق ابيك وحقي باجدّ ما انت
فيه • والذي تخافه علينا من هذا الظالم فليس بُدّ له من فعله بنا على ساير الوجوه
فجدّ في القتال ولا تفرّج عنه • فلما سمع هرقانوس كلام والدته جَدَّ في القتال فراد
تُلماي في عذاب امه واخوته وحلف انه يلقيهم من الحصن الي اسفل متي قرب
هرقانوس من الحصن • فتخوّف هرقانوس بان يكون سببًا لقتلهم • فعاد الي معسكره ولازم
محاصرة تُلماي • واتّفق حضور حج المظال فسار هرقانوس الي مدينة بيت المقدس ليحضر
العيد والحجّ والقربان • فلما علم تُلماي بمسيره الي بيت المقدس واشتغاله عنه
عمد الي ام هرقانوس واخوته فقتلهم وهرب الي مكان لم يصل اليه هرقانوس •

• خبر مسير انطيوخوس الي مدينة بيت المقدس الي محاربة هرقانوس •

• الفصل الواحد والعشرون •

فلما سمع انطيوخوس بقتل شمعون عقد جيشًا وسار به حتي وافي مدينة بيت المقدس
فنزل عليها وحاصرها ورام فتحها • فلم يقدر عليه لحصانتها وعلو اسوارها
وكثرة الرجال المقاتله بها • بعد ما راد الله صدّه عنها فعمد الي الجهه الشماليه من
المدينه فبني فيها مقابل السور مايه وثلثين برجًا واصعد الرجال عليها لمحاربة من
علو سور المدينة وجعل من حفر تحت الارض في موضع حتي انتهي الي اساس السور
فلقيه على خشب ثم اطلق فيه النار فوقعت من السور وقعه عظيمه كبيره •
فبادر رجال هرقانوس اليهم فمنعوهم عن الدخول وضبطوا موضع الثغر • ثم خرج
هرقانوس في اكثر رجال الحرب الي عسكر انطيوخوس وكثر فيهم القتل •

Et perduravit Judæis pax, & quies longitudi[ne] dierum Simeonis. Fuit autem tempus ipſius d[o]minii per duos annos. Dein irruit in illum T[o]lomæus Sororius, interfecitque illum in qu[o]dam convivio, cui aderat. Et comprehendit u[xo]rem, & duos filios illius, & ſuffectus eſt fili[us] Simeonis, cujus nomen erat Hyrcanus.

HISTORIA HYRCANI filii Simeonis.

CAP. XX.

Reſpondet cap. 15. lib. 13. Joſeph. Antiq. Jud. Vid. de bello. lib. 1. cap. 2.

CONſtituerat jam Simeon (ipſo vivente) d[u]cem filium ſuum Jochanam, & aggregat[is] viris quamplurimis, miſit illum ad debelland[um] virum quendam, qui in illum egreſſus erat, [di]cebaturque Hyrcanus. Erat autem vir magn[æ] famæ, fortis robore, & vetuſti principatus. C[ui] occurrens Jochanan, profligavit illum, quapro[p]ter nuncupavit Simeon filium ſuum Joch[a]nan, Hyrcanum, ob occiſum Hyrcanum, & v[i]ctoriam de illo reportatam. Cum autem audi[iſ]ſet Hyrcanus iſte Tolomæum interfeciſſe pa[]trem ipſius, timuit Tolomæum, fugitque in Ga[]zam, quem inſecutus eſt Tolomæus cum plur[i]bus viris. At opitulati ſunt cives Gazæ Hyrca[]no, & clauſerunt portas civitatis, prohibuerunt[]que Tolomæum pervenire ad Hyrcanum. Et re[]verſus Tolomæus abiit in Dagon, habens ſecum matrem Hyrcani, & duos fratres illius. Habe[bat] autem Dagon tunc arcem munitiſſimam. Hyr[]canus vero profectus eſt ad Domū ſanctam, [et] obtulit ſacrificia, & ſucceſſit patri ſuo; coeg[it]que exercitum magnum, & perrexit ad Tolo[]mæum: quamobrem clauſit Tolomæus portas Dagon ſuper ſe, & ſocios, & ſeſe munivit in ea. Et obſedit illum Hyrcanus fecitque arietem fer[]reum ad percutiendum murum, atque aperien[]dum: & diu duravit inter eos pugna, & præ[]valuit Hyrcanus contra Tolomæum, & acceſſit prope munitionem, & pene eam obtinuit. Cum ergo vidiſſet hoc Tolomæus, præcepit deduci matrem Hyrcani, & duos fratres illius ſuper murum, & ſupplicio affici vehementiſſimo, quod factum eſt illis. Videns autem hæc Hyrcanus conſtitit, & timens, ne interficerentur, deſtitit [a] pugna. Quem interpellavit mater illius, & ait: Fili mi, ne commovearis amore, & pietate erga me, et fratres tuos præ patre tuo, nec mollia[ris] affectibus propter captivitatem noſtram de[]ſcendi illum, ſed repoſce vindictam juris patris tui, et mei quantum vales. Quod autem times pro nobis a tyranno iſto, neceſſario omnino no[]bis facturus eſt: quare inſta oppugnationi, nulla interpolatione data. Cum ergo audiſſet Hyrca[]nus verba parentis ſuæ, inſtitit oppugnationi: quare auxit Tolomæus ſupplicia matri, et fra[]tribus illius; juravitque ſe præcipitaturum eos ex munitione deorſum, quoties accederet Hyr[]canus ad munitionem. Timuit itaque Hyrcanus ne cauſa eſſet necis eorum, et reverſus eſt ad caſtra ſua continuata obſidione Tolomæi. Acci[]dit autem ut adeſſet ſolennitas tabernaculo[]rum, quapropter profectus eſt Hyrcanus in ci[]vitatem Domus ſanctæ, ut præſto eſſet feſtivita[]ti, et ſolennitati, et ſacrificiis. Cum ergo cognoviſſet Tolomæus conceſſiſſe in Domum ſanctam, & ibi diſtineri, irruit in matrem Hyrcani & fratres illius, & occidit eos, fugitque in locum, ad quem pervenire non poterat Hyrcanus.

HISTORIA PROFECTIONIS Antiochi in civitatem Domus ſanctæ, ad oppugnationem Hyrcani.

CAP. XXI.

Habetur cum aliis apud Joſeph. Ant. Jud. lib. 13 ... & initio cap. 17. Vid. eund. de bello. lib. 1. ...

CUm autem audiſſet Antiochus Simeon[em] occubuiſſe, coegit exercitum, & profect[us] eſt, donec pervenit ad civitatem Domus ſanct[æ] & caſtrametatus eſt circa eam, & obſedit, inte[n]dens illam expugnare: at non valuit ob firmita[]tem, & altitudinem mœnium ipſius, et multitu[]dinem virorum bellatorū in ea. Volente au[tem] Deo, coercitus eſt ab illa: ſeſe enim contulit ad partem Septentrionalem civitatis, et extru[]xerat ibi e regione muri centum triginta turres et conſcendere fecit ſuper eas viros ad oppu[]gnationem eorum, qui mœnia civitatis conſcen[]dere intentarent. Et conſtituit qui ſuffoderent terram in quodam loco, donec perventū eſſet ad fundamentum muri: quod, cum ligneū compac[]tum eſſet, igni incenderunt, ceciditque ex muro pars magna valde. Et occurrerunt viri Hyrcani ad eos, et prohibuerunt ingredi, cuſtodientes locum ruinæ, et egreſſus eſt Hyrcanus cum potiori parte virorum bellatorum ad exerci[]tum Antiochi, et multam intulit eis clad[em].

فانهزم انطيوخوس واصحابه وتبعه هرقانوس واصحابه الي ان كشفوهم عن المدينة
ثم عادوا الي الابراج التي بناها انطيوخوس فهدموها واقاموا في المدينه وحولها
واقام انطيوخوس في مكان بينه وبين مدينة بيت الله نحو فرسخين • وحضر عيد
المظال فراسله هرقانوس برفع الحرب الي ان ينقضي العيد • فاجابه الي ذلك
وانفذ قربانًا وذهبًا وفضةً الي بيت الله • فامر هرقانوس الكهنه يقبلون ما ارسله
انطيوخوس ففعلوا • ولما راي هرقانوس والكهنه اعظام انطيوخوس لبيت الله راسله في
الصلح • فاجاب انطيوخوس الي ذلك وسار الي بيت المقدس فلقيه هرقانوس ودخلا جميعا
الي المدينه • وصنع هرقانوس لانطيوخوس ووجوه اصحابه دعوه واكلوا جميعًا وشربوا
واهدا اليه ثلثمايه بدرة ذهب وعاهد كل واحد منهم صاحبه على المسالمه والمعاونه
وصار انطيوخوس الي بلده • وحكي ان هرقانوس فتح كنزًا كان لبعض الملوك من ولد
داوود عليه السلام • فاخرج منه مالاً جزيلاً وترك فيه مثله وردّه الي ما كان عليه من
الخفيه • ثم بنا ما انهدم من السور واحكمه • ونظر في ساير ما اصلح امر رعيته
ومصالحها وسار فيهم احسن سيره • ولما وصل انطيوخوس الي بلده عزم على محاربة ملك
فارس لانه كان قد عصي منذ زمان انطيوخوس الاول • وراسل هرقانوس بالمسير اليه
فسار معه هرقانوس ومضي معه الي بلد الفرس • فلقيه عسكر الفرس وحاربه فنصر
عليهم انطيوخوس وظفر بهم وبذل السيف فيهم • ثم قام بمكانه وبنا بنياناً عجيباً
ليكون له ذكر في بلدهم • وسار بعد مدة الي لقاء ملك الفرس وتخلف عنه
هرقانوس لسبت حضرت وكان عيد العنصرة يعقبها • فالتقي ملك الفرس وانطيوخوس
وجرت بينهما حروب عظيمه هلك فيها انطيوخوس واكثر عسكره • وانتهي الخبر
الي هرقانوس فسار الي بلد الشام ونزل في طريقه على حلب فاستامن اليه اهلها
وحملوا اليه الخراج فرحل عنهم وعاد الي مدينة القدس واقام بها اياماً • ثم سار الي
بلد السمرة ونزل على نابلوس فمانعه اهلها عن الدخول اليها • فهدم ما كان لهم
في طور يزبيل من البنيان والهيكل وذلك بعد مايتي سنه مضت له منذ بناه سنبلاط
السامري • ثم قتل من كان من الكهنه في سبسطيه • وسار الي بلد ادوم
وهي جبال الشراه فاستامنوا اليه فوافقهم على ان يختتنوا ويدخلوا في دين التوراه •
وانهم اجابوه الي ذلك واختتنوا وتهودوا وتقوّوا لذلك الي ان خرب البيت الثاني • وسار
هرقانوس الي ساير من يجاور من الامم فاستامن اليه جميعهم وعاهدهم وعاهدوه على
السلام والطاعه • وارسل رسلاً الي الروم وكاتبهم في تجديد العهد بينهم وبينه • فلما
وصلت رسله الي الروم اكرموهم ورفعوا منزلتهم وسمعوا الرساله التي جاوا بها وقضوا
حوايجهم وكتبوا اليه جواب كتابه •

Et fugatus est Antiochus, & sui, quos persecutus est Hyrcanus cum suis, donec removissent a civitate. Tum reversi ad turres, quas extruxerat Antiochus, destruxerunt eas, & morati sunt in civitate, & circa illam. Antiochus vero castrametatus est in quodam loco, qui distabat a civitate domus Dei circiter duo stadia. Adveniente autem solennitate Tabernaculorum, misit legatos ad illum Hyrcanus de induciis, donec præteriret solennitas: quod concessit ei, misitque victimas, & aurum, & argentum ad domum Dei. Præcepitque Hyrcanus Sacerdotibus, ut susciperent, quod miserat Antiochus: & præstiterunt. Cum autem vidisset Hyrcanus, & Sacerdotes Antiochi reverentiam erga templum Dei, legatos ad eum misit de pace. Cui assensus est Antiochus, & profectus est in Jerusalem; occurrens ergo ei Hyrcanus ingressi sunt simul civitatem. Fecitque Hyrcanus Antiocho, & principibus ejus convivium: & comederunt una, & biberunt, & obtulit ei munus, trecenta talenta auri, & pepigit unusquisque eorum cum socio suo de pace, & auxilio ferendo, & abiit Antiochus in regionem suam. Fertur autem, Hyrcanum aperuisse thesaurum, qui fuerat quibusdam Regibus de filiis David, (cui pax) qui protulit inde pecuniam plurimam, & tantundem reliquit, restituens illum pristinæ occultationi. Tum construxit quod dirutum erat ex muro, & reparavit: & gregis sui utilitati, & commodo, provide consuluit, & recte erga eos sese gessit. Cum autem pervenisset Antiochus in regionem suam, decrevit oppugnare Regem Persidis, defecerat enim a tempore Antiochi primi: & misit legatos ad Hyrcanum, ut proficisceretur ad eum: & profectus est cum eo Hyrcanus, ac abiit in regionem Persidis. Cui occurrens exercitus Persarum congressus est cum eo, quos profligans Antiochus, reportavit victoriam ex illis, & gladio percussit eos. Tum stetit in loco suo, & construxit mirabile ædificium, ut esset ei in memoriam in regione eorum. Et perrexit post aliquod tempus in occursum Regis Persarum, & moratus est retro Hyrcanus causa Sabbati, cui Pentecoste instabat. Et sibi occurrerunt Rex Persidis, & Antiochus, ac intercessere inter eos bella maxima, in quibus periit Antiochus, & plures de exercitu ejus. Perveniente autem nuntio ad Hyrcanum, profectus est in regionem Syriæ, & oppugnavit in itinere Halepum: cui sese dederunt cives, deferentes ei tributa, & recessit ab illis, reversusque est in Civitatem sanctam, & moratus est ibi aliquos dies. Tum contendit in Samariæ regionem, & oppugnavit Neapolim, quem prohibuerunt cives eam ingredi. Et destruxit quicquid habebant ædificiorum in monte Jezabel, & templum: quod quidem fuit post ducentos elapsos annos, ex quo ædificaverat illud Sanbalat Samarita. Occidit præterea Sacerdotes, qui erant in Sebaste. Et profectus est in regionem Idumeæ, id est, montes Sarah, & sese illi dederunt: quibuscum convenit, ut circumciderentur, & ingrederentur religionem Torah, *seu legis Mosaicæ*. Cui morem gerentes circumcisi, et Judæi facti sunt, et confirmati fuerunt in hoc usque ad destructionem Domus secundæ. Et perrexit Hyrcanus ad omnes circumvicinas gentes, cui omnes in clientelam sese dederunt, et inierunt simul fœdus de pace et obedientia. Misit præterea legatos ad Romanos, scribens eis de renovatione fœderis inter sese. Cum pervenissent itaque ejus legati ad Romanos, honoraverunt eos, et exaltaverunt eorum locum, et auscultaverunt legationem, cujus causa venerant, et fecerunt negotia eorum, ac responderunt illius epistolæ.

• نسخة كتاب الروم الي هرقانوس • • الفصل الثاني والعشرون •

من الكهل والثلثمايه والعشرين مدبريه الي هرقانوس ملك يهودا عليك السلام
قد وصل الينا كتابك وقريناه وسررنا به وسالنا رسلك عن اخبارك • وعرفنا لهم
منزلة فضلهم في العلم والادب والفضل واكرمناهم واجلسناهم بحضرة الكهل فقضي
جميع حوايجهم وامر برد ساير المدن التي كان انطيوخوس غصبهم عليها اليكم
وترك معارضتكم في شي من دينكم • وازالة كل رسم رسمه عليكم انطيوخوس

EXEMPLAR EPISTOLÆ Romanorum ad Hyrcanum.

CAP. XXII.

Aliâ paulò formâ à Josepho recitatur Antiq. lib. 13. cap. 17. post initium.

A Seniore, et trecentis viginti rectoribus ejus, Hyrcano Regi Judæ, Salus. Jam pervenit ad nos epistola tua, quam legentes gavisi sumus. Et interrogavimus legatos tuos de rebus tuis. Agnovimus item locum dignitatis eorum in scientia, disciplina, et virtutibus; et honoravimus eos, et sedere fecimus in præsentia Senioris, qui expedire curavit omnia negotia illorum, præcipiens restitui vobis omnes urbes, quas vi abstulerat Antiochus, et auferri omnem obicem circa exercitium religionis vestræ, et irritum fieri quicquid in vos decreverat Antiochus.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

وامر ان تقر ساير المدن التي فتحها بيدك • وتقدم بالكتاب الي ساير اعماله باكرام رسلك
واعزازهم • وقد ارسل معهم رسولاً اليك اسمه قيناوس ومعه كتاباً اليك وحمله ايضاً رسالة
يذكرها لك • فلما وصل كتاب الروم الي هرقانوس سُمّي ملكاً وكان يسمي قبل ذلك
الكاهن الاكبر • فاجتمعت اليه منزلة الملك ومنزلة الكهانة • وهو من اول سُمي بالملك
من ملوك اليهود في مدّة البيت الثاني •

• خبر حرب هرقانوس الملك مع السمرة • • الفصل الثالث والعشرون •

ثم ان هرقانوس سار الي سبسطية وحاصر من بها من السمرة مدّة طويلة الي ان
اضطرهم الي اكل الجيف وهم مع ذلك صابرين له تخوفهم من سيفه واعتمادهم
علي من قد استنجدوا به من المقدونيين والمصريين • ثم حضر الصوم الكبير
الذي يحتاج هرقانوس ان يكون فيه حاضرا ببيت المقدس ليقرب فيه القرابين
هذا اليوم • فاستخلف بنيه علي الجيش وهما انطيغنوس وارسطبلوس وتقدم
اليهما بمحاصرة السمرة والتضييق عليهم • وتقدم الي العسكر بطاعة ابنيه
هذين واتباع امرهما • وسار الي مدينة بيت المقدس • فسار انطيوخوس المقدوني
لينجد اهل سبسطية • فاتصل خبره بابني هرقانوس فاستخلفا علي سبسطية من
يحاصرها • وسارا الي انطيوخوس فحارباه وهزماه وعادا الي سبسطية • ووافي من مصر
ليطرا بن قلبطرة الملكة لنصرة السمرة فلما اتصل خبره بهرقانوس سار اليه بعد
انقضي العيد فلقيه وقاتله قتالا شديدا وقتل من رجاله خلقا وانهزم ليطرا ولم
تعاود اهل مصر بعد هذا الي معاونة السمرة • وعاد الملك هرقانوس الي سبسطية فاقام
عليها الي ان فتحها بالسيف وقتل من بقي من اهلها وخربها وهدم سورها •

• خبر ليطرا بن قلبطرة وخروجه علي امه بمصر •

• الفصل الرابع والعشرون •

ثم ان ليطرا بن قلبطرة لما صار قوي بالمال والرجال عصي علي امه قلبطرة وعاونه
علي ذلك اكبر وجوه اهل الدولة • فعمدت قلبطرة الي رجلين من اهل اليهود يقال
لاحدهما خلقيا والاخر حننيا • فقدمتهما علي من بقي معها من عظماء المصريين
وولتهما علي جيش مصر • فاحسنا السيرة في العامة وحكما السياسة لامور الملك
فانفذتهما قلبطرة لمحاربة ليطرا • فصارا اليه وحارباه وهزماه وقتلا رجاله فهرب الي
قبرس واقام بها في نفر بقوا معه •

• ذكر فرق اليهود في ذلك الزمان •

• الفصل الخامس والعشرون •

كان اليهود في ذلك الوقت ثلثة فرق • احدهما الفروشيم وهم المعتزلة وقيل
النساك • ومذهبهم القول بما في التوراة علي ما فسر سلفهم • والثانية الصدوقية
وهم اصحاب رجل من العلماء يقال له صادوق • ومذهبهم القول في السمعيات
بنص التوراة وما دل عليه المكتوب فيها دون ما ليس بمنصوص ولا مدلول عليه
بما فيها • والفرقة الثالثة الحسدنيم وهم الفضلا • ولم يذكر صاحب الكتاب
مذهبهم الا ان يقتضيه اسمهم • هذا انهم كانوا يذهبون الي العمل بما هو
افضل وهو الاخذ من هذين المذهبين بما هو احوط في الدين واسلم في التوقي •

Præcepit quoque, ut firmæ maneant cunctæ ci-vitates, quas ipse expugnaverat. Mandavit præterea per epistolas omnibus suis provinciis ho-norari legatos tuos, atq; cohonestari. Misitet cum illis ad te legatum nomine Cynæum, ha-bentem secum epistolam; cui & legationem in-junxit: ut coram tecum ageret. Cum ergo pervenisset epistola Romanorum ad Hyrca-num, Rex nuncupari cœpit, cum antea Sacer-dos magnus nuncuparetur: coaluerunt itaque in eo dignitas Regni, & dignitas Sacerdotii. Fuit autem primus, qui nuncupatus est Rex ex Regibus Judæorum tempore domus secundæ.

HISTORIA BELLORUM Hyrcani Regis cum Samaritis.

CAP. XXIII.

Habetur apud Joseph. Ant. lib. 13. cap. 18. in princ. Vid. eund. de bello, lib. 1. cap. 2. ad finem.

Hyrcanus autem contendit in Sebesten, & obsedit Samaritas, qui erant in ea, longo tempore: donec eo necessitatis eos redegit, ut coacti fuerint vesci omni genere morticin. Hæc nihilominus æquo ferebant animo, timen-tes gladium ejus, & fiduciam habentes in Mace-donibus, & Ægyptiis, quorum opem implora-verant. Interea adest jejuniũ majus, cui præsens esse debebat Hyrcanus in Domo sancta, ut of-ferret Sacrificia hoc die. Suffecit itaque duos fi-lios suos, nempe Antigonum, & Aristobulum exercitui, præcipiens eis obsidere Samaritas, & in angustias redigere. Jussit quoque exercitum fi-liis suis obedire, & mandatis eorum obsequi: & profectus est in civitatem Domus sanctæ. Per-rexit quoque Antiochus Macedo ad opem fe-rendam civibus Sebestes: & perlata est fama ejus duobus filiis Hyrcani, qui, suffecto qui Sebestes obsessioni instaret, obviam Antiocho iverunt: quem oppugnantes fugaverunt, & reversi sunt Sebesten. Adventavit præterea ex Ægypto Ly-thras filius Cleopatræ Reginæ ad opitulandum Samaritis. Hujus nuntium cum perlatum esset ad Hyrcanum, contendit ad eum transacta jam solennitate: cui occurrens oppugnavit acerri-me, occiditque de viris ejus quamplures: & fu-gatus est Lythras, nec reversi sunt posthac Æ-gyptii opem ferre Samaritis. Et reversus est Rex Hyrcanus Sebesten, & institit in eam, do-nec gladio expugnavit, & occidit qui remanse-rant de civibus, & exterminavit eam, & mœ-nia destruxit.

HISTORIA LYTHRAE FILII Cleopatræ, & egressionis ejus contra matrem suam in Ægypto.

CAP. XXIIII.

Quædam de his Vid. apud Joseph. Antiq. lib. 13. cap. 18. in medio.

Lythras quidem filius Cleopatræ, cum robo-ratus esset bonis, & viris, descivit a matre sua Cleopatra: opitulantibus ei præclarissimis Regni. Accitos itaque Cleopatra duos viros de Judæis, quorum unus dicebatur Chelcias, alter vero Hananias, præposuit iis, qui secum rema-serant ex magnatibus Ægyptiorum, ac præfe-cit ambos copiis Ægypti. Hi autem bene ge-bant omnia erga plebem, & sapienter admini-strabant negotia regni. Hos misit Cleopatra ad oppugnandum Lythram: qui profecti ad eum inierunt bellum, & fugaverunt eum, profliga-tis viris ejus: qui fugit in Cyprum, ibique mo-rabatur cum paucis, qui secum remanserant.

MENTIO SECTARUM Judæorum eo tempore.

CAP. XXV.

Meminit earum Josephus Ant. lib. 13. cap. 9. ante fin. Defectionis vero Hyrcani, quæ etiam hic habetur, ejusd. lib. De Pharisæis consule Joseph. lib. Ant. cap. 3. post initium: de tribus vero sectis Ant. lib. cap. 2. sed præcipuè de bello, lib. 2. cap. 7. per totum.

Erant Judæorum eo tempore tres Sectæ: una Pharisæorum, id est, segregatorum, & religiosorum, quorum institutum erat asserere quicquid in lege continetur, secundum præde-cessorum expositiones. Secunda Sadducæorum, & sunt asseclæ viri cujusdam de doctoribus, no-mine Sadoc; quorum institutum erat asserere secundum ea, quæ percipiuntur ex Textu legis, & de quibus demonstratur ex ipsa Scriptura, non autem quod in Textu non extat, nec de-monstratur ex eo. Tertia vero Secta erat Ha-sidanim, seu virtutibus operam navantium: non meminit auctor libri institutum istorum, nisi quatenus hoc elicitur ex nomine: incumbebant enim iis operibus, quæ ad præstantiores virtu-tes accedebant, quod est, Seligere ex istis dua-bus institutis, quod est tutius in fide, securius ac cautius.

وقد كان هرقانوس اولًا من المعتزله ثم انتقل الي الصدوقيه لما قال له بعض المعتزله
ليس يجوز لك ان تكون كاهنًا عظيمًا لان امك سُبيت قبل ان تلدك في ايام
انطيوخوس وولد السبيه لا يصلح ان يكون كاهنًا عظيمًا• وكان خطابهم هذا
بحضرة كبراء المعتزله• وكان ذلك سبب انتقاله الي مذهب الصدوقيه• وكانوا
الصدوقيه يعادوا المعتزله فضربوا بينهم وبينه وحملوه علي ان قتل منهم من المعتزله
خلقًا كثيرًا وال الامر بينهم الي حرب وشرور عظيمه حصلت بينهم علي ممر السنين•

• ذكر موته هرقانوس ومدة مُلكه• • الفصل السادس والعشرون•

كان لهرقانوس ثلثة بنين انطيغنوس وارسطبلوس والاسكندر وكان هرقانوس محبًا
لانطيغنوس وارسطبلوس ومبغضًا للاسكندر• فراي في منامه ان الذي يملك من
بعده من اولاده هو الاسكندر فساه ذلك• وما راي ان يولّي في حياته احد ولديه الذين
يحبهما من اجل روياه ولم يملّك الاسكندر من اجل كراهيته اياه• فترك الامر ليجري
من بعد وفاته علي ما يريك الله عز وجل• وكان آل يهودا في زمان ابيه وزمان عميه
مجتمعين علي محبتهم والميل اليهم والطاعه لهم لمحاربتهم لاعداهم وحسن سيرتهم
فيهم• ولم يزالوا ايضًا مجتمعين علي محبة هرقانوس الي ان جري منه ما جري من
قتل المعتزله واباحة اليهود ومحاربة بعضهم بعض علي الدين• فتولدت بينهم
العداوات الدايمه والشرور المتصله والقتل الكثير• وكان ذلك سببًا لكراهية
اكثرهم لهرقانوس• وكانت مدة مُلكه حد وثلثين سنه وتوفي•

• خبر ارسطبلوس بن هرقانوس• • الفصل السابع والعشرون•

لما توفي هرقانوس وملك ارسطبلوس ابنه فاظهر كبرًا وتجبرًا واقتدارًا وكان يلبس تاجًا
عظيمًا علي راسه احقارًا لتاج الكهانه المقدس• ومال الي اخيه انطيغنوس وقدّمه علي
جميع اصحابه وقيّد اخيه الاسكندر وقيّد امه لمحبتها لاخيه الاسكندر• وانفذ اخاه
انطيغنوس فحاربه فظفر به وبساير اعوانه واشياعه فقتلهم ثم عاد الي مدينة بيت
المقدس ووافق ذلك علّة عرضت لارسطبلوس• فلما قرب انطيغنوس من المدينه
ذكرت له علّة اخيه• فلما دخل الي المدينه مضي الي بيت الله ليحمده علي ما تفضل به
من خلاصه من عدوه وليسل الله عز وجل ان يمنّ بعافية اخيه• فمضي بعض من
يعادي انطيغنوس ويحسده الي ارسطبلوس فقال له ان خبر علّتك قد اتصل باخيك
وقد وافي هو واصحابه متقلّدين بالسلاح وقد صار الي القدس ليوافق اصحابه علي ان
يكبسك فيقتلك• فخاف الملك ارسطبلوس ان يكون ما قيل له عن اخيه ان يعاجل
علي اخيه قبل ان يتحقق ما خبر به عنه• فامر ساير غلمانه ان يقفوا بالسلاح في موضع
لا وصول لقصر من غيره• وامر ان ينادي المنادي بان لا يصير احد الي الملك بشي
من السلاح الي دار الملك بغير اذن• ثم انفذ الي انطيغنوس يامره بالمصير اليه
فنزع انطيغنوس ما كان عليه من السلاح طاعةً للملك• فوافاه رسول
امراة اخيه ارسطبلوس وكانت مبغضه له• فقالت له ان الملك يقول لك قد اتصل
بي حسن هيئتك في دخولك المدينه وقد اردت ان اراك علي تلك الصوره
فصر الي بزيك حتي اشاهدك فاسر• فلم يشك انطيغنوس ان هذه الرساله من
الملك كما قال الرسول وانه لم يرض له ان يساوي غيره في ازالة السلاح عنه

Hyrcanus autem fuit primo ex Pharisæis, tum migravit ad Sadducæos, eo quod dixerat illi quidam Pharisæorum: Non licet tibi esse Sacerdotem magnum, quia mater tua captiva fuit antequam te gigneret in diebus Antiochi: filium vero captivitatis non decet esse Sacerdotem magnum. Erat autem colloquium hoc præsentibus Pharisæorum Principibus. Quod quidem causa fuit transmigrationis ejus ad institutum Sadducæorum. Sadducæi autem inimicitias exercebant cum Pharisæis; quare inter eos discordias nutriebant, & eo induxerunt illum, ut interfecerit de Pharisæis multitudinem plurimam, eoque devenit rerum calamitas, ut bella, & mala multa inter eos longo annorum spatio duraverint.

MENTIO OBITUS HYRCANI, & temporis regni illius.

CAP. XXVI.

Vid. Joseph. Ant. lib. 13. cap. 18. in fine. Et de Bello lib 1. cap. 3. in initio.

ERant Hyrcano tres filii, Antigonus videlicet, Aristobulus, & Alexander. Diligebat autem Hyrcanus Antigonum, & Aristobulum: exosus vero erat ei Alexander. Vidit autem aliquando in somniis, quod regnaturus esset post se de filiis Alexander, quod mœrorem ei attulit. Nec illi visum est, ipso vivente, præficere quempiam filiorum suorum, quos diligebat, propter visionem: nec Alexandrum constituere Regem, quod invisus ei erat. Quare dimisit negotium, ut eum haberet eventum post obitum suum, qui Deo Opt. Max. erit in placitis. Erant autem Judæi tempore patris illius, & patruelium, consentientes in amore illorum, & propensi ad illorum obedientiam, ob hostium suorum debellationem, & res optime gestas ab eis. Perstiterunt quoque conjuncti in amore Hyrcani, donec perpetrata est ab illo cædes Pharisæorum, & exterminium Judæorum, ac civilia bella ob religionem. Hinc obortæ sunt perpetuæ inimicitiæ, & continuata mala, & multæ clades. Quod quidem causa fuit multis detestari Hyrcanum. Fuit autem tempus regni illius triginta, & unius annorum, & defunctus est.

HISTORIA ARISTOBULI filii Hyrcani.

CAP. XXVII.

Habetur apud Joseph. Ant. lib. 13. cap. 19. & de Bello lib. 1. cap. 3. paulò post initium.

DEfuncto Hyrcano, regnavit post illum Aristobulus filius ejus, qui ostentavit fastum, superbiam, & potentiam, imponebatque capiti suo magnum Diadema, in despectum Diadematis Sacerdotii sancti. Propensus autem erat in fratrem suum Antigonum, quem prætulit omnibus amicis suis; Alexandrum vero fratrem suum in vinculis habuit, itidem & matrem suam, ob amorem illius erga Alexandrum. Et misit fratrem suum Antigonũ, qui oppugnavit eum, & vicit eum cum omnibus fautoribus & copiis, quas profligavit, & reversus est in civitatem Domus sanctæ. Accidit autem hoc, cum infirmus jaceret Aristobulus. Cum itaque accederet ad civitatem Antigonus, nuntiata est ei fratris ægritudo: qui ingressus civitatem, adiit Domum Dei, ut gratias ageret de collato sibi benefitio liberationis ab hoste, & efflagitaret Deum Opt. Max. ut fratri valetudinem largiretur. Petunt ergo quidam de hostibus, & osoribus Antigoni Aristobulum, & dicunt; Utique ægritudinis tuæ nuntium fratri tuo perlatum est, & ecce adventat cum sociis, instructus armis, & jam perrexit in Sanctuarium conciliaturus sibi socios, ut irruat in te, & occidat. Et timuit Rex Aristobulus ne ob id, quod sibi dictum est, citius properaret in fratrem suum, antequam certior fieret de relatis. Quamobrem præcepit universis pueris suis, ut armis instructi sisterent in loco quodam, quem declinare nequit, quicunque ejus petit palatium. Jussit præterea præconio præcini, ne quis ullo armorum genere instructus, in aulam ad Regem injussus accederet. Post hæc misit ad Antigonum, præcipiens ad se venire: quare exutus est Antigonus armis morem gerens Regi. Interim adventavit ad eum legatus uxoris fratris sui Aristobuli (quippe exosus ei erat) quæ ait illi; Rex tibi dicit; Jam nuntiata mihi est pulchritudo habitus tui, cum ingredereris civitatem, & jam cupio te contemplari sub hac forma: quare perge ad me in hunc modum, ut intuens te gaudeam. Nec dubitavit Antigonus hanc legationem esse a Rege, ut retulerat legatus, & quod eum nequaquam cæteris in armorum depositione vellet æquare;

فسار اليه بزيه وهيئته فلما انتهي الي الموضع الذي امر ارسطبلوس رجاله بالوقوف
عليه وقتل من جاء اليه بالسلاح وراوه القوم لابسا سلاحه شدوا عليه فقتلوه للوقت
وجري دمه على الرخام في الموضع • فعظمت صرخة الناس وعلا بكاوهم وضجيجهم اسفا
على قتل انطيغنوس لحسنه في نفسه وجميل تلاليه وما فعل • فلما سمع الملك
صرخة الناس سال عن الخبر فعرف بان انطيغنوس قد قتل • فعظم ذلك عليه لمحبة
كانت له عنك ولانه لم يستحق ذلك منه وعلم بان حيله عملت على اخيه • فصرخ
وبكي بكاء شديدا وضرب صدره كثيرا فتفرقت بعض عروق صدره ففاض الدم
من فيه • واقبل اليه غلمانه ووجوه اصحابه بالتعزيه والمداراة والتلطف به لمنعه عن مثل
ذلك الفعل اشفاقا من هلاكه اذ كان عليلا واشرف على نفسه بما فعله • واحضروا
طشتا من ذهب لاستقبال الدم الذي كان ينبعث من فيه • وانفدوا الطشت بما فيه
من الدم مع بعض الغلمان الي الطبيب ليشاهد ويشير بما يستعمل له • فمضي
الغلام بالطشت • فلما صار الي الموضع الذي فيه قتل انطيغنوس وجري فيه دمه
زلق الغلام ووقع وانصب ما كان في الطشت من دم الملك على دم المقتول • فعاد
الغلام بالطشت وعرف خاصة الملك بما جري • فاقبلوا عليه بالشتم والتعنيف وهو
يبري ويحلف انه لم يقصد ذلك ولا اراده • فسمع الملك ما كانوا فيه فسال ان يعرفوه
ما يقولونه فامتنعوا من ذلك فجزم عليهم فعرفوه • فقال سبحان الحاكم العدل الذي
صب دم الظالم على دم المظلوم • ثم شهق فمات للوقت وكانت مدة ملكه سنة كاملة
وبكاه ساير رعيته لانه كان شجاعا مظفرا جوادا • ثم ملك اخوه الاسكندر بعده •

• ذكر الاسكندر بن هرقانوس • • الفصل الثامن والعشرون •

لما مات ارسطبلوس فك القيد عن اخيه الاسكندر واخرج من الحبس وولي الملك •
وكان صاحب عكه قد عصي وارسل لليطرا بن قلبطره وساله ان يعينه على ان
يكون من قبله فابي عليه كثيرا خوفا مما لقيه من هرقانوس • فشجعه الرسول
بمعاضدة صاحب صور وصيدا وغيرهما له • فسار ليطرا بثلثين الف رجل • واتصل
الخبر بالاسكندر فسبقه الي عكه فنزل عليها واغلق اهل عكه الباب في وجهه ومانعوه •
فضيق عليهم الاسكندر واقام محاصرا لهم الي ان ورد اليه الخبر بمسير ليطرا فتنحا
عنهم • ووافاهم ليطرا واصحابه • وكان في اهل عكه شيخ مقبول القول • فاشار على اهل
البلد بان لا يسمحوا بدخول ليطرا الي مدينتهم ولا يستجيبوا الي طاعته اذ هو على
غير دينهم • وقال لهم ان طاعة الاسكندر الذي هو من اهل دينكم اصلح لكم
من طاعة ليطرا علي كل وجه • ولم يزل بهم الي ان قبلوا قوله ومنعوا ليطرا من الدخول
الي عكه وامتنعوا عن الدخول في طاعته • فحار ليطرا في امره ولم يدر ما يصنع •
فاتصل ذلك بملك صيدا فراسله ان يعاضده على محاربة الاسكندر اما ان يظفرا
به او ببعض مداينه فيبكتاه بذلك فيرجع ليطرا الي بلاده وقد اثر اثرا يهاب
به • فيكون ذلك اصلح له من ان يرجع علي الحال التي حصل عليها • فاتصل
ذلك بالاسكندر فراسل ليطرا بالجميل وحمل اليه هدية نفيسة ووافقه الا يعاون
صاحب صيدا • فقبل ليطرا هدية الاسكندر واجاب سواله • وسار الاسكندر الي صيدا
وقاتل صاحبها فنصره الله عليه وقتل خلقا كثيره من رجاله وهزمه وتسلم بلده •

Et adivit illum eo modo & habitu. Qui cu[m]
pervenisset ad locum illum, in quo jusserat [...]
Aristobulus viros suos sistere, & occidere qui[...]
cunque illuc armatus adventaret: & vidisse[nt]
illum viri instructum armis suis, insiterunt in [il]
lum, & illico occiderunt: & fluxit sanguis ej[us]
super marmora eo in loco. Et invaluit clam[or]
hominum, ac elevatus est eorum fletus, & ulula[...]
tus, condolentes necem Antigoni ob illius spe[...]
ciositatem, & sermonis elegantiam, & ea quæ fe[...]
cerat. Audiens itaque Rex clamorem homin[um]
interrogavit de re, percepitq; Antigonum cæ[sum]
esse: quod summum attulit ei mœrorem; [...]
propter amorem, quo illum prosequebatur; [...]
quod talia non merebatur: & cognovit insid[ias]
fratri tensas fuisse: & exclamavit, flevitque fle[tu]
magno, & continenter percussit pectus; ita [ut]
disrumperentur quædam venæ illius pector[is]
& erumperet sanguis de ore ipsius. Accesser[unt]
autem ad illum pueri, & principes amicoru[m]
ejus, consolantes, & lenientes, & blandientes [...]
ut ipsum distinerent ab hujuscemodi opere, ve[...]
ti, ne periret, cum esset æger, & prope anima[m]
exhalaret propter ea, quæ ab ipso gesta fu[...]
Acceperunt autem catinum aureum ad excipien[...]
dum erumpentem ex ore sanguinem, & mise[...]
catinum cum sanguine, qui in eo erat per que[n]
dam puerorum, ad medicum, ut videret & co[n]
suleret quid ei adhibendum esset. Et abiit pu[er]
cum catino, & cum advenisset in locum, in q[uo]
occisus fuerat Antigonus, & fluxerat sang[uis]
ejus, prolapsus est puer, & cecidit, & eff[usus]
est qui erat in catino ex sanguine Regis, sup[er]
sanguinem *fratris* sui occisi. Et reversus est pu[er]
cum catino, indicavitque aulicis quod acciden[...]
Qui, injuriis, & contumeliis impetiverunt ju[sti]
ficantem, & jurantem id se haud ex indus[tria]
vel sponte intendisse. Cum autem audisset Re[x]
contendentes, petiit, ut sibi indicarent quid [...]
querentur, qui se continuerunt; at ubi com[...]
natus est, indicaverunt ei. Qui ait: Laus jud[ici]
justo, qui effudit sanguinem oppressoris sup[er]
sanguinem oppressi. Tum ingemuit, & mortu[us]
est statim: & fuit tempus regni illius unius e[x]
acti anni. Et flevit illum totus grex illius, q[ui]
erat magnanimus, victor, liberalis: & regna[vit]
post illum Frater illius Alexander.

MENTIO ALEXANDRI
filii Hyrcani.

CAP. XXVIII.

Convenit pars prior capitis cum Josepho Ant. lib. 13. ca[p.] vid. etiam de Bello lib. 1. cap. 3. circa medium. Post[e]rior de victo à Lathuro ad Jordanem Alexandro, [...] nieme Cleopatra in subsidium, cæterisque [...] quadantenus cum Josepho Ant. lib. 13. cap. 21. [...] Quædam etiam ex eis de Bello lib. 1. cap. 3.

POstquam mortuus est Aristobulus, vinculis [so]
lutus est frater illius Alexander, & e carc[ere]
eductus successit in regnum. Rebellaverat [au]
tem Præfectus urbis Acche, *quæ est Ptolemais*, [&]
miserat legatos ad Lythram filium Cleopat[ræ]
flagitans, ut auxilio sibi esset, reciperetque [in]
clientelam, qui multum recusavit, timens c[...]
quæ hactenus sustinuerat ab Hyrcano. Cu[...]
mos addidit legatus ob promissa auxilia Do[mini]
Tyri, & Sydonis, aliorumque. Et profectus [est]
Lythras cum triginta millibus virorum: & p[er]
lata est fama Alexandro, qui antevertit eu[m]
Ptolemaidem, & invasit eam, clauseruntq; [...]
Ptolemaidis portam in faciem ipsius, & p[ro]
hibere eum conabantur. Quare coarctaba[t]
Alexander, institit que obsidens, donec nunti[atum]
est ei de profectione Lythræ: tunc enim rec[essit]
ab eis, adventante Lythra cum suis. Erat au[tem]
inter Ptolemaidenses cives senex quidam acc[...]
auctoritatis, qui persuasit civibus, ne Lythram [in]
gredi civitatem suam permitterent, nec ejus ob[e]
dientiam admitterent, cum sit alterius relig[ionis].
Ait illis quoque: Conducibilior quidem v[...]
undequaque erit obedientia Alexandro, qui e[jus]
dem religionis est, quam obedientia Lythræ, [...]
destitit donec admiserunt ipsius sententiam, [...]
prohibuerunt Lythram ingredi Ptolemai[dem]
negantes ei obedientiam. Et hæsit Lythras c[...]
res suas, nec deliberabat, quid sibi agendum e[sset].
Et perlatum est hoc Regi Sidonis, ad quem m[isit]
legatos, ut ei auxilio esset in bello contra Alex[an]
drum, vel ut expugnarent illum, aut aliquas e[jus]
civitates, & punirent eum in hoc, & sic reverte[re]
tur Lythras in regionem suam, gestis iis, qu[æ il]
lum timendum redderent, quod sane condu[cibi]
lius illi fore, quam rebus infectis reverti. Et n[un]
tiatum est hoc Alexandro, qui misit ad Lyth[ram]
honestam legationem cum pretiosissimo mu[nere]
re, & statuit cum illo, ne auxilio esset Do[mino]

Sidonis. Et acceptavit Lythras munus Alexandri, annuens ejus petitioni. Alexander autem profectus est Sidonem, & oppugnavit Dominum ejus, quem [vi]ctorem reddidit Deus adversus eum, occiditque multitudinem plurimam de viris ejus, & ipso fugato, obtinuit illius regionem.

Versio ARABICA cum Interpretatione LATINA.

ثم ان الاسكندر راسل قلبطرن في ان تسير عسكرها الي ليطرا ابنها ليسير هو
ايضا بعسكره اليه ويقبل اليه ويسلمه اليها • فعلم ليطرا بذلك فسار الي جبل
الجليل فقتل من اهله خلقا كثيره وسبي عشرة الاف وقتل من رجاله خلق
كثير • ثم سار حتي وافي الاردن فنزل عليه ليريح برجاله ودوابه ثم يسير لبيت
المقدس لمحاربة الاسكندر • فاتصل خبره بالاسكندر فسار اليه في خمسين الف منهم
ستة الاف رجل معهم اتراس نحاس ويقال ان كل واحد منهم يقاوم عدة رجال • فوافاه
على الاردن وواقعه هناك فلم يرزق ظفرا لانه كان واثقا برجاله معتمدا عليهم وعلي
عددهم • وكان مع ليطرا رجال ذا معرفة بالحروب وتدبيرها • فاشار عليه ان يقسم اصحابه
قسمين • قسم يكون مع ليطرا ومن معه للحرب • وقسم مع احد اصحابه • فقاتل الي
نصف النهار وقتل من رجاله خلق كثيره • وخرج صاحبه بمن معه من بقية العسكر
وهم مستريحون على الاسكندر واصحابه وقد اجهدهم التعب فتمكن منهم كما اراد
وقتل منهم خلقا كثيرا • وانهزم الاسكندر ومن بقي من رجاله الي مدينة بيت
المقدس • ثم سار ليطرا عند المساء الي قرية بقربه فوافا به نسوه من اليهود وصبيان
فامر بقتل بعضهم وطبخ لحمه واظهر ان في اصحابه من ياكل لحوم الناس • وانما اراد
بذلك تخويف اهل البلد من اصحابه • ثم وافت قلبطرن فاستقبلها الاسكندر وعرفها
ما صنعه ليطرا باصحابه ووافقها على ان يسير معها في طلبه • فاتصل ذلك بليطرا
وهرب الي حيث كانت سفنه مقيمه وركب فيها وعاد الي قبروس وعادت قلبطرن الي
مصر • ولما كان في السنه الاخري سار الاسكندر الي غزه لان صاحبها عصي عليه
وبعث الي بعض ملوك العرب واسمه هرتم ليعاونه • فاجابه الي ذلك وسار الي غزه
فاتصل ذلك بالاسكندر فخلف بعض رجاله على غزه وسار الي هرتم وواقعه فهزمه
ثم عاد الي غزه واقام عليها الي تمام سنه ففتحها • وكان السبب في فتحه لها ان
اخو سلطانها وثب به فقتله • فطلب اهل المدينه ان يقتلوه فجمع اصحابه ومضي
الي باب المدينه ونادي الي الاسكندر وساله ان يعطيه ولمن معه الامان ويدخل
الي المدينه • فامنهم الاسكندر ودخل الي غزه وقتل اهلها وخرب هيكلا كان
فيها واحرق صنما كان من ذهب في ذلك الهيكل • ثم سار الي مدينة بيت
المقدس وعيد بها عيد المظال • ثم سار بعد انقضاء العيد الي هرتم فحاربه وقتل
من رجاله خلقا كثيرا واشتد الامر على هرتم وضاق وخاف التلف على نفسه
فاستامن الي الاسكندر ودخل تحت طاعته وادي اليه الخراج فارتحل الاسكندر عنه
وسار الي حماة وصور ففتحهما واخذ الخراج من اهلهما وعاد الي مدينة بيت المقدس

• ذكر ما جري من الحرب بين المعتزله والصدوقيه •

• الفصل التاسع والعشرون •

ثم حدثت شرور بين المعتزله والصدوقيه ودامت مدة ستة سنين وعاون الاسكندر
الصدوقيه على المعتزله فقتل منهم في مدة ستة سنين خمسين الفا • فصد
الحال بين الفريقين فسادا تاما وتاكدت العداوه • فاستحضر الاسكندر
شيوخ الفريقين ولطف بهم وتضمن لهم انه يبلغ محبتهم • فاجابوه بانك
مستوجب عندنا القتل لكثرة ما سفكت من الدم الزكي فليس بيننا وبينك الا السيف

Post hæc misit Alexander legatos ad Cleopatram, ut proficisceretur cum exercitu ad Lythram filium suum, ut pergeret & ipse cum exercitu suo ad eundem, & captum traderet ei. Quod cognoscens Lythras abiit in montem Galilææ, & occidit de incolis multitudinem plurimam, & decem captivorum millia abduxit: & cæsa est de viris ejus multitudo magna. Inde profectus est quoadusq; pervenit ad Jordanem, & castrametatus est ibi, ut requiem caperent viri, & jumenta ipsius; deinde proficisceretur in Jerusalem ad oppugnandum Alexandrum. Quod nuntiatum est Alexandro, & contendit ad illum cum quinquaginta millibus, e quibus sex millia virorum habebant æneos clypeos: fertur autem quod unusquisq; eorum aptus esset resistere alicui numero virorum. Et invasit illum ad Jordanem, & congressus est cum illo ibi, at non obtinuit victoriam, quoniam fidebat in viris suis, & in eorum numero collocaverat fiduciam. Erant autem cum Lythra viri peritissimi in bellis, & instruendis aciebus: qui illi consuluerunt, ut divideret suos duas in partes: ita quidem, ut una pars esset cum Lythra, & cum suis ad prælia; altera vero cum aliquo suorum. Qui pugnavit usque ad Meridiem, & cæsa est de viris ejus multitudo magna. Et prodiit amicus ejus cum iis, qui secum erant de reliquo exercitu, integris viribus, contra Alexandrum, & suos, quos jam oppresserat labor, & obtinuit eos ut voluit, occiditque ex eis multitudinem plurimam: & fugit Alexander, & qui remanserant cum eo viri in civitatem Domus Sanctæ. Abiit quoque Lythras prope vesperam in oppidum quoddam proximum, & occurrerunt ei casu mulieres quædam de Judæis, & pueri, mandavitque occidi quosdam eorum, & coqui carnes, simulans inter suos esse, qui vescerentur carnibus humanis; intendens his incutere timorem suorum incolis regionis. Adventavit post hæc Cleopatra, quam excepit Alexander, & indicavit ei, quod fecerat Lythras suis, statuitque abire cum ea ad illius inquisitionem: quod cum perlatum esset Lythræ perfugit ad locum, ubi erat statio navium illius, quas conscendens reversus est in Cyprum: Cleopatra vero in Ægyptum rediit. Exacto autem anno profectus est Alexander in Gazam, quippe Dominus illius defecerat ab illo, & miserat ad quendam Regum Arabum nomine Hartam, ut sibi auxilio esset: cui annuit, & profectus est in Gazam, quod perlatum est ad Alexandrum, qui relictis quibusdam de viris suis contra Gazam, profectus est ad Hartam, & conseruit cum illo manus, & fugavit eum. Dein reversus est in Gazam, & instans adversus eam, exacto anno expugnavit. Fuit autem expugnationis hujus causa, frater Domini illius, qui irruens in illum occidit. Hic, civibus quærentibus illum occidere, cogens amicos, abiit ad portam civitatis, interpellavitque Alexandrum, petens ut data sibi, suisque securitate, ingrederetur urbem: quibus data Alexander dextra ingressus est Gazam, & occidit cives ejus, atque evertit templum, quod in ea erat, ac succendit Idolum aureum, quod in templo erat. Quibus peractis perrexit in civitatem Domus Sanctæ, ibique celebravit festum Tabernaculorum. Exacto itaque festo sese expedivit contra Hartam, quem oppugnavit, occiditque de viris ejus multitudinem plurimam: & coarctatæ sunt valde res Hartam, & in angustiam redactæ, timuitque sibi ultimum exterminium. Quare securitatem ab Alexandro poscens, præstitit illi obedientiam, & tributa ei contulit. Discessitq; ab eo Alexander, & profectus est in Hemat, & Tyrum, & expugnavit eas, & accepto tributo a civibus, reversus est in civitatem Domus Sanctæ.

MENTIO PRÆLIORUM, QUÆ contigerunt inter Pharisæos, & Sadducæos.

CAP. XXIX.

De prælis inter Pharisæos & Sadducæos nil Josephus. At de prælis Alexandri & Judæorum, in fine cap. 21. lib. 13. Antiq. & de Bello lib. 1. cap. 3. De Demetrio verò primùm Alexandrum debellante, postea ab eodem devicto, quæ in hoc cap. recensentur; Cap. 22. prædicti lib. 13. Antiq. & eod. cap. 3. de Bello. Cæterùm & hic, ut & alibi, non consentire historiam hanc Arabicam cum Josepho notandum est: quæ Demetrium ab Alexandro occidi refert, quem Josephus apud Parthorum regem detentum, sed in honore habitum, morbo absumptum esse scribit, in fine cap. 22. lib. 13. Antiq.

DEinde contigerunt mala inter Pharisæos, & Sadducæos, & perduraverunt sex annorum spatio. Et auxilio fuit Alexander Sadducæis contra Pharisæos, e quibus interfecta sunt spatio sex annorum, quinquaginta millia. Quare rerum status inter utramque Sectam ad internecionem usque corruptus est, & penitus confirmatæ sunt inimicitiæ. Accitos itaque Alexander seniores utriusque Sectæ blande allocutus est, & ad reconciliationem hortatus. Cui responderunt: Utique nece secundum nos dignus es, ob effusam sanguinis innocentis copiam: quare inter nos nihil intercedat nisi gladius.

ثم ظاهر القوم بعد ذلك بالخلاف عليه وراسلوا دمتريوس المقدوني في ان يجيهم في
عسكر ويضمنوا له انهم يعاونوه علي الاسكندر واصحابه وانهم يردون آل يهودا الي
طاعة المقدونيين فسار اليهم دمتريوس في جيش عظيم • واتصل ذلك بالاسكندر
فانفذ الي من استاجر له ستة الاف رجل من المقدونيين واضافهم الي رجاله وسار الي
دمتريوس • وسارت الي دمتريوس جماعة من اليهود المعتزله • فدس دمتريوس الي
المقدونيين الذي مع الاسكندر من يثنيهم عنه فلم يجيبوه الي ذلك • ودس
الاسكندر الي من مع دمتريوس من اليهود من يستميلهم اليه فلم يجيبوا الي ذلك •
والتقي الاسكندر ودمتريوس ووقع بينهما حرب هلك فيه جميع رجال الاسكندر
ونجي هو وحده الي بلد يهودا • فلما سمع اصحابه بانه قد سلم وعرفوا مكانه فاجتمع اليه
منهم نحو ستة الاف رجل جبابرة بني اسرائيل واستامن اليه جماعة ممن كان قد مضي
الي دمتريوس • ثم تبادروا اليه الناس من كل موضع فعاد الي محاربة دمتريوس في خلق
عظيم فهزمه ورجع دمتريوس الي بلده • وسار اليه الاسكندر الي انطاكيه واقام عليها
ثلثة سنين فخرج اليه دمتريوس يقاتله فظفر به الاسكندر فقتله • وسار عن المدينه
وعاد الي بيت المقدس الي عند اهلها واعظموه واكرموه وشكروه علي محاربته لاعدايهم
واتفق آل يهودا علي طاعته فاطمن قلبه • وانفذ سراياه الي ساير اعدايه فظفر بهم
ونصر عليهم • فملك جبال الشراه وبلد عمان وموآب وبلد فلسطين وساير ما كان بيد
العرب المحاربين له الي حدود البريه • واستقام امر ملكه وامن رعيته وامن بلاده •

• ذكر وفاة الاسكندر بن هرقانوس •   • الفصل الثلثون •

ثم اعتل الاسكندر الملك بحمي الرباع فدامت عليه ثلثة سنين • فعصي عليه صاحب
مدينه يقال لها رغبه فسار اليها بعسكر قوي واخذ معه زوجته واهله فنزل علي المدينه
فلما اشرف علي فتحها قويت عليه العلة واشفي منها • فايست منه زوجته وكان يقال لها
الاسكندره • فتقدمت اليه وقالت له قد علمت ما بينك وبين المعتزله وابناك صبيان
صغيران وانا امراه ونحن جميعا نضعف عن مقاومتهم فما الراي عندك لي ولهم • فقال
لها الراي عندي ان تقيمي علي هذه المدينه حتي تفتح لان فتحها قد قرب • فاذا فتحت
فرتبي امرها علي حسب ما رتبت امثالها • وتظهري في جميع ذلك اني عليل وانك انما
تصدرين عن رايي في جميع ما تفعلين واكتمي موتي لمن تثقين به من
خدمك • فاذا فرغت من ذلك فسيري الي مدينة بيت المقدس بعد ان تكوني
قد صبرتي جسمي الي ان اجف ولا تخلي موضعي من الطيب الكثير حتي
لا تظهر مني رايحة مكروهه • واذا استقر امر البلد وسرت من هذا الموضع
فادرجيني في طيب كثير وادخليني الي قصري كاني عليل فاذا حصلت فيه
فاستدعي وجوه المعتزله • فاذا احضروك فاكرميهم وخاطبيهم بالجميل ثم قولي لهم
ان الاسكندر قد مات وهوذا اسلمه اليكم فاصنعوا به ما احببتم وانا لكم من
بعده من حيث تحبون • فاذا فعلت ذلك فانا اعلم انهم لا يفعلوا بي وبكم الا
الجميل والعامه تتبعهم فيستقيم امرك من بعدي ويكون الامر لك الي ان
تكبرا ابناك • ثم توفي الاسكندر واخفت زوجته موته وفتحت المدينه ثم سارت
الي بيت المقدس واستدعت وجوه المعتزله وخاطبتهم بما وصاها به الاسكندر •

Tum post hæc palam exercere inimicitias cœpe-
runt, mittentes legatos ad Demetrium Macedo-
nem, ut cum exercitu ad se adventaret, pollici-
tantes se illi auxilio fore contra Alexandrum, &
suos; & Hebræos in Macedonum obedientiam
reducturos: ad quos profectus est Demetrius cum
exercitu magno. Quod, & Alexandro nuntiatum
est, qui misit qui sibi conduceret mercede sex mil-
lia virorum de Macedonibus, quos viris suis adji-
ciens, contendit ad Demetrium. Abierunt quo-
que ad Demetrium multi de Judæis Pharisæis: &
misit Demetrius clam ad Macedones, qui erant
cum Alexandro, qui illos avocaret ab illo; at ne-
quaquam morem ei gesserunt. Misit & Alexander
clam ad Judæos, qui erant cum Demetrio, qui il-
los in suam inclinarent partem: at neque hi mo-
rem gesserunt ipsi. Et occurrentes Alexander, &
Demetrius prælium commiserunt, in quo omnes
Alexandri viri perierunt: & evasit ipse solus in
regionem Judæ. Obaudientibus autem suis, quod
incolumis evasisset, & cognoscentibus locum in
quo erat, congregata sunt ad eum circiter sex
millia virorum fortissimorum filiorum Israel; &
sese ei commiserunt multi de illis, qui defecerant
ad Demetrium. Dein confluxerunt ad eum homi-
nes undique, & reversus est ad oppugnationem
Demetrii cum multitudine magna, & fugavit
eum: reversusque est Demetrius in regionem
suam. Et contendit Alexander contra illum in
Antiochiam, & obsedit eam tribus annis; egre-
dientem autem Demetrium ad pugnam vicit Ale-
xander, & occidit; recessitque ab urbe, & rever-
sus est in Jerusalem ad cives; quem magnifice-
runt, honorantes, atque laudantes pro expugna-
tis hostibus: consenseruntque Judæi illi obedire,
& conquievit cor ejus; misitque exercitus suos ad
universos hostes, quos profligavit, & victoriam
reportavit de illis. Potitusque est montibus Sarah,
& regione Ammon, & Moab, & regione Palæ-
stinorum, & omnibus, quæ erant in manu Ara-
bum, qui cum illo decertabant, usque ad termi-
nos solitudinis. Et directæ sunt res Regni illius,
& securum reddidit gregem suum, & regionem
suam.

MENTIO OBITUS ALEXANDRI
filii Hyrcani.

CAP. XXX.

Convenit cum Josepho Ant. lib. 13. c. 23. part. post. & de Bello Jud. lib. 1. cap. 4.

DEinde ægrotavit Alexander Rex febri quar-
tana, triennio integro. Deficiente autem ab eo,
domino urbis Ragabæ nuncupatæ, duxit illuc ex-
excitum fortem, habens secum uxorem, & fami-
liam, obseditque civitatem. Cum autem prope es-
set, ut expugnaretur, invaluit morbus, & vires
collapsæ sunt: omnemque amisit uxor, (quæ Ale-
xandra dicebatur) spem salutis ejus: Quæ acce-
dens ait illi; Jam scis quid intercedit inter te, &
Pharisæos: Duo vero filii tui parvuli pueri sunt;
& ego mulier, nec simul omnes valebimus eis re-
sistere: quid ergo consilii & mihi, & ipsis dabis?
Ait illi; Consilium meum est, ut instes contra
hanc civitatem, donec expugnabitur, quod pro-
pe erit. Cum autem expugnata fuerit, stabilito
res ejus, juxta quod stabilitæ sunt similes. Cum
omnibus tamen his, simulabis me ægrum jacere,
& quodcunque facies ex meo consilio te facere
simula, & mortem meam detege iis famulis, qui-
bus fidis. Cum autem absolveris hæc, perge in
civitatem Domus Sanctæ, recondito ante aro-
matibus corpore meo, & exsiccato: & cumula
locum meum multis aromatibus, ne prodeat a
me detestabilis fœtor. Et cum regionis status sta-
bilitus fuerit, tum profecta inde, involve me mul-
tis aromatibus, & in palatium introducito tan-
quam ægrum: & cum ibi fuero, accersito Prin-
cipes Pharisæorum, quos accedentes honora, &
bona verba loquere eis; tum dicito: Alexander
jam mortuus est, & ecce trado illum vobis, facite
de illo quodcunque vobis placuerit: ego vero
ero vobis posthac, ut vobis lubebit. Si enim fe-
ceris hoc, optime quidem scio, nihil eos facturos
mihi & vobis nisi bonum, quos sequetur plebs,
& dirigentur res tuæ post me, & tu secure do-
minaberis, donec creverint duo filii tui. Post
hæc obiit Alexander, cujus mortem uxor
celavit, & expugnata civitate, redit Jerusa-
lem, & accitos Principes Pharisæorum allo-
cuta est, prout monuerat illam Alexander.

فاجابوها القوم بان الاسكندر ملكهم وهم رعيته وخاطبوها بكل خطاب جميل وضمنوا لها بان يولوها امرهم • ثم خرجوا فجمعوا الناس واخذوا جسم الاسكندر وساروا به الي مقبرته مكرمًا • واستدعوا الناس الي تمليك الاسكندره فاجابوا الي ذلك وملّكوها • وكانت سنين مُلك الاسكندر سبعه وعشرين سنه •

• خبر اسكندره الملكه • • الفصل الواحد والثلثون •

لما ملكت الاسكندره واستحضرت أجِلّة المعتزله وتقدّمت اليهم بمكاتبة ساير من كان قد هرب منهم في ايام هرقانوس وفي ايام الاسكندر الي مصر وغيرها بالعوده الي بلد يهودا وتعرّفهم ميلها اليهم وانها لم تعارضهم في مذاهبهم ولا منعتهم من اقامة سننهم كما منعهم الاسكندر وهرقانوس • واطلقت ساير من كان منهم في الحبوس • فاجتمع القوم من كل مكان وكفّ الصدوقيه من اذيتهم واستقامت امورهم وصلحت احوالهم وارتفعت المنازعه من بينهم • فلما كبرا هرقانوس وارسطبلوس ابنا الاسكندر جعلت هرقانوس كاهنًا كبيرًا لانه كان متواضعًا وديعًا سليمًا • وجعلت ارسطبلوس رئيسا الجيش • فكان شديدا الباس ذا قوّة ونجدة • وضمت اليه جيش الصدوقيه ولم تري ان تملّكه لانه كان صبيًّا • وانفذت الي ساير من كان يودي الخراج الي الاسكندر واخذت اولاد ملوكهم وجعلتهم ليكونوا رهاين عندها فدامت لها الطاعه منهم ودام حملهم الخرجات اليها في كل سنه • واجملت السيره في الناس واظهرت العدل وامرت به قومها فدامت لها ولهم السلامه ودرّنا منهم المحبة •

• ذكر ما جري من المعتزله على الصدوقيّه في زمان الاسكندره •

• الفصل الثاني والثلثون •

كان للصدوقيّه ريّسا مقدما عند الاسكندر اسمه دياجنيس • وكان قد حمّله على قتل ثمانماية رجل من المعتزله في وقت من الاوقات • فجآء روسآء المعتزله الي الملكه وذكروا لها ما كان من دياجنيس وما صنعه وسالوها ان تطلق لهم قتله ففعلت • فاخذوه وجماعه معه من الصدوقيه فقتلوهم • فعظم ذلك على الصدوقيّه • فساروا الي ارسطبلوس فاخذوه معهم ودخلوا الي الملكه فقالوا لها • قد علمتِ ما كان منّا من الصّبر على الاهوال العظيمه والحروب والمجاهدات الكثيره التي مرّت بنا في نصرة الاسكندر وهرقانوس ابيه • وما كان ينبغي ان تطرحي حقّنا وتبسطي علينا ايادي اعداينا ولا تضعي مراتبنا • لان مثل هذا لا يخفي عن هرتم وغيره من اعدايكم ممن عرف باسنا ولم يقدر على مقاومتنا وامتلات قلوبهم خوفا منّا • ومتي علموا ما جري علينا منك تصوّروا ان قلوبنا قد خبثت لكِ • ومتي طمعوا في ذلك لم تامني خلافهم عليك • وما نصبر ان تقتلنا المعتزله كالغنم فاما ان تكفّي شرهم عنّا والّا فاطلقي لنا ان نخرج عن المدينه الي بعض بلدان يهودا • فقالت لهم افعلوا ذلك ليبعد اذاهم عنكم • فاخذوا الصدوقيّه في الخروج عن البلد • فخرج روساهم مع ساير تبّاعهم من رجال الحرب فساروا بنعمهم الي قري اختاروها من قري يهودا واقاموا بها واضاف اليهم المعروفين بالفُضلا •

Cui reſponderunt illi ; Alexandrum ipſorum fuiſſe Regem, & ipſos gregem illius ; & allocuti ſunt eam omni benevolentia, pollicitantes eam præficere rebus ſuis. Tum egreſſi congregaverunt homines, & accipientes corpus Alexandri, ſumptuoſe extulerunt ad ſepulchrum : atque acciverunt homines ad conſtituendam Alexandram in Reginam : quibus annuentibus conſtituta eſt. Fuerunt autem anni Regni Alexandri ſeptem & viginti.

HITORIA ALEXANDRÆ Reginæ.

CAP. XXXI.

Quæ hic de Alexandra reg. uxore Alexandri referuntur, habet Joſephus Ant. lib. 13. cap. 24. in initio. Et de Bello lib. 1. cap. 4 in medio.

CUm autem regnaſſet Alexandra, accivit ad ſe Principes Phariſæorum, & præcepit eis ſcribere ad univerſos, qui fugerant ex illis in diebus Hyrcani, & in diebus Alexandri, in Ægyptum, aliaſque partes, ut reverterentur in regionem Judæ. Et indicavit illis ſuam erga eos propenſionem, nec ſeſe oppoſuit inſtitutis eorum, neque interdixit eorum cæremonias, quemadmodum interdixerant Alexander, & Hyrcanus. Dimiſit quoque omnes, qui ex illis in carceribus detinebantur. Et convenerunt undequaque, continueruntque ſe Sadducæi illis nocumenta inferre. Et directæ ſunt res, & proſperatus ſtatus ipſorum ſublatis contentionibus. Cum autem creviſſent Hyrcanus, & Ariſtobulus, duo filii Alexandri, conſtituit Hyrcanum Sacerdotem magnum, cum eſſet humilis, manſuetus, ac ſimplex : Ariſtobulum vero conſtituit Principem exercitus, erat enim ſtrenuus, fortis, & magnanimus, adjunxitque ei exercitum Sadducæorum ; nec ſibi viſum eſt conſtituere illum Regem, cum eſſet puer. Miſit quoque ad eos omnes, qui deferebant tributa Alexandro, & accepit filios regum ipſorum, & conſtituit eos penes ſe obſides, ac jugiter præſtiterunt ei obedientiam, deferentes ſingulis annis tributa. Et recte ambulavit cum populo, divulgans juſtitiam, eamque præcipiens populo ſuo facere. Quare perduravit utriſque pax : & conſecuta eſt eorum amorem.

MENTIO EORUM, QUAE GESTA ſunt a Phariſæis, contra Sadducæos tempore Alexandræ.

CAP. XXXII.

Referuntur à Joſepho Ant. lib. 13. cap. 24. paulò poſt initium : & de Bello lib. 1. cap. 4. verſus finem.

ERat Sadducæis Princeps quidam prælatus apud Alexandrum, nomine Diogenes, qui induxerat illum aliquando ad occidendos octingentos viros de Phariſæis. Veniunt ergo Principes Phariſæorum ad Reginam, & commemorant ei, quod geſſerat Diogenes, & perpetraverat, rogantes, ut ſibi permitteret illum occidere : quæ fecit. Quem accipientes, & multos cum illo Sadducæos jugularunt. Quod multum ægre ferentes Sadducæi, profecti ſunt ad Ariſtobulum, & ſecum ſumentes, adiverunt Reginam, & dixerunt ei ; Jam cognoviſti quam terribilia, ac magna ſuſtinuimus : & bella, ac plurima certamina, quæ geſſimus, opem ferentes Alexandro, & Hyrcano patri ejus : nec propterea conſentaneum erat noſtra proterere jura, & extendere ſuper nos manus inimicorum noſtrorum, ac noſtras deprimere dignitates. Hujuſcemodi enim res nequaquam latebit Hartam, & alios de inimicis veſtris, qui experti ſunt noſtram fortitudinem nec reſiſtere nobis valuerunt, & timore noſtri completa ſunt corda eorum. Quoties ergo perceperint, quod nobis intuliſti, concipient, quod corda noſtra in te machinentur : qua de re cum certiores facti fuerint, in te prævaricaturos fore, crede. Nec ſuſtinebimus occidi a Phariſæis, tanquam oves. Aut ergo coerce a nobis malitiam eorum, aut permitte nobis egredi de civitate ad aliqua oppida Judæ. Quibus ait ; Facite hoc, ut arceatur a vobis illorum noxa. Et egreſſi ſunt Sadducæi de civitate, egreſſique ſunt Principes eorum cum ſequacibus de viris belli, ac profecti ſunt cum pecoribus ſuis ad civitates, quas elegerant de civitatibus Judæ, & habitaverunt in eis : adjectique ſunt illis operam navantes virtutibus, i. *Haſdanim.*

• ذكر وفاة الاسكندرة •

• الفصل الثالث والثلثون •

ثم اعتلّت الاسكندرة العلّة التي توفّت بها • فلما وافت وايس منها خرج ابنها ارسطبلوس من بيت المقدس مع عبد كان له بالليل ومضي الي جبعة الي عند رجل من كبراه الصدوقية وكان صديقًا له فاخذ معه ومضي الي القري التي فيها الصدوقية فعرّفهم علّته واستنهضهم الي الخروج معه ونصرته ومعاونته على محاربة اخيه ومن معه من المعتزلة وتمليكه • فاجابوه الي ذلك وظاهروا بالخلاف على الاسكندرة • وجمعوا الرجال الي ارسطبلوس من ساير النواحي • فانتهي خبرهم الي هرقانوس الكاهن ابن الاسكندرة والي شيوخ المعتزلة • فدخلوا الي الاسكندرة وهي لما بها فعرّفوها الخبر وذكروا لها شدّة خوفهم من ارسطبلوس ومن معه على ابنها هرقانوس وعلي نفوسهم • فقالت انا على سبيل التلف واهتمامي بامري أبدي واولي وما الذي اقدر ان اصنع وانا على مثل هذا الحال • ورجالنا واموالنا وعدّتنا معكم وبايديكم فدبّروا الامر بحسب ما يتّجه لكم صوابه واستعينوا بالله علي اموركم واسالوه الكفاية • ثم قضت نحبها • وكانت مدّة عمرها ثلثة وسبعين سنة • ومدّة ملكها تسع سنين •

• ذكر محاربة ارسطبلوس لهرقانوس اخيه بعد موت الاسكندرة •

• الفصل الرابع والثلثون •

لما خرج ارسطبلوس من بيت المقدس في ايام الاسكندرة خلّف امراته وبنيه ببيت المقدس • فلما اتّصل خبر خروجه بالاسكندرة اعتقلتهم في دار ووكّلت بهم • فلما توفّت الاسكندرة اخذهم هرقانوس اليه واحسن اليهم وحفظهم ليخلّصوه من اخيه ان يظفر به • ثم ان ارسطبلوس سار في عسكر عظيم حتي صار الي الاردن وخرج اليه هرقانوس في جيش المعتزلة • فلما التقيا العسكران قُتل من جيش هرقانوس خلق كثير • وانهزم هرقانوس وبقية عسكره فتبعهم ارسطبلوس ورجاله فقتلوا كل من ظفروا به منهم الا من استامن اليهم • ثم رحل هرقانوس الي مدينة بيت المقدس ووافاها ارسطبلوس مع عسكره واحاطت بها عساكره من كل جهة وعمل على الاحتيال لهدم الحصن • فخرج اليه شيوخ ال يهودا وشيوخ الكهنة فنهوه عمّا كان قد عمل عليه وسالوا ازالة ما كان في نفسه على اخيه فاجاب الي ذلك • ثم قرّروا الامر بينهما على ان يكون ارسطبلوس ملكًا على آل يهودا وهرقانوس يكون كاهنًا كبيرًا في بيت الله ووزيرًا للملك • فاجابهم ارسطبلوس الي ذلك ودخل الي المدينة واجتمع مع اخيه هرقانوس في بيت الله وتحالفا على الثبات على ما قرّروا الشيوخ بينهما • وملك ارسطبلوس ووزر له هرقانوس • وهدي الناس واستقامت امور هذين الاخوين وصلحت احوال رعيتهما وبلدهما •

• ذكر انطيفاتر ابي هيرودس الملك وما اثار من الفتن والحروب بين هرقانوس وارسطبلوس •

• الفصل الخامس والثلثون •

كان انطيفاتر رجلاً من آل يهودا ومن ولد بعض من صعد مَن بابل مع عزرا الكاهن وكان ذا عقل وتدبير ومكر وشدّة باس وشجاعة قلب وخلق حسن ولطف ومداراة وكان موسرًا كثير الضياع والمال والمواشي •

MENTIO OBITUS Alexandræ.

CAP. XXXIII.

Morbus, & Obitus Alexandræ, & Aristobuli filii contra Hircanum fratrem molitiones referuntur à Josepho lib. 13. Ant. cap. 24. Hat. in fine : & de Bello lib. 1. cap. 4.

POst hæc cecidit Alexandra in morbum, ex quo obiit. Cujus cum prope desperaretur salus, egressus est filius ejus Aristobulus de Jerusalem cum famulo suo noctu; Abiitque in Gabatham ad quendam virum de Principibus Sadducæorum de amicis suis, quem secum sumens, perrexit ad urbes, quas incolebant Sadducæi, notamque fecit eis causam suam, hortatusque est eos secum egredi, & opem ferentes auxilio sibi esse in bello contra fratrem, & Pharisæos, & Regem se constituere. Cui morem gerentes, palam prævaricati sunt in Alexandram, cogentes viros ad Aristobulum undequaque. Quorum fama perveniente ad Hyrcanum Sacerdotem filium Alexandræ, & seniores Pharisæorum, adiverunt Alexandram, cum esset eo in statu, & indicaverunt ei rem, inculcantes ipsi magnitudinem timoris, quo sibi, filioque Hyrcano timebant ab Aristobulo, & iis, qui cum eo erant : quibus ait; Ego quidem sum prope interitum, quare æquius, ac conducibilius mihi est rerum mearum satagere : quid ergo facere possum in tali constituta statu? Viri autem nostri, & bona nostra, & arma nostra penes vos, & in manibus vestris sunt; dirigite itaque negotium, ut rectum vobis videtur, Dei implorantes opem pro rebus vestris; rogantes ab eo liberationem. Tum fatis concessit. Fuit autem tempus illius ætatis septuaginta trium annorum, tempus vero regni illius, novem annorum.

MENTIO OPPUGNATIONIS Aristobuli contra Hyrcanum fratrem suum post mortem Alexandræ.

CAP. XXXIV.

Refertur à Josepho, unà cum conventione inter fratres, ut Aristobulus regno, Hircanus sacerdotio potiretur, lib. 14. Ant. cap. 1. & de Bello lib. 1. cap. 4. in fine.

CUm egressus esset Aristobulus de Jerusalem in diebus Alexandræ, reliquerat uxorem, & filios suos in Jerusalem. Cum autem pervenisset fama egressionis ejus ad Alexandram, deligavit eos in domo quadam posita custodia. Defuncta autem Alexandra, adduxit eos Hyrcanus ad se, & benefecit eis, atque servavit, ut liberarent eum a fratre suo, si forte vinceret eum. Tum Aristobulus duxit exercitum magnum usque ad Jordanem, contra quem egressus est Hyrcanus cum exercitu Pharisæorum. Cum autem sibi concurrisset uterque exercitus, interfecta est de exercitu Hyrcani multitudo magna, & fugit Hyrcanus, ac reliquus exercitus ejus. Quos insequentes Aristobulus, & viri ejus, occiderunt quencumque comprehendebant, exceptis iis, qui sese dedebant. Deinde secessit Hyrcanus in Civitatem sanctam, quo adventavit & Aristobulus cum exercitu suo, & concluserunt eam castra undequaque, intenditque arte destruere munitionem. Ad quem egressi sunt Seniores Judæ, & Seniores Sacerdotum, & vetuerunt eum perpetrare, quod machinatus erat, rogantes ut ex animo dimoveret quicquid inerat contra fratrem suum : cui rei assensus est. Tum stabilitum est inter eos, ut Aristobulus esset Rex super Judam, Hyrcanus vero Sacerdos magnus in domo Dei, & secundus a Rege. Et assensus est eis Aristobulus, atque ingressus civitatem, & convenit cum fratre suo Hyrcano in Domo Dei, & juraverunt simul, rata habere ea, quæ stabilierant inter se Seniores. Regnavitque Aristobulus, & secundus ab eo habitus est Hyrcanus. Et conquieverunt homines, ac directæ sunt res horum duorum fratrum, & pacatus est status gregis, & regionis eorum.

MENTIO ANTIPATRI, ID EST Herodis Regis, &, quas excitavit, seditionum, & bellorum inter Hyrcanum, & Aristobulum.

CAP. XXXV.

Pars prior hujus cap. de Antipatro patre Herodis convenit cum Josepho Ant. lib. 14. cap. 2. posterior verò pars de expeditione Aretæ & Hircani contra Aristobulum convenit eod. cap. 3. ejusd. lib. Vid. Joseph. de Bello lib. 1. cap. 5. in principio summatim hæc recensente.

ERat Antipater vir de Judæis, ac de filiis quorundam eorum, qui ascenderant de Babylone cum Hezdra Sacerdote. Erat autem sapiens, prudens, astutus, strenuus magnanimus, bonæ indolis, benignus, ac familiaris, dives quoque, & pecoris multarum villarum, facultatum, &

وكان الاسكندر الملك قد ولاه على بلد ادوم فتزوج امراه منهم واولدها اربع بنين
وهم فاسيلوا وهيروديس الذي ملك يهودا وفرورا ويوسف• ثم صرف عن جبال
الشراه وهو بلد ادوم في ايام الاسكندر واقام بمدينة بيت المقدس وكان هرقانوس
يحبه ويميل اليه واراد ارسطبلوس ان يقتله فلم يتم له ذلك• وخاف انطيفاتر من
ارسطبلوس خوفا شديدا فاخذ في التدبير على دولة ارسطبلوس سرا• فقصد وجوه
الدوله وتوثق منهم في كتمان ما يريد ان يفشيه اليهم فوثقوه• فذكر لهم سو
طريقة ارسطبلوس وظلمه وتعديه وسفكه الدما واخذ الملك الذي كان اخوه
الاكبر احق به منه• ثم خوفهم الله عز وجل متى لم يزيلوا يد الظالم ويوصلوا
الحق الى اهله• فلم يبق احد من الوجوه حتى احاط به واستماله الى طاعة هرقانوس
وثناه عن طاعة ارسطبلوس وهرقانوس لا يعلم بل قد احكمه انطيفاتر له لانه لم يرد
ان يطلعه على ذلك من قبل احكامه• فلما احكم هذا الباب مع القوم صار الى هرقانوس
فقال له ان اخاك شديد الخوف منك لانه يرى انه على غير الثقه من امن مهما انت
حي وهو يتراصد وقتا يتم فيه ان يقتلك فلا يبقي عليك• فلم يقبل هرقانوس قوله
لخيريته وسلامة قلبه• وكرر انطيفاتر القول عليه في اوقات كثيره وحمل مالا
جزيلا الى جماعة ممن كان يثق بهم هرقانوس ويركن اليهم حتى قالوا له نظير
ما قاله له انطيفاتر من حيث لم يوهمه انهم علموا انما خاطبه به انطيفاتر•
فصدق هرقانوس قولهم ودعته نفسه الى تدبير امر يخلص به من اخيه• فلما عاود
انطيفاتر من هذا الامر اعلمه ان قد تبين صدق قوله وعلم نصحته له وساله عن
الراي في ذلك• فاشار عليه انطيفاتر بالخروج من المدينه الى من يامن على نفسه عنده
ويكون له عونا وعضدا• ثم مضى انطيفاتر الى هرتم فوافقه على ان يجيبه هرقانوس
فيجاوره لانه يوثر يجاور اخيه• فسر هرتم بذلك فاجاب اليه• فعاهد انطيفاتر على انه لا
يسلم هرقانوس ولا انطيفاتر الى من يعاديهما ابدا وانه يكون عونا لهما وحاميا عنهما•
ثم عاد الى بيت المقدس وعرف هرقانوس ما فعله وما توافق عليه هرتم من المسير اليه•
فخرجا من المدينه بالليل وصارا الى هرتم واقاما عنده مدة• ثم ان انطيفاتر اخذ في
حمل هرتم على المسير مع هرقانوس في عسكر لمحاربة اخيه ارسطبلوس والقبض عليه•
فامتنع هرتم من ذلك خوفا من انه لا يطيق مقاومة ارسطبلوس فلم يزل انطيفاتر
يهون عليه امر ارسطبلوس ويرغبه في المال وعظم السمعه والذكر الى ان اجاب الى المسير على
ان هرقانوس يرد عليه ساير ما اخذ ابوه الاسكندر من القرى والضياع التي كانت
له• فاجابهم هرقانوس الى ذلك وعاهد عليه• فسار هرتم مع هرقانوس في خمسين الفا
فارس وراجل وسار الى بلد يهودا• فخرج اليهما ارسطبلوس وحاربهما• فلما قويت الحرب
استامن الى هرقانوس من عسكر ارسطبلوس خلق كثير• فلما راى ذلك ارسطبلوس
رفع الحرب ورد الى معسكره خوفا من ان يستامن العسكر كله فيوخذ• فلما كان في
الليل خرج ارسطبلوس وحده من معسكره وسار الى مدينة القدس• وعلم العسكر
مضيه من غد فاستامن اكثرهم الى هرقانوس وتبدد الباقون• وسار هرقانوس وهرتم
وانطيفاتر الى مدينة بيت المقدس بعسكر عظيم فوجدوا ارسطبلوس قد استعد
للحصار وغلق ابواب للمدينه واوقف على الاسوار من يمانع عنه• فنزل هرقانوس وهرتم وعساكرهما على المدينه فحاصراها•

Hunc vero præfecerat Alexander Rex Idumæorum regioni, unde duxerat uxorem, ex qua quatuor suscepit filios, Phaselum videlicet, Herodem, qui regnavit super Judam, Pheroram, ac Josephum. Dein remotus a montibus Sarah, id est regione Idumæorum in diebus Alexandri, habitavit in civitate Domus Sanctæ: diligebatque illum Hyrcanus, & erga ipsum propensus erat, quare voluit Aristobulus illum interficere, quod tamen affecutus non est. Timuit itaque Antipater Aristobulum timore vehementissimo, ac propterea clam machinari cœpit in regnum Aristobuli. Adivit ergo principes regni: acceptaque arcani celandi securitate circa ea, quæ proditurus erat, memorare eis cœpit pessimam Aristobuli viam, tyrannidem, impietatem, & effusionem sanguinis perpetratam ab eo, & usurpationem regni, quo dignior erat frater ejus major. Tum incussit eis timorem Dei Opt. Max. nisi amoverent manum Tyranni, & redderent debitum Domino digno. Nec remansit quispiam de principibus, quem non circumvenerit, & inclinaverit ad obedientiam Hyrcani, removens ab obedientia Aristobuli, Hyrcano nesciente, sed hæc ipsi adscribebat Antipater, nolens indicare ei antequam id stabiliret. Cum itaque stabilivisset rem hanc cum gente, adivit Hyrcanum, & ait illi; Utique frater tuus valde te timet, eo quod videt res suas haudquaquam securas esse dum vivis, aucupatur propterea tempus interficiendi te, nec te superstitem passurus est. At Hyrcanus verbis ejus fidem non præstitit, ob bonitatem, & simplicitatem cordis sui. Quare Antipater iteravit illi sermonem eundem semel atque iterum: obtulit quoque pecuniam plurimam viris, quibus fidebat Hyrcanus, eisque acquiescebat, ut loquerentur ipsi similia iis, quæ locutus fuerat Antipater, dummodo non imaginaretur ipsos novisse, quod allocutus fuerat eum Antipater. Credidit itaque Hyrcanus verbis eorum, & inductus est moliri aliquid, quo liberaretur a fratre suo. Cum ergo iteraret illi Antipater rem hujuscemodi, significavit ei, jam patere sibi veritatem verborum ejus, atque scire ipsum bene admonuisse, sciscitatusque est de consilio circa hoc. Cui consuluit Antipater egredi de civitate ad aliquem, cui sese fideret, & ope, atque auxilio illi esse posset. Et adiit Antipater Hartam, & constituit cum eo, ut venientem Hyrcanum exciperet hospitem, quoniam suspectam habet cohabitationem fratris. Quo gavisus est Hartam, & amplexatus est hoc: pepigitque cum Antipatro se nequaquam traditurum Hyrcanum, & Antipatrum hostibus eorum, & auxilio fore, ac protecturum eos. Et reversus est Jerusalem. ac notum fecit Hyrcano quod gesserat. & statuerat cum Hartam de profectione ad illum. Quare egressi sunt ambo de urbe noctu, & profecti sunt ad Hartam, moratique sunt apud illum aliquo tempore. Tum Antipater persuadere cœpit Hartam, ut duceret exercitum cum Hyrcano ad debellandum, capiendumque Aristobulum fratrem illius. At Hartam renuit id prosequi, timens ne impares sibi essent vires ad resistendum Aristobulo. Antipater vero nequaquam destitit facile ei reddere negotium Aristobuli, & pecuniarum vi id ei insinuare, & magnificentia famæ, & memoriæ, donec acquievit proficisci, ita tamen, ut restitueret ei Hyrcanus quicquid abstulerat Alexander pater ejus ex urbibus, & oppidis, quæ ad se spectabant. Quibus acquiescente Hyrcano, & fœdus feriente, profectus est Hartam, & Hyrcanus cum quinquaginta millibus equitum, & peditum, contendens in regionem Judæ: ad quos egrediens Aristobulus, congressus est cum eis. Cumque invaluisset pugna, sese contulerunt ad Hyrcanum de exercitu Aristobuti viri quamplures. Quod videns Aristobulus receptui cecinit, & reversus est ad castra, timens ne affflueret exercitus totus, & ipse caperetur. Ingruente autem nocte, egressus est Aristobulus solus de castris, & contendit ad civitatem sanctã. Et cum facto mane innotuisset exercitui profectio illius, major pars eorum junxerunt se Hyrcano, reliqui vero palantes abscesserũt. Hyrcanus vero, Hartam, & Antipater perrexerunt ad civitatem Domus Sanctæ, ducentes exercitum magnum: inveneruntque Aristobulum jam paratum obsidionem subire, clauserat enim portas civitatis, atque statuerat super mœnia propugnatores. Et castrametati sunt Hyrcanus, & Hartam cum exercitibus suis contra civitatem, & obsederunt eam.

خبر غنوس ريس عسكر الروم

الفصل السادس والثلثون

وانفق ان خرج غنوس ريس جيش الروم الي تركان الارمني لمحاربته وكان اهل دمشق وحمص وحلب وما يليها من ارام وهم ينسبون الي الارمن قد عصوا على الروم فانفذ غنوس سكاوروس الي دمشق واعمالها لياخذها فاتصل ذلك بارسطبلوس وهرقانوس فارسل ارسطبلوس الي سكاوروس رسلا ومالا عظيما فساله ان يسير اليه في العسكر ليعينه على هرقانوس فانفذ اليه هرقانوس ايضا رسلا وساله معاونته علي ارسطبلوس ولم ينفذ اليه هدية فابي سكاوروس ان يسير الي واحد منهما لكنه كتب الي هرتم يامره بالتنحي عن مدينة بيت المقدس هو وعسكره وينهاه عن معاونة هرقانوس على اخيه ويوعده ان خالفه بالمسير اليه الي بلده بعسكر الروم والارمن فلما وصل كتابه الي هرتم رحل لوقته عن المدينة ورحل هرقانوس ايضا وتبعهما ارسطبلوس في نفر من اصحابه ولحقهما وحاربهما فقتل في ذلك الحرب من العرب عدة كثيرة وقتل من آل يهودا رجال كثيرة وعاد ارسطبلوس الي مدينة القدس ثم وافي غنوس الي دمشق فحمل اليه ارسطبلوس بستانا وكرما من ذهب وزن الجميع خمسماية بدرة مع هدية نفيسة بيد رجل يقال له نيقوماذس وساله ان يعاونه على هرقانوس وارسل ايضا هرقانوس انطيفاتر الي فمفيوس وساله مثال ذلك فمال فمفيوس وهو غنوس الي معاونة ارسطبلوس ووقف انطيفاتر على ذلك فتسبب الي ان خلا في فمفيوس فقال له ان الذي حصل لك من ارسطبلوس ليس هو شي يسترجع اذا لم تعينه ولك عند هرقانوس اضعافه وليس يقدر ارسطبلوس ان يدخل آل يهودا في طاعتك وهرقانوس يقدر على ذلك فتصور فمفيوس ان الامر على ما قال انطيفاتر وسر ان يتم له طاعة آل يهودا فقال لانطيفاتر انا اعاون صاحبك على ارسطبلوس الا اني اظهر اني اعينه عليكم ليطمئن الي فاني لا آمن به متي علم اني اعاون اخاه عليه ان يعصي بجميع الرجال ويحترز ويبعد امره ولكني استدعيه الي واسير معه الي مدينة القدس وابلغ حينيذ لصاحبك ما يجب عليه مع انه يحمل الينا من الخراج في كل سنة

رسول ارسطبلوس

ثم استدعا نيقوماذس وقال له سر الي صاحبك وعرفه اني قد اجبته الي ما سال وخذ كتابي اليه وقل له يبادر بالمصير الي ولا يتخلف لاني منتظر وكتب لارسطبلوس كتابا هذه نسخته

من غنوس صاحب جيش رومية الي ارسطبلوس الملك ابن الملك والكهنة سلام عليك قد وصل البستان والكرم الذهب وقبلتهما وانفذتهما الي الكهل والمدبرين وقد قبلوهما في هيكل رومية وشكروك وكتبوا الي معاونتك وتمليكك على آل يهودا فان رايت تبادر بالمصير الي لاسير معك الي مدينة القدس وابلغ محابك فعلت ذلك

فمضي نيقوماذس الي ارسطبلوس بكتاب غنوس وعاد انطيفاتر الي هرقانوس وعرفه بما قرن غنوس واشار عليه بالمسير الي دمشق

HITORIA GNEI PRINCIPIS exercitus Romanorum.

CAP. XXXVI.

Quæ in hoc cap. habentur, de Hyrcani & Aristobuli legationibus à Scauro petentibus auxilium; et de fratrū per legatos apud Pompeiū de regno disceptatione, & de reliquis hoc cap. contentis, narrantur à Jos. lib. Ant. 14. capp. 4. 5. 6. 7. & 8. dempto tantum fine: & de Bel. lib. 1. cap. 5. paulò post initium, excluso etiam fine.

Accidit autem, ut egrederetur Gneus Princeps militiæ Romanorum ad Tyrcanem Armenum expugnandum: Nam Damasci cives, & Hames, & Halepi, & reliqui Syriæ, qui referuntur ad Armenos, jam rebellaverant contra Romanos; ac propterea miserat Gneus Scaurum Damascum, & in ditiones illius, ut occuparet eas: quod quidem Aristobulo, Hyrcanoque perlatum est. Misit ergo Aristobulus ad Scaurum legatos, & pecuniam plurimam, rogans eum ad se venire cum exercitu, ut sibi auxilio esset contra Hyrcanum. Misit quoque Hyrcanus ad eum legatos, efflagitans ejus opem adversus Aristobulum, sed non misit munus. Scaurus vero renuit proficisci ad quempiam eorum, sed scripsit ad Hartam, præcipiens ei, ut recederet ab urbe Domus Sanctæ cum exercitu suo, & prohibuit eum auxilium ferre Hyrcano adversus fratrem ejus, & minatus est se venturum in regionem ejus cum exercitu Romanorum & Syrorum, nisi morem sibi gesserit. Cum autem pervenisset epistola ad Hartam, statim recessit ab urbe; recessit & Hyrcanus quoque, quos insecutus est Aristobulus cum aliquo numero suorum, & apprehendit eos & conflixit cum illis; occisusque est ea in pugna de Arabibus magnus numerus, cæsique sunt de Judæis viri plurimi, & reversus est Aristobulus in sanctam Civitatem. Interim adventavit Gneus Damascum, cui detulit Aristobulus hortum, & vineam ex auro, pendentes omnes quingenta talenta, cum pretiosissimo munere, per virum nomine Nicomedem, rogavitque eum, ut sibi auxilio esset contra Hyrcanum. Misit quoque Hyrcanus Antipatrum ad Pompeium, similia petens. Et inclinatus est Pompeius (& ipse est Gneus) ad auxiliandum Aristobulo. Quod videns Antipater, quærebat opportunitatem, donec seorsum convenit Pompeium, & ait illi; Utique quod habuisti ab Aristobulo, nequaquam erit restituendum, etsi auxilium ei non feras: Hyrcanus tamen duplum tibi offert: nec poterit Aristobulus subjicere tibi Judæos, Hyrcanus vero id præstabit. Et arbitratus est Pompeius rem se habere ut dixerat Antipater, & gavisus est, si Judæos sibi subjicere posset. Quare dixit Antipatro; Ego opem feram amico tuo contra Aristobulum, tamen simulem opitulari illi adversus vos, ut se mihi fidat. Nam certus sum, quod quoties cognoverit me opem ferre fratri suo adversus se, prævaricabitur cum omnibus viris, sibique cavebit, & in longius protrahentur res illius. Sed arcersam illum ad me, & ibo cum illo in Civitatem sanctam, & faciam tunc, ut amicus tuus assequatur suum jus, cum hoc tamen, ut deferat nobis singulis annis tributum.

Legatus Aristobuli.

Post hæc, accito Nicomedi, dixit; Vade ad dominum tuum, & indica ei, quod acquieverim ejus petitioni, & ferto ei meam epistolam, & dicito ei; ut festinans absque mora veniat ad me, nam eum expecto. Scripsitque Aristobulo epistolam, cujus hoc est exemplar.

Ab Gneo duce militiæ Romanorum Aristobulo Regi, filio Regni, & Sacerdotii, Salus tibi. Jam pervenit hortus, & vitis, aurei, & accepi eos, & misi ad Seniorem, & Rectores, qui suscipientes collocaverunt in templo Romæ, gratias tibi agentes. Scripserunt præterea, ut auxilio tibi essem & constituerem te Regem super Judæos. Si ergo tibi visum fuerit venire ad me festinanter, ut contendam tecum in Civitatem sanctam, & adimpleam tua optata, faciam hoc.

Et abiit Nicomedes ad Aristobulum cum Gnei epistola: reversusque Antipater ad Hyrcanum indicavit ei promissionem Gnei, consulens ei, ut pergeret Damascum.

فسار هرقانوس الى دمشق وسار ارسطبلوس واجتمعا بدمشق في مجلس فمفيوس
وهو غنوس • فقال انصيفاتر وشيوخ آل يهودا الى غنوس • اعلم ايها القايد
الجليل ان ارسطبلوس هذا قد تعدّا علينا واخذ الملك بالسيف من اخيه
هرقانوس الذي هو احق منه لانه اخوه الاكبر وهو ايضا خير منه واعدل
في سيرته • ولم يقنع في ظلمه لاخيه حتي ظلم ساير من حولنا من الامم
وسفك دماهم واخذ اموالهم بغير حق وراكد بيننا وبينهم عداوات لم نريدها •
ثم قاموا الف شيخ يشهدوا بصحة ما قاله • فقال ارسطبلوس ان اخي هذا
هو احسن مني ولم أطلب المُلك الا لما رايت ساير من كان في طاعة
الاسكندر ابينا قد عصلنا بعد موته لما علموا ما عليه اخي من العجز •
فلما رايت ذلك علمت انه يجب عليّ ان اتسلم الملك اذ كنت اقوم بالحرب
واضبط للملك منه فتسلمته وحاربت من عصي علينا ورديته الى الطاعة
وهذا وصّي ابونا قبل وفاته • واقام عليه شهود يشهدون بصحة قوله • ثم
سار فمفيوس عن مدينة دمشق يريد بيت المقدس • فدسّ انطيفاتر الى
اهل المداين الذين حاربهم ارسطبلوس وحرّكهم الى ان يتظلّمون الى غنوس
ويذكروا جوره عليهم ففعلوا ذلك • فتقدّم اليه غنوس ان يكتب كتابا
بان لا يدا له عليهم وانه لا يتعارض لهم ابدا ففعل ذلك • وخرج القوم عن
طاعة آل يهودا • فلما راي ارسطبلوس ما فعل به غنوس سار هو ورجاله من
عسكر غنوس بالليل من غير امره وسار الى مدينة بيت المقدس وسار غنوس
في طلبهم حتي وافي مدينة بيت المقدس فنزل عليها • فلما نظر ارتفاع
اسوارها واحكام بنيانها وكثرة الناس بها وما حولها من الجبال علم بان اللطف
والحيلة بارسطبلوس عليه اولي من مفاسدته • فراسله في الخروج اليه وآمنه
فخرج اليه ارسطبلوس واستقبله غنوس بالجميل ولم يذكر له شيا مما جري
منه • ثم قال ارسطبلوس لغنوس اريد ان تعينني على اخي ولا تمكن مني اهل
من اعداي وعلي ذلك كلما تريد • قال غنوس ان اردت ذلك احمل الي
جميع ما في الهيكل من الاموال والجواهر حتي ابلّغك ما تحب • فقال ارسطبلوس
اني افعل ذلك • فانفذ غنوس قايدا يقال له غابينيوس في رجال كثيرين للقبض
على ما في الهيكل من المال والجواهر • فامتنع اهل البلد والكهنة من
تمكينه من ذلك • فقابلوا غابينيوس وقتلوا كثيرا من رجاله واصحابه
واخرجوه من المدينة • فسخط غنوس على ارسطبلوس وقيّده • ثم سار بعسكره
ليهجم على المدينة ويدخلها • فخرج اليه من اهل المدينة خلق كثير
فمنعوه من ذلك وقتلوا كثيرا من رجاله • فهاله ما راي من كثرتهم وشجاعتهم
وشدّة باسهم واتّفاقهم وهمّ بالرحيل عنهم • ووقعت الشرور في المدينة بين
اصحاب ارسطبلوس واصحاب هرقانوس • لان بعضهم ارادوا يفتحوا لفمفيوس
وبعضهم كَرِه ذلك • فوقع بينهم القتال لذلك وعظمت الحال ودام الحرب

Perrexit itaque Hyrcanus Damascum : perrexit quoque Ariſtobulus, & convenerunt Damaſci in conſiſtorio Pompeii, qui eſt Gneus, & dixerunt Antipater, & Seniores Judæorum Gneo : Scias dux præclariſſime, quod Ariſtobulus hic jam prævaricatus ſit adverſus nos, & uſurpaverit gladio regnum fratris ſui Hyrcani, qui dignior eo eſt, cum ſit frater major, melioris quoque, & juſtioris vitæ : nec ſat illi fuit opprimere fratrem, atqui oppreſſit omnes, quæ in circuitu noſtro ſunt gentes, effundens ſanguinem earum, & facultates injuſte expilans, atque confirmans inter nos, & eas inimicitias, a quibus abhorremus. Tum ſteterunt mille ſenes teſtantes veritatem verborum illius. Et ait Ariſtobulus ; Sane frater hic meus melior me eſt : at non appetivi regnum, niſi cum vidiſſem univerſos, qui fuerant ſubjecti Alexandro patri noſtro, jam prævaricatos fuiſſe in nos poſt mortem illius, cognoſcentes fratris mei impotentiam. Quæ cum inſpexiſſem, cognovi me oportere ſuſcipere regnum eo quod melior eram ad bella, & aptior eo conſervationi regni : & oppugnavi quicunque contra nos prævaricati ſunt, & reſtitui obedientiæ : & hoc eſt mandatum patris noſtri ante obitum ejus : ſtatuitque teſtes, qui teſtarentur veritatem verborum ſuorum. His geſtis diſceſſit Pompeius ab urbe Damaſco, petens Domum Sanctam : Antipater vero clam miſit ad incolas civitatum, quas expugnaverat Ariſtobulus, concitans eos, ut conquererentur apud Gneum exponentes exercitam in ſe illius tyrannidem : Quod quidem præſtiterunt. Et præcepit ei Gneus, ſcribere libellum manumiſſionis, & quod nequaquam moleſtiam illis foret illaturus ; quod quidem fecit, & exemptæ ſunt gentes ab obedientia Judæorum. At Ariſtobulus cum vidiſſet quod fecerat ſibi Gneus, diſceſſit ipſe, & viri ejus de exercitu Gnei noctu, ipſo inconſulto ; & profectus eſt ad civitatem Domus Sanctæ, & inſecutus eſt eum Gneus donec pervenit ad civitatem Domus Sanctæ, circa quam caſtrametatus eſt. Cum vero vidiſſet altitudinem murorum, & firmitatem ædificiorum ejus, & multitudinem hominum, qui in ea erant, & montes ambientes, cognovit blanditias, & aſtutiam in Ariſtobulum conducibiliores fore, quam irritamenta : quare legatos ad eum miſit, ut ad ſe egrederetur, promiſſa ſecuritate : & egreſſus eſt ad eum Ariſtobulus, quem benigne ſuſcepit Gneus, nulla mentione facta de antegeſtis ab eo. Poſt hæc, ait Ariſtobulus Gneo ; Vellem, ut auxilio mihi eſſes adverſus fratrem meum, nulla data hoſtibus meis in me poteſtate, & pro hac re quodcunque vis, habebis. Reſpondit Gneus ; Si vis hoc, defer ad me quicquid eſt in templo pecuniarum, & gemmarum, & conſequi te faciam quod optas : Cui ait Ariſtobulus ; Profecto id faciam. Et miſit Gneus ducem nomine Gabinium cum plurimis viris ad capeſſendum quicquid erat in templo pecuniarum, & gemmarum. At cives, & Sacerdotes renuerunt permittere id : quare obſtiterunt Gabinio, occidentes plurimos de viris, & amicis ejus, & expulerunt de urbe. Unde iratus Gneus in Ariſtobulum, catenis devinxit. Tum perrexit cum exercitu, ut irrumperet in urbem, & ingrederetur eam. At egreſſi de civibus quam plurimi cohibuerunt eum ab hoc, multis de viris ejus cæſis. Et quidem deterruit illum, quam viderat, multitudo, magnanimitas, atque fortitudo gentis : quibus timore perculſus ſecedere ab eis conſtituerat, niſi oborta fuiſſent mala in urbe inter amicos Ariſtobuli, & amicos Hyrcani. Nam quidam eorum volebant aperire Pompeio, quidam vero ab hoc abhorrebant. Quare congreſſi ſunt propter hoc, & incrementum ſumente hoc rerum ſtatu, perduravit bellum.

ووقف فمفيوس على ذلك فتقدّم هو وعسكره الي باب المدينة * ففتح بعض القوم الباب فدخل وقبض على قصر الملك * ولم يتمكّن من الهيكل لان الكهنة اغلقوا الابواب وضبطوا الطّرقات بالرجال * فانفذ اليهم فمفيوس من يقاتلهم من كل ناحية فهزمهم * وتقدّم اصحابه الي الهيكل فصعدوا على سوره ونزلوا اليه وفتحوا ابوابه وقتلوا فيه عدّة من الكهنة * وجآ غنيوس حتي دخل اليه * فاعجبه ما راي من حسنه وبهجته * وهاله ما راي فيه من المال والجوهر وتوقّف على ان ياخذ منه شيًا * وتقدّم الي الكهنة بتنظيف البيت من القتلا وتقريب القرابين على رسومهم *

* ذكر تمليك هرقانوس بن الاسكندر علي آل يهودا ومسير صاحب جيش الروم الي روميه *

* الفصل السابع والثلثون *

ثم ان فمفيوس ملّك هرقانوس وحمل اخاه ارسطبلوس مقيدًا * وامر بان لا يبقا لآل يهودا يدًا على احد ممّن كان تحت ايدي ملوكهم قبل مجيه واخذ الخراج عن مدينة بيت المقدس * ووافق هرقانوس على بيعته الي الروم في كل سنه * وسار واخذ ارسطبلوس معه وابنيه وبنتيه * وبقي له ابن يقال له الاسكندر لم يصل فمفيوس اليه لانه هرب * وخلّف فمفيوس مدينة بيت المقدس مع هرقانوس وانطيفاتر ومعهما سكاوروس صاحبه *

* خبر الاسكندر بن ارسطبلوس *

* الفصل الثامن والثلثون *

لمّا سار فمفيوس الي روميه وسار هرقانوس وانطيفاتر الي العرب حتي ادخلوهم تحت طاعة الروم * وكان ذلك من العرب لثقتهم بمودة انطيفاتر لهم وركونهم الي رايه * واراد انطيفاتر ان تكون له هناك يد عند الروم * فلما وقف الاسكندر بن ارسطبلوس على مضي هرقانوس وانطيفاتر وسكاوروس الي العرب وبُعدهم عن مدينة القدس سار حتي وافاها ودخل قصر الملك فاخرج مال انفقه على مرمّة ما كان هدمه فمفيوس من سور المدينه وعقد لنفسه جيشا واحكم ساير ما اراد احكامه قبل ان يعود هرقانوس ومَن معه الي مدينة بيت المقدس * فلما عادوا خرج اليهم لقيهم فحاربهم وهزمهم *

* خبر غابينيوس والاسكندر بن ارسطبلوس *

* الفصل التاسع والثلثون *

كان غابينيوس قد خرج من روميه ليقيم في ارض ارام ليضبطها فاتّصل به خبر ما فعل الاسكندر بن ارسطبلوس من بناية ما هدمه فمفيوس ومحاربته لخليفته وقتله لاصحابه * فسار حتي وافي بيت المقدس وسار اليه هرقانوس ومن معه * فخرج اليهم الاسكندر في عشرة الاف راجل والف وخمساية فارس فحاربهم فهزموه وقتلوا من رجاله عدّة * وهرب الي مدينة يقال لها الاسكندرونه في ارض يهودا * فتحصّن بها هو ورجاله * وسار اليه هرقانوس وغابينيوس ومن معهما فحاصراه * وخرج اليهما الاسكندر فحاربهما وقتل خلقًا من رجالهما وبرز اليه مرقوس المسمّي انطونيوس فهزمه الي الاسكندرونه *

Quod percipiens Pompeius se applicuit cum exercitu portæ civitatis, cui quidam ex populo januam aperientes, ingressus occupavit palatium Regis, at templum obtinere non potuit, quoniam Sacerdotes clauserant januas, & aditus incluserant viris. Ad quos misit Pompeius qui oppugnarent undequaque, & fugaverunt eos. Accedentes autem amici ejus ad templum, ascenderunt murũ, & descenderunt in illud, aperueruntque portas ipsius interfecta multitudine Sacerdotum. Venit autem Gneus, donec ingressus est illud, & demiratus est pulchritudinem, & splendorem illius, quem viderat, & obstupuit cum vidisset opes, & gemmas, quæ in eo erant, & abstinuit accipere ex illo quicquam: mandavitque Sacerdotibus repurgare Domum cæsis, & offerre sacrificia juxta patrios ritus.

MENTIO CONSTITUTIONIS Hyrcani filii Alexandri in regem super Judæos, & profectionis ducis militiæ Romanorum Romam.

CAP. XXXVII.

Quæ hic de Pompeio constituente Hircanum in regem (sec. Joseph. in Pontificem;) & Aristobulum, & duas filias (evadente in itinere Alexandro) totidémque filios captivos secum abducente Romam, narrantur: quædam ex his & plura referuntur à Josepho Ant. lib. 14. cap. 4. in fine: & de Bel. lib. 1. cap. 5. ibidem in fine.

His peractis, constituit Pompeius Hyrcanum in Regem, abduxitque fratrem illius Aristobulum catenis devinctum; mandavit præterea ne ullam haberent Judæi potestatem super eos, qui subacti erant a regibus eorum ante ejus adventum, & exegit tributum ab urbe Domus Sanctæ, & convenit cum Hyrcano, ut inauguraretur a Romanis singulis annis. Et profectus est ducens secum Aristobulum, & duos filios, & filias ejus: remansitque ipsi filius nomine Alexander, quem capere non potuit Pompeius, eo quod fugerat. Subrogavit itaq; Pompeius in civitate Domus Sanctæ Hyrcanum, & Antipatrum, atque cum eis Scaurum collegam suum.

HISTORIA ALEXANDRI filii Aristobuli.

CAP. XXXVIII.

De bello Scauri cum Arabum rege, & fœdo Antipatri [illegible] necnon de Alexandro Hierosolymam occupante & infestante, vid. Joseph. Ant. lib. 14. cap. 9. & de Bel. lib. 1. cap 6. in princip.

Cum profectus est Pompeius Romam, perrexerunt Hyrcanus, & Antipater ad Arabes, ut subigerent eos Romanorum obedientiæ. Quod quidem præstiterunt Arabes, confidentes familiaritati Antipatri, & multum tribuentes ejus consilio: quibus intendebat Antipater sibi reconciliare Romanos. Cum ergo percepisset Alexander filius Aristobuli expeditionem Hyrcani, Antipatri, & Scauri contra Arabes, & longe eos recessisse ab urbe Sancta, profectus est donec illuc adventavit: & ingressus Regiam, protulit inde pecuniam in expensas restaurationis muri civitatis, quem exciderat Pompeius. Coegitque sibi exercitum, & firmavit ea omnia, quæ voluit, antequam reverteretur Hyrcanus, & qui cum eo erant, in civitatem Domus Sanctæ: revertentibus vero, obviam egressus est, & oppugnavit, atque profligavit.

HISTORIA GABINII & Alexandri filii Aristobuli.

CAP. XXXIX.

De qua consule Joseph. lib. Ant. 14. cap. 10. & de Bel. lib. 1. cap. 6. paulò post initium. Nota insuper quòd Alexandrum, quem autor Arabicus hic à Gabinio occisum narrat, Josephus, à Scipione occisum refert, Ant. lib. 14. cap. 13. & de Bel. lib. 1. cap. 7.

Jam egressus erat Gabinius Roma, ut moraretur in terra Syriæ, ad illius curam gerendam: & nuntiatum est ei quod gesserat Alexander filius Aristobuli, extruendo quod destruxerat Pompeius, & oppugnando successorem ejus, atque occidendo amicos. Quare perrexit, donec venit Jerusalem: & contendit ad eum Hyrcanus, & qui cum eo erant. Quibus obviam egressus est Alexander, cum decem millibus peditum, & mille quingentis equitibus, & decertavit contra eos; quem profligantes occiderunt ex viris ejus aliquem numerum, fugitque in quandam urbem, quæ dicitur Alexandrium, in terra Judæ, in qua sese munivit cum viris sui. Et profectus est ad eum Hyrcanus, Gabinius quoque, & qui cum eis erant, & obsederunt eum. Egressus est ad eos Alexander, decertavitque cum eis, & occidit de viris eorum multitudinem. Et processit ad eum Marcus, qui nominatur Antonius, & fugavit in Alexandri

فخرجت ام الاسكندر الي غابينيوس وضرعت اليه وسالته ان يعطي ابنها الاسكندر الامان فاجابها غابينيوس الي ذلك فخرج الاسكندر اليه فقتله غابينيوس • وراي ان يقسم بلدان يهودا خمسة اقسام • احدها بلاد القدس وما يليها والوالي على هذا القسم هرقانوس • والقسم الثاني الغدين وما يليها • والثالث ايريحا والاغوار • والرابع حماة الذي في بلد يهودا • والخامس صفوريه • واراد بذلك ان يزيل الحروب والفتن من بلد يهودا فلم تزول •

• خبر هرب ارسطبلوس وابنه انطيغنوس من روميه وعودتهما الي بلد يهودا •

• وذكر موت ارسطبلوس •

• الفصل الاربعون •

ثم ان ارسطبلوس عمل الحيله حتي تم له ان هرب من روميه ومعه ابنه انطيغنوس وصار الي مدينة يهودا • واظهر ارسطبلوس امره واستامن اليه خلق كثير اختار منهم ثمانية الاف وسار الي غابينيوس فلقيه وحاربه وقتل من عسكر الروم خلق كثير العدد وقتل من رجاله سبعة الاف وافلت الف رجل ولحقه العسكر فلم يزل يقاتلهم هو ومن بقي معه الي ان قتلوا عن اخرهم ولم يبق غيره فقاتلهم قتالا شديدا الي ان اثخنه الجراح ووقع • فاسر وحمل الي غابينيوس فامر بمعالجته الي ان عوفي • ثم قيده وحمله الي روميه وبقي محبوسا بها الي ان ملك قيصر فاخرجه من الحبس واخلع عليه واحسن اليه وضم اليه قايدين معهما اثنا عشر الف رجل وانفذه الي بلد يهودا ليثنيهم عن نصرة فمفيوس الي طاعة قيصر • وكان فمفيوس يوميذا واليا على بلد القبط فاتصل خبر ارسطبلوس ومن معه بهرقانوس فخافه جدا • وكاتب انطيفاتر بان يعمل الحيله عليه ويكفيه امره • فانفذ انطيفاتر رجالا من وجوه رجالة القدس ودفع الي بعضهم سما وامره ان يحتال في ان يسم ارسطبلوس به • فلقيه القوم بارض ارام علي انهم وفد مدينة القدس اليه • فقبلهم وسر بهم واكلوا معه وشربوا واحتال الرجال في ذلك السم الي ان وصل اليه فمات ودفن في بلد ارام • وكانت مدة ملكه الي ان اسر في المرة الاوله ثلثة سنين ونصف • وكان رجلا جبارا شجاعا حسنا الخلق • وقد كان غابينيوس كاتب الكهل في ان ينفذ بنيه الي امهم لانها سالته ذلك ففعل • وكان لما بعد فمفيوس عن القدس نقضوا ما كانوا وافقوه عليه من الطاعه للروم • فسار غابينيوس اليهم فحاربهم فنصر عليهم وردهم الي طاعة الروم • ثم عصي ارض مصر على تلماي فطردوه عن بلد الملك وامتنعوا عن حمل الخراج الي الروم • فكتب تلماي الي غابينيوس في المسير اليه لينصره على المصريين حتي يردهم الي طاعة الروم • فسار غابينيوس من بلد ارام وكتب الي هرقانوس ان يلقيه في عسكره ليمضيا الي تلماي • فسار انطيفاتر في عسكر عظيم الي غابينيوس فلقيه بدمشق وهناه بظفره بالفرس • فامره غابينيوس بالمبادره الي تلماي ففعل ذلك وحارب المصريين وقتل منهم خلقا كثيرا • ثم وافي غابينيوس ورد تلماي الي ملكه وعاد الي مدينة القدس وجدد الملك لهرقانوس وعاد الي روميه •

Et egreſſa eſt mater Alexandri ad Gabinium, deprecans, atque rogans, ut filio Alexandro daret ſecuritatem; cui acquievit Gabinius in hoc, & egreſſus eſt ad eum Alexander, quem occidit Gabinius: cui viſum eſt dividere regiones Judæ quinque in partes. Una eſt Jeroſolymitana regio, & quæ ei adjacent: & huic parti præfectus eſt Hyrcanus. Altera vero pars eſt Gadira, & quæ ei ſubjacent. Tertia autem Jericho, & campeſtria. Quarta quidem eſt Hemat in regioue Judæ. Quinta tandem Sephoris. Intendit his removere bella, & ſeditiones a regione Judæ, ſed nequaquam remota ſunt.

HISTORIA FUGÆ ARISTOBULI, & filii ejus Antigoni Roma, & reditus eorum in regionem Judæ: ac mentio obitus Ariſtobuli.

CAP. XL.

Quæ de Ariſtobulo Romæ vinculis elapſo, cæteriſque, part. hujus cap. priore habeatur, referuntur à Joſepho Ant. lib. 14. cap. 11. part. 1. & de Bel. lib. 1. cap. 6. in medio cap. Quæ verò de morte Ariſtobuli referuntur hoc cap. Joſephus paulo aliter refert cap. 13. lib. Ant. 14. in princip. & de Bel, lib. 1. cap. 7 in initio. De liberorum verò Ariſtobuli remiſſione ad matrem, & reſtituto Ptolemæo in regnum, Vid. Joſeph. ſup. cit. cap. 11. lib. 14. Ant. part. med. & de Bel. lib. 1. cap. 6.

Tum machinatus eſt Ariſtobulus, donec res ei ſucceſſiſſet, & fugiſſet Roma cum filio ſuo Antigono, & profectus eſſet in Civitatem Judæ. Et cum in publicum ſeſe protuliſſet Ariſtobulus, affluxit ad eum multitudo magna virorum, e quibus octo millia ſelegit, & contendit ad Gabinium, & oppugnavit illum, cæſaque eſt de exercitu Romanorum multitudo numeroſa valde: ceciderunt quoque de viris ejus ſeptem millia, mille vero evaſerunt, & inſecutus eſt eum exercitus; at non deſtitit eos oppugnare ipſe, & qui cum eo remanſerant uſque ad internecionem ſuorum, nec ſuperfuit niſi ipſe ſolus, qui pugnavit acerrime, donec vulneribus aggravatus cecidit, & captus eſt, & ductus ad Gabinium, qui curari eum juſſit, donec ſanatus eſt. Tum catenis devinctum Romam miſit, remanſitque carcere incluſus uſque ad regnum Cæſaris, qui eductum e carcere muneribus cumulavit, atque beneficiis, adjunctiſque duobus ducibus cum duodecim millibus virorum, miſit eum in regionem Judæ, ut abduceret eos a partibus Pompeii, ad obedientiam Cæſaris: erat quippe Pompeius tunc præfectus ſuper regionem Ægypti. Et pervenit fama Ariſtobuli, & ſuorum ad Hyrcanum, qui timuit valde: ſcripſitque ad Antipatrum, ut ſolitis machinamentis averteret a ſe res ipſius. Miſitque Antipater viros de principibus virorum Jeruſalem, tradens cuidam eorum venenum, præcipiens ei aſtu præbere illud Ariſtobulo. Et occurrerunt ipſi in terra Syriæ tanquam legati Civitatis ſanctæ ad illum: quos ſuſcipiens lætatus eſt, & comederunt cum illo, atque biberunt. Et machinati ſunt viri illi, donec præbuerunt ei venenum illud; & mortuus eſt, & ſepultus in regione Syriæ. Fuit autem tempus regni illius, donec captivus abductus eſt prima vice, triumannorum cum dimidio; & erat quidem vir fortis, gravis, optimæ indolis. Jam vero ſcripſerat Gabinius Senatui, ut dimitteret duos filios ejus ad matrem ſuã, quoniam id ipſum rogaverat; quod quidem præſtitit. Factum eſt autem, ut cum longe receſſiſſet Pompeius a Jeruſalem, diſſolverunt fœdus obedientiæ Romanis: quamobrem perrexit ad eos Gabinius, oppugnavit, atque vicit, Romanorumque obedientiæ reſtituit. Interea rebellavit terra Ægypti contra Tolomæum, & expulerunt eum de regia urbe, recuſantes deferre tributum Romanis. Quã de cauſa ſcripſit Tolomæus Gabinio, ut contenderet ſibi auxiliaturus adverſus Ægyptios, ut reduceret eos ad obedientiam Romanorum. Et profectus eſt Gabinius de regione Syriæ, ſcripſitque Hyrcano, ut ſibi occurreret cum exercitu, ut contenderent ad Tolomæum. Et profectus eſt Antipater cum exercitu magno ad Gabinium, & occurrit ei Damaſci, congratulans ipſi de victoria a Perſis relata: & mandavit ei Gabinius, ut properaret ad Tolomæum, quod quidem præſtitit, & oppugnavit Ægyptios, occiditque ex illis multitudinem plurimam. Poſt hæc adventans Gabinius, reſtituit Tolomæum in regnum, reverſuſque in Civitatem ſanctam, & innovavit regnum Hyrcano, & rediit Romam.

• خبر كراسوس •

• الفصل الحادي والاربعون •

لما عاد غابينيوس الي روميه عصت الفرس على الروم • فسار كراسوس بجيش عظيم وخرج الي الشام وجاء بيت المقدس وطالب الكهنه بان يعطوا ما في بيت الله من المال • فقالوا له كيف يجوز لك هذا وفمفيوس وغابينيوس وغيرهما لم يستجيزوه • فقال لا بد لي منه • فقال له العازر الكاهن احلف لي انك لا تمد يدك الي شي منه وانا اعطيك ثلثماية منا ذهبا • فحلف له انه لا ياخذ شيا من مال بيت الله بعد ان يعطيه ما ذكر • فدفع اليه العازر سبيكة ذهب حسنة الصنعة كان راسها في حايط خزانة الهيكل يطرح عليها ما ينزع كل سنه من ستور البيت ليجدد غيرها • وكان وزن السبيكه ثلثماية منا ذهبا وكانت مغطاة بما قد طرح عليها من الستور على مد السنين لا يعلم بها غير العازر • فلما اخذ كراسوس هذه السبيكه غدر وعاد عما وافق عليه العازر وقبض على خزاين الهيكل واخذ جميع ما فيها من المال وكان مبلغه الفي بدرة لانه مال اجتمع من بني الهيكل الي ذلك الوقت من غنايم ملوك يهودا ونذورهم ومما انفذوه ملوك الامم ايضا • وكان موفرا متزايدا على مر السنين فاخذ جميعه • ثم سار كراسوس هذا بالمال والعسكر الي بلد الفرس وحاربهم فظفروا به وبعسكره وقتلوهم في يوم واحد وغنم عسكر الفرس جميع ما كان في عسكر كراسوس • ثم ساروا الي بلد ارام فتغلبوا عليه واخرجوه عن طاعة الروم • واتصل ذلك بالروم فانفذوا قايدا جليلا اسمه كاسيوس بعسكر عظيم فوافي الي بلد ارام فطرد من كان فيه من الفرس • ثم سار الي مدينة القدس فانقذ هرقانوس من محاربة آل يهودا له واصلح بينه وبينهم • ثم جاز الفراة وحارب الفرس وردهم الي طاعة الروم ورد الي طاعتهم اثنين وعشرين ملكا كان فمفيوس قد اذلهم • وادخل في طاعة الروم ما كان في بلدان الشرق •

• خبر قيصر ملك الروم •

• الفصل الثاني والاربعون •

ذكروا انه كانت بروميه امراة حامل وانها ماتت لما قرب ولادها وهي في اشد الطلق • فبقي ولدها يضطرب فشق عنه جوف امه واخرج منه فعاش وكبر وسمي يوليوس لانه ولد في الشهر الخامس • وسمي قيصر لان احشا امه قطعت حتي اخرج منها • فلما انفذ الكهل الي الشرق فمفيوس • انفذ ايضا قيصر الي الغرب ليحارب امما كانت قد عصت على الروم • فسار اليهم قيصر وظفر بهم وردهم الي طاعة الروم وعاد الي روميه بعز عظيم وقوي شانه وكبر امره جدا ولحقه كبر عظيم • فطالب اهل روميه ان يسموه ملكا • فقال له الكهل والمدبرون ان اباونا حلفوا من ايام ترقوينيوس الملك الذي اخذ امراة رجل غصبا فقتلت نفسها حتي لا يتمكن منها • انهم لا يسموا احدا ممن يلي امرهم ملكا ولسنا نصل الي اجابتك الي ما فيه حيث هتك الايمان • فاثار الفتن واهاج الحروب بروميه وقتل خلقا كثيرا الي ان تغلب على مملكة الروم وتسمي ملكا وجعل التاج على راسه وتسمت ملوك الروم بعده بالملك وتسموا بقيصر ايضا •

HISTORIA CRASSI.

CAP. XLI.

Historiam Crassi in Gabinii provinciam succedentis; ejus contra Parthos expeditionem, iter per Judæam, perjurium & sacrilegium; Crassi ejusque exercitus internecionem, adventum Cassii in locum Crassi, recuperantis omnia quæ Crassus perdidit; Refert hæc omnia Joseph. Ant. lib. 14. cap. 12. quæ paulò breviùs transit de Bel. lib. 1. cap. 6. in fine.

REverso Gabinio Romam, prævaricati sunt Persæ adversus Romanos: & profectus est Crassus ducens magnum exercitum in Syriam, venitque Jerusalem, requirens a Sacerdotibus, ut traderent quicquid est in Domo Dei pecuniarum. Cui inquiunt; Quomodo hoc tibi fas erit, cum Pompejus, Gabinius, & alii, nefas arbitrati sint? Respondit autem; Omnino id mihi faciundum est. Cui ait Eleazarus Sacerdos; Iura mihi quod non extendes manum tuam ad quicquam illius, & ego dabo tibi trecentas minas auri. Et juravit ei, se nihil accepturum de pecunia Domus Dei, si sibi tradiderit quod meminerat. Et tradidit ei Eleazarus laminam auream fabrefactam, cujus vertex parieti gazophylacii templi insertus erat, cui apponebantur singulis annis exuviæ velaminum Domus, novis substitutis. Pendebat autem lamina trecentas minas auri, & cooperta erat adjectis longo annorum spatio velaminibus, nemini nota nisi Eleazaro. Accepta itaque Crassus hac lamina, fefellit, recedens ab inito cum Eleazaro pacto, accepitque omnes thesauros Templi, & compilavit quicquid in eis erat pecuniarum, quarum summa erat duorum millium talentorum: quoniam hæ pecuniæ congregatæ erant ab ædificatione Templi ad tempus illud usque, ex prædis regum Judæ, & votis eorum, insuper & ex iis, quæ miserant reges gentium, & multiplicabantur, augebanturque annorum decursu: quas omnes accepit. Tum contendit Crassus iste cum pecunia, & exercitu in regionem Persarum, & pugnantes profligarunt cum ejus exercitu, interficientes eos unica die: & deprædatus est exercitus Persarum omne, quod erat in castris Crassi. His peractis profecti sunt in regionem Syriæ, quam obtinentes abduxerunt ab obedientia Romanorum. Quod cognoscentes Romani, miserunt præclarum ducem nomine Cassium cum exercitu magno: qui in Syriæ regionem adventans, expulit qui erant in ea ex Persis. Dein in Civitatem sanctam contendens, exemit Hyrcanum a bello ipsi illato a Judæis, reconcilians partes. Tum prætergrediens Euphratem, expugnavit Persas, atque reduxit in Romanorum obedientiam: reduxitque que in eorum obedientiam viginti duos Reges, quos subegerat Pompeius: & redegit in Romanorum obedientiam quicquid erat in regionibus Orientis.

HISTORIA CÆSARIS Regis Romanorum.

CAP. XLII.

Quæ de Cæsare, ejúsque rebus gestis, usque ad acceptum imperium Romanorum, interfecto Pompeio narrantur, ejúsque deinceps atque Judæorum conjunctim historia, concordant cum Josepho Ant. lib. 14. cap. 14. & cap. [illegible] part. 1. & de Bel. lib. 1. cap. 7. paulò post initium.

FErunt fuisse Romæ mulierem quandam prægnantem, quæ mortua est cum esset prope partum, & vehementioribus angeretur partus doloribus: cum vero infans quateretur, cæsus est uterus matris, & inde eductus, vixit, atque crevit, ac Julius nuncupatus est, quoniam natus est mense quinto; vocatus vero Cæsar, quoniam viscera matris, e quibus eductus est, cæsa fuere. Cum autem misit Senior Pompeium in Orientem, misit Cæsarem quoque in Occidentem ad debellandas gentes quasdam, quæ jam defecerant a Romanis. Et profectus est Cæsar, & vicit, reduxitque eas in obedientiam Romanorum, atque reversus est Romam cum gloria magna: & invaluit fama ejus, & res ipsius percrebuere valde, & summa superbia ipsum invasit; Quare petiit a Romanis, ut Regem nuncuparent eum. Cui respondit Senior, & Rectores: Itaque Patres nostri juraverunt a diebus Tarquinii Regis, qui vi acceperat uxorem cujusdam viri, quæ manus sibi conscivit, ne illa potiretur; neminem eorum, qui præficerentur ipsorum rebus, nuncupaturos Regem: propter quod autem juramentum tibi satisfacere non possumus. Quamobrem excitavit seditiones, & bellis desæviit Romæ, multis cæsis, donec & Regnum occupavit regnum Romanorum, & Regem sese nuncupavit, imposito capiti diademate. Exinde appellati sunt Reges Romanorum ex regno, appellati quoque sunt Cæsares.

فلما سمع فمفيوس خبر قيصر وانه قتل الثلثمايه وعشرين مدبرًا جمع عساكره وسار الي قفدوقيا فلقيه قيصر فحاربه فظفر به وقتله وملك على بلد الروم باسره ثم ان قيصر سار الي بلد ارام فلقيه متريدات الارمني في عسكره فاعلمه انه جاء مستامنًا اليه ممتثلًا لما يامره به من محاربة اعدايه * فامره بالنفوذ الي مصر فسار متريدات حتي وافي عسقلان * وكان هرقانوس خاف قيصر خوفًا شديدًا لانه كان مشهورًا بطاعة فمفيوس الذي قتله قيصر * فبادر بانفاذ انطيفاتر بعسكر قوي لمعاونة متريدات * فسار انطيفاتر اليه فعاونه على مدينة من مداين مصر ففتحاها * ثم سارا فلقيا عسكرًا من اليهود الذين بمصر مقيمًا في الطريق لمنع متريدات من الدخول الي مصر * فاخرج اليهم انطيفاتر كتابًا من هرقانوس يامرهم بالكف عن معارضة متريدات صاحب قيصر فكفوا عنه * ثم سارا حتي وافيا الي بلد الملك في ذلك الوقت * فخرج اليهما في ساير جيش المصريين فحارباه فظفر بهما وهزمهما وولي متريدات هاربًا فاحاط به رجال المصريين فخلصه انطيفاتر من الموت وثبت انطيفاتر ورجاله في القتال على المصريين فهزمهم وظفر بهم وفتح بلاد مصر باسرها * فكتب متريدات الي قيصر يخبره بما كان من انطيفاتر وبما قاساه من الحروب الكثيره وما لحقه فيها من الجراح الكثيره وان الفتح كانت لانطيفاتر دونه وانه هو الذي ادخل المصريين في طاعة قيصر * فلما قري قيصر كتاب متريدات شكر لانطيفاتر فعله وعمل على تقديمه ورفع شانه * ثم سار متريدات وانطيفاتر الي قيصر وهو بدمشق فلقيا من قيصر كل ما يسر ووعد بكل ما يحب *

Cum ergo audiſſet Pompeius nuntium Cæſaris, & quod occidiſſet trecentos viginti Recti res, cogens exercitus ſuos, profectus eſt in Cappadociam: cui occurrens Cæſar oppugnavit eum, vicit, atque interfecit, & obtinuit univerſam Romanorum regionem. Poſt hæc Cæſar contendit in Syriæ provinciam: cui obviam occurrit Mithridates Armenus cum exercitu ſuo, certiorem illum faciens ſe pacifice veniſſe, atque paratum quoſcunque præciperet oppugnare hoſtes: quem abire mandavit in Ægyptum: & profectus eſt Mithridates donec pervenit Aſcalonem. Hyrcanus autem Cæſarem maxime timebat, eo quod nota eſſet ejus obedientia erga Pompeium, quem interfecerat Cæſar. Quare feſtinanter expedivit Antipatrum cum exercitu forti in auxilium Mithridatis: & profectus eſt Antipater ad eum, & auxiliatus eſt adverſus quandam civitatem de civitatibus Ægypti, & expugnaverunt eam. Inde vero abeuntes invenerunt exercitum de Judæis Ægypti incolis, obſiſtentem in aditu ad prohibendum Mithridatem ingredi Ægyptum. Et protulit eis Antipater epiſtolam ab Hyrcano præcipiente eos abſtinere, ne ſeſe opponerent Mithridati amico Cæſaris, qui ſe continuerunt. Cæterum profecti ſunt donec pervenerunt ad urbem Regis, eo tempore regnantis: qui egreſſus eſt ad eos cum omnibus exercitibus Ægyptiorum, & congredientes cum eo, vicit, atque profligavit: & terga vertens Mithridates fugit, quem Ægyptiis copiis circumſeptum liberavit Antipater a morte: & conſtanter reſtiterunt Antipater & viri ejus in bello adverſus Ægyptios, quos profligavit, & vicit, expugnavitque regionem Ægypti totam. Et ſcripſit Mithridates ad Cæſarem, ſignificans ei quod geſſerat Antipater, & quanta pertulerat bella, quantaque acceperat vulnera, & quod expugnatio Antipatri, non ſibi adſcribenda eſſet, & quod ille reduxiſſet Ægyptios in obedientiam Cæſaris. Cum autem legiſſet Cæſar epiſtolam Mithridatis, commendavit Antipatri geſta, & illum præficere, & exaltare conſtituit. His geſtis perrexerunt Mithridates, & Antipater ad Cæſarem, cum eſſet Damaſci: & nactus eſt apud Cæſarem quicquid jucundum erat, & pollicitus eſt ei quicquid optabat.

* ذكر مجي انطيغنوس بن ارسطبلوس الي قيصر متظلمًا من انطيفاتر بسبب قتل ابيه *

* الفصل الثالث والاربعون *

MENTIO ADVENTUS ANTIGONI filii Ariſtobuli ad Cæſarem conquerentis de Antipatro, cauſa necis patris ſui.

CAP. XLIII.

Vid. Joſeph. Ant. lib. 14. cap. 15. in fine: & de Bello lib. 1. cap. 8. in initio.

ثم وافي انطيغنوس بن ارسطبلوس الي قيصر فذكر انفاذ ارسطبلوس ابيه لمحاربة فمفيوس وما كان عليه من طاعته وموالاته * ثم قال له ان هرقانوس وانطيفاتر دسا على ابيه من قتله بالسم قصدًا لمعاونة فمفيوس على محاربك * فاستدعي قيصر لانطيفاتر فساله عن ذلك * فقال انطيفاتر قد كنت لعمري اوالي فمفيوس لانه كان سلطانا الوقت وكان لي محسنًا * ولم احارب المصريين في هذا الزمان طاعة لفمفيوس لانه قد مات * ولا صبرت على ما لقيته من الشدايد في حربهم لاردهم الي طاعة فمفيوس * وانما فعلت ذلك موالاةً لقيصر ولكي اردهم الي طاعته * ثم كشف انطيفاتر راسه ويديه وقال * هذه الضربات التي براسي وبدني تشهد لي بان محبتي لقيصر وطاعتي له اكثر من محبتي وطاعتي لفمفيوس لاني لم اتعارض في ايام فمفيوس لمثل ما قد تعارضت له في ايام قيصر الملك * فقال له قيصر لك السلامة يا جبار اليهود ولجميع محبيك حقًا لقد بينت عن شجاعتك وعن نجدتك وعن طاعتك لنا ومحبتك ايانا * وازداد قيصر لانطيفاتر منذ ذاك محبة وقدمه على ساير من معه وعقد له الرياسه علي جيوشه واخذه معه الي بلد الفرس * فراي من شجاعته وحسن تدبيره ما زاده فيه رغبة وله محبة * ثم رده الي بلاد يهودا علي الاحوال الجليله والامور السادة * وسار قيصر الي رومية واستقامت امور هرقانوس فعمر اسوار مدينة القدس وسار في الناس اجمل سيرة وكان خيرًا فاضلًا حسنا الطريقة الا انه كان عاجزًا عن الحروب مشهورًا بذلك عند كل احد

Cæterum venit Antigonus filius Ariſtobuli ad Cæſarem, & commemoravit ei expeditionem Ariſtobuli Patris ſui ad oppugnationem Pompei: & quantum obediens ei, & obſequens erat. Tum ait illi, quod Hyrcanus, & Antipater miſiſſent clam ad Patrem ſuum, qui veneno illum interimeret, intendentes auxiliari Pompeio adverſus tuos. Accerſitum ergo Antipatrum ſciſcitatus eſt Cæſar de re: cui reſpondit Antipater; Profecto obſequebar Pompeio, quoniam rerum tunc potiebatur, & mihi bene faciebat: at non geſſi prælia nunc cum Ægyptiis cauſa Pompeii, qui jam fatis conceſſit, neque ſuſtinui ardua in debellandis iis, atque reſtituendis obedientiæ Pompeii: verum hoc feci, obſequens Cæſari, & ut reſtituerem eos ipſius obedientiæ. Dein aperuit Antipater caput, & manus, ac ait: Hæc vulnera, quæ ſunt in capite, & corpore meo teſtantur meum amorem ergá Cæſarem, & obedientiam, majores eſſe amore, & obedientia mea erga Pompeium, quia nequâquam me oppoſui in diebus Pompeii iis, quibus memet oppoſui in diebus Cæſaris Regis. Et ait illi Cæſar; Pax tibi, fortiſſime Judæorum, & omnibus amicis tuis: vere enim oſtendiſti fortitudinem, magnanimitatem, obedientiam, & amorem tuum erga nos. Et auctus eſt Cæſar exinde amore erga Antipatrum, illumque prætulit univerſis ſuis, ac principem præpoſuit ſuis exercitibus, & in Perſarum regionem ſecum duxit: viditque ex ejus fortitudine, & rebus bene geſtis quod magis ſibi inſinuavit ejus deſiderium, & amorem: demum reduxit illum in regionem Judæ optime cohoneſtatum, & dominio cumulatum. Et profectus eſt Cæſar Romam directis rebus Hyrcani, qui conſtruxit mœnia Civitatis ſanctæ, & ſeſe geſſit erga populum optimis moribus: erat enim bonus, virtutibus præditus, optimæ vitæ, veruntamen ejus in bellis impotentia omnibus nota erat.

• ذكر انفاد هرقانوس الي قيصر رسلاً يلتمس منه تجديد العهد بينهما ونسخة العهد الذي انفذ هرقانوس اليه •

• الفصل الرابع والاربعون •

ثم ان هرقانوس انفذ الي قيصر رسلاً بكتاب ان يجدّد له العهد الذي كان بينه وبين الروم • فلما وصلت رسل هرقانوس الي قيصر امرهم بالجلوس بحضرته ولم يكن يفعل ذلك بساير من ورد اليه من رسل الملوك • واحسن اليهم وقضي حوايجهم وتقدّم باجابة هرقانوس عن كتابه وكتب له عهدًا هذه نسخته •

من قيصر ملك الملوك الي روساء الروم الذين بصور وبصيدا سلام عليكم • اعلمكم بان كتب هرقانوس بن الاسكندر ملوك يهودا وردت عليّ فسرّني ورودها وما تضمّنته من ذكر محبته وقومه لي ولامة الروم وقد ثبتت صدقه في ما ذكر لانه انفذ انطيفاتر فارس آل يهودا وسبعهم مع متريدات صاحبي فحاربه جيوش المصريين وانقذ متريدات من الموت وفتح لنا بلاد مصر وردّ المصريين الي طاعة الروم • وسار معي الي بلاد الفرس قابلاً بلا حسب • وقد امرت بان يحمل جميع اهل الساحل من غزة الي صيدا ما لنا عليهم من الخراج سنة بسنة الي بيت الله العظيم الذي في اورشليم غير اهل صيدا فانهم يحملون اليه على رسمهم في خراجهم عشرين الفا ويبة قمح وخمسماية وخمسة وخمسون ويبة في كل سنة • وامرت ان تردّ اللاذقيه واعمالها وساير ما كان بيد ملوك يهودا الي شط الفراة مع ما كان آل حشموناي استفتحوه من جاير نهر الاردن الي هرقانوس بن الاسكندر ملك يهودا • لان جميعها ممّا استفتحها اباوه باسيافهم وتعدّي فمفيوس في اخراجها على يد ارسطبلوس وهي من الان والى الابد لهرقانوس ولمن بعده من ملوك يهودا • وعهدي هذا هو عني وعن كل ملك من ملوك الروم بعدي • فمن فسخه او فسخ شيًا منه يبيده الله بالسيف وتخلا ديار منه ومن امصارها ويخربها • فاذا قراتم كتابي هذا فانسخوه بخط محفور بالواح نحاس بلسان الروم وخطّهم وبلسان اليونانيين وخطّهم • واجعلوا الالواح في اماكن عاليه في الهياكل التي في صور وصيدا ليراها كل احد ويقف على ما جعلته لهرقانوس وآل يهودا •

• خبر قتل قيصر •

• الفصل الخامس والاربعون •

كان مع قيصر رجلان من اصحاب فمفيوس يقال لاحدهما كاسّيوس وللاخر بروتوس فعملا على قتل قيصر • فاختبيا في الهيكل الذي كان رسمه ان يصلّي فيه في روميه • فلما صار اليه مطمئنًّا وهو غير حذر ولا محترز وثبا فيه وقتلاه • وتغلّب كاسّيوس على المُلك وجمع عسكرًا عظمًا وجاز البحر لانه خاف على نفسه من آل قيصر متي قام بروميه وصار الي ارض اسيه فاهلكها • ثم صار الي بلد يهودا فرام انطيفاتر محاربته فراي انه لا يطيقه فسالمه • وطرح كاسّيوس على بلد يهودا سبعماية بدرة ذهب • فتضمن انطيفاتر المال وتقدّم الي ابنه هيروديس بجمعه من بلد يهودا وحمله الي كاسّيوس • فاخذه وسار الي بلد المقدونيين واقام به خوفًا من اهل روميه •

MENTIO LEGATIONIS Hyrcani ad Cæsarem, poscentis ab eo renovationem fœderis inter sese: & exemplaris fœderis, quod misit Hircanus ad eum.

CAP. XLIV.

Habentur literæ Cæsaris & Senatus-consultum de receptis Judæis in amicitiam apud Joseph. lib. Ant. 14. cap. 16. in principio. Sed ab iis in hoc capite memoratis prorsus diversæ & dissimiles. Quin etiam in eod. lib. Antiq. cap. 17. plura extant Senatus-consulta & literæ de Hircano in amicitiam cum Romanis recepto: quarum nullæ prorsus eædem sunt cum prioribus.

MIsit ergo Hyrcanus ad Cæsarem legatos cum epistola de renovatione fœderis quod erat inter se & Romanos. Pervenientes itaque legatos Hyrcani ad Cæsarem jussit coram se sedere: quod quidem nemini fecerat legatorum Regum, qui ad eum adventabant. Insuper benefecit eis expediens negotia eorum, jussitque responsum dari epistolæ Hyrcani: cui scripsit & fœdus, cujus hoc est *Exemplar*.

A Cæsare Rege Regum principibus Romanorum, qui sunt Tyri, & Sydoni, pax vobis. Notum facio vobis, quod epistolæ Hyrcani filii Alexandri Regum Judæ ad me perlatæ sint, quarum adventu sum lætatus ob tenorem benevolentiæ, quam ipse, & populus ejus erga me, Romanorumque gentem habere ferunt. Et quidem veritatem verborum ejus ex eo confirmavi, quod misisset Antipatrum equitem Judæorum, & equitatum eorum, cum Mithridate amico meo: quem oppugnavere cohortes Ægyptiorum, liberavitque Mithridatem a morte, expugnata nobis Ægypti regione; atque reductis Ægyptiis ad Romanorum obedientiam: & profectus est mecum in regionem Persarum, contendens gratuitus miles. Et idcirco præcipio ut deferant omnes incolæ oræ maritimæ a Gaza, usque ad Sidonem, omnia, quæ debent nobis tributa, singulis annis in Domum Dei magni, quæ est in Jerusalem, præter Sidonios cives: nam hi deferant ad illam juxta statutum tributi eorum, viginti millia Vibarum tritici, & quingentas quinquaginta Vibas singulis annis. Præcipio quoque restitui Laodiceam, & ditiones ejus, ac omnia quæ erant in manu Regum Judæ usque ad ripam Euphratis, cum iis omnibus, quæ expugnaverant Hasmonæi a transitu Jordanis, Hyrcano filio Alexandri Regis Judæ. Nam omnia hæc expugnaverant patres ejus gladio suo, at injuste alienaverat ea Pompeius tempore Aristobuli: quæ ex nunc, & imposterum Hyrcano sunto, atque succedentibus Regibus Judæ. Fœdus autem hoc meum est pro me, ac omni Rege de Regibus Romanorum post me: quicunque ergo dissolverit illud, aut dissolverit quicquam illius, perdat illum Deus gladio, & deseratur domus ejus & Provincia, atque excidatur. Cum autem legeritis epistolam hanc meam, describite eam incisis characteribus in tabulis æneis lingua Romanorum, & characteribus eorum, & lingua Græcorum, & characteribus eorum: & ponite tabulas in locis editis Templorum, quæ sunt Tyri & Sidoni, ut videre eos queat unusquisque, atque intelligat quæ constitui Hyrcano, & Judæis.

HISTORIA NECIS CÆSARIS

CAP. XLV.

Habetur cum reliquis quæ in hoc cap. apud Joseph. Antiq. lib. 14. cap. 17. in fine, & initio cap. 18. vid. etiam de Bello, lib. 1. cap. 9. in principio.

ERant cum Cæsare duo viri de amicis Pompeii, quorum unus dicebatur Cassius, alter vero Brutus: qui moliti sunt occidere Cæsarem. Quare sese absconderunt in Templo, quod sibi Romæ dicaverat ad orandum. In quod ergo cum pervenisset securus, tutus, atque minime sibi cavens, irruerunt in eum, atque occiderunt. Et potitus est Cassius regno, congregitque exercitum magnum, & transfretavit mare, timens Cæsarianos, si Romæ degeret. Et profectus est in terram Asiæ, & vastavit eam: inde perrexit in regionem Judæ: & voluit Antipater oppugnare illum, at videns impares sibi esse vires, pacem cum illo inivit. Et mulctavit Cassius regionem Judæ septingentis auri talentis, & sese obstrinxit Antipater fidejussorem pro pecunia, præcepitque Herodi filio suo eam cogere de regione Judæ, & deferre Cassio, qui eam accipiens profectus est in regionem Macedonum, ibique moratus timens Romanos.

• خبر قتل انطيفاتر •

• الفصل السادس والاربعون •

كان روساء يهودا قد عملوا على قتل انطيفاتر • فدسوا عليه رجلا يقال له ملكيا فرام
ملكيا ذلك فبعد عليه ونمي الخبر الي انطيفاتر فقصد ملكيا ليقتله فتبرا ملكيا الي
انطيفاتر مما اتصل به عنه وحلف له انه خبر غير صحيح فصدقه انطيفاتر وزال اتهامه له
فحمل ملكيا مالا جزيلا الي ساقي هرقانوس ووافقه علي ان يسم انطيفاتر اذا حضر مجلس
الشرب بحضرة الملك • ففعل الساقي ذلك ومات الملك انطيفاتر في يومه ولم يكن
لهرقانوس في ذلك راي ولا علم به • ولما مات انطيفاتر جعل هرقانوس ملكيا في مكانه •

• خبر قتل ملكيا •

• الفصل السابع والاربعون •

لما وقف هيروديس بن انطيفاتر علي ان ملكيا قتل اباه هم بالوثوب بملكيا فمنعه اخوه
من ذلك واشار ان يقتل بالحيلة • فمضي هيروديس الي كاسيوس فعرفه ما فعله ملكيا
فقال له اذا صرت الي صور وحضر عندي هرقانوس وحضر معه ملكيا فثب عليه
واقتله • فلما صار كاسيوس الي صور وصار اليه هرقانوس وملكيا معه وحضرا جميعا
بحضرة كاسيوس في دعوة دعاهم كاسيوس فيها مع جميع خاصة اصحابه وقد كان تقدم
كاسيوس الي خاصة غلمانه ان يمتثلوا ما يامرهم به هيروديس • وحضر هيروديس واخوه
في جملة خاصة هرقانوس • وقد كان هيروديس وافق عدة من الغلمان على قتل ملكيا
اذا غمزهم عليه • فلما اكل هرقانوس واصحابه وشربوا ناموا في وقت الظهر فلما استيقظوا
من نومهم تقدم هرقانوس الي من فرش له قدام باب المجلس الذي ناموا فيه
فرشا تحت السماء وجلس عليه وامر ملكيا بالجلوس معه واجلس هيروديس واخاه ايضا
ووقف غلمان كاسيوس قدام هرقانوس فغمزهم هيروديس علي ملكيا فبطشوا به للوقت
فقتلوه • فخاف هرقانوس جدا وغشي عليه • فلما تنحي غلمان كاسيوس ونحوا
ملكيا المقتول افاق هرقانوس فسال لهيروديس عن سبب ما جري من قتل ملكيا فقال
هيروديس ما عندي من ذلك علم ولا ادري ما السبب فيه • فامسك هرقانوس ولم يعد
في ذلك شيا • ورحل كاسيوس الي مقدونيا للقي اوكتبيانوس ابن اخي قيصر وانطونيوس
صاحب جيشه • وكانا قد خرجا من رومية في عسكر عظيم لطلب كاسيوس •

• خبر اوكتبيانوس وهو اوغسطوس ابن اخي قيصر
وانطونيوس صاحب جيشه وقتل كاسيوس •

• الفصل الثامن والاربعون •

لما صار اوكتبيانوس الي مقدونيا خرج اليه كاسيوس فحاربه فهزم كاسيوس وتبعه
اوكتبيانوس وظفر به فقتله • وملك اوكتبيانوس موضع عمه قيصر وسمي ايضا قيصر
باسم عمه • فلما اتصل الي هرقانوس قتل كاسيوس انفذ رسلا وهدايا ومالا وجواهر الي
اوغسطوس وانطونيوس • وكتب اليه يساله تجديد العهد الذي كان بينه وبين
قيصر وان يامر باطلاق جميع من في مملكته من سبي يهودا ومن سبي
في ايام كاسيوس وان ياذن لساير اليهود الذي في بلد اليونانيين وارض اسيا
بالرجوع الي بلاد يهودا بغير مطالبه بثمن او في فدي ولا معارضة من احد

HISTORIA NECIS ANTIPATRI.

CAP. XLVI.

Refert Josephus Ant. lib. 14. cap. 19. in princip. Et de Bello lib. 1. cap. 9. capitis medio.

JAm inierant Principes Judæ consilium, ut occiderent Antipatrum, eaque de causa immiserant in illum clanculo virum, qui dicebatur Malchia. Intentavitque id Malchia, sed in longum protractum est; percrebuitque fama usque ad Antipatrum, qui expetivit Malchiam, ut illum interficeret: at sese purgavit Malchia apud Antipatrum de iis, quæ de se ad illum delata erant, juravitque ei, inanem esse famam: cui credidit Antipater remota a se suspectione. At Malchia plurima oblata pecunia pincernæ Hyrcani, statuit cum illo venenum præbere Antipatro dum adesset in triclinio potus, præsente Rege. Et præstitit id pincerna, mortuusque est Rex Antipater ea eadem die: nec id fuit ex Hyrcani consilio, aut scientia. Mortuo autem Antipatro, substituit Hyrcanus Malchiam in locum ejus.

HISTORIA NECIS MALCHIÆ.

CAP. XLVII.

Vid. Joseph. lib. Ant. 14. cap. 20. & de Bello, lib. 1. cap. 9. ad fin. cap.

CUm itaque certior factus esset Herodes filius Antipatri, Malchiam occidisse patrem suum, deliberavit irruere in Malchiam, prohibuitque eum frater ejus, consulens, ut astu interficeretur, Adivitque Herodes Cassium, & indicavit ei quod fecerat Malchia, cui ait; Cum profectus fuero Tyrum, & fuerit apud me Hyrcanus, & cum eo Malchia, irrue in illum, & occide. Cum ergo profectus esset Cassius Tyrum, & perrexisset ad illum Hyrcanus habens secum Malchiam, atque adstitissent simul coram Cassio in convivio quodam, ad quod eos invitaverat Cassius, cum omnibus amicis suis: (jam autem mandaverat Cassius pueris suis præstare quicquid præcepturus erat eis Herodes) adfuit quoque Herodes cum fratre suo inter sodales Hyrcani, & convenit Herodes cum quibusdam pueris de occidendo Malchia, dato signo, oculorum nutu. Cum ergo comedisset Hyrcanus, atque bibisset cum amicis, dormierunt tempore meridiano: quibus experrectis a somno, jussit Hyrcanus cuidam sternere sibi stratum sub dio ante januam triclinii in quo dormierant: & sedit ipse, præcepitque sedere secum Malchiam, sedere quoque fecit Herodem, & fratrem illius, adstiteruntque pueri Cassii Hyrcano, quibus innuit Herodes contra Malchiam, qui irruentes in illum statim occiderunt: & timuit Hyrcanus valde & in syncopem incidit. Cum autem discessissent pueri Cassii, & sublatus esset Malchia cæsus, rediit ad se Hyrcanus sciscitatusque est ab Herode causam necis Malchiæ. Respondit autem Herodes; Penitus ignoro, nec scio rei causam, & tacuit Hyrcanus, nec quicquam de hoc iteravit. Et profectus est Cassius in Macedoniam obviam Octaviano filio fratris Cæsaris, & Antonio Duci militiæ ejus: egressi enim erant Roma cum exercitu magno inquirentes Cassium.

HISTORIA OCTAVIANI, IPSE est Augustus filius fratris Cæsaris, & Antonii ducis militiæ ejus, & necis Cassii.

CAP. XLVIII.

Similia quædam his, sed non per omnia paria, vid. apud Joseph. Ant. lib. 14. cap. 22. & ibidem Antonii quædam ad Hyrcanum rescripta. De Cleopatra, Antonio, & accusatoribus Herodis, vid. eund. lib. 14. Ant. cap. 23. & de Bello lib. 1. cap. 10.

CUm profectus esset Octavianus in Macedoniam, obviam exivit ei Cassius, & conflixit cum eo, fugatusque est Cassius, quem persequens Octavianus devicit, atque occidit: regnoque potitus est Octavianus loco patrui sui Cæsaris, & nuncupatus est quoque Cæsar nomine patrui. Innotescente itaque Hyrcano cæde Cassii, misit legatos cum muneribus, opibus, ac gemmis Augusto, & Antonio, scripsitque ei, rogans de renovatione fœderis, quod cum Cæsare habebat, & ut præciperet dimitti omnes, qui sunt in regno ejus captivi de Juda, & qui captivi ducti fuerant in diebus Cassii, & ut permitteret omnibus Judæis, qui sunt in regione Græcorum, & terra Asiæ, reverti in regionem Judæ, nullo requisito pretio, aut redemptione, vel obice a quoquam inferendo.

فلما وصل كتاب هرقانوس ورسله وهديته الي اوغسطوس اكرم الرسل وقبل الهديه واجاب الي ساير ما ساله هرقانوس وكتب اليه كتابًا هذه نسخته •

من اوغسطوس ملك الملوك وانطونيوس صاحبه الي هرقانوس ملك يهودا سلام عليك • قد وصل كتابك وسررنا به وبلغنا ما اردته من تجديد العهد والكتاب الي ساير اعمالنا التي هي من بلد الهند والي اوقينوس بحر المغرب • والذي اخرنا عن ان نبتديك بالكتاب بتجديد العهد اشتغالنا بمحاربة كسيوس الفاسق الظالم الذي عدا علي نور العالم قيصر فقتله • ولم نجد بدًا من محاربته حتي ظفرنا الله عز وجل به واوقعه بايدينا فقتلناه وقتلنا صاحبه بروتوس وخلصنا بلاد اسيا من يدك بعد ما خربها واهلك اهلها ولم يفي بعهد ولا اكرم هيكلًا ولا انصف مظلومًا ولا اتقي علي اليهود وغيرهم من اصحاب طاعتنا بل بالغ هو واصحابه بالاسايه الي الكل تعديًا منه وظلمًا فرد الله كيدهما عليهما وامكن منهما ومن انصارهما • فافرح الان ايها الملك هرقانوس وساير اهل يهودا واهل بلد القدس والكهنه الذي في هيكل يورشليم • ويقبلوا الهديه الذي انفذناها الي الهيكل الجليل • وليصلوا علي اوغسطوس دايمًا • وكتبنا الي ساير اعمالنا بان لا يبقي في شي منها احد من اليهود عبدًا كان ام امةً بل يطلق جميعهم بغير ثمن ولا فدا ولا يعارضه احد في مضيه الي بلد يهودا وذلك بامر اوغسطوس ايضا وانطونيوس صاحبه • ثم كتب الي صاحبيه بصور وصيدا وغيرهما برد ما اخذاه من بلد يهودا في ايام كاسيوس الفاسق وان يسالموا اهل يهودا ولا يعارضوهم في شي ويمتثلوا في امرهم ما كان رسمه قيصر في عهده لهم • ثم اقام انطونيوس في بلد ارام وسارت اليه قلبطرة ملكة مصر وتزوج بها • وكانت حكيمه عالمه بالسحر والخواص فاستمالته وملكت قلبه حتي صار لا يخالفها في شي مما تريد اصلًا • وسار في ذلك الوقت ماية رجل من كبراء آل يهودا الي انطونيوس فتظلموا من هيروديس واخيه فاسيلوا ابني انطيفاتر • وقالوا له احتويا علي ساير امر هرقانوس ولم يبق له من الملك غير الاسم وسترتهما مع ذلك فتيس سيدهما • فاستعلم انطونيوس من هرقانوس صحة ما ذكر القوم فاكذبهم هرقانوس ونفي عن هيروديس واخيه ما وصفوهما به • فسر انطونيوس بذلك لانه كان معتنيًا بهما ومحبًا لهما • ثم تظلم اليه قوم اخرون في هيروديس واخيه في وقت اخر وهو بصور ولم يقبل منهم فيهما قولًا بل قتل منهم وحبس الباقيين ورفع شان هيروديس واخيه واحسن اليهما وردهما الي بيت المقدس علي اجل حال • وسار انطونيوس الي بلد الفرس وحاربهم فنصر عليهم وعاد الي روميه •

خبر انطيغنوس بن ارسطبلوس في خروجه علي هرقانوس عمه واستعانته بملك الفرس •

• الفصل التاسع والاربعون •

لما حصل اوغسطوس وانطونيوس بروميه فمضي انطيغنوس الي ملك الفرس فضمن له الف بدرة ذهب عينًا وثمانماية جارية من بنات ابكار اهل يهودا ورؤسايهم ذوات جمال وعقل علي انه ينفذ معه قايد بعسكر عظيم الي اورشليم ويتقدم اليه بان يملكه بها علي آل يهودا ويقبض علي هرقانوس عمه ويقتل هيروديس واخاه •

Pervenientibus itaque cum epistola, & muneribus, Hyrcani legatis ad Augustum, legatos honoravit, & suscepit munera, acquievitque omnibus, quæ petierat Hyrcanus, scribens ei epistolam, cujus hoc est exemplar.

Ab Augusto Rege Regum, & Antonio collega ejus, Hyrcano Regi Judæ, Salus tibi. Jam pervenit epistola tua, qua gavisi sumus, & misimus ea, quæ optabas de renovatione fœderis, & scripturæ, ad universas provincias nostras, quæ sunt a regione Indiarum usque ad Oceanum mare occiduum. Quod autem nobis in mora fuit, quin citius scriberemus ad te de renovatione fœderis, extitit nostra occupatio in expugnando Cassio fornicario tyranno, qui impie agens in lumen orbis terrarum Cæsarem, occidit illum. Unde totis viribus confliximus contra eum, donec victores nos reddidit Deus Opt. Max. & incidere illum fecit in manus nostras, quem occidimus: occidimus quoque Brutum collegam ejus, & eximimus regionem Asiæ de manu ejus, postquam vastaverat illam, & incolas exterminaverat. Nec stetit fœderi ulli, nec templum ullum honoravit, nec jus reddidit oppresso, nec miseratus est Judæo, vel cuipiam de subditis nostris: sed multa impie egit cum suis mala cunctis per oppressionem, & tyrannidem; quamobrem convertit Deus malitiam eorum super eos, tradens illos cum confœderatis. Gaude ergo nunc o Rex Hyrcane, & cæteri Judæi, & incolæ Regionis sanctæ, ac Sacerdotes, qui sunt in templo Jerusalem: suscipiantque munus, quod misimus ad Templum gloriosissimum, & orent pro Augusto semper. Scripsimus præterea omnibus nostris provinciis, ne remaneat in ulla earum quispiam de Judæis, servus sit ille, vel ancilla, sed dimittantur omnes sine pretio, & sine redemptione: & ne impediatur a quopiam rediens in regionem Judæ, & hoc ex mandato Augusti, & Antonii quoque ejus Collegæ. Ad hæc scripsit amicis suis, qui sunt Tyri, & Sydoni, aliisque locis, restitui quicquid abstulerant a regione Judæ in diebus Cassii fornicarii, & tractare Judæos pacifice, nec in quoquam illis opponi, sed facere illis quicquid decreverat Cæsar in suo fœdere cum ipsis. Antonius vero moratus est in regione Syriæ, ad quem profecta est Cleopatra Regina Ægypti, quam in uxorem duxit. Erat autem sapiens, artium magicarum, & proprietatum perita: quare allexit eum, & corde ejus adeo potita est, ut nihil ei omnino inficiari posset. Profecti sunt eo eodem tempore centum viri de principibus Judæorum ad Antonium, & conquesti sunt de Herode, & fratre ejus Phaselo, filiis Antipatri, dicentes; Jam potiti sunt omnium rerum Hyrcani, nec remanet ei quicquam de regno nisi nomen, & hujus rei occultatio index est captivitatis Domini eorum. Cum autem sciscitatus esset Antonius ab Hyrcano veritatem eorum quæ meminerant illi, mendaces declaravit eos Hyrcanus, removens ab Herode, & fratre ejus quod eis tribuerant: & lætatus est his Antonius, propensus quippe erat in eos, atque eos diligebat. Conquesti præterea sunt apud eum alii de Herode, & fratre ejus alio tempore, cum esset Tyri, quorum non solum non admisit verba, sed occidit quosdam, reliquos vero in carcerem detrusit, exaltavitque dignitatem Herodis, & fratris ejus, ipsis benefaciens, remisitque in Jerusalem magna cum honore. Antonius vero pergens in Persarum regionem debellavit eos, atque devicit, & Romam reuersus est.

HISTORIA ANTIGONI FILII Aristobuli, & expeditionis ejus contra Hyrcanum patruum illius: Ac de auxilio a Rege Persarum impetrato.

CAP. XLIX.

De his & aliis quæ in hoc capite, Vid. Joseph. Ant. lib. [illegible] *capp. 24. 25. & de Bello, lib. 1. cap. 11.*

Cum factus esset Augustus, & Antonius Romæ, abiit Antigonus ad Regem Persarum, & promisit ei mille talenta auri signata; & octingintas puellas de virginibus filiarum Judæ, & Principum eorum, speciosas atque sapientes, si mitteret cum eo Ducem ducentem exercitum magnum in Jerusalem, & præciperet ei, ut illum constitueret Regem super Judam, & Hyrcanum patruum ejus caperet, & occideret Herodem, ac fratrem illius.

فاجابه الي ذلك وانفذ معه قايد بعسكر عظيم • فساروا حتي وافوا ارض الشام
فقتلوا صاحب انطونيوس وجماعه من رجال الروم الذين كانوا ثم • وساروا الي
مدينة القدس واظهروا الامان والسلامه وان انطيغنوس انما جاء ليصلي في القدس
ويرجع الي صاحبه • فدخل المدينه فلما حصلوا بها غدروا واخذوا بقتل الناس
ونهب المدينه حسب ما كان قد تقدم به اليهم ملك الفرس • فبادر هيروديس
ورجاله الي حفظ قصر هرقانوس • وبعث باخيه وامره بحفظ الطريق التي في السور الي
القصر • فلما استوثق من الموضعين اختار جماعه من اصحابه وصار الي رجال
الفرس الذين في المدينه وتبعه اخوه في عدة من اصحابه فقتلوا اكثر من كان
في المدينه من الفرس وهرب الباقون الي ظاهر المدينه • فلما راي القايد الفارسي
انه لم يتم له ما قدر راسل هيروديس واخاه بالسلام واعلمهما انه قد تبين من
فضلهما ونجدتهما ما اوجب عليه ايثارهما على انطيغنوس • فانه يرغب لصاحبه
من معاونته هرقانوس ومعاونتهما دون انطيغنوس • واكد قوله بايمان عظيمه وثق بها
هرقانوس وفاسيلوا ولم يثق بها هيروديس • ثم ان هرقانوس وفاسيلوا اخو هيروديس
خرجا الي قايد الفرس واعلماه ثقتهما به • فاشار عليهما بالمسير الي صاحبه وكان
بدمشق فسار • فلما وصلا اليه اكرمهما واظهر اعظامهما واجلالهما وتقدم في
السر الي من يقبض عليهما • فجاهما قوم من عظماء الارض اخبروهما بذلك واشاروا
عليهما بالهرب وواعدوهما المعاونه على الخلاص • فلم يثقا بهما وخافا من ان
يكون حيله عليهما فاقاما • فلما كان بالليل قبض عليهما • فاما فاسيلوا فانه قتل نفسه
وقيد هرقانوس وامر صاحب ملك الفرس به فقطعت اذنه حتي لا يكون ابدًا
كاهنًا • وانفذ الي العراق الي ملك الفرس • فلما وصل اليه امر بفك القيد عنه
واحسن اليه • فاقام بالعراق مكرمًا الي ان طلبه هيروديس من ملك الفرس فانفذه
اليه وكان منه ما كان • ثم سار القايد مع انطيغنوس الي مدينة القدس • واتصل
بهيروديس ما جري على هرقانوس وعلي فاسيلوا • فاخذ قيفريس امه وزوجته مريم
بنت ارسطبلوس وامها الاسكندره فانفذهم مع خيل واثقال كثيره الي يوسف
اخيه الي جبل الشراه • وسار هو بعسكره بالف رجل على مهل يتوقع من يتبعه
من الفرس • فلحقه قايد الفرس في عسكره فحاربهم هيروديس فاستظهر عليهم
وهزمهم • ثم لحقه رجال انطيغنوس فقاتلوا قتالاً شديدًا فضربهم وقتل منهم خلقًا
كثيرا ثم سار الي جبال الشراه فلقا يوسف اخاه • فتقدم اليه بتحصين العيال في
مكان حصين واعداد جميع ما يحتاجون اليه ودفع اليهم مالاً واسعًا ليكون
معهم لما يعرض لهم من المون • وخلف رجاله مع يوسف اخيه حينيذ فنفذ هو
في نفر يسير الي مصر ليركب في البحر ويمضي الي بلد الروم • فلقيته
قلبطره بالجميل وسالته ان يكون ريسًا علي جيشها ومدبرًا لجميع امورها
فعرفها انه لا بد له من المسير الي روميه • فاعطته مالاً وسفنًا وسار حتي وافي الي
روميه • فنزل على انطونيوس وعرفه ما فعله انطيغنوس وما تم له على هرقانوس
وعلي اخيه • وان ذلك كان بمعاونة ملك الفرس • فركب معه انطونيوس الي
اوغسطوس والي الكهل فعرفهما مثل ذلك •

Cui acquiescens, misit cum eo Ducem cum exercitu magno, profectique sunt donec venerunt in terram Syriæ, & occiderunt amicum Antonii, & aliquos de viris Romanorum, qui ibi divertebant. Inde profecti sunt in Civitatem sanctam simulantes securitatem, & pacem, & quod Antigonus venisset tantum, ut oraret in Sanctuario, & rediret ad suos. Et ingressi sunt civitatem, in qua cum facti essent, deceperunt, cœperuntque occidere homines, & depopulari civitatem, juxta quod mandaverat eis Rex Persarum. Et accurrit Herodes, & viri ejus ad custodiendum palatium Hyrcani: fratrem vero suum misit, præcepitque custodire viam, quæ ducit a mœnibus ad palatium. Cum autem occupavisset utrumque locum, elegit quosdam de suis, & contendit ad viros Persarum qui erant in civitate, quem insecutus est frater illius cum aliquo numero suorum, & occiderunt majorem partem eorum, qui erant in civitate ex Persis: cæteri vero extra urbem refugerunt. Cumque vidisset Dux Persarum sibi ex sententia non successisse, destinavit legatos ad Herodem, & fratrem ejus de pace ineunda, significans eis: Iam ea sibi constitisse de eorum virtute, & fortitudine, ut præferantur Antigono: eaque de causa se persuasurum suis auxiliari Hyrcano potius, & ipsis, quam Antigono: suumque votum maximis confirmavit juramentis; ita, ut fidem adhibuerint ei Hyrcanus, & Phaselus, non quidem Herodes. Egressi itaque Hyrcanus, & Phaselus frater Herodis ad Ducem Persarum, significarunt ei suam in ipsum fiduciam: qui consuluit eis collegam suum adire, qui Damasci morabatur, & profecti sunt. Qui cum ad illum pervenissent, honoravit eos, ostentavitque se magni illos facere, atque comiter habuit; etsi clam jusserat, ut caperentur. Ad quos venientes quidam de magnatibus terræ id ipsum indicaverunt, consulentes fugam arripere, suam pollicitantes opem pro liberatione. At istis confisi non sunt, timentes ne esset machinamentum aliquod in se, propterea morati sunt. Cumque nox ingrueret capti fuerunt; Phaselus quidem manus sibi conscivit: Hyrcanus vero catenis fuit devinctus, & præcipiente Duce Regis Persarum, amputata est ipsius auris, ne esset unquam Sacerdos, misitque in Herak ad Persarum Regem, cujus adventantis vincula solui jussit, & benefecit illi, moratusque est in Herak, cumulatus honoribus, donec requisivit illum Herodes a rege Persarum: ad quem remisso acciderunt ea, quæ acciderunt. Post hæc profectus est Dux cum Antigono in Civitatem sanctam: & perlata sunt ad Herodem, quæ circa Hyrcanum, & Phaselum gesta sunt; quamobrem sumpta Cypri matre ejus, & uxore Mariama filia Aristobuli, & ejus matre Alexandra, misit eas cum equis, & multis impedimentis ad Josephum fratrem in montem Sarah: ipse vero cum exercitu mille virorum lentius proficiscebatur, & præstolabatur eos, qui ex Persis illum insequi tentarent. Et persecutus est eum Dux Persarum cum exercitu suo, quos oppugnans Herodes superavit, atque profligavit: post hæc persecuti sunt quoque eum viri Antigoni, & oppugnarunt eum acerrime, quos percussit, occiditque ex illis multitudinem plurimam. Tum profectus est in montes Sarah: invenitque fratrem suum Josephum, quem familias in tuto loco munire, & ea parare omnia, quæ illis necessaria erant, jussit: tradiditque eis copiosam pecuniam, ut sibi alimenta comparare possent, si res postularet. Et relictis viris suis cum Josepho fratre, processit ipse cum paucis comitibus in Ægyptum, ut conscenso mari pergeret in regionem Romanorum. Quem comiter suscepit Cleopatra, rogavitque capessere principatum suæ militiæ, atque administrationem omnium rerum suarum: cui notificavit omnino Romam sibi proficiscendum esse. Quæ tradidit ei pecuniam, & naves: profectusque est donec pervenit Romam: & divertit apud Antonium, narravitque ei quod fecerat Antigonus, & quæ egerat contra Hyrcanum, & fratrem suum ope Regis Persarum: & una equitavit Antonius ad Augustum, & ad Senatum, & idipsum illis narravit.

• خبر هيروديس لما ملّكته الروم على آل يهودا وخروجه بعسكر من رومية الي بيت المقدس للمحاربه •

• الفصل الخمسون •

لما وقف اوغسطوس والكهل على ما كان من انطيغنوس اجتمع رايهما علي ان يجعلوا هيروديس ملكاً على آل يهودا • وامروا ان يُجعل التاج الذهب علي راسه وان يركب ويُضرب بين يديه بالابواق ويُنادي قدامه بان هيروديس ملك علي آل يهودا وعلي اورشليم مدينة القدس ففعل ذلك • وعاد الي حصن اوغسطوس فركب اوغسطوس وانطونيوس وهيروديس وساروا الي منزل انطونيوس ودعا الكهل وساير وجوه رومية في دعوةٍ دعاهم انطونيوس فيها • فاكلوا وشربوا وفرحوا بهيروديس فرحًا عظيمًا وعاهدوه عهدًا كُتب في الواح النحاس وجُعل في الهياكل • وكتبوا ذلك اليوم انه اول مُلك هيروديس وجُعل من بعد ذلك التواريخ الذي يورّخ بها • ثم سار انطونيوس وهيروديس في البحر في عسكر عظيم كثير العدد • فلما وصلا الي انطاكيه قسما العسكر فاخذ انطونيوس القسم الواحد وساربه الي بلد الفرس وهو العراق وما يليه • واخذ هيروديس القسم الاخر وسار حتي وصل عكّه • فلما سمع انطيغنوس بمسير انطونيوس الي بلد الفرس وموافاة هيروديس الي عكّه سار من بيت المقدس الي جبل الشراه ليقبض على يوسف اخي هيروديس ومن معه • فنزل عليهم وحاصرهم وقطع قناة الما الوارده اليهم فاشتدّ عطشهم وضاق بهم الامر • فعمل يوسف على الهرب وعمل العيال علي الفتح لانطيغنوس اذا هرب يوسف • فاتاهم الله بمطرٍ عظيمٍ ملا ساير البُرك والاوعيه التي عندهم • فقويت قلوبهم وصُلحت احوالهم واقام يوسف على مدافعة انطيغنوس واصحابه عن القلعه فلم يتم لهم عليه شيٌ • وسار هيروديس الي بلد الشراه لياخذ اخاه ومن معه من العيال والرجال ويسيروا الي اورشليم • فوافي انطيغنوس محاصرًا اخاه فكبسه وخرج يوسف ومن معه اليهم فهُلك اكثر عسكر انطيغنوس وهرب الي اورشليم • فلحقه هيروديس بعسكر عظيم من آل يهودا الذين اجتمعوا اليه من كل جهه لما وقفوا على عودته فاشتدّ عضده بهم وقلّت حاجته الي عسكر الروم • فلما وافي هيروديس الي بلد القدس اغلق انطيغنس ابوابها في وجهه وحاربه وانفذ الي وجوه عسكر الروم مالاً جزيلاً وسالهم الّا يعاونوا هيروديس ففعلوا ذلك وطال امر الحرب بين انطيغنوس وهيروديس ولم يتمكّن احدهما من الاخر •

• خبر في شجاعة بعض رجال هيروديس ونجدتهم •

• الفصل الاحد والخمسون •

كان الدُّعار والشراه قد كثروا في ايام انطيغنوس وقد اوي كل قوم منهم الي مغاير في الجبال لا سبيلاً اليها الّا ان يتسلّق الرجل الواحد في موضع قد اصلحوها لا يعرفها سواهم • ومتي عرفها غيرهم لم يمكنه التّسلق الي المغار ممّا على بابها من يدفعه عنها باي شيٍّ كان • وقد كان قوم منهم اعدّوا لهم في تلك المغار السلاح الكثير والطعام والشراب وساير ما يحتاجون اليه مع ساير ما كانوا ياخذونه من قطع الطرق وما اخذوه من الانسان طوعًا وكرهًا •

HISTORIA HERODIS CUM constituerunt eum Romani Regem super Judæos, & egressus ejus Roma cum exercitu in Domum sanctam ad bellandum.

CAP. L.

Habentur apud Joseph. Ant. lib. 14. cap. 26. & cap. 27. part. 1. & de Bello, lib. 1. cap. 11. in fine, & cap. 12.

Percipiens Augustus, & Senatus, quæ fecerat Antigonus, unanimi consensu constituerunt Herodem Regem super Judæos, mandantes poni capiti ejus Diadema aureum, & equum conscendere, atque præeuntibus buccinis acclamari: regnavit Herodes super Judæos, & Jerusalem Civitatem sanctam; quod quidem factum est. Et revertens ad Augustum, equitavit Augustus, Antonius, & Herodes, profectique sunt in domum Antonii, qui invitaverat Senatum, & universos Romanos principes ad convivium, quod paraverat Antonius. Qui comederunt, & biberunt, atque gavisi sunt in Herode gaudio magno, ferientes cum illo fœdus incisum in tabulis æreis, & collocatum est in templis, & inscripserunt diem illum primum regni Herodis, & factus exinde in æram, ex qua tempora notantur. His gestis perrexerunt Antonius, & Herodes per mare cum exercitu magno, atque copioso; qui pervenientes Antiochiam, exercitum diviserunt, cujus sumptam partem duxit Antonius in regionem Persarum, quæ est Herak, & ejus adjacentia: Herodes vero, alia sumpta parte perrexit donec pervenit Ptolomaidem. Audiens itaque Antigonus, Antonium expeditionem fecisse in regionem Persarum, & Herodem adventasse Ptolomaidem; profectus est e Domo sancta in montem Sarah ad capiendum Josephum fratrem Herodis, & eos, qui cum illo erant. Quos in petivit, atque obsedit, & interrupto canali aquas ad illos decurrentes intercepit: quare invaluit sitis, & in angustiam res eorum redactæ sunt. Quamobrem Josephus decrevit fugere, & familiæ sese Antigono dedere, si Josephus fugisset, deliberaverant. At immisit illis Deus copiosam pluviam, quæ implevit universas cisternas, & vasa eorum: quare corroborata sunt corda eorum, & directus est status, perstititque Josephus protelare Antonium, & suos ab arce, nec obtinere potuerunt de illo quicquam. Herodes vero perrexit in regionem Sarah ad reducendum fratrem suum, & familias, ac viros, qui cum illo erant, in Jerusalem. Et invenit Antigonum obsidentem fratrem suum, in quem improviso irruit: egressusque est ad eos Josephus, & qui cum illo erant, & periit major pars exercitus Antigoni, & refugit in Jerusalem. Quem persecutus est Herodes cum exercitu magno ex Judæis qui ad illum convenerant undique, cum percepérint ipsum rediisse, & auctus est auxilio ut minus indigeret exercitu Romanorum. Cum ergo pervenisset Herodes in Civitatem sanctam, occlusit Antigonus portas ejus in faciem ipsius, & pugnavit contra eum, misitque ad Principes exercitus Romanorum pecuniam copiosam, rogans eos ne opem ferrent Herodi: qui præstiterunt. Quamobrem diu bellum duravit inter Antigonum, & Herodem, nemine eorum socio prævalente.

HISTORIA MAGNANIMITATIS quorundam virorum Herodis, & fortitudinis eorum.

CAP. LI.

Habetur apud Joseph. lib. 14. Ant. cap. 27. longè post initium: & de Bello lib. 1. cap. 12. ante finem.

Jam fures, & alienis rebus inhiantes multiplicati erant in diebus Antigoni, sese recipientes in speluncas quasdam in montibus sitas, nullo dato accessu, nisi uni viro per loca quædam ab ipsis coaptata, illisque solis nota: etsi vero alii ea cognovissent, conscendere in speluncam non poterant, eo quod ad ostium præsto erat, qui vel minima re conscendentem expellere ibi poterat. Et jam quidam eorum sibi paraverant ea in spelunca arma multa, alimenta, atque potum, & ea omnia, quibus indigebant, cum omnibus iis, quibus grassando obvios spoliabant, quæque per fas, & nefas capiebant

فلما وقف هيروديس على اخبارهم وعلم بُعد الوصول اليهم وان الي ذلك لا يمكن
يتسلّق اي يُصعد ولا بسلم اصلاً • استعمل توابيت خشب كبار موثقة محكمة
وجعل فيها رجالاً معهم طعامًا وماء ومعهم كلاليب طوال مرهفة • وامر بان تحدر
تلك التوابيت من روس الجبال التي تلك المغاير في اوساطها الي ان يواروا ابوابها • فاذا
واروها يحاربوا من يقرب منهم بالسيوف ويجذبوا من بعيد في تلك الكلاليب
فصُنعت التوابيت وجُعلت الرجال فيها • فلما دُلّي بعضها فواري باب تلك المغاير
ولم يمكن عند من فيها علم منهم • فوثب احد الرجال الذين في التابوت
الي المغار ولحقه اصحابه فقتلوا من كان بها من الدُّعار واتباعهم وطرحوهم الي
الاوديه التي تحتها وعمّل بهولاي ساير القوم الذين بعث بهم هيروديس في التوابيت
وظهر من شجاعتهم في ذلك وقوّتهم وجسارتهم ما لم يري بمثله وافنوا ساير الدُّعار
من جميع تلك المواضع •

• ذكر عودة انطونيوس من بلد الفرس بعد قتله لملك الفرس
ولقاء هيروديس له •

• الفصل الثاني والخمسون •

ثم ان انطونيوس لما فارق هيروديس من انطاكيه مضي الي بلد فارس وقاتل ملك
الفرس فظفر به وقتله وولّا عليه وردّ الفرس الي طاعة الروم واقام على الفرات •
فاتّصل خبره بهيروديس فسار اليه ليهنيه بالفتح ويساله المسير معه الي بلد القدس •
فوافا جمع عظيم قد اجتمع يريد المسير الي انطونيوس وقد اعترضهم اخلاط كثير
من العرب يريد منعهم عن المسير الي انطونيوس • فسار هيروديس الي العرب وقتلهم
وفتح الطريق لساير من كان يريد المضي الي انطونيوس • فاتصل ذلك بانطونيوس
قبل موافاة هيروديس اليه فانفذ اليه تاجا من ذهب وافراس كثيرة • ثم سار اليه
هيروديس فسر به انطونيوس سرورًا عظيمًا وشكره على ما فعل بالعرب • فاضمّ اليه
سُاسيوس صاحب جيشه في عسكر عظيم وامر بالمسير معه الي مدينة بيت المقدس
وكتب له الي ساير بلاد الارمن وهو من دمشق الي الفراة • ومن الفراة الي بلد
ارمينيه يقول لهم • ان اوغسطوس ملك الملوك وانطونيوس صاحبه والكهل الذي
برومية قد ملّكوا هيروديس على آل يهودا وهم يامروكم ان تجرّدوا مع هيروديس
ساير رجالكم الشجعان لمعاونته فان خالفتم ذلك كنتم لنا حربًا • ثم سار انطونيوس
الي الساحل ومضي الي مصر وسار هيروديس وساسيوس وعسكره مع عسكر الروم
لمّا قرب هيروديس من دمشق عرف ان يوسف اخاه خرج من بيت المقدس بعسكر
الروم الي يريحا يحاصرها ويحصد زروعها • فخرج اليه فافوس صاحب جيش
انطيغنوس فقتل منهم نيف ثلثين الفا وقتل يوسف اخا هيروديس وادخل
راسه الي انطيغنوس وان اخاه فرورا اشتراه بخمسين بدرة ودفنه في مقبرة ابايه
وان انطيغنوس وفافوس قد سارا اليه بعسكر عظيم • فلما وقف هيروديس على
ذلك عمل انه يسري الي انطيغنوس ويكبسه ووافق سُاسيوس على انه ياخذ من الروم
اثني عشر الفا رجل ومن آل يهودا عشرين الفا ويسري بهم الي انطيغنوس
ويبقي هو مع بقية العسكر الي ان يسيروا في اثرهم على مهل •

Cum ergo intellexisset Herodes res eorum, atque cognovit rem istorum in longius protrahi, & quod scalis illuc ascendere non daretur, neque scandere omnino: usus est arcis ligneis magnis coaptatis, atque compactis, complevitque eas viris, (additis escis, & aqua,) hastas falcatas, ac prolongas gestantibus; jussitque dimitti arcas illas e vertice montium, in quorum medio speluncæ illæ erant, donec opponerentur ostiis earum: quibus cum oppositæ fuerint pugnare contra eos cominus gladiis, & eminus attrahere hastis illis, & factæ sunt arcæ: atque viris completæ. Cumque dimissæ essent quædam earum, & oppositæ essent ostiis illarum speluncarum, nulla innotescente fama degentibus ibi, irruit quidam virorum, qui erant in arca in speluncam, sequentibus sociis,& interfecerunt latrones, qui in ea erant cum assectis, & deturbarunt in subjectas valles: æmulantibus hos cunctis, quos miserat Herodes in arcis. Eoque claruit in hoc istorum magnanimitas, fortitudo, atque audacia, ut par nunquam visa fuerit: & exterminarunt cunctos latrones ab omnibus locis illis.

MENTIO REDITUS ANTONII a regione Persarum, post interfectum Regem Persarum, & occursus Herodis.

CAP. LII.

Hæc & alia quæ in hoc cap. plene narrantur à Josepho, Ant. lib. 14. cap. 28. & lib. Ant. 15. cap. 1. part. 1. Et de Bello, lib. 1. cap. 13.

Tum Antonius, post relictum Herodem, Antiochia profectus est in regionem Persarum, & pugnavit cum Persarum Rege, superavit, interfecit, & obtinuit illum: & reductis ad Romanorum obedientiam Persis, divertit ad Euphratem. Et nuntiata Herodi fama ejus, profectus est gratulaturus ei de relata victoria, atque rogaturus, ut secum veniret in Regionem sanctam. Et invenit turbam plurimam collectam, cupientem adire Antonium, cui sese opposuerant plures turmæ Arabum, eam adire Antonium impedientes. Profectusque est Herodes ad Arabes, & occidit eos, aperiens viam cunctis, qui Antonium adire vellent. Et nuntiatum est hoc Antonio antequam adventaret Herodes: qua de causa misit illi Diadema aureum, & plurimos equos. Pervenientem autem Herodem comiter excepit Antonius, collaudans eum pro gestis contra Arabes: adjunxitque ei Sosium Ducem militiæ suæ cum exercitu magno, præcipiens ei abire cum ipso ad Civitatem Domus sanctæ: tradens insuper ei epistolas ad cunctam regionem Syriæ, quæ est a Damasco, usque ad Euphratem, & ab Euphrate usque ad regionem Armeniæ, dicens eis: Augustus Rex Regum, & Antonius Collega ejus, ac Senatus Romanus, jam constituerunt in Regem Herodem super Judæos, ipsique præcipiunt vobis ducere cum Herode universos viros vestros fortes, opem illi ferentes: si ergo contrarium feceritis, nobiscum vobis bellandum erit. Deinde profectus est Antonius in oram maritimam, & inde in Ægyptum; Herodes vero, & Sosius, una cum exercitu suo ducebant exercitum Syriæ. Cum autem appropinquasset Herodes Damascum, cognovit Josephum fratrem suum egressum fuisse e Domo sancta cum exercitu Romanorum ad obsidendam Jericho, & segetes ejus metendas: ad quos egressus Pappus Dux militiæ Antigoni, occidit ex illis circiter triginta millia, interfecto & Josepho fratre Herodis, & oblatum caput Antigono emit frater ejus Pheroras quingentis talentis, & sepelivit in sepulchro patrum suorum: & quod insuper Antigonus, & Pappus se peterent cum exercitu magno. Quod cum constitisset Herodi, decrevit expeditionem facere in Antigonum, & improviso opprimere: & convenit cum Sosio, ut acceptis ex Romanis duodecim millibus virorum,& viginti millibus de Judæis, contenderet ad Antigonum, ille vero cum reliquo exercitu lentius vestigia sequeretur.

Versio *ARABICA* cum Interpretatione *LATINA*.

وسار هيروديس في من جرّد من الرجال فوافي انطيغنوس في جبل الجليل فقاتلوه من الظهر الي الليل ثم افترق العسكر وبات هيروديس وبعض اصحابه في بيت فوقع البيت عليهم وخرجوا باجمعهم من تحت الردم لم يمت منهم احد ولا انكسر منهم عضو • ثم عدا هيروديس الي قتال انطيغنوس فمرّ بينهما قتال عظيم وهرب انطيغنوس الي بيت المقدس وثبت فافّوس للقتال وكان شجاعًا جبارًا • فقُتل في ذلك اليوم اكثر عسكر انطيغنوس وقُتل فافّوس وقطع فرورا راسه وحملوه قدام هيروديس فامر بدفنه • فلما لم يبق من عسكر انطيغنوس غير اسيرا وشاردا امر هيروديس لاصحابه ان يستريحوا وياكلوا ويشربوا • ومضي هو الي حمّام كان في القريه الّتي حطوا بقربها فدخل الحمام وليس معه شيءٌ من السلاح وقد كان اختبا في الحمّام ثلث رجال ذوي الباس والقوّه وبايديهم سيوف مجرّده • فلما راوه قد دخل الحمّام وليس معه شي من السلاح بادروا الي الخروج واحد بعد واحد وهم يتوهمونه فنجي منهم • ثم وافاه سُاسيوس وسارا جميعا الي مدينة بيت المقدس فحطا عليها وجرت بينهما حروب وبين انطيغنوس كثيره فقُتل منها من رجال سُاسيوس خلق كثير واستظهر عليهم انطيغنوس مرارًا كثيرةً ولم يمكنه ان يهزمهم لثباتهما ومصابرتهما له • ثم استظهر هيروديس علي انطيغنوس فهرب انطيغنوس ودخل المدينه واغلق ابوابها فحاصره هيروديس اياما كثيرةً • فلما كان في بعض الليالي نام بعض حراس السور وعلم بذلك رجال من اصحاب هيروديس فعمد عشرون منهم الي سلالم اخذوها ونصبوها على السور وصعدوا الي الحراس وقتلوهم وبادر هيروديس ورجاله الي باب المدينه الذي يليهم فكسروه ودخلوا الي المدينه • واخذ الروم يكثرون القتل في اهل المدينه • فشق ذلك على هيروديس فقال لسُاسيوس فاذا قتلت قومي فاعلي من تملكني • فنادي سُاسيوس برفع السيف فلم يُقتل احد بعد النداء • وطلب اصحاب سُاسيوس النهب وقصدوا بيت الله لينهبوه • فوقف هيروديس على باب بيت الله وبيده سيف مجرّد فمنعهم من ذلك • ثم راسل سُاسيوس في ان يكفّ اصحابه ووعد بمال يُحمل اليه • فنادي سُاسيوس باصحابه بالكفّ من النهب فكفّوا • وطلبوا انطيغنوس فوجدوه وقُبض على انطيغنوس • ثم رحل سُاسيوس الي مصر الي انطونيوس صاحبه واخذ انطيغنوس معه مقيّدًا • وانفذ هيرودس لانطونيوس هديةً عظيمةً حسنةً وساله ان يقتل انطيغنوس فقتله انطونيوس وكان ذلك في سنة ثلثه لمُلك هيروديس وهي سنة ثلثه لانطيغنوس •

• خبر هيروديس بعد قتل انطيغنوس •   • الفصل الثالث والخمسون •

لما علم هيروديس ان قد قُتل انطيغنوس آمن ان ينازعه احد من آل حشمناي الملك فعمد الي كل من كان يميل اليه ويسير بطاعته فرفع من اقدارهم واحسن اليهم وقدّمهم • وعمد الي من قاومه وعاون عليه فقتلهم وقتل اهلهم واخذ ساير نعمهم ومتاعهم وصادر النّاس واخذ اموالهم وعزّا ساير مَن خرج من طاعة آل يهودا وقتل مَن قاومه ونهب اموالهم • وصادف ساير مَن الطاعه على الاموال ووافقهم علي حملها • ووكّل بابواب مدينة بيت المقدس مَن يفتش كل من يخرج منها فما وُجد من ذهب وفضه مع احد أُخذ وحمل اليه • وامر بتفتيش جنايز الموتي واخذ ما أُحتيل باخراجه من المال فيها • وجمع ما لم يجمعه ملك من ملوك لبيت الثاني •

Profectusque est Herodes cum collectis viris, & occurrit Antigono in monte Galilææ, & præliati sunt contra eum a meridie usque ad noctem. Tum divisus est exercitus, & obnoctavit Herodes cum quibusdam de suis in domo quadam, & corruit domus super eos, at evaserunt omnes de ruina nemine mortuo, nec osse cuiquam fracto. Mox properavit Herodes ad pugnandum contra Antigonum, intercessitque inter eos pugna maxima, & fugit Antigonus in domum sanctam, resistente fortiter Pappo, & sustentante pugnam; erat quippe magnanimus, & fortissimus. Ceciditque ea die major pars exercitus Antigoni, cæsus quoque est Pappus, cujus caput amputavit Pheroras, & Herodi detulerunt, quod sepeliri jussit. Cum ergo nulli, nisi aut captivi, aut palantes remansissent ex Antigoni exercitu, præcepit suis Herodes, ut quietem caperent, & comederent, atque biberent. Ipse vero adivit balneum quoddam, quod erat in proximo oppido, inermisque ingressus est balneum. Jam vero latuerant in balneo tres viri strenui, ac fortes, habentes in manibus strictos gladios: qui cum ingredientem balneum, atque inermem vidissent, festinarent egredi unus post alium, veriti illum, & sic evasit. His peractis adventavit Sosius, simulque perrexerunt ad civitatem Domus sanctæ, quam circumvallantes, intercesserunt bella plurima inter eos, & Antigonum: cæsique sunt de Sosii viris quamplurimi, superante pluries Antigono, at eos profligare non potuit ob constantiam, & tolerantiam in eo sustinendo. Tum prævaluit Herodes contra Antigonum, fugitque Antigonus, & ingressus civitatem, portas clausit, quem diu obsedit Herodes. Quadam autem nocte obdormierunt quidam custodes muri: quod cognoscentes quidam Herodiani viri, accurrerunt viginti ex illis, & accipientes scalas, muro applicuerunt, & scandentes occiderunt custodes. Herodes vero festinavit cum viris suis ad portam civitatis, quæ e regione ipsorum erat, & infringentes ingressi sunt civitatem. Quam capientes Romani infligebant cladem civibus; quod ægre ferens Herodes, ait Sosio: Si consumpseris populum meum, super quem me constitues Regem? & mandavit Sosius proclamari, ut sisteret gladius: nec cecidit quisquam post proclamationem. Duces autem Sosii prædæ inhiantes ad Domum Dei depopulandam accurrerunt: at Herodes stans ad portam strictum habens in manu gladium, prohibuit eos; misitque ad Sosium, ut compesceret suos, promissa pecunia. Et proclamari mandavit Sosius ad suos, ut se continerent a direptione, & sese continuerunt. Et quæsitum Antigonum invenerunt, & captus est Antigonus. Post hæc se recepit Sosius in Ægyptum ad Antonium Collegam, secum ducens Antigonum catenis devinctum. Herodes vero misit Antonio munus maximum, atque pulchrum, rogans, ut interimeret Antigonum: & interemit illum Antonius: fuit autem hoc anno tertio Regni Herodis, qui item est annus tertius Antigoni.

HISTORIA HERODIS POST cædem Antigoni.

CAP. LIII.

Hæc, cum regni ejus ordinatione, habetur apud Joseph. Ant. lib. 15. cap. 1. part. alterá. Et de Bello lib. 1. cap. 13. in fine.

COgnita Herodes cæde Antigoni, tutus habebatur, quin quispiam ex familia Hasmonæi Regis cum illo contenderet: quare operam dedit exaltandi dignitates, benefaciendi, ac præponendi eos, qui in eum propensi erant, atque obsequebantur. Operam quoque navavit eos interficiendi una cum familiis, & expilandi pecora, & supellectilia eorum, qui obstiterant ei, auxilia contra illum præbentes. Et oppressit homines accipiens eorum facultates, & spolians universos, qui obedientiam Judæorum excusserant, & interfecit sibi obsistentes, & bona eorum diripuit. Convenit quoque cum omnibus ei obsequentibus, ut pecuniam illi deferrent. Posuit quoque ad portas civitatis Domus sanctæ *custodes*, qui scrutarentur egredientes, & acciperent quicquid auri, vel argenti cum aliquo invenerint, & ad illum deferrent: præcepit quoque scrutari feretra mortuorum, & accipi quicquid pecuniarum astu quis efferre conaretur. Et congessit quantum nullus Regum ex Regibus Domus secundæ congess-

• خبر هرقانوس بن الاسكندر عمّ انطيغنوس في رجوعه الي
يروشليم لمطالبته هيروديس وقتله له •

• الفصل الربع والخمسون

كان هرقانوس لما اطلقه ملك الفرس مقيمًا بالعراق على اجل حال واتم كفايه
فخاف هيروديس ان يتفق امر يدعو ملك الفرس الي تمليكه وانفاده الي بلاد
يهودا فاراد ان يستريح قلبه منه واحتال لذلك فانفذ لملك الفرس هديه عظيمه
وكتاب يذكر فيه فضل هرقانوس عليه واحسانه وانه صار الي روميه بسبب ما
جري عليه من انطيغنوس ابن اخيه وانه قد ملك واستقامت احواله يريد ان يكافيه
على احسانه اليه كما يجب له • فانفذ ملك الفرس رسولا الي هرقانوس يقول ان ردت ان
تمضي الي بلاد يهودا فامضي الا اني احذرك من هيروديس واعلمك انه لم يطلبك
ليحسن اليك وانما اراد ان يستريح منك اذ لم يبق له من يتقيه غيرك فاحذره كل الحذر
ولا تغترّ به • واجتمع اليه ايضا يهود بابل فقالوا له مثل ذلك • ثم قالوا له انك رجل شيخ
وليس تصلح للكهانه من اجل العيب الذي اعابك به ابن اخيك • وهيروديس رجل سو
سفّاك الدما وما يستدعيك الا لحذره منك وليس يعوزك عندنا شي كما علمت وانت عندنا
على ما يجب واهلك هناك مستقيمون الحال فاقم عندنا ولا تعن عدوك على نفسك • فلم
يقبل هرقانوس قولهم ولا سمع نصح من نصحه وسار حتي اتي مدينه القدس لما كان قد
افرط عليه الشوق الي بيت الله والي اهله وموطنه • فلما وافي الي قرب المدينه استقبله
هيروديس واظهر من اكرامه واعظامه ما اغتر به هرقانوس ووثق • وكان هيروديس يسميه
في مجلسه وبحضره اصحابه ابي ولا يدع مع ذلك الاحتيال في قلبه بحيث لا ينسب
اليه • فصارت الاسكندره ومريم بنتها الي هرقانوس تخوفاه من هيروديس وحذراه منه
فلم يقبل ولا صدقهما • فعاوداه في ذلك دفعات عدّه واشارا عليه بالهرب الي
ملك من ملوك العرب وهو في جميع ذلك لا يقبل منهما حتي الحّا عليه واكثرا
من تحذيره وتخويفه • فكتب حينئذ الي ذلك الملك العربي كتاب واستدعي رجلا كان
هيروديس قد قتل اخاه واخذ ماله واسآ اليه اسيات كثيره فعرّفه انه يريد ان يكشف
اليه سرًّا واستحلفه ان لا يخبر به لاحد ودفع اليه مالا وكتابا الي ملك العرب وخبّره
ما قصد بكتابه • فلما اخذ الرسول الكتاب فكر في انه اذا اعلم هيروديس بهذا الامر
اتخذ به عنده يدًّا وازال عنه ما يتقيه من شر ابدا فيكون ذلك انفع له من كتمانه
لسرّ هرقانوس مع ما لا يامنه من انكشاف امره لهيروديس فيكون ذلك سببا هلاكه •
فمضي بالكتاب الي هيروديس فاعلمه بالقضيه • فقال له هيروديس امض بالكتاب بحاله الي
ملك العرب واتيني بالجواب لاقف عليه وعرّفني بمكان الرجال الذين ينفذهم ملك العرب
ليسير معهم هرقانوس • فمضي الرسول واوصل كتاب هرقانوس الي ملك العرب فسرّ به
وانفذ رجالا من اصحابه امرهم بالمصير الي مكان بقرب مدينه القدس وان يقيموا فيه الي
ان يوافيهم هرقانوس • واذا وافاهم هرقانوس ساروا معه الي ان يوصلوه اليه • فكتب الي
هرقانوس جواب كتابه وانفذه مع الرسول • فسار القوم مع الرسول الي ذلك المكان واقاموا به
وجاء الرسول بالكتاب الي هيروديس فوقف عليه واعلمه مقام القوم • فانفذ اليهم من قبض
عليهم ثم استدعا من شيوخ اليهود سبعين شيخا واستدعا هرقانوس فلما حضر قال له

HISTORIA HYRCANI FILII Alexandri, patrui Antigoni, & ejus reditus in Jerusalem petente Herode, & necis qua illum affecit.

CAP. LIV.

De reditu Hyrcani Vid. Joseph. Ant. lib. 15. cap. 2. part. 1. de cæteris verò interfectionem ejus antecedentibus, tum de cæde ipsa Hyrcani, Vid. eund. Ant. lib. 15. cap. 9.

Pharaoni & universis Ægyptiis. Miracula magna quæ vidistis oculis ve- 19
stris, signa, prodigia, & fortitudines, manum validam, & victoriam
brachii excelsi, quando eduxit vos Dominus Deus vester liberatos: sic
faciet Dominus Deus vester omnibus populis à quorum facie tu times.
Etiam plagam crabronis mordentis immittet Dominus Deus vester in vos, 20
donec pereant illi qui superstites fuerint, & absconditi à facie vestra.
Ne frangamini à facie eorum: quoniam divina majestas Domini Dei 21
vestri inter vos est, Deus magnus & tremendus. Et migrare faciet 22
Dominus Deus vester populos istos à facie vestra paulatim: non pote-
ris exterminare eos citò, ne fortè multiplicetur contra vos bestia agri,
quando venient ut devorent cadavera ipsorum. Sed tradet eos Do- 23
minus Deus vester coram vobis, &
perturbabit eos perturbatione ma-
gna, donec extermin entur. Et tra- 24
det reges eorum in manus vestras,
& perdetis nomina eorum ex me-

Hierof. 23. *Et perturbabit eos perturbatione magnâ, usque ad tempus quo exterminentur.*

moria sub omnibus cœlis: nec quisquam poterit stare coram vobis,
donec extermináris eos. Imagines idolorum ipsorum succendetis igni: 25
non desiderabitis argentum & aurum quod erit super eas, aut accipi-
etis vobis, nè fortè impingatis in eis; abominatio enim coram Do-
mino Deo vestro est. Neque introducetis abominationes idolorum, 26
neq; utensilia eorum in domos vestras, nè fortè sitis anathemata sic-
ut illa: detestando detestaberis illa ut pollutionem reptilis, & abo-
minando abominaberis illa, quia anathemata sunt.

CAP. VIII.

Omnia mandata, quæ ego mando vobis hodiè, custodietis ut facia- 1
tis: ut vivatis, & multiplicemini, & ingrediamini & possideatis ter-
ram, quam juravit Dominus patribus vestris. Et eritis memores omnis 2
viæ per quam duxit vos Dominus Deus vester his quadraginta annis in
deserto, ad affligendum vos, & ad tentandum vos, ut sciret utrum ser-
varetis mandata ejus necne. Af- 3
flixit itaque te, & esurire fecit te,
& cibavit te manna quod non
novistis, nec noverunt patres vestri:

Hierof. 3. *Quod non per Manna solum*

ut notum faceret tibi quod non in pane solo vita hominis; quoniam
in omne quod creatum est verbo Domini vita hominis.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

18 * نه ترسي از ايشان ياد كردن ياد كني مر آنچه بكرد ׃ خداي تو بفرعه وبهمه مصريان
19 * آن آزمايشهاي آن بزرگان آنچه بديدند چشماني تو وآن نشانها وآن معجزها وآن دستي
آن قوي وآن بازوي آن افراشته آنچه بيرون آورد [ترا] ׃ خداي تو همچنين بكند ׃ خداي تو
20 بهمه آن قومها آنچه تو ترسا از پيشي ايشان * ونيز مر آن آفت بفرستد ׃ خداي تو در ايشان
21 تا كم كردني آن باقي ماندگان وآن نهان شدگان از پيشي تو * نه ترسي از پيشي ايشان كه
22 ׃ خداي تو در مياني تو خداي بزرگ وهيبتوار * وبر كند ׃ خداي تو مر آن قومهاي
آن اينان از پيشي تو اندك اندك نه تواني فنا كردن ايشانرا زود تا نه بسيار شود ابر تو
23 ددي آن دشت * وبدهد ايشانرا ׃ خداي تو بپيشي تو وبياشوبد ايشانرا آشوبي بزرگ تا
24 نيست كردن ايشانرا * وبدهد پادشاهاني ايشان در هستي تو وگم كني مر نامي ايشان از
25 فرودي آن آسمان نه ايستد مردي در پيشي تو تا نيست كردني تو ايشانرا * وتراشهاي
بتاني ايشان بسوزانيد در آتش نه آرزو كني سيم وطلا ابر ايشان وبستاني بتو تا نه طله افتي درو
26 كه مكروهي ׃ خداي تو است او * ونه آوري مكروهي بخانهي تو وباشي حرم چون او ويسه
داشتن ويسه داري اويرا ومكروه داشتن مكروه داري اويرا كه تباه است او ׃

* فصل هشتم *

1 * همه آن فرمان آنچه من فرمايا ترا اين روز نگاه داريد بكردن بسبب بزييد وبسيار شويد وبيايند
2 وميراث گيريد مر آن زمين آنچه سوگند خورد ׃ بپدراني شما * وياد كني مر همه آن راه آنچه ببرد
[ترا] ׃ خداي تو آن چهل سال در بيابان بسبب رنجاندن ترا بآزمايش كردن ترا بدانستن
3 مر آنچه در دلي تو ها نگاه داري فرمانهاي او اگر نه * برنجاند ترا گسنه داشت ترا وبخوراند
ترا مر آن من آنچه نه دانستي ونه دانستند پدراني تو بسبب معلوم كردن ترا كه نه ابر
آن نان بتنهائي او بزيد آن آدم كه ابر همه بيرون آياي امري ׃ بزيد آن آدم ׃

Ne timeas ab illis: sed recordando 18
recordaberis ejus quod fecit Dominus Deus tuus Pharoni & omnibus
Ægyptiis, Tentationum magnarum 19
quas viderunt oculi tui, & signorum, miraculorúmque, & manûs
validæ, & brachii extenti quo eduxit te Dominus Deus tuus: sic fa-
ciet Dominus Deus tuus omnibus po-
pulis à quorum præsentia tu times.
Et etiam perniciem immittet Domi- 20
nus Deus tuus in eos, usque ad per-
ditionem reliquorum manentium &
absconditorum à præsentia tua. Ne 21
paveas igitur *à præsentia illorum:*
nam Dominus Deus tuus est *in me-*
dio tui, Deus magnus ac terribilis.
Extirpabitq; Dñs Deus tuus populos 22
istos à præsentia tua paulatim pau-
latim: non poteris absumere eas citò,
ne multiplicetur contra te bestia a-
gri. Dabit tamen eos Dominus 23
Deus tuus coram te, & conturbabit
eos conturbatione magnâ, donec an-
nihilârit ipsos. Dabitque reges eo- 24
rum in manum tuam, & perdes no-
men eorum de sub cælo: non consistet
quisquam in præsentia tua, donec an-
nihilaveris eos. Sculptilia quoque 25
idolorum eorum comburetis igne: non
concupisces argentum & aurum
quod est *super ea, nec capies tibi;*
ne in laqueum incidas per illud:
abominatio enim Domini Dei tui
est illud. Neque introduces abomi- 26
nationem in domum tuam, ne sis
anathema sicut illud: detestando
detestaberis illud, & abominando
abominaberis illud, quia corru-
ptum est illud.

CAP. VIII.

Omne præceptum quod ego præ- 1
cipio vobis hodiè, observabitis fa-
cere; ut vivatis, & multiplicemi-
ni, ingrediaminique, & hæreditariò
accipiatis terram de qua juravit
Dominus patribus vestris. Memi- 2
nerisque totius viæ per quam du-
xit te Dominus Deus tuus istis qua-
draginta annis in deserto, causâ af-
fligendi te, ad tentandum te, ad sci-
endum quid esset in corde tuo, u-
trùm observaturus esses præcepta e-
jus, nécne. Afflixit te, famelicum 3
habuit te, postea autem cibavit te
Man, quod non noveras, neque no-
verant patres tui: causâ notum
faciendi tibi quòd non per panem
solum vivet homo, sed per omne pro-
veniens ex mandato Dei vivet ho-
mo.

תרגום יונתן בן עוזיאל — ירושלמי
Targ. JONATHAN B. UZIEL. Hierosolymitanum.

4 שמלתך כסותכון לא בלת מעלוי נושמכון ודינליכון לא הליכן מיחפין דנן
5 ארבעין שנין: וידעת ותנדעון עם רעיוני ליבכון ארום היכמא דמסקר גבר ית
6 בריה יי אלהך מסקר יתכון: ושמרת ותנטורון ית פקודיא דיי אלהכון למהך
7 בארחן דתקנן קדמוי ולמדחל יתיה: כי ארום יי אלהכון מעיל יתכון לארעא
משבחא בפירהא ארעא דנגדא נחלין דמיין צלילין מבועי עינון חליין ותהומין
8 דלא מיבשין נפקין בבקען ובטוורין: ארץ ארעא דמרביא חינטין ושערין
ומלבלבא נופנין דמנהון נפיק חמר חל
וחריף ומרביא תינין ורומנין ארע
דמן זייתהא עבדין משח ומן תומרייהא
9 עבדין דבש: ארץ ארעא דלא בחוסרנא
תיכלון בה לחמא לא תחסר כל מדעם
בה ארעא די חכימהא גזרין גזירן ברירן הי כפרולא ותלמידהא שאלין שאילן
10 מסימן כנחשא: ואכלת ותהוון זהירין בזמן דאתון אכלין ושבעין הוון מודין
ומברכין קדם יי אלהכון על כל פירי ארעא משבחא דיהב לכון: השמר
11 אסתמרון לכון דילמא תתנשון ית דחלתא דיי אלהכון מן בגלל דלא למנטר
12 פקודוי ודינוי וקיימוי דאנא מפקיד לכון יומא דין: פן דילמא תיכלון
13 ותשבעון ובתין שפירין תיבנון ותיתבון: ובקרך ותוריכון ועניכון יסגון וכספא
14 ודהבא יסגי לכון וכל דילכון יסגי: ורם ויתרם לבכון ותתנשון ית דחלתא
דיי אלהכון דאפיקכון פריקין מארעא דמצרים מבית שעבוד עבדיא: המוליכך
15 דדברך ברחמין במדברא רבא ודחילא אתר מלי חיוון קלין ועקרבין עקצין
ובית צחונא אתר דלית מוי דאפיק לך מוי משמיר טנרא: המאכלך
16 דאוכלך מנא במדברא דלא ידעון אבהתך מן בגלל לסנפותך ומן בגלל
17 לנסיותך לאוטבא לך בסופך: ואמרת הוו זהירין דלא תימרון בליבכון
18 חילן ותקוף ידן קנו לן ית נכסיא האלין: וזכרת ותהוון דכירין ית יי אלהכון
ארום הוא דיהיב לכון מלכא למקני ניכסין מן בגלל לקיימא ית קיימיה
19 דקיים לאבהתכון בזמן יומא הדין: והיה ויהי אין מינשא תינשון ית
דחלתא דיי אלהכון ותהכון בתר טעוות עממיא ותפלחונון ותסגדון להון
אסהדית עליכון יומא דין ארום מיבד תיבדון:

ירושלמי 8 ארעא דמן זיתהא עבדין
משח ומן תמרהא עבדין דובשא: 9 די
אבנהא ברירין כפירולא וטוריא חסימין
כנחשא:

Indumenta vestra non sunt vetustate consumpta à corporibus vestris, 4
& pedes vestri non iverunt nudati his quadraginta annis. Quin & 5
cognoscetis cum cogitationibus cordis vestri, quod quemadmodum
respicit aliquis filium suum, Dominus Deus tuus respicit vos. Custo- 6
dietis igitur mandata Dei vestri, ut ambuletis in semitis quæ rectæ
sunt coram eo, & ut timeatis ipsum. Quoniam Dominus Deus ve- 7
ster introducit vos in terram cujus fructus laudabiles sunt, terram
cujus torrentes fluunt aquis limpidissimis, fontibus scaturientibus dul-
cibus, & abyssis quæ non arescunt egredientibus per campos & mon-
tes. In terram producentem tri- 8
tica & hordea, & progerminan-
tem vineas ex quibus exit vinum
dulce & præmaturum, & pro-
ducentem ficus & malogranata:
terram ex cujus olivis fit oleum,
& ex cujus palmis fit mel. Ter- 9
ram in qua sine inopia comedetis panem, in qua nihil desiderabis:
terram cujus sapientes decernunt decreta clara sicut ferrum, & disci-
puli ejus interrogant interrogationes æstimatas instar æris. Admoniti 10
ergò eritis quo tempore comedetis & saturi eritis, ut celebretis &
benedicatis coram Domino Deo vestro, pro omnibus fructibus terræ
laudatissimæ quam dedit vobis. Cavete vobis ne oblivioni tradatis 11
timorem Domini Dei vestri, quominus non custodiatis mandata ejus
judicia ejus & statuta ejus quæ ego mando vobis hodie. Ne fortè 12
ubi comederitis & satiati fueritis, & domos pulchras ædificaveritis
in quibus habitetis; Et boves tui & oves tuæ multiplicatæ fuerint, 13
& argentum & aurum multiplicatum fuerit vobis, & quicquid ve-
strum fuerit multiplicatum fuerit: Tum elevetur cor vestrum, & 14
oblivioni tradatis timorem Domini Dei vestri, qui eduxit vos libera-
tos è terra Ægypti, è domo afflictionis servorum. Qui duxit te in 15
misericordia per desertum istud magnum & tremendum, locum ple-
num serpentibus urentibus & scorpionibus habentibus aculeos, per
locum ubi erat siccitas, locum ubi non erant aquæ: quique eduxit
tibi aquas ex lapide durissimo. Qui cibavit te manna in deserto, 16
quod non noverunt patres tui, ad affligendum te & tentandum te,
ut benefaciat tibi in fine tuo. Admoniti estote ne dicatis in corde 17
vestro; Virtus nostra & robur manus nostræ compararunt nobis has
omnes opes. Sed eritis memores Domini Dei vestri, quoniam ipse 18
est qui dedit vobis consilium ad comparandum opes: ut confirmaret
fœdus suum, quod juravit patribus vestris tempore diei hujus. Et 19
erit si obliviscendo obliti fueritis timoris Domini Dei vestri, & ive-
ritis post idola populorum, & colueritis ea, & adoraveritis ea: te-
stor contra vos hodie quod pereundo peribitis.

Hierosol. 8 *Terram ex cujus olivis faciunt oleum, & ex palmis ejus faciunt mel.* 9 *Cujus lapides clari sunt instar ferri, & montes reconditi instar æris.*

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

4 5 * جامهي تو نه کهنه شد از بالاي تو و پاي تو نه سوده شد اين چهل سال * و بداني اوازي دلي
6 تو که چون آنچه ادب کند مرد مر پسري او :: خداي تو ادب کنا ترا * و نگاه داري
7 مر فرمانهاي :: خداي تو برفتن در راهاي او و بترسيدن اويرا * که :: خداي تو آورا ترا
8 بزميني نيکو زميني رودهاي آب چشمها و تهومها بيرون آيان در دره و در که * زميني گندم
9 و جو و تاك و انجير و انار [زميني] زيتوني روغن و انگبين * زميني آنچه نه در مسکنت بخوري
دران نان نه نيازمند باشي هيچ دران زميني آنچه سنگهاي آن آهن و از کوههاي آن حاصل
10 کني مس * و بخوري و سير شوي و آفرين گوئي مر :: خداي تو ابر آن زميني آن نيکو آنچه
11 بداد بتو * حاذر باش بتو تا نه فراموش کني مر :: خداي تو بي نگاه داشتن فرمانهاي او
12 و حکمهاي او و رسمهاي او آنچه من فرمايا ترا اين روز * تا نه خوري و سير شوي و خانهاي
13 نيکويان آبدان کني و بنشيني * و گاوي تو و گوسفندي تو بسيار شوند و نقره و طلا
14 بسيار شود بتو و همه آنچه بتو بسيار شود * و بلند شود دلي تو و فراموش کني مر :: خداي
15 تو آن بيرون آورا ترا از زميني مصر از خانهي بندگي * آن برا ترا در بياباني آن بزرك و آن
ترسناك ماري سوزنده و کژدم و تشنهاستان آنچه نيست آب آن بيرون آورا بتو آب از سنگي آن
16 خارا * آن خورانا ترا من در بيابان آنچه نه دانستند پدراني تو بسبب رنجاندن ترا و بسبب آزمايش
17 کردن ترا بنيکو کردني تو در آخر تو * و بگوئي در دلي تو زوري من و قوتي دستي من بکرد بمن
18 مر همه آن مالي آن اين * و ياد کني مر :: خداي تو که او آن دها بتو زور بکردن مال بسبب بر
19 انگيزاندن مر شرطي او آنچه سوگند خورد بپدراني تو چون روزي آن اين * و باشد اگر فراموش
کردن فراموش کني مر :: خداي تو و بروي پسي معبوداني دگران و پرستش کني ايشانرا
و سجود کني بايشان گواه گرفتم در شما [اين روز] که گم شدن گم شويد *

Vestimentum tuum nequaquam in- 4
veteravit super te, & pes tuus non
fuit detritus his quadraginta an-
nis. Consciúsque sis cum corde tuo, 5
quòd quemadmodum castigat ho-
mo filium suum, Dominus Deus
tuus castigat te. Itaque custodies præ- 6
cepta Domini Dei tui, ad eundum
in viis ejus, & ad timendum eum.
Nam Dominus Deus tuus introdu- 7
cit te in terram bonam, terram tor-
rentium aquarum, fontium, &
abyssorum erumpentium in valli-
bus & in montibus; Terram tri- 8
tici, & hordei, & vitis, & ficûs,
& malogranati, terram olivæ olei
& mellis: Terram in qua in pau- 9
pertate non comedes panem, neque
indigus eris quopiam: terram cu-
jus lapides sunt ferrum, & è mon-
tibus ejus acquires æs. Comedes 10
inquam, & saturaberis, túnque
benedices Domino Deo tuo propter
terram bonam quam dederit tibi.
Cautus sis tibi ne obliviscaris Do- 11
mini Dei tui, non custodiendo man-
data ejus, & judicia ejus, & sta-
tuta ejus quæ ego præcipio tibi ho-
diè: Ne fortè comedas & satu- 12
reris, & domos egregias ædifices,
atque sedeas in illis: Et boves 13
tui, ovésque tuæ multiplicentur,
argentum quoque & aurum multi-
plicetur tibi, & omne quod est tibi,
multiplicetur: Tum elevetur cor 14
tuum, & obliviscaris Domini Dei
tui qui eduxit te è terra Ægypti, è
domo servitutis: Qui duxit te 15
per desertum magnum & terribile
serpentis adurentis & scorpionis,
sitibundum nempè locum in quo
non erat aqua: qui eduxit tibi a-
quam è lapide marmoreo: Qui 16
cibavit te Man in deserto, quod non
noverant patres tui, causâ affligendi
te, & causâ tentandi te, ad benefa-
ciendum tibi in novissimo tuo: Di- 17
cásque in corde tuo; Fortitudo mea,
& robur manûs meæ fecit mihi to-
tam substantiam istam. Sed recor- 18
dabere Domini Dei tui, quia ipse dat
tibi fortitudinem ad faciendum sub-
stantiam, causâ suscitandi pactum
suum quod juravit patribus tuis, sic-
ut die hâc. Erit autē, si obliviscendo 19
oblitus fueris Domini Dei tui, ive-
ri͡sque post deos alios, & cultum
præstiteris eis, & adorationem ex-
hibueris illis, testor contra vos hodie
quòd pereundo peribitis.

תרגום יונתן בן עוזיאל

20 כנוים היך כעממיא דיי מגלי מן קדמיכון היכדין תיבדון חולף דלא קבלתון
למימרא דיי אלהכון :

ט

1 שמע שמעו ישראל אתון עברין יומא דין ית יורדנא למיעול למירות עממין
2 רברבין ותקיפין מנכון קירוין רברבן וכריכן עד צית שמיא : עם גדול עם חסין
וגיוותן היך כגנבריא דאתון ידעתון ואתון שמעתון מן יכול למיקם קדם בנוי
3 גיבריא : וידעת ותנדעון יומא דין ארום יי אלהכון שכינת יקריה מטיילא קדמיכון
מימריה אישא אכלא הוא ישיצינון והוא יתריכינון מן קדמיכון ותרכינון ותובדינון
4 בסרהוביא היכמא דמליל יי אלהכון לכון : לא תאמר לא תימרון בליבכון כד
ידחי יי אלהכון יתהון מן קדמיכון למימר בזכותי אעלני יי למירת ית ארעא הדא
5 ובחובי עממיא האלין יי מתרכהון מן קדמיכון : לא בצדקתך לא מטול זכוותכון
ובתריצות ליבכון אתון עללין למירות ית ארעהון ארום בחובי עממיא האלין יי
אלהכון מתרך יתהון מן קדמיכון ומן בגלל לקיימא ית פתגמא דקיים יי
6 לאבהתכון לאברהם ליצחק וליעקב : וידעת ותנדעון ארום לא בזכותכון יי
אלהכון יהיב לכון ית ארעא משבחא הדא למירתה ארום עם קשי קדל אתון :
7 זכר הוו דכירין לא תתנשון דארגיזתון קדם יי אלהכון במדברא למן יומא
דנפקתון מארעא דמצרים עד מיתיכון עד אתרא הדין מסרבין הויתון קדם יי :
8 ובחרב ובחורב ארגיזתון קדם יי והוה רוגזא מן קדם יי בכון לשיציא יתכון :
9 בעלותי כד סליקית לטוורא למיסב לוחי מרמירא לוחי קיימא דגזר יי עמכון
ושהיית בטוורא ארבעין יממין וארבעין לילוון לחמא לא אכלית ומיא לא
10 אשתיתי : ויתן ויהב יי לי ית תרין לוחי מרמירא כתיבין באיצבעא דיי ועליהון
כתיב היך ככל פתגמיא דמליל יי עמכון בטוורא מגו אשתא ביום כנישת קהלא :
11 ויהי והוה מסוף ארבעין יממין וארבעין לילוון יהב יי לי ית תרין לוחי מרמירא
לוחי קיימא :

Targ. Jonathan B. Uziel.

Sicut populi quos Dominus migrare facit à facie vestra, sic peribitis, eò 20
quòd non asculcaveritis sermoni Domini Dei vestri.

CAP. IX.

Audi Israel, vos transitis hodie Jordanem, ad ingrediendum & 1
possidendum populos plures & fortiores vobis, civitates multas &
munitas usque ad fastigium cœlorum: Populum fortem & sublimem 2
instar gigantum, quos vos novistis, & vos audivistis quis potest con-
sistere coram filiis gigantum? Scietis itaque hodie quòd Dominus 3
Deus vester ille sit cujus gloriæ divina majestas ambulat coram vobis,
verbum *inquam* ejus ignis consumens, ipsum perdet eos & extirpabit
eos à facie vestra: itaque eliminabitis eos, & perdetis eos citò, si-
cut loquutus est Dominus Deus vester vobis. Ne dixeritis in corde 4
vestro, quando amoverit Dominus Deus vester eos à facie vestra,
dicendo; Propter meritum meum introduxit me Dominus ad hæredi-
tario possidendum terram hanc: nam propter peccata populorum
istorum Dominus expellit eos à facie vestra. Non propter merita 5
vestra, aut propter rectitudinem cordis vestri vos ingredimini ad pos-
sidendum terram eorum: quoniam propter peccata populorum isto-
rum Dominus Deus vester expellit eos à facie vestra, & ut stabiliat
verbum quòd juravit Dominus patribus vestris, Abraham, Isaac, & Jacob.
Scietis itaque, quòd non propter merita vestra Dominus Deus vester 6
dat vobis terram laudatissimam hanc ad possidendum eam: quoniam
populus duræ cervicis vos. Memores sitis, nec oblivioni tradatis, 7
quòd ad iracundiam provocaveritis coram Domino Deo vestro in de-
serto: inde à die quo exiistis è terra Ægypti, donec veniretis ad
hunc usque locum, rebelles fuistis coram Domino. Et in Horeb ad 8
iracundiam provocâstis coram Domino: itaque fuit furor à facie
Domini in vos, ad perdendum vos. Cum ascendi in montem ad accipi- 9
endum tabulas marmoreas, tabulas fœderis quod pepigit Dominus vobis-
cum, & moratus sum in monte quadraginta diebus & quadraginta nocti-
bus, panem non edi & aquas non bibi. Et dedit Dominus mihi duas ta- 10
bulas marmoreas scriptas digito Domini, & in illis scriptum erat juxta
omnia verba quæ loquutus est Dominus vobiscum in monte è medio ignis,
in die congregationis cœtus. Accidit autem à fine quadraginta dierum & 11
quadraginta noctium, ut dederit Dominus mihi duas tabulas marmoreas,
tabulas fœderis.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

20 * چو قومها آنچه ׃ كم كنا ازپيشي شما همچنين كم شويد جزاء نه شنويديد در آوازي
׃ خداي شما *

* فصل نهم *

1 * بشنو يسرال تو كذرا اين روز مر آن يردن بآمدن براندن قومهاي بزركان و قويان از تو
2 شهرهاي بزركان و قلعها در آسمان * قومي بزرك و افراشته پسراني عنقيم آنچه تو دانسي
3 [و تو شنويدي] كه بياستد بپيشي پسراني عنق * و بداني اين روز كه ׃ خداي
تو او آن كذرا بپيشي تو آتشي سوزا او نيست كند ايشانرا و او بشكند ايشانرا بپيشي
4 تو و براني ايشانرا و كم كني ايشانرا زود چون آنچه سخن كفت ׃ بتو * نه كوئي در
دلي تو در دحعى كردني ׃ خداي تو ايشانرا از پيشي تو بكفتن در راستي من بياورد
مرا ׃ بميراث كرفتن مر آن زمين آن اين و در ظلمي آن قومهاي آن اينان ׃ راندا ايشانرا
5 ازپيشي تو * نه در راستي تو در شايستكي دلي تو تو آيا بميراث كرفتن مر زميني ايشان كه
در ظلمي آن قومهاي آن اينان ׃ خداي تو راندا ايشانرا ازپيشي تو و بسبب بر انكيزاندن
6 مر آن سخن آنچه سوكند خورد ׃ بپدراني تو بابرهم بيصحق و بيعقوب * و بداني كه
نه در راستي تو ׃ خداي تو دها بتو مر آن زميني آن نيكوي آن اين بميراث كرفتن كه
7 قومي سخت قفاي تو * ياد كن نه فراموش كني مر آنچه خشم انكيزاندي مر ׃ خداي تو در
بيابان باز آن روزي آنچه بيرون آمدي از زميني مصر تا آمدني شما تا آن جائي آن اين
8 عاصيان بوديد اوازي ׃ * و در حرب قهر انداختيد مر ׃ خشم كرفت ׃ در شما بنيست
9 كردني شمارا * در بر آمدني من بآن كوه بستاندن لوحهاي آن سنكها لوحهاي آن شرط آنچه
ببريد ׃ اوازي شما بنشستم در كه چهل روز و چهل شب نان نه خوردم و آب نه آهنجيدم *
10 * بداد ׃ بمن مر دو لوحهاي آن سنكها نوشتكان در صنعي خداي و ابر ايشان چون همه
آن سخنها آنچه سخن كفت ׃ اوازي شما در كوه از مياني آن آتش در روزي آن جمع *
11 * بود از فرجامي چهل روز و چهل شب بداد ׃ بمن مر دو لوحهاي آن سنكها لوحهاي
آن شرط *

Sicut gentes quas perditurus est Do- 20
minus à præsentia vestra, sic peribi-
tis, propterea quòd non auscultâstis
voci Domini Dei vestri.

CAP. IX.

Audi Israel, tu transis hodiè 1
Jarden, ad ingrediendum ad expel-
lendum gentes magnas & robustio-
res quàm tu, urbes magnas, & mu-
nimenta usque ad cœlum: Popu- 2
lum magnum & excelsum, filios A-
nacim quos tu nôsti, tùque audisti,
Quis consistet coram filiis Anac?
Scies itaque hodiè quòd Dominus 3
Deus tuus ipse transit coram te,
ignis comburens, ipse annihilabit
eos, ipséque confringet eos coram
te: & expelles eos, et perdes eos
citò, quemadmodum locutus est Do-
minus tibi. Ne dicas in corde tuo 4
quum propulsaverit Dominus Deus
tuus illos à præsentia tua, dicen-
do; Propter justitiam meam intro-
duxit me Dominus ad hæreditate
capiendam terram istam, cùm propter
iniquitatem gentium istarum ex-
pulerit eas Dominus à præsentia tua.
Non propter justitiam tuam & pro- 5
bitatem cordis tui tu ingrederis ad
hæreditate capiendam terram eo-
rum: nam propter iniquitatem gen-
tium istarum Dominus Deus tuus
expellit eas à præsentia tua, et causâ
præstandi verbum quod juravit
Dominus patribus tuis Abraham,
Ishac, & Jaacob. Proindè scias 6
quòd non propter rectitudinem tuam
Dominus Deus tuus dat tibi terram
bonam istam ad hæreditariò capien-
dam: populus enim duræ cervicis
es tu. Memento, ne obliviscaris 7
quòd ad iram excitâsti Dominum
Deum tuum in deserto: à die quo
egressus es è terra Ægypti, usque in
adventum vestrum ad locum istum,
rebelles fuistis Domino. Etiam in 8
Horeb furorem injecistis Do-
mino, & iram concepit Dominus
contra vos ad annihilandum vos.
Quum ascendissem in montem ad 9
accipiendum tabulas lapideas, ta-
bulas fœderis quod pepigit Domi-
nus vobiscum, sedi in monte quadra-
ginta dies & quadraginta noctes,
ubi panem non comedi & aquam non
bibi. Et dedit Dominus mihi duas 10
tabulas lapideas scriptas operâ
Dei: & in eis erat juxta omnia
verba quæ locutus fuerat Dominus
vobiscum in monte de medio ignis,
in die congregationis. Fuit autem, 11
post finem quadraginta dierum &
quadraginta noctium, dedit Domi-
nus mihi duas tabulas lapideas, ta-
bulas fœderis.

תרגום יונתן בן עוזיאל ירושלמי

12 ויאמר ואמר יי לי קום חות בפריע מכא ארום חבילו ארחתהון עמא דאתקריין
על שמך דאפיקתא מארעא דמצרים סטו בפריע מן אורחא דפקידתינן בסיני לא
13 תעבדון לכון צלם וצורה ועבדו להו מתכא: ויאמר ואמר יי לי למימר גלי קדמי
14 סורחנות עמא הדין והא עם קשי קדל הוא: הרף אנח בעיתך מן קדמי
ואשיצינון ואמחי ית שומהון מתחות שמיא ואעביד יתך לעם תקיף וסגי מנהון:
15 ואפן ובוונית ונחתית מן טוורא וטוורא דליק באישתא ותרין לוחי קיימא על
16 תרין ידיי: וארא וחמית והא סרחתון קדם יי אלהכון עבדתון לכון עיגל מתכא
סטיתון בפריע מן ארחא דפקיד יי
יתכון: ואתפש ואחדית בתרין לוחיא 17
וטלקתינון מעלוי תרתין ידיי ותברתינון

ירושלמי 17. ותפשית בתרין לוחיא
וטלקית יתהון:

18 ואתון חמיין כד לוחיא מיתברין ואתוותא פרחין: ואתנפל ובעית רחמין מן קדם
יי כד בקדמיתא ארבעין יממין וארבעין לילוון לחמא לא אכלית ומוי לא
אשתיית מטול כל חוביכון דחבתון למעבד דביש קדם יי לארגזא קדמוי:
19 כי יגרתי בי היא זמנא אשתלחון מן קדם יי חמשתי מלאכיא מחבליא לחבלא
ית ישראל אף וחימה וקצף ומשחית וחרון כיון דישמע משה רבהון דישראל אזל
ואדכר שמא רבא ויקירא ואוקים מקבריהון אברהם ויצחק ויעקב וקמון בצלותא
קדם יי ומן יד אתכליאו תלת מנהון ואשתיירון תרין אף וחימה בעא משה רחמין
ואתכליאו אוף תריהון וחפר שייח בארעא דמואב וטמרינון בשבועת שמא רבא
ודחילא דהכין כתיב ארום דחילית מן קדם רוגזא וחימתא דרגז יי עליכון למשיצא
20 יתכון וקביל יי צלותי אוף בזמנא ההיא: ובאהרן ועל אהרן הוה רגז מן קדם יי
21 לחדא לשיציותיה וצליתי אוף על אהרן בעידנא ההיא: ואת וית סורחנתכון
דעבדתון ית עגלא נסיבית ואוקידית יתיה בנורא ושפיית יתיה בשופינא טבאות
עד דהוה דקיק כעפרא וטלקית ית עפריה לנחלא דנחית מן טוורא: ובתבערה
ובבית יקידתא ובניסיתא ובקברי 22
תחמודא מרגיזין הויתון קדם יי:

ירושלמי 22 ובקבריא תחמודיא:

23 ובשלח ובזמן דשלח יי יתכון מרקם גיעא למימר סוקו ואחסינו ית ארעא
דיהבית לכון וסריבתון על מימרא דיי אלהכון ולא הימנתון ליה ולא קבלתון
24 למימריה: ממרים מסרבין הויתון קדם יי מן יומא דחכימית יתכון:

Targ. Jonathan B. Uziel. *Hierosolymitanum.*

Et dixit Dominus mihi; Surge descende citò hinc, quoniam corruperunt 12
semitam suam populus qui vocantur de tuo nomine, quos eduxisti è
terra Ægypti: recesserunt citò de via quam præcepi illis in Sinai,
dicendo; Ne faciatis vobis simulachrum aut imaginem, & fecerunt
sibi fusile. Et dixit Dominus mihi, dicendo; Revelatum est coram 13
me peccatum populi istius, & ecce populus durus cervice est. Inter- 14
mitte precationem tuam à facie mea ut perdam eos, & deleam no-
men eorum de sub cœlis: & faciam te in populum fortiorem & ma-
jorem eis. Et respexi & descendi ex monte, & mons ardebat igni, 15
& duæ tabulæ fœderis in ambabus manibus meis. Et vidi, & ecce 16
peccaveratis coram Domino Deo vestro, feceratis vobis vitulum fu-
silem: declinaveratis citò à via quam præcepit Dominus vobis. Et 17
apprehendens duas tabulas projeci
eas ex duabus manibus meis: &
fregi eas vobis videntibus, tabulæ
fractæ sunt & literæ avolârunt.

Hieros. 17 *Et apprehendi ambas tabulas, & projeci eas.*

Et quæsivi miserationes à facie Domini sicut initio, quadraginta die- 18
bus & quadraginta noctibus panem non edi & aquas non bibi, pro-
pter omnia vestra peccata quibus peccâstis, faciendo id quod ma-
lum est coram Domino, ut ad iracundiam provocaretis illum. Eo tem- 19
pore missi sunt à facie Domini quinque angeli destructores ad perden-
dum Israelem, ira, & excandescentia, & indignatio, perditio, & ira-
cundia: quod postquam audivit Moses doctor Israelitarum, pro-
fectus est & mentionem fecit nominis magni & pretiosi; & excitavit
è sepulchris suis Abraham, Isaac, & Jacob, qui steterunt in precatione
coram Domino, & statim cohibiti sunt tres ex illis, & relicti sunt
duo, ira, & excandescentia: petiit Moses miserationes & cohibiti etiam
sunt ambo illi, quare fodit foveam in terra Moab, & occultavit eos cum
jurejurando nominis magni & tremendi, quia sic scribitur; Quoniam
timui propter iram & furorem, quo iratus fuit Dominus contra vos ne
perderet vos, & recepit Dominus preces meas etiam tempore illo. Sed 20
& contra Aharonem fuit ira à facie Domini valde, ut perderet eum: &
oravi etiam pro Aharone tempore illo. Et peccatum vestrum quod 21
fecistis, vitulum, accepi, & combussi eum igne, & contudi eum in mor-
tario bene, donec comminueretur in pulverem: & projeci pulverem
ipsum in torrentem descendentem è monte. Et in loco incendii, & 22
tentationis, & in sepulchris concu-
piscentiæ, ad iracundiam provo-
cantes fuistis Dominum. Et quo 23
tempore misit vos Dominus ex Re-
kim Gea, dicendo; Ascendite & hæreditario possidete terram quam
dedi vobis: tum rebelles fuistis contra verbum Domini Dei vestri, neque
credidistis ipsi, neque recepistis verbum ejus. Rebelles fuistis coram 24
Domino à die qua novi vos.

Hieros. 22 *Et in sepulchris concupiscentiarum.*

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

12 * گفت ‥ بمن بر خيز فرود شو زود ازين كه تباهي كرد قومي تو آنچه بيرون آوردي از مصر
13 بگشتند زود از آن راه آنچه فرمودم ايشانرا بكردند بايشان ريخته * گفت ‥ بمن بگفتن
14 بديدم مر آن قومي آن اين و اينك قومي سخت قفاست او * سست شو از من و نيست كنم
ايشانرا و محو كنم مر نامي ايشان از فرودي آن آسمان و بكنم ترا بقومي قوي و بسيار
15 ازو * روي كردم فرود آمدم از آن كوه و آن كوه افروزا در آتش و دو لوحهاي آن شرط
16 ابر دو دستهاي من * بديدم و اينك خطا كرديد بر ‥ خداي شما بكرديد بشما گوسالهي
17 ريخته بگشتيد زود از آن راه آنچه فرمود ‥ شمارا * بگرفتم در دو آن لوحها بيفكندم
18 [ايشانرا] از بالايي دو دستهاي من بشكستم ايشانرا بچشم ديدي شما * بيفتادم بپيشي ‥
چون اوّل چهل روز وچهل شب نان نه خوردم وآب نه آهنجيدم ابر همه خطاهاي شما آنچه
19 خطا كرديد بكردن آن بد در نظرهاي ‥ بخشم انداختن اويرا * كه بترسيدم از پيشي
آن خشم و آن غضب آنچه قهر كرد ‥ ابر شما بنيست كردن شمارا بشنويد ‥ بمن نيز در
20 باري آن اين * و در اهرن خشم گرفت ‥ بغايت بنيست كردن اويرا نماز كردم نيز در سببي
21 اهرن در وقتي آن آن * و مر خطاي شما آنچه بكرديد مر آن گوساله بستاندم و بسوختم
اويرا در آتش و بكوفتم اويرا جرس نيكو تا آنچه خرد شد بخاك و بينداختم مر خاكي
22 او بآن رود آن فرود آيا از آن كوه * و بتبعره و بمسّه و در قبرت آن تاوه خشم
23 انگيزان بوديد مر ‥ * و در فرستادني ‥ شمارا از قدش برنع بگفتن بر
آييد و ميراث گيريد مر آن زمين آنچه بدادم بشما عاصي شديد مر امري ‥ خداي
24 شما و نه باور كرديد باو و نه شنويديد در قولي او * عاصيان بوديد اوازي ‥ از
روزي دانستني من شمارا :

Dixitque Dominus mihi; Surge, 12
descende citò abhinc, quia corrupte
egit populus tuus quem eduxisti ex
Ægypto, diverterunt citò à via quā
præcepi eis, fecerunt sibi fusile.
Dixit quoque *Dominus ad me, di-* 13
cendo; Vidi populum istum, &
ecce populus duræ cervicis est ipse.
Apage à me, ut annihilem eos, de- 14
leamque nomen eorum de sub cœlo,
& faciam te in gentem robustiorem
& copiosiorem illâ. Tunc facie con- 15
versâ descendi è monte, (mons ve-
rò ardebat igne,) & duæ tabulæ
fœderis erant *in duabus manibus*
meis. Aspexique, & ecce pecca- 16
veratis in Dominum Deum vestrum,
feceratis enim *vobis vitulum fusi-*
lem, diverteratis citò à via quam
præceperat Dominus vobis. Tunc 17
apprehendens ego duas tabulas lapi-
deas, projeci eas è duabus manibus
meis, confregique illas in conspectu
oculorum vestrorum. Et procidi 18
coram Domino sicut priùs, qua-
draginta diebus & quadraginta
noctibus; panem non comedi,
& aquam non bibi; propter
omnia peccata vestra quæ pec-
caveratis, faciendo malum in con-
spectibus Domini, furorem in-
jiciendo illi: (Timui enim 19
propter furorem & iram quâ Ira-
tus erat Dominus contra vos ad an-
nihilandum vos:) & exaudivit me
Dominus etiam vice hâc. In A- 20
haron etiam iram concepit Domi-
nus vehementer, ad annihilan-
dum eum: tum oravi etiam
causâ Aharon tempore illo. Pec- 21
catum autem vestrum quod fece-
ratis, nempe vitulum, accepi, &
combussi illum igne, contrivique
illum moliturâ bonâ, usque quò
comminutus esset in pulverem: de-
indè projeci pulverem ejus in tor-
rentem descendentem è monte. Et in 22
Taberah, & in Massah, & in Cibroth-
taavah ad iram excitantes fuistis
Dominum. Et quum misisset vos Do- 23
minus de Cadesh Barnea, dicendo;
Ascendite, & hæreditariò capite
terram quam ego dedi vobis: re-
bellâstis mandato Domini Dei ve-
stri, & non credidistis ei, neque
auscultâstis dicto ejus. Rebelles 24
fuistis Domino à die quâ cogno-
vi vos.

תרגום יונתן בן עוזיאל

25 ואתנפל ואשטטחית בצלו קדם יי ית ארבעין יממין וית ארבעין לילון דאשתטחית
26 בצלו ארום אמר יי למשציא יתכון : ואתפלל וצליית קדם יי ואמרית בבעו
ברחמין מן קדמך יי אלהים לא תחבל עמך ואחסנתך דיפרקת בתוקפך די אפיקת
27 ממצרים בגבורת אידא תקיפתא : זכר הוי דכיר לעבדך לאברהם ליצחק
וליעקב ולא תסתכל לקשיות לב עמא הדין לרישעיהון ולסורחנותהון : מן
28 דלמא יימרון דיירי ארעא דאפקתנא מתמן מדאיתתיש חילא מן קדם יי
לאעלותהון לארעא דמליל להון ומדסני יתהון אפיקינון לקטלותהון במדברא :
29 והם והינון עמך ואחסנתך דאפיקתא בחילך רבא ובדרעך מרממא :

י

1 בעת בעדנא ההיא אמר יי לי פסל לך תרי לוחי מרמירא כצורתהון דקמאי וסוק
2 לקדמי לטורא ועיבד לך ארונא דקיסא : ואכתב ואכתוב על לוחיא ית פתגמיא
דהוו על לוחיא קמאי דייתשר חילך דתברתנון ותשוינון בארונא : ואעש
3 ועבדית ארונא דקיסי שטיא ופסלית תרי לוחי מרמירא כצורת קמאי וסלקית
4 לטורא ותרין לוחיא בידי : ויכתב וכתב על לוחיא הי כבתבא קמא ית עשרתי
דביריא דמליל יי עמכון בטורא מגו אישתא ביומא דאתכנשו קהלא ויהבינון יי
5 לי : ואפן ואתפנית ונחתית מן טורא ושויית ית לוחיא בארונא דעבדית והוו תמן
6 צניעין היכמא דפקדני יי : ובני ובני ישראל נטלו מן כופרני בירי בני יעקן
למוסרה תמן אגח עמהון עמלק כד מלך בערד דשמע דמית אהרן ואסתלקו ענני
יקרא ומרעקת על ישראל על קרבא ההיא בעו למתוב למצרים והדרי שית
מטלין רדפו בני לוי בתריהון וקטלו מנהון תמני גניסן והדרו לאחוריהון אף מבני
לוי אתקטילו ארבע גניסן אמרו דין לדין מאן גרם לנא קטולא הדא אלא על
דאתרשלנא במספדא דאהרן חסידא וקבעו תמן מספדא כל בני ישראל כאלו
7 תמן מית אהרן ואתקבר תמן ובכן שמיש אלעזר בריה באתרוי : משם מתמן
8 נטלו לגודגוד ומן גודגוד ליטבת ארע נגדא נחלין דמיין : בעת בעדנא ההיא
אפריש יי ית שבטא דלוי מטול דקניאו לשמיה לאתקטלא בגין יקריה למסוברא
ית ארון קיימא דיי למיקום קדם יי לשמשותיה ולברכא בשמיה עד זמן
יומא הדין :

Targ. JONATHAN B. UZIEL.

Et proſtravi me in oratione coram Domino quadraginta diebus & qua- 25
draginta noctibus, quibus proſtravi me in oratione, quoniam dixerat
Dominus ſe perditurum vos. Et oravi coram Domino, & dixi; Ob- 26
ſecro per miſerationes à facie tua Domine Deus, ne perdas populum
tuum, & hæreditatem tuam quam redemiſti per fortitudinem tuam, quem
eduxiſti ex Ægypto potentia manus fortis. Memor eſto ſervorum tu- 27
orum, Abraham, Iſaac, & Jacob: neque reſpicias ad duritiem cordis
populi hujus, ad impietatem eorum, & ad peccata eorum. Ne di- 28
cant habitatores terræ unde eduxiſti nos, elanguiſſe vires à facie Do-
mini, quominus introduceret eos in terram quam dixerat illis: &
quia odio habuerit eos, ideò eduxiſſe eos ut interficeret ipſos in de-
ſerto. Illi autem ſunt populus tuus, & hæreditas tua quam eduxiſti 29
robore tuo magno, & brachio tuo excelſo.

CAP. X.

IN tempore illo dixit Dominus mihi; Exculpe tibi duas tabulas mar- 1
moreas juxta figuram illarum priorum, & aſcende coram me in mon-
tem: & fac tibi arcam ligneam. Et ſcribam ſuper tabulas verba illa 2
quæ fuerunt in tabulis prioribus, quas corroborata virtute tuâ fregiſti:
& pones ea in arca. Feci ergò arcam lignorum Sittim, & ſculpſi 3
duas tabulas marmoreas juxta formam priorum: & aſcendi in montem
habens duas tabulas in manu mea. Et ſcripſit ſuper tabulas juxta 4
ſcripturam priorem, decem verba quæ loquutus eſt Dominus vobiſcum
in monte è medio ignis, die quo collecta eſt congregatio: &
dedit ea Dominus mihi. Et converſus deſcendi ex monte, & poſui 5
tabulas in arca quam feceram: & fuerunt ibi repoſitæ ſicut juſſerat
mihi Dominus. Filii autem Iſrael profecti ſunt ex oppidis puteorum 6
filiorum Jahakan in Moſerah, ibi conflixit cum eis Amalek, cùm regna-
ret in Harad, & intellexiſſet mortuum eſſe Aharonem, & remotas eſſe
nubes gloriæ. Cæterùm ex quo affligeretur Iſrael in eo prælio quæſierunt
reverti in Ægyptum, & revertentes ſex profectiones perſecuti ſunt eos
filii Levi, & interfecerunt ex illis octo generationes, & retroverſi ſunt
etiam ex filiis Levi interfecti ſunt quatuor generationes: dixerunt ſibi
invicem; Quis in cauſa fuit nobis hujus cladis? propterea quod re-
miſſiores fuimus in luctu Aharonis pii: ibi itaque conſtituerunt luctum
omnes filii Iſrael, acſi ibi mortuus eſſet Aharon, & ſepultus eſſet ibi,
& propterea miniſtravit Eleazer filius ejus loco illius. Inde profecti 7
ſunt in Gudgod: & à Gudgod in Jotbath, terram in qua fluunt tor-
rentes aquarum. Tempore illo ſeparavit Dominus tribum Levi, eo 8
quod zelo nominis ejus commoti interficerentur pro gloria ejus, ut por-
tarent arcam fœderis Domini: ut ſtarent coram Domino ad miniſtran-
dum ei, & ad benedicendum in nomine ejus uſque ad tempus diei hujus.

Verſio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

25 * بيفتادم بپيشي :: مر چهل آن روز و مر چهل آن شب آنچه بيفتادم كه گفت :: بنيست
26 كردن شمارا * نماز كردم بدي :: گفتم :: خدا نه تباه كني قومي تو و احسنتاي تو آنچه
27 خلاص كردي در بزرگي تو آنچه بيرون آوردي از مصر در دستي قوي * ياد كن
ببندگاني تو بابرهم بيصحق و بيعقوب نه روي كني بسختيي آن قومي آن اين و بظلمي
28 او و بخطاي او * تا نه گويند اهلي آن زمين آنچه بيرون آوردي ايشانرا ازآنجا از بي
توانستن :: باوردن ايشانرا بآن زمين آنچه سخن گفت بايشان و از دشمن داشتني او ايشانرا
29 بيرون آورد ايشانرا بكشتن ايشانرا در بيابان * و ايشان قومي تو و احسنتاي تو آنچه بيرون
آوردي در زوري تو آن بزرگ و در بازوي تو آن افراشته *

* فصل دهم *

1 * در وقتي آن آن گفت :: بمن
بتراش بتو دو لوحهاي سنگها چون اوّلينان و برآي بمن بآن كوه و بكني بتو صندوق چوب *
2 * و بنويسم ابر آن لوحها مر آن سخنهاي آنچه بودند ابر آن لوحهاي آن اوّلينان آنچه بشكستي
3 و بنهي ايشانرا در صندوق * و بكردم صندوقي چوبهاي شمشاد و بتراشيدم دو لوحها سنگها
4 چون اوّلينان و بر آمدم بآن كوه و دو آن لوحها در دستي من * بنوشت ابر آن لوحها چون
نوشتهي آن اوّل مر ده آن سخنها آنچه سخن گفت :: بشما در كوه از مياني آن آتش در روز آن
5 جمع بداد ايشانرا :: بمن * روي كردم و فرود آمدم از آن كه و بنهادم مر آن لوحها در صندوق
6 آنچه بكردم بودند آنجا چون آنچه بفرمود مرا :: * و پسراني يسرال منزل بر داشتند از باروت بني
7 يعقن بموسره آنجا بمرد اهرن قبرا شد آنجا و خدمت كرد العزر پسري او بجاي او * از آنجا منزل بر
8 داشتند بآن جدجد و از آن جدجد بيطبت زميني رودهاي آب * در وقتي آن آن جدا كرد
:: مر قبيلهي آن لوي ببر داشتن مر صندوقي شرطي :: بايستادن بپيشي :: بخدمت كردني
او و بآفرين گفتن در نامي او تا آن روزي آن اين *

Et procidi coram Domino quadra- 25
ginta diebus & quadraginta nocti-
bus, quibus procidi, quia dixerat
Dominus ad annihilandum vos. Et 26
orans ad Dominum dixi; Domine
Deus, ne corrumpas populum tuum
& hæreditatem tuam quam rede-
miſti magnitudine tuâ, quem edu-
xiſti ex Ægypto manu validâ. Me- 27
mento ſervorum tuorum, Abraham,
Iſhac, & Jaacob: ne reſpicias ad du-
ritiem populi hujus, & ad iniqui-
tatem ejus, & ad peccatum ejus:
Ut non dicant incolæ terræ unde edu- 28
xiſti eos; Ex impotentia Domini
ad introducendum eos in terram de
qua locutus eſt eis, & ex inimi-
citia ejus erga eos, eduxit illos ad
interficiendum ipſos in deſerto. Ipſi 29
enim ſunt populus tuus, & hæ-
reditas tua quam eduxiſti fortitu-
dine tuâ magnâ & brachio tuo
extento.

CAP. X.

TEmpore illo dixit Dominus ad 1
me; Sculpe tibi duas tabulas la-
pideas ſicut priores, & aſcende ad
me in montem: facies quoque tibi
arcam ligneam. Et ſcribam in 2
illis tabulis verba quæ erant in ta-
bulis prioribus quas fregiſti, &
pones eas in arca. Feci igitur 3
arcam ex lignis buxinis, ac ſculpſi
duas tabulas lapideas ſicut priores,
aſcendique in montem cum duabus
tabulis in manu mea. Et ſcripſit 4
in tabulis juxta ſcripturam prio-
rem, Decem verba, quæ locutus fue-
rat Dominus vobiſcum in monte è
medio ignis in die congregationis:
& dedit illas Dominus mihi. Deinde 5
facie converſâ deſcendi à monte, po-
ſuique tabulas in arca quam fece-
ram: & fuerunt ibi, quemadmodum
præceperat mihi Dominus. Et fi- 6
lii Iſrael manſionem removerunt
de Beeroth filiorum Jaacan in Mo-
ſerah: ibi mortuus eſt Aharon, & ſe-
pult⁹ eſt ibi, ac miniſterio functus eſt
Eleazar filius ejus in loco ejus. Inde 7
manſionem removerunt ad Gudgod:
& à Gudgod ad Jotbath, terram
torrentium aquæ. Tempore illo ſe- 8
paravit Dominus tribum Levi ad
portandum arcam fœderis Domini,
ad ſtandum in præſentia Domini ad
miniſtrandum ei, & ad benedicen-
dum in nomine ipſius, uſque ad diem
hanc.

תרגום יונתן בן עוזיאל

9 על כן בנין כן לא הוה לשבטא דלוי חולק ואחסנא עם אחוהי מתנן דיהב ליה
10 יי הינון אחסנתיה היכמא דמליל יי אלהכון ליה : ואנכי ואנא הוית קאי
בטוורא בעי ומצלי הי כיומיא קמאי ארבעין יממין וארבעין לילוון וקביל יי צלותי
11 אוף בזמנא ההיא לא צבא יי לחבלותך : ויאמר ואמר יי לי קום איזל לתייר
קדם עמא ויעלון ויירתון ית ארעא דקיימית לאבהתהון למיתן להון : ועתה
12 וכדון ישראל מה יי אלהכון בעי מנכון אלהן למדחל מן קדם יי אלהכון למהך
בכל ארחן דתקנן קדמוי ולמרחם יתיה ולמפלח קדם יי אלהכון בכל ליבכון
13 ובכל נפשכון : לשמר למנטור ית פקודוי דיי וית קיימוהי דאנא מפקד יתכון
14 יומא דין מטול דיוטב לכון : הן הא דיי אלהכון שמיא ושמי שמיא וכיתי
15 מלאכיא דבהון למשמשין קדמוי ארעא וכל דאית בה : רק לחוד באבהתכון
צבא יי מטול למרחם יתכון ואתרעי בבניהון בתריהון כוותכון מכל עממיא דעל
16 אנפי ארעא בזמן יומא הדין : ומלתם ותעדון ית טפשות לבכון וקדלכון
17 לא תקשון תוב : כי ה' ארום יי אלהכון הוא אלהא דיינא ומארי מלכין אלהא
רבא גיברא ודחילא דלית קדמוי מיסב אפין ואוף לא לקבלא שוחדא : עשה
18 עבד דין ייתם וארמלתא ורחים גיורא למיתן ליה מזון ואסטולא : ואהבתם
19 ותרחמון ית גיורא ארום גיורין הויתון בארעא דמצרים : את ה' מן קדם
20 יי אלהכון תדחלון וקדמוי תפלחון ובדחלתיה תתקרבון ובשמיה תומון : הוא
21 הוא תושבחתכון והוא אלהכון דעבד עמכון ית רברבתא וית חסינתא האלין
22 דחמיתון בעיניכון : בשבעים בשובעין נפשתא נחתו אבהתכון למצרים וכדון
שוינכון יי אלהכון הי ככוכבי שמיא למסגי : יא
1 ואהבת ותרחמון ית יי אלהכון ותינטרון מטרת מימריה וקיימוי ודינוי ופקודוי כל
2 יומיא : וידעתם ותנדעון יומא דין ארום לא עם בניכון דלא ידעון ולא חמון ית
אולפן אורייתא דיי אלהכון ית רבותיה וית ידיה תקיפתא ודרעיה מרמם :

Targ. JONATHAN B. UZIEL.

Propterea non fuit tribui Levi portio & hæreditas cum fratribus su- 9
is : dona quæ dedit illi Dominus sunt hæreditas ejus, sicut loquutus est
Dominus Deus vester illi. Ego autem fui stans in monte postulans 10
& orans juxta dies priores, quadraginta dies & quadraginta noctes :
& recepit Dominus preces meas etiam tempore illo, noluit Dominus 11
perdere te. Et dixit Dominus mihi ; Surge, ambula ad deducendum
coram populo, ut ingrediantur & hæreditario possideant terram, quam
jurato promisi patribus eorum me daturum illis. Et nunc Israel quid 12
Dominus Deus vester quærit à vobis, nisi ut timeatis à facie Domini
Dei vestri, ut ambuletis in omnibus semitis quæ sunt rectæ coram eo,
& ut diligatis ipsum, & colatis Dñm Deum vestrum toto corde vestro,
& tota anima vestra ? Ad custodiendum mandata Dñi & statuta ejus, 13
quæ ego præcipio vobis hodiè, ut bene sit vobis. Ecce Domini Dei 14
vestri sunt cœli & cœli cœlorum, & cœtus angelorum qui in illis
sunt ut sint ministri coram eo, terra & quicquid in ea est. Tantùm 15
patres vestros elegit Dominus, eò quòd diligeret vos : & elegit filios
eorum post eos, sicut vos, ex omnibus populis qui sunt in superficie
terræ in tempore diei hujus. Removeatis ergò stultitiam cordis ve- 16
stri, & cervicem vestram ne induretis amplius. Nam Dominus De- 17
us vester est Deus judex, & Dominus regum, Deus magnus fortis &
terribilis, coram quo nulla est acceptio personarum, neque etiam re-
cipit munera. Faciens judicium pupillo & viduæ, & diligens adve- 18
nam ut det illi cibum & pallium. Diligatis igitur vos peregrinum, 19
quia peregrini fuistis in terra Ægypti. A facie Dñi Dei vestri timebitis, 20
& coram ipso coletis : & timori ejus adhærebitis, & per nomen ejus
jurabitis. Ipse est laus vestra, & ipse est Deus vester : qui fecit vo- 21
biscum magnalia & terribilia illa, quæ vidistis oculis vestris. Cum 22
septuaginta animabus descenderunt patres vestri in Ægyptum, & nunc
posuit vos Dominus Deus vester sicut stellas cœli præ multitudine. *

CAP. XI.

Diligetis igitur Dominum Deum vestrum, & custodietis custodiam 1
verbi ejus, & statuta ejus & judicia ejus & mandata ejus omnibus die-
bus. Cognoscatis igitur hodiè quia non cum filiis vestris, qui non cog- 2
noverunt neque viderunt doctrinam legis Domini Dei vestri, neq; ma-
gnificentiam ejus, & manum ejus fortem, nec brachium ejus excelsum.

Versio PERSICA cum Interpretatione LATINA.

9 ابر همچنین نه بود بلوي بخش و احسنتا اوازي برادراني او ،، او احسنتاي او چون آنچه سخن
10 گفت ،، خداي تو باو * ومن ایستادم در که چون روزهاي اولینان چهل روز وچهل شب
11 بشنوید ،، بمن نیز در باري آن آن نه مراد کرد ،، تباه کردن ترا * گفت ،، بمن بر خیز برو
بمنزل بر داشتن بپیشي آن قوم و بیایند ومیراث گیرند مر آن زمین آنچه سوگند خوردم
12 بپدراني ایشان بدادن بایشان * واکنون یسرال چي ،، خداي تو طلب کنا از تو که الّا
بترسیدن مر ،، خداي تو برفتن در همه راههاي او و بدوست داشتن اویرا و بعبادت
13 [کردن] مر ،، خداي تو در همه دلي تو و در همه جاني تو * بنگاه داشتن مر فرمانهاي ،،
14 و مر رسمهاي او آنچه من فرمایا ترا این روز بنیکویي بتو * اینك ب ،، خداي تو آن آسمان و آسماني
15 آن آسمان آن زمین و همه آنچه دران * خاصّه در پدراني تو مراد ،، بدوست داشتن ایشانرا
واختیار کرد در نسلي ایشان پسي ایشان در شما از همه آن قومها چون روزي آن این *
16 وببرید مر اغلف دلي شما و قفاي شما نه سخت کنید نیز * که ،، خداي شما او خداي
17 آن حاکان وخداوندي آن خداوندان آن خداي آن بزرگ وآن جبّار وآن هیبتوار آنچه نه آزرم
18 دارد روي و نه ستاند رشوت * کناي حکمي یتیم وبیوه ودوست داراي غریب بدادن باو
19 نان و جامه * و دوست دارید مر آن غریب که غریبان بودید در زمیني مصر * مر ،، خداي تو
20 بترسي و اویرا عبادت کني و درو واصل شوي و در نامي او سوگند خوري * او تهلیل تو
21 و او خداي تو آنچه بکرد اوازي تو مر آن بزرگیها و مر آن هیبتواریهاي آن اینان آنچه
22 بدیدند چشماني تو * در هفتاد جان فرود شدند پدراني تو بمصر واکنون بنهاد ترا ،،
خداي تو چون ستارهاي آن آسمان ببسیاري * * فصل یازدهم *
1 * ودوست داري مر ،، خداي تو ونگاه داري نگاه داشتي او رسمهاي او وحکمهاي
2 او و فرمانهاي او همه آن روزگاران * وبدانید این روز که نه اوازي پسراني شما آنچه نه دانستند
وآنچه نه دیدند مر ادب ،، خداي شما مر بزرگي او ومر دستي او آن قوي ومر بازوي
او آن افراشته *

Idcircò non fuit ipsi Levi portio & 9
hæreditas cum fratribus suis : Do-
minus enim est hæreditas ejus,
quemadmodùm locutus est Dominus
Deus tuus ei : Ego autem steti 10
in monte juxta dies priores, qua-
draginta dies & quadraginta no-
ctes : & audivit me Dominus et-
iam vice ipsâ, nec voluit Dominus
perdere te. Tandem dixit Do- 11
minus ad me ; Surge, vade ad
mansionem removendam coram po-
pulo, ut ingrediantur ac hæredita-
te accipiant terram quam juravi
patribus eorum dare illis. Nunc 12
ergò Israel, quid Dominus Deus tu-
us requirit à te, nisi timere Domi-
num Deum tuum, ambulare in o-
mnibus viis ejus, & diligere eum, &
servire Domino Deo tuo in toto cor-
de tuo & in tota anima tua, Cu- 13
stodire præcepta Domini & statuta
ejus quæ ego præcipio tibi hodiè, in
bonum tibi ? En Domini Dei tui 14
est cœlum & cœlum cœli, terra &
omne quod in ea. Tantummodò in 15
patribus tuis delectatus est Dominus
ad diligendum eos, & elegit proge-
niem eorum post eos, nempe vos,
præ omnibus populis, sicut die hâc.
Circuncidite igitur præputiatum 16
cor vestrum, & cervicem vestram
ne induretis ampliùs. Nam Domi- 17
nus Deus vester est Deus judicum
& Dominus dominorum, Deus ma-
gnus, & potens, & terribilis, qui
non reverebitur faciem, neque ac-
cipiet munus : Faciens judicium 18
pupillo & viduæ : diligens item
peregrinum, dando ei panem ac ve-
stimentum. Diligetis itaque peregri- 19
num, quia peregrini fuistis in terra
Ægypti. Dominum Deum tuum ti- 20
mebis, & ei servies, ipsique te
adjunges, & per nomen ejus jurabis.
Ipse est exultatio tua, & ipse est 21
Deus tuus qui fecit tecum magnalia
ac terribilia ista quæ viderunt oculi
tui. Cum septuaginta animabus de- 22
scenderunt patres tui in Ægyptum,
& nunc posuit te Dominus Deus
tuus sicut stellas cœli in multitu-
dinem.

CAP. XI.

Diliges ergò Dominum Deum tu- 1
um, & custodies custodiam ejus,
statuta ejus, & judicia ejus, &
præcepta ejus omnibus diebus. Et 2
scitote hodiè (non enim cum filiis
vestris loquor, qui non noverunt ne-
que viderunt) eruditionem Domini
Dei vestri, magnitudinem ejus, &
manum ejus validam, & brachium
ejus extentum:

תרגום יונתן בן עוזיאל ירושלמי

3 ואת אתתיו וית אתוותיה וית עובדוי דעבד בגו מצרים לפרעה מלכא דמצרים
4 ולכל יתבי ארעיה: ואשר ודעבד למשריית מצרים לסוסוותהון ולארתיכיהון
די אטיף ית מוי דימא דסוף על אפיהון כד רדפו בתריכון ואובדינון יי עד זמן
5 יומא הדין: ואשר ודעבד לכון במדברא עד זמן מיתיכון עד אתרא הדין:
6 ואשר ודעבד לדתן ולאבירם בני אליאב בר ראובן דפתחת ארעא ית פומה
7 ובלעתנון וית אינש בתיהון וית כל טרייתא דהוו עמהון בגו כל ישראל: כי ארום
8 בעיניכון אתון חמיין ית כל עובדא דיי רבא די עבד: ושמרתם ותנטרון ית
כל תפקדתא דאנא מפקיד לכון יומא דין מן בגלל דתתקפון ותיעלון ותירתון
9 ית ארעא דאתון עברין לתמן למירתה: ולמען ומן בגלל דיסגון יומיכון
על ארעא דקיים יי לאבהתכון למיתן להון ולבניהון ארעא דפירהא
10 שמינין כחלב וחליין כדבש: כי הארץ ארום ארעא דאנת עליל תמן
למירתה לא כארעא דמצרים היא דנפקתון מתמן דתזרע ית זרעך ומשקיית
11 ליה בגרמך הי כגינת ירקא: והארץ וארעא דאתון עברין לתמן
למירתה ארע טוורין ובקען מן מטרא
נחית מן שמיא שתיא מוי: ארץ
12 ארעא דיי אלהך תבע יתה במימריה
לאוטבותא תדירא עיני יי אלהך מסתכלין בה מן שירויא דשתא ועד סופא
13 דשתא: והיה ויהי אין קבלא תקבלון לפקודיי דאנא מפקיד יתכון יומא
דין למרחם ית יי אלהכון ולמפלח קדמוי בכל לבכון ובכל נפשכון:
14 ונתתי ואתן מטרא דארעכון בעידניה בכיר במרחשון ולקיש בניסן ותכנשון
15 עיבוריכון חמריכון ומשחכון: ונתתי ואיתן עסבא בחקלך לבעירך ותיכול
16 ותסבע: השמרו אסתמרו לכון דלמא יטעי יצרא דלבכון ותסטון ותפלחון
לטעוות עממיא ותסגדון להון:

ירושלמי 12 ארעא די יי אלהכון תבע יתה בתדירא:

Targ. JONATHAN B. UZIEL. *Hierosolymitanum.*

Et signa ejus & opera ejus quæ fecit in medio Ægypti, Pharaoni 3
regi Ægypti & omnibus habitatoribus terræ ejus. Quæ item fecit ca- 4
stris Ægyptiorum, equis eorum & curribus eorum, quomodo inunda-
re fecerit aquas maris rubri super facies eorum cùm illi persequeren-
tur vos: & perdidit eos Dominus usque ad tempus diei hujus. Quæ 5
denique fecit vobis in deserto, usque ad tempus quo veniretis ad
hunc locum. Et quæ fecit Dathan & Abiram filiis Eliab filii Ruben, 6
quomodo terra aperuerit os suum, & absorpserit eos & viros domûs
eorum, & omnem substantiam quæ erat cum illis, in medio omnium
Israel. Quoniam oculi vestri viderunt omne opus Domini magnum 7
quod fecit. Custodiatis igitur omnia præcepta quæ ego præcipio vo- 8
bis hodiè: ut corroboremini, & ingrediamini, & possideatis terram
ad quam possidendam vos transitis. Et ut multiplicentur dies vestri 9
super terram, quam juravit Dominus patribus vestris se daturum il-
lis & filiis eorum, terram cujus fructus pingues sunt ut lac & dulces
sicut mel. Quoniam terra quam tu ingrederis ad possidendum eam, 10
non est sicut terra Ægypti, undè exivistis: in qua seminabas semen
tuum, & irrigabas eam ipsemet sicut hortum oleris. Terra autem 11
ad quam vos transitis ad possidendum eam, terra montium & valli-
um *est*, de pluvia quæ descendit è cœlis bibit aquas. Terra *est* 12
quam Dominus Deus vester requi-
rit sermone suo, ut benefaciat *ei*
jugiter: oculi Domini Dei tui con-
